# CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI OMNIVM CONCESSV DOCTISSIMI PARITER ET ACVTISSIMI,

## Volumen Quartum.

*HAC NOVISSIMA EDITIONE RECOGNITVM, pluribusq; in locis accuratiſsimè caſtigatum.*

CVM QVÆSTIONIBVS, ADDITIONIBVS, SVMMARIIS, & Indice locupletiſſimo.




Impreſſum Francof. ad Mœn. impenſis Sigiſ. Feyrabendij.
M. D. LXXXIX.

# CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI OMNIVM CONCESSV DOCTISSIMI PARITER ET ACVTISSIMI,

## Volumen Quartum.

*HAC NOVISSIMA EDITIONE RECOGNITVM, pluribusq; in locis accuratiſſimè caſtigatum.*

CVM QVÆSTIONIBVS, ADDITIONIBVS, SVMMARIIS, & Indice locupletiſſimo.




Impreſſum Francof. ad Mœn. impenſis Sigiſ. Feyrabendij.

M. D. LXXXIX.

# CONSILIORVM DOMINI BALDI DE VBALDIS DE PERVSIO CELEBERRIMI IVRISCONS. AC SVMMI PRACTICI;

## Volumen Quartum.

### CONSILIVM I.

1 *Confitens extra iudicium in inſtrumento ſe eſſe maiorem, an & quando, ſibi præiudicet.*
2 *Confeſſio facta parte abſente non præiudicat, niſi in certis caſibus.*
3 *Confeſſio minoris iurata an præiudicet quo ad alios.*
4 *Ætatem allegans, vbi ipſa intentionis cauſa eſt, probare tenetur.*

IN Chriſti nomine.

Punctus, ſuper quo conſiliũ poſtulatur, talis eſt. Cum quædam do. Franciſca Micheloti de Eugubio intenderet agere contra Gerium de Eugubio, vt dicebat, ſuum debitorẽ, comparuit corã iudice competenti, & petijt ſe ex aſpectu pronũciari minorẽ, & ſibi dari curatores ad lites, qui iudex nemine citato, vel comparente de ſuis debitorib ipſam ex aſpectu ꝓnunciauit minorem: eidemq; dedit certos curatores ad lites, & cauſas: qui curatores ſic creati & dati faciunt citari d. Gerium, ꝙ cõpareat in iudicio ad rñdendum, & dicẽdum, ſi poſſidet quandã domum. qui Gerius, ſiue ꝓcuratores ipſius comparẽt, & opponunt contra dictos curatores ſic datos per d. iudicem, ꝙ dicti curatores non ſunt legitime dati, & conſtituti: eo maxime, &c. Exceptionis forma talis eſt. Conſtitutis corã ſupra dicto iudice, vt s̃. pro tribunali ſedente, ſer Ioan. procurator, & ꝓcuratorio nominẽ d. Gerij dicit, oppoſuit, & paratũ ſe obtulit dicto noïe iurare ad Sancta Dei Euangelia, ꝙ ad ipſius, & d. Gerij notitiam de nouo peruenit, ꝙ d. do. Franciſca eſt maior, & ſe geſſit tanq̃ maior, & hoc paratũ ſe offert probare j̃. terminum competentem ſibi ſtatuendum per dictum do. iudicem, quem ex nunc ſibi dari petit. Cũ dictus procurator dicto nomine intendat probare prędicta ad repellendam dictam D. à limine iudicij, & ꝙ litigare debet per procuratorem, & non per curatores, qui procurator ad delationem dicti iudicis iurauit ad ſancta Dei Euangelia manu tactis ſcripturis, ꝙ prędicta narrata per eũ vera ſunt; qui iudex ſtatuit, & pręfixit ſibi terminũ trium dierum proxime futurorum ad probandũ narrata per eum, & hoc præſente Angelico aſſerente ſe curatorem dictæ dominæ, & contradicente, qui procurator j̃. dictum terminum comparuit coram s̃. dicto iudice, & ad probationẽ dictæ exceptionis produxit quoddam inſtr̃m publicum, in quo dicta domina aſſeruit ſe eſſe maiorem 25. an. quod inſtr̃m conſultori tranſmittitur: & etiam tranſmittuntur cætera acta. & vt conſultor laborem euitet, quę allegantur, & reſpondentur per partes, hic deſcribuntur.

Opponitur enim, quòd dicta except. non eſt probata: ex eo quia dicta aſſertio ſuæ confeſſionis in dicto inſtrumento facta fuit extra iudicium abſente parte, & ſic non præiudicat, vt l. certum. §. pen. ff. de confeſſis. plus etiam dicitur, quòd ſi eſſet facta in iudicio inter alias perſonas, non præiudicaret, vt l. fin. ff. de interroga. act. ſed iſta fuit
1 huiuſmodi, ergo, &c. † Reſpondeo, quòd tunc dicta allegatio procedit, qñ ex confeſſione reſultat obligatio, quæ conſtat in voluntate duorum: ſed qñ ex cõfeſſione reſultat obligatio, quæ conſtat ex voluntate vnius, tunc ẽt facta extra iudicium, & parte abſente præiudicat, vt in ratihabitione, aditione hęreditatis, & ſimilibus, quæ vbiq; poſſunt fieri abſente parte, vt no. gl. in l. Pomp. ſcribit, ſi negocium. de neg. geſ. in prin. gl. magnæ. ita tenet Bar. in d. l. certum. §. pen. ff. de conf. ſed iſta fuit huiuſmodi, ergo, &c. Reſpondeo ẽt & alio mõ, tunc eſt verum, ꝙ confeſſio facta extra iudicium abſente parte non ꝑiudicat, qñ de obligatione, quæ ex cõfeſſione reſultat, tractatur principaliter, & per ſe: ſed qñ conditio perſonæ, ſuper qua confeſſio, ſiue aſſertio emanauit ẽt extra iudicium, & abſente parte, venit in iudicio incidenter, prout eſt in caſu propoſito, tunc ẽt inter alias perſonas fidem facit, donec probetur contrarium: cum ex dicta confeſſione, ſiue aſſertione inducatur quaſi poſſeſſio maioris ætatis, quæ fidem facit, donec contrariũ probetur, vt eſt caſus in l. non epiſtolis. C. de prob. ita tenet Inno. extra de præſum. c. illud quoq;. in gl. quę incipit, quæ nominatio pręſumptionem inducit, &c. Ita tenet ipſe ẽt magis late in ca. per inquiſitiones. extra de elect. & ibi ẽt eſt gloſ. Ber. Igitur exceptio eſt probata ſaltim, donec contrarium probetur. Præterea rñdetur alio modo, ꝙ l. fi. ff. de interro. ac. allegata pro contraria loquitur, qñ confitens euidenter confeſſus fuit mendacium, quæ cõfeſſio meritò quò ad alias perſonas non præiudicat: ſed qñ confeſſio emanauit ſuper eo, quod eſt dubium, vtrum ſit verum, vel non, vt fuit in iſto caſu, ei ſtatur, donec probetur cõtrarium, igitur, &c. facit multum ad prædicta. l. ſi alterius. cũ gl. ibi poſita ſcd̃m opin. Azo. &
2 meam. C. ſi mi. ſe ma. dixe. † Allegatur ẽt pro parte aduerſa dict. Bar. qđ eſt in l. de ætate. ff. de mino. vbi tractat de effectu probationis ætatis, vbi dicit, ꝙ confeſſio facta per minorẽ in vno inſtr̃o non præiudicat ſibi quò ad alios. Rñdetur, ꝙ ſalua ſua reuerentia, in caſu nr̃o dictum ſuum negatur per ea, quæ ſupraſcripta ſunt. Rñdetur ẽt, & alio modo, ꝙ illud dictum poſſet habere locum, qñ poneretur pro cõſtanti, quòd ſit minor: quia eius confeſſio ẽt cum iur̃o quò ad alios, nõ præiudicat: quod patet, dũ allegat Cy. in to. qu. in auth. ſacr̃a. C. ſi aduerſus vend. & alleg. d. l. fi. de interro. act. ſed in caſu nr̃o hoc non conſtat: igitur non obſtat illud dictum. Ita ẽt videtur innuere ipſemet in d. l. de ętate. in d. membro de effectu probationis ętatis, ꝙ confeſſio facta ſuper ætate quò ad alios ꝑiudicat, dum allegat d. l. ſi alterius. C. ſi mi. ſe ma. dixe. probatur etiam fortius in iſto caſu. Nam in d. l. fin. de interrog. act. licet confitens ſibi non præiudicet ratione confeſſionis: præiudicat tamen ſibi ratione aditionis. & ibi dicit gl. & eſt ratio, quæ ſupra dicta fuit pro hac parte: quia ex iſta confeſſione reſultat obligatio, quæ conſiſtit in poteſtate vnius, ita tenent docto. ibi. Reſpondetur & alio modo, quòd illud dictum Bar. habet locum quando minor confitetur, & iurat non venire contra ſuper vno contractu reſpectu ipſius contractus. quæ confeſſio, ſiue iuramentum ſibi quò ad alios merito non præiudicat, quod apparet: quia ibi allegat Cyn. in d. auth. ſacr̃a.

quæ auth. loquitur de iuramento confirmatorio contractus, p̄t etiam habere locum illud dictum, quòd minor non præiudicat quò ad alios. ſc. vt non poſſit probare contrarium, vt d.l. ſi alte- 3 rius. C. ſi minor ſe maio. fa. † Allegatur etiam pro parte iſta, ꝙ ſaltim ex iſta cōfeſſione, ſiue aſſertione extra iudicium facta inducitur ſemiplena probatio, & ſic ipſi Gerio, & ſuo procuratori debet deferri iuramentum: quoniam pro ſe inducit ſemiplenam probationem, vt tenent doct. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. doct. in l. admonendi. ff. eo. tit. de adult. l. capite quinto. Reſpondetur, ꝙ hoc eſſet verum, niſi iſta ſemiplena probatio eſſet eliſa per aliam præſumptionem, quæ reſultat ex pronunciatione iudicis facta ſuper ætate, & ſic deferri non debet, vt eſt gl. C. qui aduerſus. leg. 1. ad quod per aliam partem reſpondetur duobus modis. Primo; quia negatur, quòd ex iſta pronunciatione iudicis reſultet nedum ſemiplena probatio, ſed nec præſumptio, quæ facta fuit ipſo Gerio abſente, & non citato. igitur, &c. vt iura volunt. Secundò: quia poſito, quòd induceretur præſumptio, ex qua elicetur ſemiplena probatio reſultans ex iſta confeſſione iſtius do. Franciſcæ, tunc remaneret queſtio in ſim- 4 plicibus terminis iuris communis, videlicet, quòd † iſta peteret ſe pronunciari minorem, & ſibi curatorem dari, vt agere poſſet, & aduerſarius negaret, & ipſa, cum ætas eſſet cauſa ſuæ intentionis, deberet eam probare, vt l. ſi minorem. C. de in integ. reſt. minorum. Ita tenet Iac. But. ibi, quem ſequitur Bart. in d.l. de ætate. modo quæritur, quæ ſunt partes iudicis ſuper dicta exceptione, & cauſa, viſis actis, & actitatis in cauſa prædicta.

CONSILIVM II.

1 *Pronunciatio iudicis facta ſuper ætate ex aſpectu alicuius nō citatis citandis non præiudicat eis in grauando eos onere probandi.*

2 *Datio curatoris facta maiori 25. non valet, niſi cauſa diſputata ſuper ætate partibus conuocatis eſſet ſententia lata.*

3 *Petens curatorem fundat originem primo ex ætate, ideo eam probare tenetur.*

1 **In Dei nomine.** † Si egreſſæ vigeſimumquintum annum datur curator, datio non valet, nec tenet: quia impoſſibilis, niſi cauſa diſputata ſuper ætate partib. conuocatis eſſet ſñia lata non expreſſo errore: nam hr̄ talis ſñia pro veritate inter partes. ff. de minor. l. de ætate. ff. de fer. l. 2. ff. ad Treb. l. 3. §. puberi. ff. de tuto. & cur. l. Seiæ egreſſæ. C. qñ prouo. non eſt neceſſe. l. 2. C. de pet. hær. l. ſi putas. C. de cura. furioſo. l. 1. cum ſim. In qōne noſtra non proponitur latam pro minori ætate ſñiam partibus conuocatis, ſed nemine citato: & ideo de ætate perinde cognoſcitur, & ex integro litigatur, ac ſi nihil eſſet iudicatum. ff. de mino. l. etiā. §. fi. licet n. in datione curatoris nemo ſit citandus, tñ ſi reuocatur ætas in dubium, de ea cognoſci oportet. ſic. ff. de bo. po. l. 3. §. pen. C. quorum bonorum. l. 1. Nam ēt cū ex aſpectu aliquid deciditur, pars, cuius intereſt, dēt moneri. ff. ſi. reg. l. ſi irruptione. §. ad officiū. ff. de vent. inſp. l. 1. §. denunciari. & licet præſumatur pro decreto iudicis: tñ cum aduerſarius negat, cauſa cognita ſtatuendum eſt. ff. de in integ. reſt. l. oīs. vnde in caſu noſtro videamus, cui incumbat probatio. & certe in curatore dando ſi contradiceret minor, probaret ſe minorem, vt d.l. de ætate. & no. eo. ti. l. ſi minorem te. & eod. ti. l. cum te. & ff. de prob. l. cum de ætate. ſed in curatore iam dato vr̄ præſumi pro decreto iudicis. l. actor. rem ra. hab. & l. minor 25. an. ſi ex aſpectu. cū ſi. Quæſtio ſtat in hoc, an pronunciatio ex aſpectu præiudicet non citatis in grauando eos in onere probandi: & credo, ꝙ non: qa iniquum eſſet non citatum grauari, ex eo ꝙ ſit contra eum, vt l. de vnoquoq;. & l. nam ita diuus. & l. in cauſæ. §. cauſa cognita. de min. & ideo probationes iudex imponet vel vni, vel alteri, prout ſibi videbitur, 2 ſecundum gl. vel certe, quia † petens curatorem fundat originem petitionis ex ætate, ipſe debet probare ætatem minorem, vt dictis ll. & facit quod not. de iur. cal. l. 2. §. quod obſeruari. in gl. quę incipit, ex hoc dicunt. probatur autem ex aſpectu iudice partibus præſentibus, vel citatis decernente. † Item per alios 3 modos, de excu. tut. leg. 2. §. ætas. l. 2. de his, qui ven. æta. l. 3. C. ſi mi. ſe ma. di. & facit. C. de proba. l. 1. cum ſi. Confeſſio ſuper maioritate ætatis, an præiudicet ſibi quò ad alios abſentes, gl. dicit, quòd non, in l. de ætate. & eſt verum quò ad plenum præiudicium: ſed bene facit indicium, argu. l. ſi duo patroni. ver. multum tamen fidei. ff. de iureiur. & ita intelligitur, quod not. in auth. ſacr. pub. per gl. & Cyn. Bald. de Peruſio.

CONSILIVM III.

1 *Stante ſtatuto, quod filia dotata à patre, vel matre neutri ſuccedat ſuperſtite fratre: frater natus ex alia vxore mortua matre non excludit filiam, eademq; ſororem.*

2 *Statutum excludens fœminam propter fratrem intelligitur, quando frater eſt ſucceſſibilis.*

1 **In Dei nomine.** Viſo † ſtatuto ciuitatis Corto. quo cauetur, ꝙ mulier dotata à patre, vel matre neutri ſuccedat ſuperſtite fratre; proponitur talis caſus, videlicet, ꝙ do. Ioanna filia q. dom. Nicolutiæ de voluntate dicti patris nupſit Matthæo Pauli, cui dedit in dotem quædam bona ſpecificata, & generaliter oīa ſua iura: fuerat aūt do. Nicolutia dotata in lib. 6. rōne cuius dotis conſequendæ d. Matthæus ex perſona filiorum, & ſucceſſorum tanq̃ hæredum d. do. Ioannæ eorum quondam matris egit hypothecaria, facta excuſſione. Opponitur, ꝙ cum ſuperſit frater d. do. Ioannæ. ſci. Bernottus ex alia tñ matre natus, d. Ioanna non ſuccedit Nicolutiæ q. ſuæ matri: quæritur, quid iuris. viſis ſtatutis ſupradictis, & actis, & actitatis in dicta cā: & dicendū eſt indubitanter, ꝙ d. do. Ioanna ſine aliquo obſtaculo ſtatuti ſucceſſit matri ſuæ, & ꝙ d. Matthæus poteſt petere 60. lib. denar. indirecte agendo hypothecaria contra poſſeſſores. & hoc conſtat de iure cōi: quia in ſucceſſione ab inteſtato prior cā eſt filiorum, in auth. de hær. ab inteſt. poſt prin. bona enim matris ſuæ filia habere debet, nō priuignus. C. com. de ſuc. l. vitricus. Nō ob. ſtatutum multiplici 2 rōne, primo: quia ſtatutum, quod † excludit fœminam pp fratrem, intelligitur loqui, qñ frater eſt ſucceſſibilis, ergo, &c. probatur hoc dictū ratione ſui. ff. de bo. lib. l. ſi mater. §. deportatus. de libe. & poſth. l. Gallus. §. & quid ſi tm̄. qui enim non admittitur ad ſucceſſionem, nec admitti ſperatur, non impedit alium ſuccedere, vt ff. de contrata. l. 1. §. filium. non enim vr̄ frater extare in rerum natura, qui non ſuccedit. ff. ad Treb. l. 2. §. videndum. Item cū de ſucceſſione tractatur, qualitas verborum referenda eſt ad perſonam, & reſpectu perſonæ, de cuius ſucceſſione tractatur, vt C. de colla. l. vt liberis. Item iſte nunq̃ fuit in rerum natura viuente do. Nicolutia. & ſic prius fuit hęreditas do. Nicolutiæ deuoluta dictæ do. Io. ꝙ haberet fratrem: & ſic cum ceſſerit dies aditionis ante, non obijcitur frater ſorori, vt Inſtit. de le. agn. ſucce. §. proximus. facit de iniuſ. te. l. ſi quis filio. poſt prin. de ſuis & legi. l. itē prætor. Item Ioanna fuit dotata duplici dote, & vna dos fuit hæreditas, & bona mr̄na. C. de dot. prom. l. fi. cum ergo poſſit eſſe dotata de quibuſcunq; bonis, non poteſt dici, quòd non habeat dotem, quā ipſa patris voluntas conſtituit ſibi. ff. fam. ercisc. l. Pomp. & l. fi. de colla. do. Concluditur ergo euidenter pro d. Matthæo, præſuppoſito, quòd dictæ lib. 60. fuerint dos d. Nicolutiæ. Ego Baldus.

CONSILIVM IIII.

1 *Teſtator ſi rem, quam poſſidebat, poſuit in reſtitu. conditionali, ſubſtitutus agens contra extra. poſſ. cum titulo, an teneatur probare ſcil. teſt. & rem à teſtato. poſſ. tempore mortis, & diu ante, & non probare titulum. & condi. ſubſtitutionis extitiſſe.*

2 *Præſcribi non poteſt res ſubiecta reſti. in præiudicium eius, cui debet fieri reſti. cum interim agere non poſſit.*

**In Dei nomine.** In cauſa Blaſij filij procuratoris do. Cæchæ plura occurunt 1 videnda, & primo, vtrum † quando teſtator rem, quam poſſidebat, poſuit in reſtitutione conditionali, ſufficiat ſubſtituto agenti contra extraneum poſſeſſorem probare hæc tria ſubſtantialiter, ſc. teſtamentum, & rem, à teſtatore poſſeſſam tempore mortis, & diu ante, non probando aliter titulum, & conditionē ſubſtitutionis extitiſſe. & loquor in extraneo poſſidēte cum tit. & dubium eſt valde. Nam ex rei vend. ſola poſſeſſio probata non ſufficit. C. de rei ven. l. nullo. Item actio ex teſtō non competit contra extraneum poſſeſſorem. l. 1. §. ſi hæredi. ad Trebell. Item hypothecaria non competit pro re ipſa legata. C. com. de leg. l. 1. Item non habet beneficium. l. edicto. quia eſt legatarius, vt no. in d.l. edicto. Item non habet condictionem ex l. ſi coloni. nec officium iudicis: cum poſſeſſor habeat iuſtum titulum, vt no. per docto. C. de fur. l. 2. de acq. poſ. l. rem, quæ nobis. non video, quo iure poſſit poſſeſſor conueniri, niſi probetur, ꝙ defunctus fuit dn̄s, vel quaſi, ſed non probatur hoc ex ſola poſſeſſione. C. de prob. in l. cum res & no. per doct. in l. pen. de condi. inſt. Item nec eſt probatus iuſtus error, qui hr̄ pro tit. de vſur. l. Celſus. ſed Bar. dicit ibi, ꝙ probatur iuſtus error per famam. pro quo facit gl. de neg. geſt. l. at qui natura. §. cum me abſente. Item dicit



dicit in d.l. rem, quæ nobis. ꝙ ſi fiat poſitio, ꝙ tempore, quo defunctus apprehendit res, non erat in bonis alicuius, ꝙ probata poſſeſſione probatur directum dn̄ium, niſi probaretur, ꝙ alterius fuiſſet ante. & idē ſentit in l. nā & ſi fur. ſi cer. pe. & ſi iſta poſitio eſt vera, fiat iſte articulus adhuc, & ponatur in actis: tñ in re immobili iſta ſua opi. eſt ſatis dubia. Sed ſi eſt vera, ſolus iſte modus eſt ad iuuandū clientulum iſtum, nec tuetur poſſeſſorē pręſcriptio, quę non cucurrit ſubſtituto: niſi poſt aduenientem caſum ſubſtitutionis, vt no. in l. fin. §. ſi autem ob auaritiæ. C. com. 2 de leg. & hæc ſunt de iure cōi ſatis dubia. ſed per formam † ſtatuti vr̄ eſſe determinatum, ꝙ per poſſeſſionem 10. an. etiam ſine tit. dominium præſumatur, imo ēt inducatur, & ideo cū res ſubiecta reſtitutioni interim nō potuerit pręſcribi in præiudicium eius, cui debet fieri reſtō, & qui interim non potuit agere, vt in auth. res, quæ. cōia de le. videtur indubitanter dicendum, ꝙ in eo, qđ iure ſubſtōnis fuit delatum d. do. Cæchæ ex perſona do. Mitæ, ſibi rei ven. competat, per d.l. fi. cōia de leg. §. ſi autem ob auaritiæ. portio autem delata vr̄ faiſſe dimidia in alia dimidia, q̃ dudum d. Cæcha petere potuit: & quia nō petijt, obſtare vr̄ ſibi tam iuris cōis præſcriptio, q̃ pręſcriptio, & diſpoſitio ſtatutaria. & ita vr̄ mihi iungendo ius cōe cum ſtatuto ciuitatis Cort. dicendum in cauſa iſta. & ſic mora do. Mitæ, & præſcriptio contra ipſam non ſufficit: & non obfuit dom. Cæchæ: quia ipſa viuente d. Mita non potuit agere ad partem do. Mitæ: ſed demum poſt mortem vigore ſubſtitutionis factæ de vtroq; maſculo, & de ſeipſis. facit de leg. 2. l. peto. §. prædium. Ego Baldus.

CONSILIVM V.

1 *Filius ſecundi matrimonii ex perſona matris ſuæ non poteſt petere legitimam in bonis filiorum primi matrimonii.*

1 **In Chriſti nomine.** Factum eſt tale. † Domi. Beneuenta ex Vanne ex Alexandro eius primo viro habuit tres filios. ſ. Angelum, Colam & Iacobutium: mortuo d. Vanne d. Beneuenta tradit ſe nuptui ſecundo marito, videlicet Manutio Iontæ. Ex quo ſcđo marito habuit duos filios. ſc. Io. Orſi. deinde mortui ſunt teſtati Cola & Iacobutius, qui teſtamento fecerunt hæredem vniuerſalem d. Angelum: deinde deceſſit d. D. Beneuenta ſuperuiuentibus ſibi d. Angelo filio primi mr̄imonij, & dictis Ionta, & Orſina filijs ſecundi matrimonij: poſt hæc deceſſit dictus Ange. inſtitutis hæredibus quibuſdam ſuis coniunctis: nunc Ionta, & Orſina volunt petere legitimam, quam dicunt matri fuiſſe debitam in bonis Colæ, & Iacobutij prædefunctorum: quæritur, an poſſint petere, nec ne: præſuppoſito, ꝙ Cola, & Iacobutius non haberent bona aliunde quæſita, ſed ſolummodo bona paterna. & deinde ꝙ in talibus bonis, cum ſcđo nupſerit, non ſuccedit illo modo in proprietate, ſed in vſufructu, qui morte matris fuit extinctus, & ideo ſuper bonis q.d. Alex. d. Ionta, & Orſina nihil petere poſſunt. C. de ſec. nup. auth. ex teſtō. Ego Bal.

CONSILIVM VI.

1 *Vbi de mente teſtatoris nō clare apparet, poteſt epiſcopus, ſi partes volunt, tranſigere, auth. interpo. & valebit in æternum talis tranſact. propter eius authoritatem.*

2 *Mala grammatica non toleratur.*

1 **In Chriſti nomine.** Viſo teſtamento Bartolucij, † & inſtitutione hr̄dum per imperitiā notarij ſcriptā ſub his verbis, & cū his ſcriptis. In Chriſti nomine, amen. Teſtamenti Bartolucij talis tenor reperitur ſatis confuſus, tabellionis nimia imperitia, quę imperitia deſtruit mundū, & ponit conſcientias bonorū virorum in magno diſcrimine. In omnib. alijs bonis Bartholomæum, Franciſcum & Amatorem, ſuos filios hr̄des inſtituit: addens, ꝙ ſi aliquis eorum deceſſerit ſine filijs, ꝙ ſuccedat alter. Item addidit, ꝙ Amator eius filius nō poſſit vendere de ſuis bonis ſine licentia duorum cōſanguineorum ſuorum propinquorum, vel modo aliquo obligare, vel alienare, & donare, & ēt rectoris eccleſiæ Marci, & Iacobi debeat habere de ſuis bonis victum, & veſtitum, & habitare domum. iſta ſunt verba fatui notarij. Quæritur, quis eſt ſenſus iſtorum verborum. Nam ſi dicamus, ꝙ recto- 2 ri ſint relicta alimenta, & habitatio. † In perpetuū iſta eſſet mala grammatica: quia debent dicere rectori, & non rectoris. ff. de aur. & arg. leg. l. Plautius. Item eſſet iniquitas quædam, quòd pater viuentibus filijs in perpetuum eos grauare voluiſſet, contra. l. ſi vnquam. C. de reuo. do. ſi vero dicamus, quòd rectori nihil ſit legatum ſeu conſtruatur ille genitiuus, vt ſit ſenſus, quòd alienationon poſſit fieri ſine conſenſu conſanguineorum, & rectoris, & quod ſequitur de victu, & veſtitu, & habitatione, referatur ad Amatorem, & non ad preſbyterum, hoc multum vrit conſcientiam: & videtur eſſe contra veritatem: cum Amator non indigeret iſto prælegato, quia hæres erat pro parte inſtitutus: quia igitur dubius caſus eſt, puto; quòd dominus epiſcopus debeat inueſtigare, quicquid poteſt de mente teſtatoris: & ſi aliud nō apparet ſibi, ſi partes volunt tranſigere, poſſit authoritatē interponere tranſactioni: & valebit in perpetuum pp authoritatem epī. facit. C. de tranſa. l. præſes. cum ſi. Ego Bald.

CONSILIVM VII.

**In Chriſti nomine.** Factum, ſuper quo cōſilium petitur exhiberi, tale eſt. præſuppoſita. l. municipali valida, qua cauetur, ꝙ in teſtīs, codicillis, & omni vltima voluntate ſufficiant 5. teſtes, Acomandius Acomandutij habens duos filios impuberes, videlicet Nicolaum, & Io. ſuum ſolenne, & validū condidit teſtm̄: in quo inter dictos filios diuiſionem, inſtitutionem, & ſubſtōnem fecit mō infraſcripto videlicet in primis, &c. & ſequitur mō infraſcripto, videlicet. Item reliquit, & iudicauit, cum ipſe intendat diuidere bona ſua inter filios ſuos, ne habeant materiam, ꝙ aliqua exoriantur ſcandala, & diſcordia inter eos, ſed concorditer viuere poſſint pro vna parte, videlicet pro parte Nicolai filij d. Acomandu cij res, & infraſcripta. ſin primis vnam petiam terræ, &c. & ſubdit poſt enumerationem oīm rerum computatarum in partem d. Nicolai, ſic & in dictis rebus, & dicta parte, & immediate oīm aliarum rerum mobilium, maſſariarum, pecuniæ, & quarumcunq; aliarum rerum, & nominū debitorum, vbicunq; eſſent, & inueniri poſſent, ipſum Nicolaū eius filium ſibi hæredē inſtituit: & plus de bonis ſuis petere non poſſit. & hæc locū habeāt, videlicet dictarum partium, in eo caſu, in quo diuidere vellent. Item reliquit, & iudicauit in alia vero parte Ioannis filij Acomanduci, & pro parte ſua poſuit infraſcriptas res: & voluit, ꝙ ſint eius. in primis poſuit pro parte dicti Ioan. vnum tenimentum terræ, &c. Et in fine oīm rerum enumeratarum in partem d. Ioan. dicit ſic, & in dicta parte ēt immediate omnium ſuarū rerum mobilium, maſſaritiarum, & omnium debitorum, & quarumcunq; aliarum rerū ſuarum, vbicunq; ſunt, inueniri poſſunt, dictum Io. eius filium ſibi hæredem inſtituit: & plus de bonis ſuis petere non poſſit. Item voluit, & mandauit, ꝙ ſi alter ex p̄dictis ſuis filijs moreretur in pupillari ætate, ſubſtituit morienti alium ſuperuiuentem, & ſic ipſos adinuicem ſubſtituit. Item voluit, & mandauit, ꝙ ſi dicti ſui filij ambo morerentur ſine filijs, vel ex eis legitime deſcendentibus, vel filij eorum non extantibus alijs filijs, vel nepotibus prædictorū Nicolai, vel Io. vel non fecerint teſtm̄ vltimum in ſanitate corporis, ꝙ medietas p̄dictorum eorum bonorū deueniat, & deuenire debeat in dictis caſibus, videlicet qñ nullus de prædictis Nicol. & Io. nec dictorū filiorum ſupereſſet, & qñ nullus ſupereſſet, & non faceret teſtm̄ in ſanitate corporis, & vltimum, & ſi facerent, qñ paterentur infirmitatem, & commode de domo exire nō poſſent, veniat, & deuenire dēat ad hoſpitale miſericordiæ de Peruſ. Et alia medietas deueniat, & deuenire dēat in d. caſib. ad hoſpitale notar. de Per. & voluit, & intellexit, ꝙ infirmitas p̄dicta intelligatur, qñ eſſent ita grauati, ꝙ commode de domo exire nō poſſent. poſt hæc deceſſit d. Ioa. in pupillari ætate viuo teſtatore, & d. Nicolao ipſius Ioannis fratre: poſt cuius mortē dic. Acoman. coram quatuor teſtibus condidit codicillos, in quibus inter cętera ſic continetur. Item reuocauit, & annullauit legatum ſubſtitutionis hæreditatis factū in dicto teſtō, & ſubſtituit hr̄dem vniuerſalem Nicolaum eius filium: & ſi d. Nicolaus deceſſerit ſine filijs legitimis, ſubſtituit hoſpitale miſericordiæ, & hoſpitale notariorum ciuitatis Peruſij. Item fecit, &c. Item reliquit, &c. & prædictum teſtm̄ confirmauit, & ratificauit in omnibus alijs in dicto teſtamento contentis, & relictis. actum, &c. præſentibus Bartolino Maſſali, Angelo Conſulis, Iacobo Cæchi Blaſio Petri teſtibus rogatis, & vocatis à d. Acomanducio. Ego Herculanus Petri prior ſolis, & prior S. Antonij de Peruſio imperiali authoritate notarius his omnibus interfui, & rogatus à d. Acomanducio ſcripſi, & publicaui. Poſt p̄dicta deceſſit d. Acomanducius ſubſtituto ſibi d. Nicolao eius filio, & hærede in ſolidum, & ſe dictæ hæreditati paternæ immiſcente, & pro hæ-

rede gerẽte, qui Nicolaus ſanus corpore, & mente poſt mortẽ dicti ſui patris ſuum vltimũ condidit teſtm̃, in quo ſibi certos hæredes inſtituit, vt patet in ipſo teſtõ: demum tractu tpis poſt p̄dicta d. Nicolaus diffamatus fuit de conſpiratione, & tractatu ſubuerſionis boni, & pacifici ſtatus ciuitatis Peruſij: cuius pœna per formam ſtatutorũ ciuitatis Peruſij eſt, ꝙ caput delinquenti amputetur, ſic ꝙ moriatur: & ꝙ oĩa eius bona publicẽtur dicto cõi; fuit captus, & occaſione dicti delicti detentus per officiales dicti cõis: & exiſtens ſic captus, & detentus. & ſciens ſe occaſione prædicta detentum vigore ſubſtõnis factæ do. Nicolao de dictis hoſpitalib. volens vberiorẽ fidem accõmodare d. Acomanducio ſuo patri, & ſciens ſe non teneri ante mortẽ ſuam ad reſtõnem prędictã viſis, & cognitis, & inſpectis verbis dicti teſti Acomanducij ſui patris, dictam hæreditatem Acomanducij olim ſui patris, & oĩa, & ſingula bona mobilia, & immobilia, iura, & actiones hr̃ditatis prædictæ pleno iure reſtituit dictis hoſpitalibus, videlicet cuilibet pro dimidia: & conceſſit licentiam apprehendendi, & intrandi in tenutam, & corporalem poſſeſſionem dictæ hæreditatis, & bonorum propria authoritate: & voluit, ꝙ ex nunc reſtõ hæreditatis p̄dictæ facta ſit, & facta eſſe intelligatur per d. Nicolaum re, & verbo hoſpitalibus ſupradictis cuilibet eorũ pro dimidia, &c. quibus ſic peractis d. Nicolaus repertus culpabilis de dicto maleficio extitit cõdemnatus in amputatione capitis: & oĩa eius bona cõi Peruſij per ſnĩam fuerunt publicata, & confiſcata ſcd̃m formam ſtatuti cõis Peruſij, & decapitatus. modo vertitur qõ inter dictum cõe, & hoſpitalia ſupradicta de bonis d. Nicolai, quæ olim fuerunt d. Acomanducij: quia cõe dicit ad ſe pertinere vigore ſnĩæ prædictæ: hoſpitalia vero dicunt ad ſe pertinere vigore dictorũ teſtamentorum, & codicillorum, & reſtitutionis factæ ſibi à d. Nicolao. quæritur viſis puncto prædicto, & allegationibus ipſarum partium, ad quem, qualiter, & pro qua parte dicta bona hæreditaria qu. Acomanducij, quæ peruenerunt ad d. Nicolaum eius filium, & hæredem, de iure debeant pertinere, & ſpectare.

CONSILIVM VIII.

1 *Fiſcus ſuccedit in legitima, & in bonis acquiſitis per eum, qui grauatus de hæreditate reſtituenda ſine filiis ad pœnam mortis condemnatus eſt.*
2 *Trebellianica non deducitur de relictis ad pias cauſas.*
3 *Naturale dicitur duobus modis.*
4 *Alienata imputantur in legitimam.*

1 In Chriſti nomine. † Si codicillaris ſubſtõ hoſpitalium non emanaſſet, dubium eſſe poterat, an vigore ſubſtitutionis factę in teſtõ hoſpitalia poſſent admitti, nec ne. ſuper quo dubio apparẽt diuerſa conſilia magnorum doctorum. & vere eſſet qõ diſputabilis in cathedra: ſed dñi noſtri dñi priores, & camerarij nolunt diſputationem, ſed veritatis deciſionem, quæ talis eſt, videlicet ꝙ dicta hoſpitalia vigore dictæ ſubſtõnis codicillaris veniunt ad bona d. Acomanducij relicta d. Nicolao, deducta ltĩma d. Nico-
2 lai, quæ pertinet ad cõe Peruſij. † Trebellianica vero nõ deducitur de relictis ad pias cauſas ſcd̃m veram & cõem opi. moder. eſt autem legitima d. Nicolai ſexta pars bonorum Acomanducij: quia ſoror Nicolai ſimiliter debet habere legitimam, cum maſculi non ſuperſint. & ſic cũ admittatur ad partem, facit partem. in hoc fideicõmiſſo non veniunt bona per Nic. empta, ſed pertinent ad cõe Peruſij in ltĩma vſq; ad concurrentẽ quantitatem, & ita eſt deciſiue, & bř iudicandum. hæc aũt per ordinem ꝓbantur: & primo ꝙ fideicommiſſum debeatur hoſpitalibus, ꝓbatur; qa Nicolaus naturaliter ſine liberis deceſſit: nam etiam mors corporis, q̃ ferro accidit, dr̃ naturalis; quia vera, & non ficta, cum aĩa à corpore ſeparetur iudicio Dei, vt no. Inſti. de cap. dim. poſt prin. exiſtit ergo conditio per mortẽ naturalem decapitationis, nõ per mortẽ ciuilem damnationis. ff. de iu. fiſ. l. Statius. §. Cornelio. nec eſt vis fienda in alio, niſi in morte naturali.
3 † naturale. n. dr̃ duobus modis, vno mõ, prout diſtinguitur contra accidentale: & hoc mõ iſta mors non dr̃ naturalis. alio mõ, ꝓut diſtinguitur cõtra ciuile, & fictum: & hoc mõ iſta mors bñ dr̃ naturalis: & ſic per eam exiſtit vera, & nõ ficta conditio ſubſtõnis. Scdò, ꝙ non detrahatur Trebellianica, ꝓbatur per l. ſi qs ad declinandam. in fi. cum ſi. C. de epiſ. & cle. non obſt. c. ſi pr̃. de teſt. li. 6. à contrario ſenſu, quia dicit, ꝙ cõtractus ceſſat ibi, cum eſſet contra legem. Tertiò, ꝙ ltĩma debeatur cõi Peruſij, probatur. ff. ad Treb. l. Marcel. in fin. Quartò, ꝙ ſit ſexta pars totorum bonorum deducto ære alieno, ꝓbatur: q̃a duo compartiuntur eam. ſ. filia, & fiſcus ex perſona filij. cum. n. inter ambos ſit tertia, ergo medietas tertiæ eſt ſexta pars, vt in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſt. Quintò, ꝙ bona de nouo quæſita per filium non veniant in fideicommiſſo, ſed in totum pertineant ad cõe Peruſij, ꝓbatur. ff. de vul. ſubſt. l. cohæredi. §. cum filio. verſic. nec fideic.
4 † Sextò & vltimò, ꝙ alienata imputentur in legitimã, ꝓbatur in auth. de reſt. & ea, quæ parit. §. qm̃ ob rem. facit qd̃ no. ff. ad Tre. l. Marcel. §. res, quæ. Et hoc dicimus, & conſulimus nos doct. in ſcriptis viſis teſtõ, codicillis, conſilijs, & puncto, & diligenter conſideratis conſiderandis in hac materia. Ego Baldus.

CONSILIVM IX.

1 *Legata repetita in ſecundo teſtamento, per quod eſt derogatum primo, debentur: ſecus de legatis in primo non repetitis in ſecundo.*
2 *Emptum ex propria pecunia hoſpitalaris proprium habẽtis acquiritur ipſi hoſpitalario.*
3 *Hoſpitalarius habens proprium, ſi ſoluerit aliquid: oo quia fuit fideiuſſor alicuius, non poterit hoſpitale opponere, quod de pecunia hoſpitalis ſit ſolutum.*

1 In Chriſti nomine. † Viſis teſtis Aretij Bolli, aliàs dicti Tignoni de Canaria, dico ego Bald. infraſcriptus, ꝙ vltimum teſtm̃ eſt ſeruandum, qd̃ fuit factum in 1380. tpe do. Vrbani Papæ VI. die 10. Februarij. Et ꝙ legata, quæ nõ continentur in iſto vltimo teſtõ, licet contineantur in primo, non debentur, vt C. de ſacroſ. ecc. l. 1. & l. quod iterum. ff. de adm. leg. & ff. de leg. 1. l. ſi quis in prin. teſtamenti, & ideo 40. Taſeria grani, & 10. Taſeria ſpeltæ, & alia legata, quæ ſunt in primo teſtamento, & nõ in ſecundo, non
2 debentur, nec peti poſſunt. † Proponitur ẽt, quòd d. Tignonus vendidit domum ſuam propriam Marino Cecali Vignoti pro pretio 27. floren. auri, & ꝙ de dicto pretio & tribus floren. auri emit partem cuiuſdam molendini. modo quæritur, an cõe Canarię poſſit aliquid petere; quia d. Tignonus erat hoſpitalarius, & oblatus hoſpitali dicti cõis. & dicendum eſt, ꝙ non, quia non fuit dictum molendinum emptum de pecunia dicti hoſpitalis: & quia d. Tignonus habebat proprium, vnde emere potuit, vt in c. vt lex continentiæ. 27. q. 1. Item proponitur, ꝙ d. Tignonus
3 fuit † captus pro quadam fideiuſſione, quam fecit pro quodam ſuo nepote, & tandem relaxatus; quia fuit ſolutum pro eo: nunc cõe Canariæ dicit, ꝙ fuit ſolutum de bonis hoſpitalis. Quæritur quid iuris. Reſpondeo, ſi habet aliunde ſolutum, cõe Canariæ habet obliquum, & non recte petit: vnde proponitur per aduerſam partem, quòd id, quod de pecunia mutuo acquiſita fuerit ſolutum, dictum commune Canariæ non haberet ius, niſi probaret, quòd eſſet ſolutum de redditibus hoſpitalis, vt C. de epiſc. & cler. auth. licentia. Ego Baldus.

CONSILIVM X.

In Chriſti nomine. Punctus quæſtionis talis eſt. Proponitur per Leopardum de Piſis procur. & procur. nomine ſer Raynerij de Campigla, quòd ipſe procu. producit quandam ſcriptam manu Nannis Philippi, cuius tenor talis eſt. Al nome di Dio, amen. Adi 10. Gen. anno 1378. ſia manifeſto à qualunque perſona, luoco, o giudicio vederà queſta preſente ſcritta, come io Giouanni de Philippo de Vrbitello ſaldai la ragione con ſer Rayneri de Cechino de Campigla habitator de Vrbitello hoggi adi 10. di Gen. per loqual ſaldo fatto ogni ragione de ogni dinaro, liquali eſſo mi ha preſtati, & io ho riceuuti da lui fin à di ſupraſcritto. Io Nanni confeſſo, & coſi è la verità, che io ſupraſcritto Nanni reſto, & sõ tenuto di dare al ditto ſer Rayneri 670. duc. doro, iquali 670. duc. doro. Io Nanni ſupraſcritto cõuengo, & ꝓmetto di dare, rendere, & pagare al ditto ſer Rayneri à Cal. de Auoſto proſſimo che viene à ſuoi heredi, o vero ad altra legitima perſona apparere p lui, & coſi voglio eſſet obligato io Nanni ſupraſcritto, & li mei heredi, & tutti i mei beni preſenti, & che denno venire, & coſi giuro à ſancta Dei Euangelia come real huomo di nõ venir mai contra à queſta ſcritta, & à maggior fede, & cautela. Io Nanni ſupraditto ho fatto queſta preſente ſcritta di mia mano, & poſtoli il mio ſegno vſato, non contando ſu queſta ragione i denari, liquali io Nanni ſupraſcritto riceuute dal detto ſer Rayneri p la caſa, nella qual ſtà, io livẽdei, e nella quale ſtà Io. de Abruna, &c. Et io Lapo de Franceſco de Arezo fui preſente à veder fere la ditta ragione, e la ditta ſcritta di mano del ſupraditto Nanni, lo quale Nanni preſente Lapo ſupraſcritto confeſſo di douer dare al ditto Ser Raineri li ſupraſcritti flor. 670. al ditto termine di ſopra a maggior fede, & teſtimonianza; Io Lapo ſupraditto ho ſcritta queſta ſcritta di ſotto alla ſcritta fatta per il ditto Nanni di mia propria mano, & ſegnatola di mio ſegno al di ſupraditto di ſopra.

Et io Thomio de Maſcherto de Vrbitello fui preſente a veder fare la ſupraditta ragione, & fui preſente, quando il ditto Nanni ꝓmiſe di dare al ditto Ser Raineri ſupraſcritti 670. duc. doro al ſupraſcritto termine coſi in præſentia di me Thomio ſupraſcriſſe di ſua man ꝓpria il ditto Nanni, & a maggior fede, & teſtimonianza delle ſupraditte coſe. Io Thomio ſupraſcritto ho ſcritto queſta p̄ſente ſcritta di mia man ꝓpria, & ſegnatala de mio ꝓprio ſigillo conſueto, & queſta ſcritta è fatta de volonta del ditto Nanni. Quã ſcriptã Nannes recognouit ſub tenore infraſcriptorũ verborũ. Nannes Philippi p̄dictus non reuocando appellationes per ipſum interpoſitas, ſed potius confirmando, cõſtitutus in iudicio coram me Ioanne p̄dicto, vt ſupra, ſedente, dicit, & recognouit dictam ſcriptam productã per Leopardum, quo ſupra nomine, & ſcriptã manu ſua ꝓpria dicti Nannis: tamen dicit cõtenta in ea non eſſe ſecundũ ſubſtantiam veritatis: q̃a dicit fuiſſe fictitiè facta, & ſub vſuris, & eſt duplicata pecunia in ea cõtenta. dicit etiam pecuniam, quã ab eo recepit, pecuniam duorũ comitũ, & teſtes in dicta ſcripta ſubſcripti nõ interfuerunt calculo rationis p̄dictæ: & d. Nannes in dicta ratione fuit deceptus in maxima quantitate, & vult recognoſcere, & videre ſuum errorem. & etiam dicit, ꝙ vbi in dicta ſcriptura cõtinetur ipſum iuraſſe, verũ non eſt: neq; vnquã iurauit p̄dicta: tamen verũ eſt, ꝙ ſcripſit iuraſſe: & cum p̄dicta ſint vera, paratus eſt d. Nannes ea ꝓbare infra cõpetentẽ terminum ſibi ſtatuendũ p̄ſente Leopardo ꝓcuratore p̄dicto. Proponitur etiam per d. Leopardum ꝓcuratorẽ p̄dictum ipſum Nannem debere condemnari: & ꝓteſtatur ipſum ꝓnunciari confeſſum: & condẽnari ad reſtitutionẽ quantitatũ contentarũ in ſcriptura ſupraſcripta, & in expenſis legitimis. Contradicitur per d. Nannẽ, & dicit nõ debere veniri condẽnandum in ſumma contenta in ſcriptura p̄dicta: quanq̃ proponatur per Leopardum procuratorẽ, ꝙ d. Nannes recognouerit dictam ſuam ſcripturam fuiſſe fictitiè factam, & ſe fuiſſe deceptum, prout ſupra in reſponſione ſua latius patet. Proponitur etiam per dictũ Nannem, ꝙ d. Ser Raynerius eſt publicus fœnerator: & quod dicta ſcriptura eſt fœneratitia. Et ꝙ d. Ser Raynerius ſit, & reputetur fœnerator, intendit probare legitimè per idoneos teſtes. ſuper hac probatione fienda d. Nannes ꝓduxit articulos, ſuper quibus articulis d. Ser Raynerius cum iuramẽto reſpondit: & poſt dictam reſponſionẽ factam ſupra dictis articulis Nannes voluit producere teſtes ad ꝓbandum, ꝙ Ser Raynerius ſit fœnerator: per d. Leopardum procuratorẽ extitit ꝓteſta. dictos teſtes recipi nõ debere, nec admitti, nec examinari duabus rationibus. & primo dicit, ꝙ in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis. ſecundo dicit, ꝙ d. Nannes eſt periurus: cum cõtineatur d. Nannẽ iuraſſe contra dictã ſcripturã non venire, & cum cõtrauenit, vt in reſponſione patet, nõ dẽt audiri in iure: nec dicti teſtes debent recipi, nec admitti. & ſic fuit ꝓteſtatus, vt ſup. tamen cognitor quæſtionis tantũ recepit dictos teſtes, admiſit, ſi, & inquantum de iure tenetur, & debeat, & aliter nõ. per d. Nannẽ replicatur, & dr̃, ꝙ ſi periurus nõ dẽt audiri, ꝙ etiam d. Ser. Raynerius non dẽt audiri: cum in reſponſione facta per d. Ser Raynerium cum iuramento ſupra dictis articulis ꝓductis per d. Nannem d. Ser Raynerius iurauit ſe nõ eſſe fœneratorẽ. & ꝙ ſit fœnerator, de hoc eſt publica vox, & fama: & hoc intendit ꝓbare: & per conſequens ſi ambo ſunt periuri, nullus dẽt audiri: & ſi nullus dẽt audiri, & cognitio litis, & q̃ſtionis cognoſcere debeat ad petitionẽ partium. & partes nõ poſſunt intereſſe in iudicio ratione prædicta. Nunc quæritur, q̃d iuris, an p̄dicti Ser Raynerius, & Nannes, vel aliquis eorũ ſit, & debeat pp prædicta reputari, & pronunciari, periurus, nec ne. Item ſi ſunt periuri, vel aliquis eorum, quid ſit per cognitorẽ fiendum. Item ſi dicti teſtes debent recipi, & examinari, nec ne.

CONSILIVM XI.

1 *Iurans non poteſt venire contra proprium iuramentum, etiam ſi dicat contractum fœneratitium, niſi prius petita abſolutione.*
2 *Periurium cum periurio quando compenſetur, & in quibus audiatur periurus.*
3 *Probatio, quod aliquis ſit vſurarius, in curia ſæculari quare admitti non debet.*

1 In Chriſti nomine † ille, qui iurat ſoluere, non poteſt venire contra proprium iuramentum etiam ſi dicat contractum eſſe fœneratitium, niſi prius per epiſcopũ abſoluatur à iuramento, vt extra de iureiu. c. 2. & c. debitores. niſi ergo petat ſe abſolui à iuramento, audiri non dẽt excipiendo. nec ad ꝓbandũ exceptionem dẽt admitti: vnde niſi aliud innouetur in curia epiſcopali, ad epiſcopalẽ curiam pertinet cauſa vſurarũ: & debitor ſoluere cõpelletur, ſaluo ſibi iure conditionis indebiti, ſi poſtea ꝓbauerit cõtractum fœneratitium, d. c. debitores. & no. ff. de condi. inde. l. Neratius, ꝙ autẽ iurauerit, apparet, q̃a dixit iuro & c. de iureiu. c. & ſi Chriſtus, licèt non tetigerit ſcripturã, euangelia, vel ſacras literas, vt no. in auth. ſacr. pub. per doc. Non ob. ſi
2 dicatur, ꝙ † periurium cum periurio compenſetur: quia illud non eſt verum, quando circa aduerſa cõmittitur periurium: ſed quando circa vnum, & eundẽ actum. Item non ob. ꝙ periurus non dẽt audiri: quia imo auditur in temporalibus, licèt non in ſpiritualibus: vt no. ff. de iureiur. l. alias. & per Inn. in c. dilecto:
3 de præb. † Itẽ non conſtat de periurio agentis: q̃a ad ꝓbandum quẽ vſurarium nõ debet qs admitti in curia ſeculari, licèt conſtiterit iam, ꝙ eſſet vſurarius: ratione calculi poſſet poni, & cognoſci per iudicem ſecularem, ſol. mat. l. Titia. per Bart.

CASVS.

Punctus quæſtionis talis eſt. Quidam Vannes Salui de Cortonio deceſſit non condito teſtamento, relictis poſt ſe Saluo & Petro filijs ſuis maſculis: & dña Blaſia filia fœmina nunc vxore Martini. quæ domina Blaſia quando nupſit, habuit in dotem vnam petiam terræ de bonis cõmunibus inter eos, & 25. lib. de qua petia terræ maritus, ac 25. libr. confeſſus fuit ſe habuiſſe à dictis fratribus. ſ. Saluo, & Petro. Inſuper habuit vnã aliam petiam terræ, quã confitetur idem vir ſe habuiſſe à priore fraternitatis, ſeu ipſa fraternitate, cuius fraternitatis erat ipſa petia terræ. pater mortuus eſt, iam ſunt anni 30. vel circa: Petrus frater amborum ex vtroq; parente cõmuni d. Blaſiæ & Salui mortuus eſt, iam ſunt duo anni, vel circa. D. Blaſia dicit ſe hæredem tam Vannis ſui patris quã Petri pro æquali portione cum d. Saluo: allegatur per Saluum, ipſam non debere eſſe hæredẽ, ſtantib. ſtatutis loquentibus, ꝙ filia dotata non veniat, nec redeat ad ſucceſſionem patris, vel matris &c. per do. Blaſium dr̃, ꝙ non fuit dotata à patre, vt exprimitur, & requiritur per ſtatutum: ſed ipſa, cui hæreditas cõpetebat patris, effectualiter dotata eſt de ſuis bonis: & non de bonis patris. Item nec in illis eſt ſufficienter dotata: ſed in defectum, & ſupplementum eius ꝙ conueniebat ſibi dari in dotem, fraternitas dedit vnam petiam terræ, quæ eſt tanti valoris, quanti petia data de bonis olim patris, vel ſi pluris, aut minoris eſſet, modicum eſſet illud, in quo differt pretium petiæ terræ à pretio alterius petiæ: & ſic non dicitur dotata, quæ non ad plenum fuit dotata. Item allegabatur, ꝙ ſtatutum ſupraſcriptum in ea parte, quando loquitur de fratre dotante ſororem, nõ excludit eam à ſucceſſione, niſi in parte, quæ ſibi data eſt in dotem vſq; in concurrentẽ quantitatem cum ea, quę ſibi debetur de bonis, vel hæreditate cõmuni cum fratribus. Item dr̃, ꝙ non eſt dotata, quæ in cauſu dotis reſtituendæ non caperet dotem, & ꝙ prior fraternitatis in dicto caſu eſt ſtipulatus dotẽ ſibi reddi. Item ad dictam dationẽ dotis, vel aliquẽ actum non fuit præſentia, nec conſenſus do. Blaſiæ, quæ tunc temporis erat annorum 15. vel circa: & per ſtatutum eius obligatio eſt nulla. Quæritur, vtrum d. do. Blaſia admittatur ad ſucceſſionem tam patris, quam fratris, nec ne.

CONSILIVM XII.

1 *Filia poſt mortem patris à fratre dotata non repellitur à ſucceſſione patris, nec fratris.*

1 In Chriſti nomine. † Secundum ea, quæ proponũtur, iſta mulier non fuit dotata à patre: ideo ſuccedere poteſt patri, niſi obſtet ei præſcript. 30. anno. vt C. de iure deli. l. licet. ſed benè fuit dotata à fratre non integraliter, ſed pro parte: q̃a de bonis communibus. C. de do. promi. l. fi. tamen ſtatutum non vr̃ loqui, ꝙ per hoc excludatur à ſucceſſione fratris: ſed fingit eſſe dotatam de ſuo proprio iuxta etiam not. in d. l. fi. ſi autem ſtatutum eſſet

intellectum ex generali principio ſtatuti, quod per hoc excluderetur à ſucceſſione fratris, poſſet ad ſupplementum competentis dotis agere. ff.de leg. 2.l.1. de leg.3.l.ſi filiæ.ff. de iu.dot.l. cum poſt.§.gener.C.de inoffi.teſta.l. omnimodo.de act.& obl. l.obligamur.§.lege. ſuccedere autem vt hæres non poſſet.illud certum eſt, ꝙ dos extrinſecus data à priore fraternitatis non venit in conſideratione. ff. de vulg. ſubſt.l. ſed ſi plures.§. in arrogato. qa pietatis, non cognationis iure percipitur.ff. de iu.dot. l.profectitia.ff.de cond.indeb.l.cum his.§.ſi mulier.Ego Bald.

CONSILIVM XIII.

1 *Stante ſtatuto, quod filiæ dotatæ non ſuccedant extantibus fratribus collateralibus, filiæ dotatæ per alios collaterales vlteriores à fratribus carnalibus excludentur.*

2 *Bannitus licèt durante banno non poſſit alienare: tamen poteſt perſonaliter ſe obligare, & ſublato banno de medio alienatio conualeſcat.*

1 In Chriſti nomine. † Quia Cæchus deceſſit ante Vānem ſuperſtitib. filijs maſculis, qui vñr incluſi in beneficio ſtatuti ad filias dotatas penitus excludendas, ſequi videtur, ꝙ ille, qui emit à Blaſio, qui hæreditatem Vannis apprehendit, iuſtè emerit tanquam à dño, & hærede, vt inſti.de hær. qual.& d.§.fi.C.de hær. ven.l.fi.ff.eo.l. venditor. ꝙ autē includatur in beneficio ſtatu. vr̃ certum, qa eſt de collateralibus, vt patet inſti. de grad. poſt prin. ff.eo.l. iureconſultus.generale enim vocabulum collateralium generaliter eſt intelligendum. ar. de in ius voc.l. parentes. & ff. de teſta. mi.l. in fraudē. §.fi. In contrarium vr̃, ꝙ ſtatutum, dum excludit filiam dotatam à ſucceſſione patris, loquitur cōditionaliter, ſi fratres carnales ſuperfuerunt: ſed hic non ſuperſunt fratres carnales, ergo non excluduntur filiæ: vt C.de colla.l.illam. ff.de inoffi. teſt.l.1. inſti.de hær. quæ ab inteſ. §. item vetuſtas, C. de lib.præt.l. maximū vitium. ego dubito: nam qd operatur adiectio collateralium? verba enim debent aliquid operari: Collaterales enim maſculi fœminis ſunt prælati: non tantum ergo fratres carnales ſunt potiores, ſed etiam alij collaterales per maſculinā lineam deſcendentes, ſeu procedentes. ſed ſecundū hoc quid operantur illa verba conditionalia, & reſtrictiua, ſi fratres carnales ſuperfuerunt? Certè nihil, niſi dicatur, quod excluditur filia dotata ꝑ fratres carnales, & nihilominus per alios deſcendentes, & etiam per tranſuerſales defuncti: qa ſtatutum vult ampliare ius maſculinæ, & agnatitiæ prolis. facit, quod not. Cy. C. de adul.l.publico.& l.1.ff.de ven.inſp. excluditur ergo per tranſuerſales ſuperiores, vt per filium patris. Item per tranſuerſales pares, & per fratrē patruelē. & multo fortius per fratrē carnalē. & ita credo, ꝙ ſit de mente iſtius ſtatuti malè dictati, & malè cōpoſiti: multa verba ſunt ſuperflua. ff. ad muni-
2 cipales.l.1.ff.de leg.1.l. ſi quando.& ſic prima opi. eſt vera. & † licet dictus Blaſius eſſet bannitus, & per formā ſtatuti non poſſet alienare, tamen potuit ſe perſonaliter obligare, vnde banno ſublato de medio alienatio cōualeſcit. ff.de rei vendic.l. ſi à Titio. de excep. rei vend.l.1. §. ſi à Titio. & plenè not. per Modernos.ff.de vſuca.l.cum iuxta prædium.

CONSILIVM XIIII.

1 *Inſtrumento exemplari non creditur, ſi originale cancellatum in ſolennitate, & ſubſtantia reperiatur: & quid iuris, ſi ambo ſint originalia inſtrumenta, quorum alterum cancellatum reperiatur.*

2 *Cancellatio an noceat in edicto diui Adriani tollendo.*

In Chriſti nomine. Punctus, ſuper quo cōſilium exhibetur, talis eſt. viſa quadā petitione producta nomine Menecy, Laurentij, & Benedicti pupilli hæredum Ser Angeli Tudinij ex teſtamento d.Ser Angeli ad capeſſendā poſſeſſ. hereditatis S. Angeli in dicta petitione, & viſis contentis, & confirmatis, & viſa comparitione facta pro parte Franciſci Lippi de Tuderto aſſerentis ſe hæredem ex teſtamento do. Marinutiæ olim vxoris d. Ser Angeli, & viſis exceptionibus, obiectis pro parte d.Franciſci contra dictam petitionem, & viſis replicationibus pro parte dicti Menecy, & D. Petruciæ hæredis olim dicti Benedicti, & hæredum dicti Ser Angeli contra exceptiones prædictas, & viſis terminis. & dilationibus datis in dicta cauſa dictis partibus ad probationē, & viſis dictis actitatis, & factis in dicta cauſa per partes ꝑdictas, & viſis dictis atteſtationibus teſtium in dicta cauſa examinatorū tam pro parte dictorum Menecy, & D.Petruciæ, quā pro parte d.Franciſci, & viſo teſtamento olim condito per d. Ser Angelum, viſo quodam originali in forma teſtamenti olim conditi per dictam Marenutiam, vt aſſeritur, ꝙ quidē originale reperitur ſcriptum manu dicti Ser Angeli, & in fine ipſius originalis eſt ſcriptum manu Ser Io. Ruchij notarij de Tuderto defuncti in ea forma, in qua vobis trāſmittitur, & viſis alijs inſtrumentis, & iuribus in cauſa ꝓductis per partes prædictas, & viſis exceptionibus, & replicationibus hincinde factis contra dicta ꝓducta, & viſa quadā particula, quæ dicitur emanaſſe ex dicto originali, ſcripta, & publicata manu d.Ser Io. Nuchij, & viſis ſtatutis cōmunis Tuderti, quę omnia vobis dño conſultori tranſmittuntur: quæ ſunt partes iudicis dictæ cauſæ, & quę ſententia ſit ferenda in dicta cauſa, in Chriſti nomine
1 conſulatur. † Si vnū inſtrm̄ eſt originale, & aliud eſt exemplum, ſi in originali reperitur cancellatio in ſolennitate, & in ſubſtantia, & nō creditur exemplo, vt no. C.de ede.auth. ſi qs in aliquo documento. & C.de teſta.l.publicati. Et ſi ſunt duo originalia, & vnum eſt cancellatū, aliud non, vr̃, ꝙ ſtetur nō cancellato. ff. de his, quæ in teſt. delen. l.fi. & ibi per Bar. Sed alibi dicit, ꝙ aut vtrumq; originale eſt ꝓtocollum: & tunc ſtatur nō cancellato, aut vnū eſt ꝓtocollum, aliud eſt manu eiuſdē notarij ſumptum, tunc ſtatur ꝓtocollo: ergo ſi non pt̄ ſciri, quod ſit ꝓtocollum, neutrū valet, ff.de leg.2.l. Sempr. Attal. ſed ibi loquitur, vbi eſt diſcrepantia formæ: non autē loquitur in cancellatione. & ideo vr̃, ꝙ ſtetur non cancellato; qa cancellatio non ſemper vitiat, vt no.ff.de pac.l.poſtquā. & quidā notarij habent ex vſu cancellare, cum inſtrm̄ reddiderunt: tamen malè faciunt. Dubitari ta-
2 men † poteſt, an in edicto diui Adr. noceat: & certè noceret, niſi fides imponeretur cancellato per non cancellatū, vt l. edicto, §.1.C.de edic.diui Adr.tol. hic poteſt dubitari: qa ſumptum non cancellatū per relationē ad ꝓtocollum cancellatum redditur aliqualiter vituperatū; & ideo in poſſeſſorio ex edicto di. Adr. non vr̃ ſufficere, iuxt.no. per Bart. in l.1.§. ſi in duob. ff.de bo.poſ. ſecundum tab. nam pp aduerſitatē cancellationis, quæ aduerſatur in edicto, diſcuſſio veritatis pertinet ad examen altioris inquiſitionis, quæ examinatio non pertinet ad illud edictum, ſed reſeruatur in petitorio, vt l.2.C.de edi. diui Adr. quapropter vr̃ poſſe defendi de iure, & pp dictam varietatē cancellati, & ſumpti nō auditur huiuſmodi in obtinendo illius edicti beneficio, & aduerſarius, qui habet inſtrm̄ indubitatum, ꝓferatur. & facit extra de relig. do.c.cum venerabilis. qa ex qualitate ꝓbationis ille potior eſt, qui clarius ꝓbat: ſic ex qualitate poſſeſſionis ille potior eſt, qui iuſtius ꝓbat: ſic ex ordine temporis ille potior eſt, qui ꝓbat de antiquiore poſſeſſione. C. de rei vendi.l.quoties. extra de proba.c.licet cauſam. Ego Baldus.

CONSILIVM XV.

1 *Tempus legatorum ſoluendorum à teſtatore præfixum quando incipere debeat.*

1 In Chriſti nomine † Si teſtator mandat ſub pœna priuationis hæreditatis legata ſatisfieri infra annum, & nō dicit, quando iſte annus incipiat, intelligimus à die aditæ hæreditatis, & agnitionis legatorum. vnde oportet cōſtare de acceptatione legatorum, nec ante currit dies moram inducens, quā hæres ſit obligatus, arg. ff. de iure do.l. tali. Et ideo monaſterium S. Nicolai de Campo longo non cadit à iure ſuo ex teſtamento Coli Corraducij: qui nunc cūm ſit heres, poteſt liberè vendere pro ſatisfactione legatorum. facit. C. de fideicōm.l. quoties. in fine. & Auth. de hæredi. & fal. §. ſi quis autem non implens.

CONSILIVM XVI.

1 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum.*

2 *Quando filius legitimatur mortuo patre, citandi ſunt hi, quorum intereſt.*

3 *Legitimatio non trahitur retro. adde & duo conſilia ſequentia.*

In Dei nomine Eiuſq; Matris Sanctiſſimę Mariæ Virg. glorioſæ, totiuſq; cœleſtis curiæ. Viſo teſtamento D. Alberti à Campanea, viſa donatione facta per Bernardū in dominum Franciſcum, eiuſq; hæredes, viſo priuilegio Imperiali conceſſo domino Comiti. viſa legitimatione facta per dict. D. Comitem in perſonā Michaelis, omnibus diligenter examinatis, & habita matura delibera-
1 tione, mihi † videtur, quod dictus Michael ſic legitimatus nihil poſſit aduocare, vel aliquid petere ab hæredib. D. Franciſci de bonis, quę poſſederunt ipſi, vel eorum pater vigore teſtamenti D. Alberti, vel vigore donationis factæ per Bernardum, quod ſic euidenter oſtenditur, & oſtendi poteſt. vigore teſtamenti, & vigore donationis dicta bona ſpectare debent ad dictum Franciſcum, & eius hæredes, ſi extitit conditio, videlicet ꝙ Bernardus deceſſerit ſine filijs legitimis, vt ex ipſa ſerie teſtamenti, ſeu donationis apparet: modo extitit cōditio, & purificata eſt conditio: qa Bernardus non reliquit niſi Michaelē ſpurium, & non legitimū: igitur teſtm̄, & donatio ſortiri debet effectum. modo reſtat reſpondere legitimationi factæ per dic. Comitem. & primo talis legitimatio videtur inualida, qa in dicta legitimatione non fuerunt citati, nec vocati illi, quorū intereſt: videlicet filij
2 D. Franciſci agnati Bernardi: vnde legitimatio nulla. † Nam ſecundum com. opi. doct. aut filius legitimatur mortuo patre: & tunc citari debent hi, quorū intereſt, vt ſcribit D. Bart. in l. Gallus. §. quid ſi. ff. de lib. & poſth. Et eſt com. opi. ſed hic nullus fuit citatus: igitur & c. ſi dicatur, dñs Comes legitimauit eum, non obſtante ꝙ agnati non eſſent citati, vt continetur in priuilegio imperiali: ad iſtud reſpondeo, ꝙ forte Imperator nō poſſet abſorbere ius alterius non requiſiti, & potiſſimè ius quæſitum ex contractu donationis, in qua verſatur conſenſus, qui eſt de iure gentium, ſed qa iſta ſunt aliqualiter dubia, poſſum reſpondere aliter, ꝙ hic nō eſt derogatū ſpecificè alicui legi ſpecialiter, ſed generaliter. & gl. in Auth. quib. mo. na. effi. ſui. §. fi. & C. de inceſt. nup. auth. ex complexu. volunt, ꝙ ſpecificè derogetur, verum qa iſta non eſt com. op. Reſpondeo aliter, & clariſſimè. in priuilegio imperiali eſt talis derogatio, & etiam in legitimatione, videlicet nō obſtantib. legibus, quæ volunt, ꝙ ſpurij nō pn̄t legitimari ſine conſenſu, & voluntate filiorū legitimorū, & naturalium: derogatur ergo conſenſui, & voluntati filiorū legitimorum naturalium. modo filij Franciſci, qui nō fuerunt citati, non ſunt filij legitimi, & naturales Bernardi: ſed eius agnati, de quibus priuilegium nullā fecit mentionē derogando. Præterea derogatur, vt nō ſit neceſſarius cōſenſus, & voluntas legitimorum: non autē derogatur, quin ſint citandi, & quin talis legitimatio, cum fiebat, cum ageretur de eorum ꝑiudicio, nō venire debeat in eorū notitiam: vnde priuilegium nō tangit caſum noſtrū, cum iſtud priuilegium ſit odioſum, & nō trahatur ad alium
3 caſum: & ad alias perſonas, iura ſunt vulgaria. † Præterea ſubtilius indagando iſta legitimatio fuit facta iure iam plenè quæſito D. Franciſco, & eius filijs: igitur iſta legitimatio nō ꝑiudicat eis, ar. eius, qđ no. in præal.l. Gallus. §. qd ſi nepos. ſiue dicamꝰ iſtam legitimationē hēre vim reſtitutionis: & tunc nō trahitur retro: vnde verū eſt, ſi nō trahitur retro, Bernardū deceſſiſſe ſine filio legitimo: cum tēpore mortis ſuæ legitimatus Michael nō eſſet. & vtrum habeat filium legitimatū, vel non, debemus inſpicere tempus ſuæ mortis: vt l. ex facto. §. ſi qs autē. ad Treb. ſiue dicamus iſtam legitimationē hēre vim fictionis, & ſic trahatur retro, & Bernardus videatur habuiſſe filium legitimū, & naturalem tēpore ſuæ mortis. & ſic deficiat cōditio teſtamenti, & donationis, & iſta fictio tollitur primo; qa Iac. de Bel. in auth. qui. mo. nat. eff. ſui. § trib. tenet, ꝙ legitimatio nō habeat vim fictionis, nec retrotrahatur, qđ fortè eſt verū. ſed poſito ꝙ hēat vim fictionis, nō trahitur retro: qa medio tēpore ſtatus eſt mutatus: nam per præſcriptionē dñium dictorū bonorum fuit quęſitum D. Franciſco, & filijs; igitur iſta legitimatio nō potuit retrotrahi, arg. eius, qđ plenè not. Cy. in l. fi. C. ad mace. & per hoc non obſtat, ꝙ ſcribit D. Bart. in d. l. Gallus. poſito, ꝙ legitimatio habeat vim fictionis, non pōt fingi, Bernardū habuiſſe filium legitimū in ꝑteritum: cum tēpore mortis ſuæ nō fuit legitimatus. ad hoc autem, vt iſta fictio hēret locum, neceſſarium erat, ꝙ & tempore mortis ſuæ, & poſt hēret eum legitimū, & fingeretur tunc habuiſſe eum legitimū tempore mortis, & in præteritum, ſed Bernardus nunq̃ habuit eum legitimū: qa poſt mortē ſuam legitimatus fuit: igitur non pōt dici eum habuiſſe legitimū tempore mortis, cum fictio debeat habere duo extrema habilia ad hoc, vt trahatur retro, extremū à quo, extremū ad quod, ſed hic deficit extremū à quo, vt no. Cy. in l. fi. C. de ſententiam paſſis. & D. Bart. plenè in l. ſi is, qui pro emptore. Cum ergo Bernardus tēpore ſuę mortis non habuerit filium legitimū vere, vel fictè, extitit cōditio teſtamenti, & donatio, & ſic Michael nil petere pōt. Præterea ad hoc, vt deficiat conditio teſtamenti, vel donatio, eſt neceſſe, ꝙ Bernardus habeat filium legitimū ex ſe natum, vt patet ex verbis teſtamenti, & donationis, & ſic filius iſte duas conditiones debet habere, ſeu qualitates; vt ſubſtitutum, vel donatarium, videlicet D. Franciſcū, & filios excludat: primo vt ſit legitimus, ſecundo vt natus ex Bernardo: priuilegium ſi quidē poteſt facere legitimū, ſed ꝙ natus ſit ex Bernardo non, cum in ciuile circa iura ſanguinis diſponere nō poſſit. hic enim teſtōr, & donatarius ad naturalitatē vr̃ habuiſſe reſpectū; qui ceſſat in ſpurio nato in coitu ꝓhibito, ſicut eſt Michael. & ꝓ hoc facit qō diſputata per Iac. de Belui. in auth. de ſanc. epiſc. §. ſed hoc pn̄ti. col. 9. l. ſi ita quis. §. is, cui. ff. de leg. 2. licèt ibi D. Bar. aliter dicat. Sed cōmunis eſt opinio D. Iac. de Bel. potiſſimè cum dicatur per hæredes D. Franciſci poſſe probari famā, ꝙ dictus Michael ſit alterius ſpurius viſo ſtatuto ciuitatis Veronæ de hac materia loquente, per quæ, & per multa alia, quæ allegari poſſent, puto hæredes D. Franciſci fouere meliora, & potiora iura ipſo Michaele.

Ego Argentius &c.
Ego Paganinus &c.
Et ego Vbertinus &c.

CONSILIVM XVII.

1 *Legitimatio non trahitur retro, in præiudicium eorum, quibus ius eſt quæſitum. & adde de materia infra in tribus proximis conſilijs, in conſilio 304.*

2 *Habens poteſtatem legitimandi ſpurios parentibus viuis, vel iam mortuis, non poteſt legitimare in præiudicium eorum, quibus ius eſt quæſitum.*

3 *In legitimatione filij poſt mortem patris requiritur conſenſus agnatorum, quibus ius ſuccedendi eſt quæſitum.*

4 *Verba generalia priuilegij debent ſtrictè intelligi, & ſecundum ius commune recipere limitationem.*

In Chriſti nomine Super legitimatione Michaelis, qui dr̃ à Campanea facta per D. Comitem de Parma, & Bernardo patre dicti Michaelis ꝑmortuo, iam ſunt. 20. anni, vel circa, cuius hæreditatem adiuit D. Franciſcus ab inteſtato D. Bernardi patruus, & eius bona tenuit, & poſſedit, donec vixit, & hodie tenent eius hæredes, dubitatur, an retrotrahatur, vt ſic hæreditatē patris iam alijs quæſitā auferre poſſit in totū, vel in partē, attēta ptāte per Imperatorē D. Comiti cōceſſa, cuius verba ſunt in eius priuilegio ſcripta ſuperius, ac etiam attenta legitimatione, q̃ fecit D. Comes, & eius forma, & viſa ptāte, quā legitimato tribuit, & concedit in ſuccedendo parentibus, dubitatur etiam, an ꝑiudicet hæredibus D. Franciſci quo ad quædā legata eidē facta per Albertū à Campanea in caſu, in quo d. Bernardus d. Alberti filius, & hæres decederet ſine filijs legitimis ex ipſo generatis, & maximè attenta quadā ꝓmiſſione facta per dictū Bernardū dicto dño Franciſco ex cauſis donationis inter viuos de tradendis poſſeſſionibus, quas habet in terra Fauenzolæ, ſub conditione, ſi ipſe Bernardus decederet ſine liberis legitimis ex eo natis, & de legitimo matrimonio.

1 Chriſti nomine † inuocato, hoc vltimum dubium prius decido & dico, legitimationē prædictam nil præiudicare D. Franciſco, vel eius hæredi vltra allegata prædicta: ꝙ demonſtro ex quatuor. Primo: qa attenta cōditione legati oportet, ꝙ ſecundum tempus mortis Bernardus habuerit liberos tunc legitimos, ꝙ hic non fuit, ergo condō non deficit, ſed impleta fuit. Quod autem ſecundum tempus mortis liberos legitimos debeat habere, probo. qa qualitas adiecta verbo, etiam eſſe ꝓducta exigitur ſecundum tēpus verbi, cui adiungitur, vt ff. de nox.l. in delictis. §. ſi extraneus. & l. vt pretor. §. Iulianus. & ff. de teſta. mili.l. ſi miles. ſed in caſu noſtro exigitur exiſtentia liberorū legitimorū ſecūdum tempus mortis Bernardi, eo ꝙ dicit, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis. vnde ſicut exiſtentia verborū tunc exigitur, ita & qualitas legitimationis liberis cohærentis. Secundo ad idem, ꝙ nemini dubium: quia conditio legati extitit: quia ſine liberis legitimis deceſſit, ergo impleta non poteſt poſtea per caſum nouum ſuperuenientē deficere. C. quādo dies leg. ce.l. cum vxori. Tertiò: qa volūtas teſtatoris, quæ ſemper in vltimis voluntatib. prædominatur, vt in finib. iuribus, fuit, ꝙ vt conditio deficit, filij ex matrimonio deberent naſci legitimi, dum ſubiecit, ex ipſo generati. nam illa verba veniunt qualificatiue, & limitatiue ad præcedentia verba, & implicatiue. non enim voluit, ꝙ per filium legitimū deficeret conditio, ſed per natū ſibi legitimum: ſic oportet, quod ſit naturalis, & legitimus, vt not. doc. in auth. niſi rogati.

ꝛogati. C. ad Treb. & per Io. And. in c. in præſentia. de proba.
Et hæc naturalitas, & legitimitas ſecundum tempus mortis de-
bent concurrere, per iura ſupra in primo argumento allegata.
hoc confirmatur: quia concubinã prohibuit dictus Albertus
dictum Bernardum tenere: ideo ſequitur, ꝙ cum dicit, ſi dece-
deret ſine liberis legitimis &c. non intellexit de natis ex concu-
bina, & maximè ſpurijs, vt not. doc. C. de inſti. & ſub. ſub con-
di. fac. l. generaliter. §. fin. & ibi per dominum meum. Quartò
hoc validat promiſſio facta per dictum Bernardũ d. Franciſco,
quæ fuit conditionalis, & eius conditio fuit, ſi decederet ſine
liberis legitimis ex eo natis, & de legitimo matrimonio. vnde
not. ꝙ dicit de legitimo mat. ꝙ deficit in caſu noſtro, ergo &c.
Et ex prædictis patet, ꝙ iſte ſecundus punctus vr̃ indubitatus:
& ita pro hæredib. dicti Franciſci tenendum. faciunt & aliqua,
2 quæ in ſequenti ſubijciam. † Nunc ad vires legitimationis fa-
ctæ & poteſtatis dñi Comitis accedo, ſuppoſita ptãte D. Impe-
ratoris; circa quã me non extendo: ſimiliter ſuppoſito priuile-
gio D. Comitis valido in ſibi conceſſis, dico, ꝙ D. Comes plus
conceſſit dicto Michaeli, quam concedere poſſit ex priuilegio
ſibi à Principe conceſſo. Concedit ei D. Comes, ꝙ dictus Mi-
chael ex legitimatione per eum facta ſuccedat dicto Bernardo
patri ſuo ante legitimationem iſtam, vt præmittitur, prędefun-
cto per plures annos, ſed hoc non potuit, quia diſcurrendo to-
tum priuilegium D. Comitis non reperitur ptãs ſibi conceſſa
hoc faciendi: ergo &c. Nam licet in prin. priuilegij ſui detur ſi-
bi ptãs legitimandi ſpurios parentib. viuentib. vel iam mortu-
is, non ſequitur, ergo dat ptãtem, vt poſt mortẽ parentum legi-
timati ſuccedant illis: & auferant hæreditatem iam alijs quæſi-
tam. & eſt ratio; quia non probat hoc eſſe, qđ ab hoc contingit
abeſſe, vt l. ad probationẽ. & l. neq; natales. C. de prob. & l. non
hoc. C. vnde cogna. nec etiam dici poteſt, quod ſibi cõcedatur
hæc ptãs in eum modum, dum dicit ad literam, quin ipſi legiti-
mandi æquis portionibus ſuis ſuccedant parentib. & agnatis:
quia illa verba ſimiliter tribuunt illam ptãtem. ꝙ demonſtro,
nam ex illis verbis duplex poteſt inſurgere intellectus: vnus vt
referatur ad legitimationẽ factã viuente patre, & iſte eſt bonus
& ſanus intellectus. Alius vt referatur ad legitimationẽ factam
patre præmortuo, vt in caſu noſtro, & ſic hæreditate iam alteri
quæſita. & iſte intellectus non eſt bonus, nec ex illis verbis eli-
ciendus tanquã iuri non conſonus, ſed contrarius, & abſurdus,
vt l. benignius. ff. de leg. 1. & l. cum prem. de cond. inſer. ꝙ autem
iſte ſecundus intellectus ſit abſurdus, & vitioſus, demõſtro ſub
breuitate ex plurib. primo: qa principis verba reſcripta ſic ſunt
interpretanda, ꝙ ex eis non naſcantur iniuriæ, ſecundum iura.
C. vnde vi. l. meminerit. & ad l. miſce. l. 2. Secundò; quia priuile-
gia principis debent intelligi ſine læſione tertij, & iure alterius
iam quæſito. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à
principe. & C. de emanc. lib. l. nec auus. Tertiò; qa aliter intel-
ligendo auferretur liberum teſtandi arbitrium à iure defuncto
conceſſum, contra. l. 1. C. de ſac. ſan. eccl. l. pactum, qđ dotali. C.
de coll. & l. pactũ. de pac. Quartò; quia puniretur, qui non pec-
cauit, & l. mandata impleuit, contra l. 1. C. de his, qui ven. æta.
impetra. & contra. l. ſancimus. C. de pœnis. & lege, eum, qui no-
centem. ff. de pœ. declaro prædicta: nam defunctus decedendo
teſtatus, vel inteſtatus voluit bona ſua peruenire ad ſupraſcri-
ptum hæredẽ, vel ad legatarium, vt in primo dubio ſupra poſi-
to; vel ad tunc proximiorẽ agnatum, vt ff. de iure codicil. lege,
ſi quis cum nullum. & lege, conficiuntur. non ſpurium, quem
ſciebat ab hæreditate ſua excluſum: ergo &c. Quintò eſt hic at-
tendendum, quia filius per reſcriptum Principis à patre impe-
tratum non legitimatur inuitus, ſed demum conſentiens, vt in
Auth. quib. mo. na. effi. ſui. §. generaliter. & no. Gul. de Cu. in l.
benignius. ff. de leg. ergo nec per principis reſcriptũ à filio im-
petratum patri filius legitimatur, niſi conſenſerit. conſequen-
tia bona, quia par ratio eſt in vtroq;, ergo idem ius. Item quia
ſucceſſiones ab inteſtato deberent eſſe mutuæ, æquales, & vi-
ciſſitudinariæ, vt in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. filium. & §.
pen. & C. de leg. hære. l. ſi ab eo. & maximè in correlatiuis, vt eſt
pater, & filius, auus, & nepos, vt not. Iac. But. in auth. defuncto.
C. ad Tertul. ſimiliter & in alijs correlatiuis, vt ſunt maritus, &
vxor, diſpoſita in vno intelliguntur diſpoſita in alio, vt. C. de in-
di. vid. l. fi. & idem in actor. & reo, vt. C. de fruc. & lit. expen. l. fi.
& idẽ in emptore, & vend. ff. de reſcin. ven. l. cum emptor. & ff.
de accepti. l. fi. & pro prædictis tex. bonus. C. de cupreſſis. l. 1. lib.
11. ſed in themate noſtro pater dic. Michael. huic legitimationi
non conſenſit, nam vt pater mortuus conſentire non potuit,
nec eius hæredes, ergo in ſui pͥudicium legitimatio nulla. Sex-
tò induco ſimilia ad materiam legitimationis bene cõcluden-
tia: nam adoptio eſt actus, per quẽ quis efficitur legitimus, ff.
de adop. l. 1. & tamen per adoptionem quis non efficitur legiti-
mus ſucceſſor alteri, niſi ille cõſenſerit adoptioni, vt ff. de adop.
l. ſi is, qui filium, & l. ſi is, qui nepotem. cum ibi no. in gl. Septi-
mò ad caſum noſtrũ induco id, qđ no. gl. mag. C. de adop. l. cum
in adoptiuis. verſi. ſi vero pater. per ꝙ argũ fortiſſimum ad de-
ciſionem noſtri dubij reperies, nam filius in ptãte datus in ado-
ptionem coniuncto tranſit in illius ptãtem, vt olim, & ei effici-
tur legitimus ſucceſſor, tamen ſi viuente pr̃e naturali emanci-
petur ab illo pr̃e adoptiuo, & viuente adhuc naturali pr̃e, illi
naturali efficitur legitimus ſucceſſor: ſed ſecus ſi emancipetur
3 patre naturali præmortuo, vt ibi vult gl. no. † Octauò; qa con-
ſenſus agnatorum iſtius Michaelis in hac legitimatione nõ in-
terceſſit, & loquor de ipſo D. Franciſco, qui patri ſucceſſit: &
de hæreditate eius, qui neceſſarius fuit, vt legitimatio Michae-
lis poſſit eis præiudicaſſe, vt eſt tex. cum gl. ff. de adop. l. nam ita
diuus, qđ declaro, nam ibi fuit adoptio inualida vt in l. præce-
denti, & mortuo arrogatore petit arrogatus per reſcriptũ prin-
cipis illam confirmari, vt ſic arrogatori poſſit ſuccedere, dicit
text. quod vocandi ſunt hi, qui læderentur ex tali confirmatio-
ne: & hi ſunt agnati arrogatoris, quibus ius ſuccedendi eſt quę-
ſitum. & quærit ibi gl. an illorum agnatorum conſenſus eſt ne-
ceſſarius, & dicit, ꝙ ſic, ſecundum Io. & licet quidam reprobent
illam gl. dicentes, ꝙ ſicut agnati arrogatoris non ſunt neceſſa-
rij in conſtituendo, ita nec in cõfirmando. C. de nup. l. ſi vt pro-
ponis. & in Auth. de defenſo. ciui. §. iun. ſed à principio, & in
primæua arrogatione illorum conſenſus non fuit neceſſarius,
vt l. cum adopt. in eo. tit. ergo &c. tamen dominus, & patruus
meus, qui gl. illuminauit, & earum myſteria reſerauit, dicebat,
quod hi reprobantes dñt verum, ſi tractaretur de arrogatione
confirmata viuente arrogatore. ſed gl. in l. nam ita diuus. ſuper
qua eſt poſita, loquũtur arrogatore pręmortuo. vnum vult lex,
quod agnati, quib. ius ſucceſſionis eſt quæſitum, citentur; quia
eorum conſenſus eſt neceſſarius, vt in gl. & merito, quia nõ vo-
luit imperator, ꝙ per eius habilitationem, & confirmationem
tolleretur ius ſucceſſionis illis agnatis iam quæſitum. ſic ibi vi-
detur caſus clarus noſtræ quæſtionis deciſiuus, vt & ſic conclu-
dendo dicamus, ꝙ legitimatio facta per dictum Comitẽ de di-
cto Michaele non pręiudicat D. Franciſ. qui non conſentit, nec
etiam potuit; quia defunctus, nec eius hæredes. Nec obſt. ver-
ba reſcripti, quia debent intelligi de legitimatis in vita patris,
& eo volente, qui poſtea ſuccedant vna cum filijs legitimis, vt
4 in priuilegio continetur, nec mirandum, † quia verba genera-
lia priuilegij, quæ priuant legem, debent ſtrictè intelligi, & ſe-
cundum ius cõmune recipiunt limitationem, vt patet in l. 1. C.
de ſac. ſan eccl. coniuncta gl. & l. ſi quando, in prin. C. de inoff.
teſt. & C. de nox. l. 2. ff. cõmunia de ſucc. auth. omnes peregrini.
& ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. nec etiam obſtant
clauſulæ in literis priuilegij appoſitæ: quia ad caſum iſtum iuris
iam quæſiti agnatis non extenduntur: cum in caſu ſimili nõ ſit
ibi factus ſermo; quinimo ſunt opi. an in legitimatione ſpurio-
rum ſufficiant clauſulæ generales ex certa ſcientia appoſitæ: &
dñt multi valentiſsimi iu. periti, ꝙ nõ: qm̃ ſpecificè debent tolli
leges legitimationes impedientes: circa qđ non inſiſto; quia ad
pñs examinari non eſt opportunum: cum vt dixi, ibi nulla ſit
clauſula derogatoria à legibus vitiantib. reſcripta, per quæ iu-
ra abſorbentur aliena, & iam alteri quæſita vt l. quoties. & in l.
nec damnoſa. & l. reſcripta. C. de prec. imp. offer. Concludo igi-
tur, hanc legitimationem non prodeſſe legitimato quo ad ſuc-
ceſſionem paternam, qđ etiam confirmo ex eo; quia legitima-
tio non facit legitimatum ipſo iure patris hæredem, ſed ſolum
vbi ſit valida, & concernat patris ſucceſſionem, & tribuit fa-
cultatem adeundi. ſed in caſu noſtro cum tempore legitima-
tionis non vacet dicti Bernardi hæreditas, nõ video, quomodo
per Michaelem legitimatum poſſit adiri, nec valet quis repli-
care, quod retro fingitur non adita per dictum D. Franciſ. quia
de tali ceſſatione aditionis iam factæ nihil exprimitur, nec ca-
uetur in dicto priuilegio Comiti conceſſo, & ideo eius priuile-
gij ver-



gij verba ad noſtrum caſum nullo modo poſſunt trahi. & hic
finis.

CONSILIVM XVIII.

1 *Legitimari vere non poteſt quis ante, nec poſt mortem patris: tamen po-
teſt imperator ſubditos imperio habilitare ad ſucceſſio. & actus legiti-
mos, & honores ſeculares.*
2 *Legitimatio non trahitur retro, vt præiudicet venientibus ab inteſtato,
quibus eſt quæſitum ius in hæreditate.*
3 *Legitimatio facta viuo patre, vel quia ipſe in teſtamento diſpoſuit, quod
filius legitimetur, nullius citationem requirit: & ſi extra hos duos ca-
ſus facta fuerit non citatis, & conſentientibus his, quorum intereſt, le-
gitimatio non valet.*
4 *Priuilegio imperiali an derogetur iuribus diſponentibus de requiſitione
illorum, quorum intereſt.*
5 *In priuilegiis non ſufficit clauſula derogatoria ll. niſi exprimantur ali-
qua leges.*
6 *Filiatio qualiter probetur.*

In Chriſti nomine. Et B. Virginis, & vtriuſ-
que Ioannis. In quæ-
ſtione propoſita ſunt examinãda plura puncta. primum, an poſt
mortem patris Michael legitimari poterit. ſecundum, an hæc
legitimatio, ſuppoſito, ꝙ fieri potuerit, pręiudicet venientibus
ab inteſtato, quibus ius ante legitimationẽ in hæreditate quæ-
ſitum fuit. tertium, an in hac legitimatione requirendi ſint, &
fuerint neceſſario illi, quorum intereſt, id eſt, ab inteſtato vẽ-
1 nientes. hæc tria puncta tangunt articulũ legitimationis. † Cir-
ca primum, an ſcilicet poſt mortẽ patris legitimari potuerit Mi-
chael, eſt attendendum, ꝙ hæc referunt, an. ſ. Imperator, vel al-
ter ex priuilegio Imperatoris poſſit quẽ poſt mortem pr̃is vere
legitimare, vel poſſit ipſum ad ſucceſſionem, honores & actus
legitimos non obſtante defectu natalium habilitare. Attento
primo, ꝙ Imperator nõ poteſt, nec viuente patre etiam peten-
te, multo minus poſt mortem legitimare. hoc demonſtratur:
nam vere legitimus eſt, qui ex matrimonio legitimo natus eſt.
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iu. l. filium. & l. quia ſemper. ff. de
in ius vo. ff. de lib. agn. l. 1. §. Iulianus. ff. de car. edicto. l. 1. §. ſi quis.
& l. fi. ff. de prob. C. de nup. leg. ſi vicinis. qui fil. ſint leg. cap. 2. &
per totum titulum. tunc arguo, Imperator nullam poteſtatem
habet circa matrimonium, ergo non habet poteſtatem vere le-
gitimandi. antecedens probatur, quia matrimonium vtpote ſa-
cramentum eccleſiæ, in quo gratia infunditur, licet de hoc ſint
opi. iuxta no. de ſacra vnctio. c. 1. eſt de foro eccleſię, & ſpectat ad
eccleſiam tm̃, & ſicut matrimonialis, qui filij ſint leg. c. lator. &
c. cum cãm. de ord. cog. c. tuam. & ſic Imperator nullam ptãtem
habet in ſacro matrimonij. conſequentia probatur: qa qui non
poteſt in matrimonio, non potęſt in dependentibus ex eo, cum
acceſſoria ſequantur naturã principalis. ff. de re. iu. regula. cum
principalis. & regula, acceſſorium. eo. ti. lib. 6. imo nec Papa po-
teſt vere legitimare filios natos ex eis, inter quos nõ potuit eſſe
matrimonium impediente lege diuina, vbi Papa nõ potuit diſ-
penſare: cũ legitimatio ſit dependẽs matrimonio, vt ſ. monſtra-
tum eſt: licet poſſit illos habilitare ad actus quoſcunq; ſpiritua-
les. Attento ſcđo dico, ꝙ Imperator, vel alter ex priuilegio Im-
peratoris, p̃t ſubditos Imperio in locis ſubditis Imperio habili-
tare ad ſuc. & actus quoſcunq; legitimos, & honores ſeculares,
non obſtante quocunq; defectu natalium, vt perinde habean-
tur, ac ſi forent nati de matrimonio, & hoc poteſt pr̃e viuente,
& poſt mortẽ patris. hoc demonſtratur: quia Imperator vtpote
dominus orbis in ſecularibus poteſt omnia, quæ pendent à po-
teſtate potiſſima legis, & contra, & ſupra legem, vtpote plenus
dominus temporalium. ff. ad l. Rhodiam. l. depræcatio. Cod. de
quadrien. præſcri. l. bene à Zenone. in l. fi. C. ſi contra ius, vel v-
til. pub. 7. q. 1. c. in apibus. poteſt ergo Imperator modificando,
vt ſupra, habilitare baſtardos, ſpurios, manſeres, & quoſcun-
que illegitimos ad ſucceſſionem, & actus legitimos, & honores
ſeculares, perinde ac ſi forent de legitimo matrimonio nati: ſed
non poteſt vere legitimare: quia nec poſſet illegitimum legiti-
mum facere. ſic decidit Hoſt. in c. per venerabilem. qui filij ſint
legi. & ſcđm hunc intellectum intelliguntur text. in auth. quib.
mod. na. effi. leg. & rubr. de natalibus reſtituendis. ſic concludi-
tur prima concluſio deciſiua primi puncti, ꝙ iſte Michael poſt
mortẽ patris potuit per priuilegium Imperatoris habilitari ad
ſucceſſiones quaſcunq; perinde, ac ſi foret natus de matrim. le-
gitimo, & tolli potuit omne impedimentum legale, ſed vere le-
gitimari nõ potuit per Imperatorem, vt ſ. monſtratum eſt. Cir-
2 ca ſcđm punctum, † an. ſc. legitimatio, vel verius habilitatio tra-
hatur retro, vt præiudicet venientibus ab inteſtato poſſidenti-
bus bona hæreditaria, quibus ius quæſitũ eſt in hæreditate, eſt
attendendum, ꝙ in hoc puncto variarunt doctores, dñt aliqui,
ꝙ iſte recuperat omnia bona ad inſtar poſthumi, qui poſt natus
rumpit teſtm̃ patris. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. ff. de acq.
hær. l. quod dr̃. & recuperat perinde, ac ſi foret reuerſus ab ho-
ſtibus. ff. de iniu. rup. & irrito te. l. ſi quis exhæredatus. §. ſed & ſi
pr̃. item quia legitimatione ſecuta lex fingit eum non fuiſſe ſpu-
rium, & illegitimum. ff. de nata. reſt. l. ſic. no. Bar. in l. Gallus. §. &
quod ſi tm̃. ff. de lib. & poſth. ſentit hanc partem, dicit tñ, ꝙ vidit
allegationes Azo. & Dy. nec potuit videre, qđ determinarunt;
pro hac concluſione facit: quia iſte actus legitimationis, ſeu ha-
bilitationis retrotrahi dẽt. Nam nõ ſolũ in iudicijs, ſed in cõtra-
ctib. & maleficijs, p̃cedit retrotractus, concordantiæ hñr. C. ad
Mace. l. fi. & in c. ratihabitionẽ. de re. iu. li. 6. Sicut ẽt dicimus in
capto ab hoſtib. vt l. retro. ff. de cap. & poſtl. reuer. ſicut poteſtas
iuris poſtliminij, cum in eius perſona amouet ius ſeruitutis per
captiuitatem inductæ, facit eius conditionis, ac ſi nunq̃ in eius
ſeruitute fuiſſet. l. poſtliminium. ff. de captiuis & poſtl. reuer. 16.
q. 3. c. prima actione, ſic ptãs legitimationis, ſiue habilitationis
faciat perinde, ac ſi nunq̃ illegitimus fuiſſet. ff. de in ius voc. l. ſi
quis filio. §. pen. & ſicut per ius illud reuerſus excludet poſterio-
res in gradu, vt l. ſed filio. §. ſed ſi pr̃. ff. de iniu. teſt. ff. de bo. li. l. ſi
neceſſe. §. ſi deportatus. ff. de bo. poſ. ſcđm tab. l. qui ex liber. §. 1.
ſic per legitimationem, ſiue habilitationẽ fiat retractus, & fiat
excluſio quorumcunq; poſteriorum agnatorum. & vr̃ tex. aper-
tus in auth. qui. mo. na. ef. ſui. §. reliqui. ibi, eos ſemel efficientes
ltĩmos damus hr̃e ſucceſſionẽ, ẽt illas, quas hñt illi, qui ab initio
nati ſunt ltĩmi, & ibi in §. illud. alias incipit. ſi quis igitur naturæ.
in pr. ibi, nihil diſſimilis à filijs differentes. ad idẽ facit. ff. de li. &
poſth. l. filio. & C. de conſulib. l. 1. in fi. li. 12. dñt quidam, ꝙ Franc.
Accu. hoc tenuit per §. reliqua. ſtatim allegatum. Bar. Brixienſis
diſputauit hanc q. & fuit hoc in ordine ſuarum quæſtionum. &
incipit quidam habens filios. & terminauit in prium. Et dicit,
ꝙ Vgutio ſic tenuit. Tancredus in ſua q. contra idẽ tenuit. poni-
tur per Io. And. in regula, ſine culpa. de re. iu. li. 6. In opere mer-
curialium formauit qõnem de primo nato naturali tm̃, & poſt-
modũ nato ltĩmo, & naturali ex mr̃imonio ſuperueniente, non
p̃iudicatur iuri quæſito per natũ medio tp̃e ltĩmum naturalem;
vt ſic ſuperueniens ltĩmatio non tollit ius quæſitũ prius tp̃e. in-
ducuntur ad hanc concluſionẽ tres tex. ſ. c. ſi pro te. & c. quam-
uis. de reſcr. li. 6. & c. ſi apoſtolicæ. de præb. lib. 6. & inducuntur
hoc modo. Aut enim diceretur, ꝙ iſta ltĩmatio, ſiue habilitatio
ſit noui iu. collatio, & tunc facit. c. ſi pro te. nã mandat Papa re-
cipi Titium in canonicum, ſi capitulũ conſenſerit: anteq̃ capi-
tulũ conſentiat, alter recipitur, & pure de mandato Papæ; poſt-
ea capitulũ conſentit receptioni primi, vacat præbenda: præ-
fertur primus pure receptus. & alia receptio fit ſine præiudicio
iuris quæſiti antea pure recepto. ſic in p̃poſito iſta habilitatio,
quæ ſequitur ius q̃ſitum ab inteſtato venientib. non p̃iudicabit
eis, ſi dicatur, ꝙ hæc ltĩmatio, ſiue habilitatio ſit reſtõ, tũc facit.
c. quamuis. vbi quidam fuit priuatus gr̃a ſibi collata in quadam
eccleſia: poſtea alteri fuit facta gratia per Papã ad primum va-
caturum in eadem eccleſia: poſtea Papa reſtituit primum depo-
ſitum: iſta reſtitutio non præiudicat iuri medio tempore alteri
quæſito. facit. C. de natali. reſtitu. l. 2. ibi, natalibus antiquis rẽ-
ſtituti, &c. facit in Auth. quib. mod. nata. effi. ſui. §. ſi quis ergo.
ibi, prolem voluerit naturæ reſtituere, &c. Si dicatur, quòd le-
gitimatio, ſiue habilitatio fuerit, tunc facit. ca. ſi apoſtolicæ. de
præben. libro 6. vbi ſi reſeruatio legati præceſſit, & confirma-
tio Papalis eſt ſecuta, & poſt reſeruationem ante confirmatio-
nem alter impetrauit à Papa, iſte medius erit prior. Cõfirmatio
enim ſuperueniens non tollit ius medio tp̃e quęſitũ impetran-
ti. ſic in propoſito ltĩmatio, ſiue habilitatio ſuperueniens non
tollit ius quæſitum venientib. ab inteſt. ad §. reliqua, patet ſolu-
tio: nam de mente legis fuit, ꝙ ſicut ab initio natis legitime de-
fertur ſucceſſio, ſic legitimatis: non tñ dicit tex. ꝙ ab initio cen-
ſeantur legitimi, ſecundum quòd habent ſucceſſiones, quas ha-
bent legitimi, & qui ab initio ſunt legitimi, ſic. §. illud. l. 1. C. de
conſu. facit, ꝙ cum dr̃ in principio, ꝙ prius dignitatem adeptus
eſt poſſeſſor: ſic in p̃poſito prius ſucceſſi. adeptus eſt poſſeſſori
& ſiĉ

& ſic potior, vt regula, qui prior. cum concor. lib. 6. ſed in fin.
videtur facere cōtra, inquantum ibi poſſeſſor conſul. primo pa-
tritiatum adeptus præfertur ſecundo prius patritiatum ade-
pto, ſi ſequeremur ſecundam lec. quam ibi ponit gl. negaretur
caſus, & ſic non foret neceſſe reſpondere: quia faceret pro, ſe-
cundum lec. cōmunem ſolui debet, ꝙ ibi ex ordine conſulatus
debebatur patritiatus, facit. l. reſcripto. ff. de mu. & hon. ſi ergo
aliter factum fuerit, ex quo primo adeptus eſt patritiatum, me-
rito præferendus illi, cui in adipiſcendo præferri debuerat, vel
habebat ibi conſuetudo conſulatus, quod habebat conſuetu-
do multarum eccleſiarum, ꝙ inter canonicos eius ordinis non
inſpicitur prioratus in ordine, vel ibi ex conſulatu habebat ius
conſul. ad illud, quod dicitur de retrotractu, ꝙ in fictionib. quæ
retrotrahi dn̄t, oportet, ꝙ eadem cauſa, & exiſtentia perſeue-
ret, alias ſi ex ptāte filia ſit emancipata, fictio ſuam materiam
immittat. C. de rei vxo. ac. l. vna. §. videamus. nec debet trahi ad
tempus, ex quo ſequi poſſet repugnantia. ff. de vſucap. l. is. C. de
inof. teſt. l. 2. & l. donationes. C. de don. inter vi. & vxo. hic au-
tem ſurgeret repugnantia: quia concubina eo tempore natura-
liter nō potuit eſſe vxor; qa tunc erat coniugata, & ſic conclu-
ditur, legitimationē Michaelis ſic ſubuenientis non derogare
iuri quæſito venientibus, ab inteſtato: ſed ſuppoſito, ꝙ opinio
3 aliorum procederet, ſurgit tertius punctus, † an tēpore legiti-
mationis citari debuerint, quorū intereſt; & hic attendendum,
ꝙ aliquādo legitimatur quis patre viuente, & petente, & tunc
nullus citatur: quia ipſius principaliter intereſt, vt l. cum ado-
ptio. ff. de adop. Item ſi pater diſpoſuerit in teſtō, poterit filius
poſt mortē petere legitimari, nec aliter eſt vocandus. C. de na-
turalib. liberis. in auth. ſi quis. & in corpore vnde ſumitur. ali-
quando pater nihil diſpoſuit in teſtō, & tunc filius non poteſt
legitimari niſi requiſitis illis, qui ex hoc læduntur; & quibus ius
quæſitum eſt, imo requiritur eorum conſenſus. ff. de nata. reſti.
ita concludit Bar. in l. Gallus. §. & qd ſi tantū. ff. de li. & poſth. &
4 ſic concluditur tertia concluſio tertij puncti, † ſed nunc exa-
minandum, an priuilegio imperiali derogetur iurib. diſponen-
tibus de requiſitione illorum, quorū intereſt: vbi attēdendum,
ꝙ in priuilegio apponitur clauſula derogatoria neceſſitati con-
ſenſus legitimorum, & natalium, & eorum requiſitioni, non a-
liorum, quorum intereſt: & ſic illa clauſula non concernit ca-
ſum noſtrū. qd enim ibi non exprimitur, diſpōni iuris cōmunis
ſubijcitur. ff. ſol. mat. l. ſi cum dotē. ff. de libe. & poſt. l. cōmodiſ-
ſimè. & l. ſi vero. §. de viro. ſol. mat. l. maritus. C. de proc. nec va-
let conſequentia, derogat maiori obſtaculo, ergo minori; quia
in his, quæ ſunt ſtricti iuris, non tenet conſequentia de expreſ-
ſo ad non expreſſum. ff. de verb. obl. l. quicquid aſtringendæ. &
l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. ad munic. l. conſtit. & l. fi. ff. de
cond. ob. tur. cauſam. talia autē ſunt priuilegia. 3. d. c. priuilegia.
Item in his, quæ ſunt exorbitantia de iure cōmuni, ceſſat talis
conſequentia, & ſunt reſtringenda. l. cum quidam. ff. de lib. &
poſth. regula, quæ à iure, regula, in pœnis, regula, hodie, de reg.
iu. lib. 6. maximè cum agitur de iure alieno tollendo, qd non in-
tendit princeps, niſi exprimat. ff. ne quid in loco pu. l. 2. §. ſi qd.
de priuil. c. paſtoralis. maximè cum nec princeps ſine cauſa pri-
uare poſſit quē iure ſuo, vt l. quoties. C. de prec. impe. off. no. in
l. fi. C. ſi cōtra ius, vel vtili. publ. & per Innoc. in c. quæ in eccle-
ſiarum. de conſt. Item clauſula derogatoria conſenſui non de-
rogat requiſitioni. Et ſunt duo actus diſtincti, q requirunt con-
ſenſum ipſius hēre, ſicut conſilium requirere, & conſilium ſe-
qui, extra de arbitris. c. cum olim. de ele. c. cum in veteri. & ſub-
lata vna de duab. ſeruitutib. alia manet. ff. de ſer. vrb. prę. l. ſi do-
mus tua. de autho. & vſu pallij. c. ex tuarum. licèt ergo derogari
poſſit conſenſui, non tamē vi clauſulæ poterit fieri ſine requiſi-
tione, cum ſint actus diſtincti: & vno differente expreſſo alia
ſunt omiſſa ex certa ſcientia ꝓferentis. l. cum præter. ff. de iud. l.
maritus. de procur. de pſump. c. nonne. maximè in his, quæ ſunt
odioſa, & reſtringēda, qualia ſunt hæc. & ſi dicatur, ad qd opor-
tet requiſitio, ſi contra ipſorū conſenſum pōt fieri. Reſpondeo,
requiſitio talis fit, ſi qd opponere poſſet, pp qd princeps non
legitimaſſet; ſicut dicimus de requirentib. conſilium, ꝙ qs non
tenetur ſequi, & tamē tenetur requirere, vt no. in c. cum olim.
de arbitris. & in c. in veteri. de electione. ſicut in arbitro, cuius
requiſitio requiritur, qui tamen præſens contradicere nō poſ-
ſet maiori parti pſenti, ff. de arbitr. l. item ſi vnus. §. ſi in plures.

& no. in c. 2. eo. tit. lib. 6. ſic illa clauſula non derogat, nec clau-
ſula generalis ſequens derogatoria legis in genere, cum clauſu-
la generalis ſequens expreſſa nō extendatur ad maiora, de pro-
cu. c. qui ad agendum. de reſcrip. c. ſedes. & c. cum in multis. eo.
5 lib. 6. † Item ſecundum mentē ſpeculatoris in priuilegijs non
ſufficit clauſula derogatoria legib. niſi exprimantur aliquæ le-
ges. ff. ſi qs cautionib. l. ſed & ſi qs. §. quæſitū. de proc. c. qui ad
agendū. li. 6. ff. de acq. hær. l. ſi qs mihi bona. §. iuſſum. C. de bon.
ſublati. l. 2. lib. 10. de confirmatione vtili, vel inutili. c. bonæ. de
dol. & contu. c. 2. à ſimili ſic pr̄ nominatim exhæredat filios, vt l.
2. ff. de lib. & poſthu. ſic princeps nominatim exhęredat legem,
quam opi. ſequitur Archi. vbi peruertitur iuris ordo, vel ſurgit
iniquitas, quæ hic occurrit, ꝙ non requiritur qs, cum agitur de
iure ſuo tollendo, & ꝙ ptiuetur ſine cauſa iure ſuo. hic enim ſi
princeps hoc poſſet, deberet poni clauſula expreſſiua, nō ſuffi-
cerent verba generalia: faciunt no. in l. ſi qs. in prin. ff. de le. 3. &
l. fi. C. ſi contra ius, vel vtili. publicā. & c. vno. de exceſ. plat. li. 6.
pro hoc facit opi. diſtinguēs, an pro primo motu princeps con-
cedat priuilegium, & tunc non ponderetur qualitas expreſſa
clauſula derogatoria; an ad inſtantiam alterius, & tunc ponde-
retur, vt fiat expreſſiua, maximè cum abſorbetur ius alienū, vt
hic. pro qua facit. c. ſi motu ꝓprio. de reſcri. li. 6. & in cle. ſi Ro-
mana. eo. tit. In hoc tamen articulo ſunt opi. variæ no. in l. ſi qs
in prin. teſt. ff. de leg. 3. & in c. vno. de exceſ. præla. lib. 6. ꝓpterea
6 in hoc nō firmo: ſed relinquo iudicis arbitrio. † Item hic aſſeri-
tur ꝓbari poſſe per publicā vocem, & famā, Michaelē fuiſſe fi-
lium alterius: & per aſſertionē Bernardi patris nūcupatiui non
fuiſſe ipſius filium. Aduertendum, ꝙ filiatio ex parte patris non
eſt ꝓbabilis de neceſſario, vt l. Lucius. ff. de cond. & dem. & l. fi-
lium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iuris. no. extra de proba. c. per
tuas. de filijs preſbyterorū. c. Michael. ſed ꝓbatur in petitorio
ꝓbato matrimo. & ꝙ natus ſit in domo conſtante matrimo. &
ſimul cohabitantib. marito, & vxore, vt l. iubemus. C. de nup. &
l. filium. C. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. ꝓbatur etiam in poſ-
ſeſſorio ꝓbata quaſi poſſeſſione ex parte vtriuſq;, vtpote ꝙ ipſe
fuit in quaſi poſſeſſione tractationis, vt filij à patre, & ſic de pa-
tre, & ſic reputatus. tertio ꝓbari poteſt per publicā vocē, & fa-
mam. quarto ꝓbari poteſt miſcendo hos omnes modos. hic in
caſu noſtro ꝓbatur de publica voce, & fama viciniæ, ꝙ iſte fue-
rit filius Peregrini, per quod infertur non fuiſſe filium Alberti,
quam ꝓbationem coadiuuat aſſertio Bernardi, qui aſſerebat il-
lum non eſſe filium ſuum; hæc ꝓbatio non prodeſt niſi in poſ-
ſeſſorio, vel publica voce, & fama, qs naturalis, vel ſpurius ſit,
& ſic nuptiæ non ꝓcedunt etiam ſola ꝓbatione pu. vocis, & fa-
mæ; & quaſi poſſeſſionis, & cōmunis reputationis: Cum ergo
hic conſtet de publica voce & fama, ꝙ ſit alterius: & cōſtet per
aſſertionē Bernardi, ꝙ non ſit ſuus, quæ aſſertio multum ſtrin-
git, vt in c. per tuas. extra de proba. vbi pr̄ putatiuus negauit fi-
lium in ſimili caſu; & poſtea deuictus inſtantia concubinæ re-
cognouit ipſum filium: ſecundū cōm. opi. doct. ibi ſtabatur ne-
gationi patris, ſi nō interueniſſet interpretatio in dubio, ꝓpter
ſubſequentē recognitionē pp periculum, ꝙ imminebat in ma-
trimonio contrahendo cum conſobrina: qa nō eſt veriſimile, ꝙ
pater abneget filium, quē naturaliter diligit ſicut ſeipſum. ff. qd
met. cauſ. l. iſti quidē. in fi. cum cenſeatur vna perſona cum eo,
vt l. fi. C. de impu. & alijs ſubſt. hic aſſertio Bernardi cum pub.
voce viciniæ ꝓbabat eum non filium, niſi fortiores ꝓbationes
ſint in cōtrarium, nec hic negans incurrit pœnā ſtatuti, ex quo
probat modo probabili: ſtatutum loquitur de ſimpliciter ne-
gante, de probatione facta in contrarium, hæc ꝓbatio negatur,
quæ ꝓbatur probata filiatione alterius: & ſic per indirectū per
aſſertionē Bernardi patris putatiui, ſi priuilegium haberet clau
ſulā ſufficientiſsimā derogatoriam, non operaretur circa hunc
negatū filium, niſi alter conſtet, ipſum fore filium, ex quo per
aſſertionem Bernardi, & de pub. voce, & fama probatur non fi-
lium. inſuper conſidero, ꝙ d. Albertus pater Bernardi in teſtō
quædam legauit Bernardo filio, hoc adiecto, ꝙ ſi decederet ſi-
ne filijs legitimis, & naturalibus, deueniret ad Franciſcum eius
fratrem: hoc ſuppoſito, ille Franciſcus eius hæres poſsidet illa
bona ex diſpōne teſtatoris per fideicommiſſum purificata con-
dōne, qa deceſsit ſine filijs legitimis: nec naturalis tantū facit
euaneſcere, qa adiecit legitimis: ſecus ſi ſine liber. ff ad Trebel.
l. ex facto. §. ſi quis rogatus. & l. Lucius. §. vltimo. & l. cum pater.





§. volo. de leg. 2. no. in l. quamuis. C. de inſt. & ſubſt. hæc aūt quę-
ſita Franciſco ex voluntate teſtatoris non tollit princeps, etiā ſi
tollere poſſet inſpectis verbis priuilegij, & inſpectis verbis legi-
timationis, ſiue habilitatiōis: nā inſpectis verbis habilitationis
ad ſuc. quaſcunq; perinde, ac ſi fuiſſet natus de matrimonio le-
gitimo: & facit eū hæredē, ac ſi foret legitimus: ſed ſi foret filius
legitimus, & hæres inſtitutus, nihilominus legata, & fideicom-
miſſa deberentur, cū voluntas defuncti ad inſtar legis ſit ſeruan
da. l. 1. C. de ſac. ſan. eccl. in Auth. de nu. §. diſponat. nec verba le-
gitimationis, ſiue priuilegij hoc inferunt: quibus ſtandum eſt. ff.
de leg. 3. l. non aliter. l. 1. §. ſi is, qui nauē. ff. de exercitoria. nec fuit
de mente principis, ſiue legitimātis legatarios, ſiue fideicōmiſ-
ſarios, particulares priuare iure ſuo, vbi in totū nō fieret præiu-
diciū primæ ſucceſſioni legitimati: vtpote ſi omnia bona ſua ſic
particulariter erogaſſet: non. n. eſt de mēte principis ius alienū
auferre, maximè ſine cauſa, niſi hoc exprimat ſpecificè, vt l. 2. §. ſi
qs à principe. ff. ne quid in loco pub. & C. de inof. teſt. l. ſi qā. ex-
tra de priui. c. paſtoralis. Itē princeps per hoc priuilegiū nō con
cedit vltra, q̄ cōcederet diſpoſitio paterna ipſum filiū legitimū
hæredē inſtituendo, qd probat intentio priuilegij ex mente, &
verbis, quibus ſtandū eſt. extra de priui. c. ſi Papa. lib. 6. de verb.
ſig. c. intelligentia. in his præterea, ipſius aūt legitima inſtitutio
non eſt excluſiua legatorū, & fideicōmiſſorum, imò obligatus
eſt hæres ad ea ſoluēda. C. cōmunia. de leg. l. 1. & 2. ergo iura q̄ſi-
ta Franciſco, & hæredib. non abſorbētur per legitimā ſuperue-
nientē. ex his infero has cōcluſiones: primò, ꝙ Imperator poſ-
ſit ſic habilitare, ꝙ præiudicaret quibuſcunq;, & ante mortē, &
poſt, requiſitis, & non requiſitis, quò ad facultatē ſucceſſionis:
qa huiuſmodi delationes & ſucceſſiones ſunt introductę à lege
ciuili; concluſionē probat tex. in l. 2. de natali. reſtitu. & hoc fie-
ret, vbi princeps p clauſulas ſufficientes exprimeret. Secundò,
ꝙ legitimatio, de qua hic q̄ritur, ex ſui natura facta poſt mortē,
vt ſupponitur, non trahatur retro præiudicando poſſeſſorib. ab
inteſt. venientibus: tn̄ quia ex ſui natura, vt ſic non p̄iudicat iuri
quæſito in caſum, in quē præiudicare poſſet, hoc nō præiudicat
propter defectum requiſitionis illorum, quorū intereſt, quam
nō excludit clauſula, licet excludat cōſenſum: tamen quia clau-
ſula non ſpecificat, quæ ſunt neceſſaria: tamen quia probatur
hunc non fore filium, probabiliter, & inquantum foret valida,
non derogaret legatis & fideicommiſſis. Item non præiudica-
ret hæredibus ab inteſtato venientibus in totum. Et hæc omnia
plenius ſupra demonſtrantur.

Ego Ioannes de Lignano, &c.

Ego Franciſcus de Ramponibus, &c.

## CASVS.

### CONSILIVM XIX.

1 *Legitimatus non excludit ſubſtitutam.*
2 *Imperator poteſt legitimare ſpurios, & inceſtuoſos.*
3 *Princeps illud; quod non poteſt facere ſine peccato, non intelligitur alteri commiſiſſe.*

In Chriſti nomine. Factum ſic ꝓponitur. Duo fratres vnus voca-
tus D. Albertus de Campanea, & alter vocatus Do. Franciſcus
de Campagna. Ambo fuerunt Ruffini à Campanea legitimi &
naturales, habuerunt & tenuerūt bona hæreditaria quondam
D. Ruffini eorum patris indiuiſa, ac etiā multa alia bona acqui-
ſiuerunt de ſocietate ipſis exiſtentib. in cōmunione, & ſp ſtete-
runt in cōione, & de ſocietate vſq; ad mortē d. D. Alberti, qui
primò deceſſit cōdito teſtō infraſcripti tenoris de verbo ad ver
bū: qui D. Albertus inſtituit ſibi vniuerſalē hæredē Bernardum
eius filium legitimū, & naturalē, quē vnicū maſculum habebat,
& fecit ſubſtitutionē, de quibus fit mentio in infraſcripto teſta-
mēto. & ſuperuixit d. D. Alberto d. D. Franciſcus eius frater, &
d. Bernardus filius d. D. Alberti: qui Bernardus cū haberet vxo-
rem legitimā, tenebat, & habebat quandā amaſiam, ſiue amicā
vocatam Conſtantiā, ex qua natus fuit quidā Michael ſpurius
filius d. Bernardi, & d. Conſtantiæ, quæ tn̄ Conſtantia maritum
non habebat. deinde deceſſit d. Bernardus ab inteſtato relicto
d. Michaele eius filio ſpurio minore 14. annis ſuperuiuente d.
D. Franciſco eius Bernardi patruo, & ſuperuiuentibus etiam
tribus filijs d. D. Franciſci legitimis & naturalibus, qui erāt ger-
mani & conſanguinei d. Bernardi, qui etiam ſtant & viuunt, &
vocatur vnus Ioannes, alter Petrus, & alter Bertus. Item idem
Bernardus de 1342. acceperat & habuerat in vxorem D. Cathe-
rinam, cōſtante matrimonio idem Bernardus accepit, & tenuit
concubinā nomine Conſtantiā, ex qua Conſtantia de 1350. na-
tus fuit Michael. Item idem Bernardus deceſſit de menſ. Iulij de
1362. aliquo filio legitimo ſibi non relicto, bene relicta D. Ca-
tharina eius vxore, relicta etiam prædicta Conſtantia eiuſdem
Bernardi concubina, quæ ante mortem d. D. Catherinæ de eo-
dem menſe Iulij de 1362. deceſſit, relicto filio Michaele ſpurio
ex ſe nato. Item ꝙ eadem D. Catherina vxor prædicti Bernardi
poſt mortē prædictę Conſtantię deceſſit de menſ. Aug. de 1362.
nullo filio relicto. Item à 1362. Franciſcus inſcriptus, & nomina-
tus in infraſcripto teſtamēto, & frater Alberti teſtatoris prædi-
cti quietè, & pacificè habuit, & tenuit, & poſſedit bona, & hære
ditatē d. Bernardi continuè vſq; per totū tēpus ipſius etiā Fran-
ciſci, & vſq; ad eius mortem, videlicet vſq; ad 1369. quo deceſſit.
Itē ꝙ poſt mortē d. Franciſci, videlicet à 1369. filij, & hæredes d.
Franciſci ſucceſſerūt, & pacificè, & quietè tenuerunt, & poſſe-
derunt eadē bona, & hæreditatē d. quon. Bernardi vſq; ad 1381.
& iam ſunt plures anni, quib. deceſſit d. D. Franciſcus de Cam-
panea, relictis trib. filijs legitimis, & naturalib. ſuperuiuente d.
Michael filio ſpurio d. Bernardi. modò ab vno anno citra, d. Mi-
chael ꝓuidit ſibi de remedio legitimationis, vt haberetur ꝓ le-
gitimo, & tanq̄ legitimus ſuccederet in hæreditate d. Bernardi
eius patris, & ipſi Bernardo eius patri: q Michael legitimatus eſt
per quendā Comitē Palatinū, & ſic poſt mortē d. Bernardi ſui
patris, qui comes habet facultatē, & mādatū ab Imperatore le-
gitimādi etiā poſt mortē patris, vt de ipſa legitimatione cū pri-
uilegio dicti Comitis eidē legitimationi annexo, & nobis trāſ-
1 miſſo plenius continetur. † ex qua legitimatione p̄tendit dictus
Michael ſuccedere patri ſuo Bernardo, & eius hæreditatē poſt
p̄dictā legitimationē adiuit corā iudice, & in ipſa ſe immiſcuit.
cui Michaeli ſe opponūt p̄dicti Ioan. Petrus, & Bertus filij præ-
dicti D. Franciſci de Campanea, dicentes, dictū Michaelem de
iure ſuccedere nō debere in hæreditate dicti Bernardi, non ob-
ſtante dicta legitimatione, quam quondā d. D. Franciſcus eius
pater ipſi fecit, & tanq̄ proximiores de iure debent ſuccedere
dicto Bernardo, ac de iure eidē ſucceſſerunt tpe mortis ipſius
2 Bernardi. Pręmittendum eſt ad euidentiā † ꝙ Imperator pōt le-
gitimare ſpurios etiā inceſtuoſos, vt ff. de ritu nup. l. qui in pro-
uincia. §. diuus Marcus. vbi eſt formalis tex. & licet nō cōfirmet
matrimonium, qd eſt producens: confirmat tn̄ ꝓductum. i. filia-
tionem, vt ibi no. in gl. ord. ſed Hoſt. dicit, ꝙ Imperator non le-
gitimat verè, & propriè, ſed impropriè, & quo ad quid, ſcilicet
quo ad ius ſuccedendi, & quo ad honores, & cætera tēporalia,
quæ princeps conferre poteſt. ita notat ipſe in ſumma, qui filij
ſint leg. & in apparatu ſuo, eo. tit. c. per venerabilem. & ibidem
ſequitur Io. And. in nouella. Nam ſi Imperator non poteſt co-
gnoſcere, an aliquis ſit legitimus, vt in c. lator. extra qui fil. ſint
leg. de ordi. cog. c. tuam. ergo multo fortius non poteſt diſpen-
ſare, quia cui denegatur cauſæ cognitio, ergo multo fortius diſ-
penſatio ſecundū Hoſt. Iſta verba ſunt multum colorata: tn̄ tex.
in d. §. diuus. dicit, ꝙ Imperator legitimat inceſtuoſos, ac ſi legi-
timè concepti eſſent. conceptionis ergo maculā diluit non in
producente, ſed in producto, & de illo tex. non meminit Hoſt.
legitimatus igitur eſt legitimus non natura, ſed gratia: non ge-
neratione, ſed regeneratione: non felicitate naſcendi, ſed dono
principis, vt C. de natura. lib. auth. item ſi quis. & in Auth. qui.
mo. na. effi. le. §. ſi verò ſolummodo. col. 6. hoc autem donū ne-
mo facit, niſi princeps. vt ibi patet, dum dicit, ab Imperio hoc
percipientib. Et C. de ado. l. 2. & l. arrogationes. & no. per Inno.
extra de fi. inſtr. c. cum P. tabellio. comites etiā, qui habent hāc
authoritatem à principe, legitimare poſſunt, quantum eſt eis
permiſſum: quia princeps hoc concedere poteſt, iuxta no. ff. de
tut. & cur. da. ab his. l. 1. in gl. ord. in ſimili. & monetur gl. qa con-
ceſſio aliquando non lædit. & pondera iſtam rationem pro eo,
quod infra dicam. fines autem iſtius conceſſionis diligēter ſer-
uandi ſunt quò ad formā, vt extra de priuilegijs. c. porrò. vnde
quicquid non eſt cōmiſſum, intelligitur prohibitum. C. de reb.
cred. l. nec filius. Item quò ad iuſtitiā: quod enim princeps ipſe
non faceret, non datur alteri in commiſſione, vt l. ſi pater. quæ
in frau. cre. de cond. ind. l. ſi procurator. facit quod no. ff. de pac,
3 l. tale pactū. §. fi. C. vnde vi. l. meminerint. Item † quod princeps
non poteſt facere ſine peccato, non intelligitur alteri cōmiſiſſe.

poteſt ius publicum impediri, ꝙ etiam ip ſemet poſſit cõtra-
uenire tanquam vnus de populo: vt plenè no. & legitur de pac.
l. iuriſgentium. §. item ſi paciſcar. &c. Ego Baldus.

CASVS.

In Chriſti nomine. Præſuppoſitis verbis ſtatuti, Punctus, ſu-
per quo conſiliũ poſtulatur, talis eſt. Quidam requiritur, ꝙ ipſe
ordinauit, & tractauit cum quadã lena de committendo adul-
terium cum quadã alia muliere nupta, & interueniente lenoci-
nio, & ſuaſione, & perſuaſionibus dictæ lenæ ille qui adulteriũ
committere volebat, ad actus proximos adulterij peruenit, qui
ſecundum formã iuris communis extra ordinẽ deberet puniri
ſecundũ ea, quæ dicunt̃ in l. 1 ff. de extraor. crim. & per eum non
ſtetit, quominus dictũ adulteriũ cõmitteret, imo potius omnia
fecit adulterio proxima, quę facere potuit ad tale adulteriũ per-
petrandũ, quærit̃, an p̄dicto ordinãti, & tractãti ꝓſit bñficiũ cõ-
cordiæ attẽta forma ſtatuti cõis Peruſij ſub. rub. de concordijs.
Et attento, etiam, ꝙ adulterium ſequutum nõ fuit re vera, &c.

CONSILIVM XXXIII.

1 *Adulterium an ordinans, & attentans, attento, quod non fuerit ſequutũ, poſſit puniri non obſtante concordia ſuper ipſo facta ſtante ſtatuto de cõcordijs. concludit, quod non. & iſtud conſ. eſt ſupra in nu. 30.*

1 In Dei nomine †Præſuppoſitis verbis ſtatuti
ſub titulo de concordijs dico,
ꝙ illa verba, de auxilio, conſilio, & fauore, mandato & tractatu,
& ordinatione datis, & præſtitis ad dicta maleficia, nõ verificã-
tur maleficio nõ conſumato, & eſt ratio, quia vbi ceſſat princi-
pale, ceſſat acceſſorium. ff. de furtis. l. ſi is, qui. §. tutorẽ. & ſi ali-
quando ſecus contingit, illud eſt fictione. C. de furt. l. ſi quis ſer-
uo, quæ fictio nõ habet locum in pœnis ſtatutorum: quia eſſet
executio. ff. de neg. geſt. l. 3. §. hæc verba. C. de his, qui ve. æta. l. fi.
ſed principale delictũ, ſcilicet adulterium ceſſat, & etiã acceſſo-
rium, ꝙ enĩ dicit ad dicta maleficia, diffinitionẽ maleficij ſigni-
ficat, & rem perfectam. ff. ꝙ quiſq; iuris. l. 1. §. hęc verba. ff. arbo-
rum furt. cæſarũ. l. cedere. §. ſubſecare. hoc patet etiã ex natura
iſtius dictionis, ad, quæ iuncta in finali termino includit, ſi in-
cluſio tendit ad excluſionẽ, ſeu ad mitigationẽ pœnæ. ar. no. C.
de nup. l. à caligato. per Cy. & patet de dictione, ad, ꝙ rem per-
fectam exigit. ff. de cond. & dem. l. non putabam: oportet enim,
ꝙ terminus à quo; ſit cõtiguus termino ad quem, quod eſſe nõ
poteſt, ſi terminus ad quem nõ eſt in rerũ natura: quia ꝙ nõ eſt,
nihil contiguũ habet, nõ ergo dicit̃ adulteriũ, vbi nõ eſt adulte-
rium, ſicut nõ dicit̃ ad eccleſiã, vbi nõ eſt eccleſia, quia ea, quæ
dñr ad aliquid, requirunt duo extrema. notandũ enĩ ꝙ dictũ ſta-
tutũ non dicit ad dicta maleficia cõmittenda, vt ſic perimat at-
tentatum, ſed dicit ad dicta maleficia, & ideo oportet videre, an
id, per ꝙ circunſtabatur maleficiũ, ſit verum, nec ne. Cõſtat aũt,
ꝙ non eſt verũ, quia nõ fuit in actu ſuæ perfectionis, & propriæ
diffinitionis, & ideo minus agit lex, & legis interpres, vt l. ſi quis
nõ dicã rapere. & l. is, qui cũ telo. per Cy. & alios, præludia etiã
maleficiorũ ad alios terminos digreſſa cõfundũtur, vt l. illud. §.
fi. Et no. in l. nunq̃ plura, & l. q̃ de crimine. & per Bart. de adul. l.
& ſi amicis. & qa ſtatutũ excipit vnũ caſum maleficij futuri, vel
præteriti imperfecti, vnde in alijs caſib. vr̃ conſideraſſe effectũ
rei. i. conſumationẽ delicti, vt ff. de fun. inſtr. l. quæſitũ. §. reſpõ-
dit dom. vltimo verſ. nam qui hoc inquit, &c. Ego Bal. &c.

CONSILIVM XXXIIII.

1 *Compromiſſo facto in duob. qui in ſententia ſi non concordauerint, tertius eligatur, ſi tertius vnà cum vno tulerit ſententiam, & alius, vtri ſententiæ eſt ſtandum. concludit, quod laudo lato per tertium.*

1 In nomine Domini. † Proculdubio dictũ
compromiſſum te-
nuit, quia de lite compromittibili, quia inter perſonas habiles,
quia ſub forma debita, & habili, & congrua: quia præſupponi-
tur, quod tertius arbiter, cuius authoritati debet pareri, pro-
nunciauit vnà cum vno. Ex primis in concordia altero tamen
pronunciante contrarium. ff. de arb. l. item ſi vnus. §. principiũ.
& in c. vlt. de arb. lib. 6. & licèt nõ præiudicet iuri emptoris, niſi
emptio fuiſſet à ſimulata, vt ff. de pig. l. ſi ſuperata. tamen vendi-
tor, qui compromiſit, ſi bene præiudicat, & contra eum execu-
tio fieri debet, & is nõ poſſit rẽ pręſtare. fiet executio in ęſtima-
tione. ſimile no. C. de cõd. ob cau. l. ea lege. nec p̄t peti reductio
per emptorẽ, quia nõ lęditur, quia ſua non intereſt, ergo, &c. ff.
de appel. recipien. l. 1. in prin. & ſic non impedit executionẽ. l. fi.

 C. de ex-

C.de extraor.cogn. quia non fit executio in re ſed in æſtimatione.C. de exec.rei iud.l.ſi legis. de re iud.l. à diuo Pio.§. ſi ſuperueniet autem in hoc iudicio, & executione etiam ſingulare intereſſe, vt l.1.in princ.de act.emp. Ego Bal.

CONSILIVM XXXV.

1 *Refutatio ſimulata non nocet refutanti.*

2 *Simulatio poteſt probari per confeſsionem partis factam in abſentia aduerſarij cum iuramento.*

3 *Arbitrator poteſt credere vni bono teſti cum iuramento partis.*

In Chriſti nomine. Tria ſunt cõſideranda. 1 †Primò, ꝙ refutatio ſimulata nõ nocet refutanti. C.plus valere ꝙ agit, per totũ. 2 †Secundo ꝙ ſimulatio p̃t probari per confeſſionẽ partis factam in abſentia aduerſarij cũ iuramẽto. 1.q.7. c.quoties cordis oculus. 3 †Tertiò, ꝙ arbitrator p̃t credere vni bono teſti cum iuramẽto partis, vt l.admonendi. & l.in bonæfidei & ar.de dote præleg.l. Theopomp.nec dicit̃ cõmittere, ſed repellere dolũ & laudum ſuũ, eſt verũ, & æquũ: quia innitit̃ veritati probationis ſufficiẽti vno viro, & ideo aliàs cõſului ſuper iſta cauſa ꝓpter confeſſionẽ iſtã, ꝙ arbitrator nõ fuit in dolo, nec in lata culpa, ſed tulit laudum verũ, & æquũ ſaltim ſcd̃m æquitatẽ animi ſui: & ideo quidam, qui aliter cõſuluit, nõ notauit bene acta. facit extra de ſuc. ab inteſt.c.fi.de ædil. edic.l.quæro.in fi.de cond.& dem.l.Titio fundus.ff.cõm.l.argentis, & in arbitrarijs pro arbitrante præſumitur non ſolum quò ad inſtantiam animi, ſed etiam quo ad inſtantiam actus.de eo, qui fur.ord. ſuſce.c.fi. per Inn. deſerta igitur reductione fiet executio ſecundum formam ſtatuti, vt not. C.de app.l.eos.in princ.C.de or.cog. Ego Bald.&c.

CONSILIVM XXXVI.

1 *Subſtitutione pupillari effecta caduca an admittatur mater excluſis filijs ſororis altera matre natæ, & excluſis auunculis, & materteris.*

2 *Iudicaturus debet inhærere in dubijs æquitati naturali, ſi verba legis patiuntur.*

1 In Chriſti nomine. †De iure cõmuni nulla dubitatio eſt, ꝙ effecta caduca pupillari ſubſtitutione, ꝙ mater ab inteſtato ſuccedit excluſis filijs ſororis altera matre natæ, & multo fortius excluſis auunculis, & materteris pupilli, vt C.ad Treb. auth. defuncto.& de legitimis hr̃.auth.ceſſante, & in cor. vnde ſumit̃. Item ſi mater nõ ſupereſſet, vel lege excluſa eſſet, certũ eſt, ꝙ filij ſororis excludãt auunculos, & materteras mortui, de cuius ſucceſſione tractat̃: quia licèt ſint pari gradu, nõ tñ ſunt pares in ſuccedendo, vt in auth.poſt fratres, & no.per Cy.C. cõmunia de ſuc. aut. itaq;. in diſt. Et ita in cauſa mihi cõmiſſa nuper de Bononia cõſului. ſed videndũ eſt per formã ſtatuti, an mater impuberi ab inteſtato ſuccedat vniuerſaliter. & vr̃, ꝙ nõ: quia verũ eſt dicere, talis impubes deceſſit inteſtatus. licèt em̃ nõ ſit locutio propria, tñ nõ eſt abuſiua, ſed in vſu iuris.ff.de ſuis, & leg.l.1.in prin. q̃ũ em̃ ſibi ſuccedet̃. Nã nõ ex teſtamẽto, nec ex varijs figuris.i. ex ſucceſſionib. valere figuratis, ſeu anomalis, ergo neceſſario ſequit̃, ꝙ ab inteſtato, vt no.Cy.de iure deli.l. cum antiquiorib. ibi, ſed opp.probat̃ in l.2.& in ff.de petit. hr̃. l.credendũ. de pe. tut.& l.2.§.ſi mr̃.& §.videndũ.ff.ad Tert. In cõtrariũ vr̃, q̃a pupillus non dr̃ inteſtatus, ſed inteſtabilis, & illa ſunt diuerſa, vt d.l.1. & no.Cyn.in l.2.C. qui teſt.fac.poſ.doct. in hoc ſunt varij, nam quidã pp iniquitatẽ ſtatuti intelligunt verb. inteſtati referendo ad perſonã, & ſi pupillus dr̃ inteſtabilis, nõ inteſtatus: niſi forte pr̃ ei fecit teſtm̃, & effectũ eſt caducũ, & iſti dicũt matrẽ admitti, & ita, alias cõſului, niſi ꝓbaret̃ de cõi vſu loquendi in cõtrariũ, de ſup. le.l.Labeo. nã ſignificationes vocabulorũ vſus adinuenit, de le.3.l.liberorũ. §.ꝙ tñ Caſſius. alij intelligũt verba ſtatuti referẽdo ad cãm. nã ẽt in pupillo ſumus in cauſa inteſtati, q̃a finalis cã ſuccedẽdi eſt, q̃ teſtatus q̃s nõ eſt, & æquũ eſt ſuccedere, & ſcd̃m iſtos ẽt de ꝓpria locutione mr̃ repellit̃. Aliud eſt ergo dicere decedenti inteſtato, vt referat̃ ad actũ perſonæ. Aliud eſt dicere decedẽti ab inteſtato, vt ſignificet cãm, & effectũ rei. & in iſto dubio ꝓpter cõtrarias opi. doctorũ ſæpe pronũciatur quãdoq; pro vna parte: quãdoq; pro altera. tex. in d.l.1. p̃t induci ꝓ, & cõtra, dictio, quoq; ſi ponat̃ priuatiuè, requirit habitum præceſſiſſe, & ſic nõ cadit in pupillo. Sed Iac.de Are. tñ in ſtatuto nr̃o certius videt̃ pro matre: q̃a ſtatutũ facit duos caſus, vnũ de moriente in pupillari ætate, alterũ de inteſtato, in §.ſed ꝙ ſi qua. Nã ſi vocabulũ inteſtati includeret pupillos, de mente ſtatuti ſuperuacuo feciſſet mẽtionẽ de pupillari ætate. vnde videtur ſtatutũ conſideraſſe hanc differentiã, & poſtea cum loquit̃ de matre, loquitur capiendo ſolum verbũ ab inteſtato, & nõ illud verbum pupillũ. & ſic mater videtur ſuccedere in totũ, ſicut eſt de iure cõmuni, ex quo ſtatutũ matri nõ obſtat, vt l. ſi ſeruũ. §.dixi.de acqu.hær. iſtud ſtatutum eſt multũ aridum ſine aliquo humido radicali alicuius æquitatis, & contra naturalẽ rationẽ. de inoff.teſt.l.nam & ſi parentibus. & valde præciſè, & abſolutè loquitur cõtra matrẽ non reſpectu cæterarũ perſonarum in illo verbo, & ſi qua mulier vidua. primo reſpõſo. ſed in tertio reſponſo in ver. nec mater. mutat caſum, quando mater in nullo ſuccedit. vnde in caſu noſtro videt̃ mihi, ſalua ſubſtantia veritatis, ꝙ probato dicto vſu loquendi mater non ſuccederet, niſi in portione taxata à ſtatuto. C. de ſec.nup.l.1. & filij ſororis ſuccederent in alio vniuerſo: quia poſt matrẽ prẽferunt̃ auunculo, & matertetæ de iure communi, quod nõ inuenio mutatum per ſtatutum. ſed ſi aliud non probatur de mente ſtatuti ex cõmuni vſu loquendi, tunc videtur, ꝙ mater non excludatur, niſi forte diceretur contrariũ, quia pater ei teſtatus eſt, & hoc eſt in cauſa caduci, & inteſtati reductum. dubito ſatis: quia in præſentibus ſubſtitutis remanet pupillus inteſtabilis, ſed aliter ꝓ matre ſentio dicto vſu loquendi non probato, ſed eo probato ſentio pro filijs ſororis, vt ex ſuperioribus patet. Ego Baldus de Peruſio Vtriuſq; Iuris Doct. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſigillaui, ſalua ſemper ſubſtãtia veritatis. & ꝓ certo quæ- 2 ſtio iſta eſt ſatis dubia; & multa poſſunt dici, pro, & contra. † in dubio ille, qui habet iudicare, multum debet inhærere æquitati naturali, ſi verba legis patiũtur. ff.ad Treb.l.qui filium. §. Imperator.& vide quod no.inſti.de hær.ab inteſt.in prin.&c.

CONSILIVM XXXVII.

1 *Vxor ſi ex primo marito habet duos filios, ex alio tres, & poſt mortem huiuſmodi matris moriatur vnus ex tribus, qualiter diuidetur & dos, & bona ſua inter dictos filios.*

1 In Chriſti nomine. †Proponitur, ꝙ d.Margarita habuit duos viros, videlicet Cechũ Lelli de Troſciano, ex quo habuit duos filios ſcilicet Barthol. & Iacobutiã & mortuo Cecho accepit in ſuum maritũ quendam nomine Farolſum de Cantario, & ex eo ſuſcepit tres filios, videlicet Petrutiũ, Nutarellum, & Florã. deinde deceſſit dicta domina Margarita ab inteſtato.3. deceſſit dicta Flora, modo quæritur, qualiter diuidatur dos, & ſucceſſio dictæ do. Margaritæ inter dictos filios: Reſpondeo, de dicta dote, & ſucceſſione debere fieri quinq; partes, & in duab. partib. ſuccedunt Bartholomæus & Iacobut. In tribus vero partibus, ſuccedunt Petrutius, & Mutarellus ex perſona ipſorũ, & dictæ Floræ cõiunctæ eis vtroq; parente. ac etiã pater Floræ ſuccedit cum eis in portionẽ dictæ Floræ, vt in aut.defuncto.& in aut.de hær.ab inte.poſt prin.& inſti.de hæredi. quæ ab inte. §. cũ filius C.de ſuis, & legi.auth. in ſucceſſione. C. de legi.hær.auth. ceſſante, & hoc videlicet, ſi dicta Flora adiuit hæreditatẽ maternã, ſed quid ſi nõ adiuit, nec ius deliberãdi tranſmiſit, vr̃, ꝙ nõ fiant niſi quatuor partes: ſed cõtrariũ eſt verũ, maximè ſi erat infans. nã tũc pater poteſt adire, vt C.de iur.deli.l. ſi infanti. & ſi pater, nõ adiret, accreſceret cõiunctis ex vtroq; parente: quia efficacius ſunt coniuncti coniunctione legali, quæ in hæreditatibus parit ius accreſcendi, & ff.de coniungen.cum eman.libe.l.1.§.ſi quis ex nepotib. non ob.C.ad orfi.l. nõ pro matrimonio. q̃a ibi oẽs erãt pariter cõiuncti. cõcluſiuè ergo dicẽdũ eſt, ꝙ ad dictos Bartholomæum, & Iacobutiã pertinent duæ partes de quinq; partibus dictorum bonorum, & non vltra. Ego Baldus, &c.

CASVS.

Super quo conſilium poſtulatur, talis eſt, quidã ſuum cõdidit teſtm̃, in quo inter alia, quæ diſpoſuerat, diſpoſuit, & ordinauit ꝙ in eccleſia per ſuos fideicõmiſſarios declaranda cõſtruatur, & ordinetur quoddã altare, deputet̃, & cõſtituat̃ per dictos ſuos fideicõmiſſarios, & hæredes, vel hæredẽ hæredis, vnus ſacerdos de ꝓgenie ipſius teſtatoris, qui cultũ diuinũ miniſtret, & in illo altari iuxta formã dicti teſtamẽti, & vltimæ voluntatis teſtatoris, qui hæredes, & hæredũ hæredes exequendo voluntatem dicti teſtatoris elegerunt, & conſtituerũt in dicto altari quendã ſacerdotẽ de progenie dicti teſtatoris, qui ſacerdos ſic electus, & deputatus fuit in poſſeſſione altaris, & pertinentiarũ ipſius altaris. demum accidit, ꝙ inimicitia mortalis orta eſt cõſanguineis



ſanguineis dicti teſtatoris & ẽt ipſi ſacerdoti in terra, in qua dictũ altare cõſtructũ & ordinatũ erat, ad ꝙ dict9 ſacerdos ſeruiẽdũ deputatus extiterat, ita ꝙ neceſſario oportuit dictũ ſacerdotẽ, & ſuos cõſanguineos à terra p̃dicta ſe abſentare, cũ occaſione dictæ mortalis inimicitiẽ ſine periculo pſonæ ſtare, & morari nõ potuiſſet: & ſic pp abſentiã dicti ſacerdotis occaſione prẽdicta altare vacauit. demũ & tũc prior gñalis ordinis Mõtis Fani diſtrictus Fabriani aſſerẽs pp abſentiã dicti ſacerdotis ipſum altare deuolutũ eſſe ad ipſum priorẽ vigore teſtamẽti dicti teſtatoris, eo ꝙ dicit ipſum vacare in celebratione diuinorũ, & ſic de facto apprehẽdit poſſeſſionẽ dicti altaris, & ptinentiarũ ipſius ꝓ ſe, nec elegit, poſuit, & conſtituit ſacerdotẽ dicto altari ſcd̃m diſpoſitionẽ & volũtatẽ dicti teſtatoris. modo quærit̃, ſi dictus ſacerdos de ꝓgenie dicti teſtatoris electus iuxta formã teſtamẽti dicti teſtatoris pp eius abſentiã neceſſariã occaſione dictẽ inimicitiæ q̃ abſentare ipſum coegit, cadat ab electione, nominatione regiminis dicti altaris, & ptinentiarũ ipſius, vel non. & ſi dictus prior ordinis Mõtis Fani iuridice detinet, & poſſidet altare p̃dictũ, eo ꝙ retinet ꝓ ſe, & nõ ſeruat formã ſtatuti, & vltimæ volũtatis dicti teſtatoris in eligẽdo, nominando, & ponẽdo ſacerdotẽ ad ſeruitia dicti altaris, & celebrationẽ diuinorũ, nec facit cõtinuã reſidentiã in loco ſcd̃m diſpoſitionẽ, & voluntatẽ d.teſtatoris. Itẽ quærit̃, ſi p̃dicti hr̃des, & hr̃dũ hr̃des d.teſtatoris poſſint iuridicè, iterato, & de nouo eligere, ponere, nominare, & ordinare in dicto altari ſacerdotẽ, & pro ſacerdote ipſius altaris dictum ſacerdotẽ de progenie dicti teſtatoris, qui alias electus, & deputatus per ipſos ſcd̃m voluntatẽ dicti teſtatoris fuit, vt præmittitur, in poſſeſſione d. altaris, poſito, ꝙ ſe oportuerit abſentare à dicta terra occaſione dictæ inimicitiæ. Quare placeat viſo d. teſtamẽto, & viſa narratione p̃ſentis latoris cõſulere, prout vobis altiſſimus miniſtrabit, & etiam ſuper alijs opportunis, prout ſapientia veſtra nouerit expedire, &c.

CONSILIVM XXXVIII.

1 *Sacerdos, qui non poteſt deſeruire altari, ad quod iure patronatus eſt electus, propter priuatas inimicitias, an priuatus ſit poſt duos menſes.*

2 *An prior teneatur eligere ſacerdotem de genere teſtatoris ſtante diſpoſitione teſtatoris, quod eligatur de familia, vel an poſſit pro ſe retinere.*

1 In Chriſti nomine. †Volũtas teſtatoris ſeruãda, vt in Auth. de ec. tit.§. ſi quis ad ædificationẽ. col.9. cura tñ altaris cũ ſit ſpiritualis, nõ p̃t cõferri p laicos, ſed dẽnt p̃ſentare rectores altaris ep̃o, & ep̃s p̃ſentatũ, ſi idoneus eſt, tenet̃ inſtituere, extra. de iur.pat. c.cõſuluit. nec p̃t teſtõr ꝓhibere ep̃m, quin vtat̃ iure patronatus. vt in Auth.de ſan.epi.§.ſi quis aũt pro redẽptione. ff. de le.1. l.nemo p̃t.dico, ꝙ nõ p̃t cõferri in bñficiũ, ſiue canonicũ titulũ, ita ꝙ altare dicat̃ hr̃e rectorẽ, niſi inſtituat̃ p ep̃m, vt p̃dixi, ſed ad ſeruiendũ ſimpliciter altari, nõ tñ vt per hoc ſacerdos ſeruiẽs dicat̃ hr̃e bñficiũ, ſeu titulũ iſtũ, p̃t fieri per executores, vel hr̃des, ar.d.§.ſi quis ad ædificationẽ. modo quærit̃, ſi iſte ſacerdos pp ſuas inimicitias priuatas nõ p̃t deſeruire, vtrũ poſt duos mẽſes vacet ſcd̃m formã teſtamẽti. & vr̃, ꝙ ſic, quia priuata inimicitia culpæ adnumerat̃, ſecus in publica, ff.ſol.mat.l.pe.ff. locati.l. itẽ quærit̃.§.exercitu. & l.ſi merces.§. culpæ. In cõtrariũ vr̃, quia pp inimicitias dũmodo nõ ſint affectatæ, vel ſimulatæ, excuſat̃ quis à neceſſitate reſidendi, vt in c.bonæ.el.1.de ele. dico, ꝙ pp ordinẽ datũ, & formã traditã à teſtõre debuerũt hr̃des curare, ꝙ 2 altari deſeruiret̃ p aliũ, ar.in c.ꝓuenit.el.2.§. ſi mr̃.cũ.§.ſeq. † Et iõ ſuccedit prior Mõtis Fani, tñ dẽt eligere ſacerdotẽ de gñe teſtõris, ſi ibi ſit idoneus, quia eiuſdẽ formæ obſtrictus eſt ſubſtitutus, cui eſt aſtrictus inſtitutus. ff.de le.1.l.imp. de l.2.l.cũ pr̃. §.ab inſtituto. & dẽt ad hoc cogi p ep̃m, & ſi nõ vult obedire, caderet per priuationẽ ab hoc iure. C.de fideicommiſſis.auth. hoc amplius. extra de teſt.c.ſi hæredes. extra de vo.c.licèt. Ego Bald.

CASVS.

Factũ, ꝙ proponitur tale eſt. Quidã Ioan.& Simon de S. Elpidio ad mare, Germ.hñtes bona cõia, & inuicẽ cõiter negociãtes fuerũt cõdẽnati de crimine læſæ maieſt. eo ꝙ dicebãtur tractaſſe, & ordinaſſe rebellionẽ dictæ terræ, volẽtes eã tyrannicè ſubmittere prauitati, & interficere vicariũ ibid. pro S.Romana Eccleſia cõſtitutũ, & ipſorũ tractatũ effectui mãdauerãt, quatenus in eis fuit, &c. pp quæ ptãs dictæ terræ, & cõſtitutus electus per dictũ vicarium pro S.Romana Eccleſia conſtitutũ, ipſos, & ipſorũ quemlibet condemnauit ad pœnã capitis, & confiſcationem bonorũ omnium eorum vbicunq; ſint, & reperiri poſſint applicandorũ dicto cõmuni, & vicario pro S.Romana Eccleſia conſtituto, ad ꝙ præſupponitur dicto vicario per ſummũ Pontificẽ eſſe conceſſam iuriſdictionẽ puniendi, & cognoſcẽdi per ſe, & officiales per eum deputandos de omni delicto, cũ cõceſſione meri, & miſti Imperij, & gladij poteſtatis, & cũ poteſtate confiſcandi, & applicandi ſibi, & dicto cõmuni omnia, quæ venirent applicãda curiæ Rom.Eccl.&c. modo data dicta ſñia poteſtas, cõe, & vicarius dictæ terræ S. Elpidij requirũt dños, cõe, & officiales ciui. Firmanẽ, vt certas res, & mercantias poſitas, & immiſſas in d.ciui. per d.Io. condemnatũ exequendo dictã ſententiã dẽant dare, & aſſignare ſyndico, & proc.ipſorũ, & dictorũ vicarij, & cõis terræ S.Elpidij, ad quos de iure dicit pertinere vigore dicti delicti, & ſñiæ latæ, quã quæſtionẽ dicti dñi ciuita. Firmanæ cõmiſerũt, quibuſdã iudicib. terminandã, & facta eſt ſequeſtratio de reb. ſupradictis. Poſt quæ cõparent quidã dicẽtes ſe creditores d.Ioan. d.Ioan. cõfitente, & de ſui volũtate dat̃ tenuta, ſeu poſſeſſio de mercãtijs prẽdictis, maximè vigore quarundã ſcripturarũ priuatarũ factarũ poſt tempus, ꝙ dicitur ma- 1 leficiũ fore commiſſum. † Modo quæritur, an bona, & res poſitæ in ciuit. Firmana extra iuriſdictionẽ dicti iudicantis veniant 2 in cõſideratione prædicta. † Scd̃ò quæritur, an ad requiſitionẽ dictorũ cõmunis, ptãtis, & vicarij officiales ciuit. Firmanæ teneantur exequi dictã ſententiã in bonis prædictis, & aſſignare 3 ſyndico, & proc.iam dicto.† Tertiò quæritur, eſto, ꝙ dicta bona veniãt in cõfiſcatione, cui cõmunitati ſiue burſæ veniant applicanda, an ciuit. Firmanæ, vbi res poſitæ, vel cõmunitati, & vicario d.terræ S.Elpidij, vbi ſñia lata eſt: præmittẽdo, ꝙ dictæ res ſunt res mobiles, & mercantiæ immiſſæ in dicta ciuit. Firmana nõ animo ibid. retinendi, ſed transferẽdi ad partes penitus alienas. præſuppoſito etiã, ꝙ quælibet terra de prædictis recogno- 4 ſcit regimẽ, & dñiũ ab eccleſia. † Quartò quærit̃, an dictus condemnatus poſſit cõfiteri ſe debitorẽ tertiæ perſonæ in præiudiciũ dicti cõis, cui condemnatus eſt. & quid de iure præſumatur. 5 † Quintò, & vltimò q̃ritur, an dicti cõmiſſarij, q̃b. eſt cõmiſſa cã p̃dicta, poſſint ſe q̃ũlibet intromittere de iurib. & valore dictẽ ſñiæ, vel tm̃ ſuper hoc iudicare exequendũ, vel nõ exequendũ.

CONSILIVM XXXIX.

1 *Summa vt in poſitione caſus.*

1 In Chriſti nomine. † Super primo puncto an bona quæ ſunt extra territoriũ cõfiſcanda veniãt in cõfiſcatione vniuerſali. vnde dicendũ eſt, ꝙ ſi eſt talis bannitus, qui ẽquiparetur deportato, iuxta no.inſt.qui.mo.ius patriæ pote.ſolui.§.relegati. ꝙ omnia eius bona veniũt in cõfiſcatiõe.l.deportatorũ.C.de pœ. ff. de ca. dimi.l.tutelas.§.pe.quia fiſcus ſe non diuidit, ſed eſt vbiq;. Item deportatio non p̃t eſſe localis, ſed in omni territorio eius cuius authoritate fit, puta Papæ, vel Imp. ſe extendit. neq; em̃ pro parte in ciuitate manere, pro parte mori facit. ff.de ca.dimi. l. amiſſione.§.qui deficiunt. Cy.de iniu. teſt.l.ſi quis filio exhæredato. ff.de teſt.l.eius, qui.C.ad l.Iuliã de vi.l. ſi tutores. in caſu noſtro debet æquiparari deportato ex gñe criminis. C. de abolit.l.2.in 2 fi.C.ad l.Iuliam maieſtatis.l.quiſquis.in d.§.qui deficiunt.†Sed dubiũ eſt in incorporatione, cui tñ fiat, an vbi deliquit, & condemnatus eſt, an vbi bona ſuppoſita, ꝙ vtraq; camera ſit procuratrix Cẽſaris in rem ſuam.doct.dñt, ꝙ caſum bonorũ, id eſt vbi ſunt bona reſpectu bonorũ condemnatio eſt realis: quia ſequitur rem, vt plene no.moder. in l.cũctos populos.de ſum. Trin. & allegant multa, quæ nõ curo referre, ſed loquuntur in rebus cohærentib. territorio, ſed in reb.mobilib. diſtinguendũ vr̃, an ſint ibi. vt in ſitu Firmano: an tẽporaliter, quia res, quæ vendicãtur ſcd̃m locũ, deputãtur illi loco, vbi ſunt deſtinatẽ. ff.de hæ. inſt.l.ex facto.§.rerũ autẽ. ff.de pig.l.debitor. ff.de leg.1. l.huiuſmodi.§.legatur. in hoc igitur caſu, vbi res ſunt alio tranſlatæ nõ cauſa reportãdi eas, vñ ſunt tranſlatæ, nõ videtur, ꝙ fiſcus iſtius terrẽ debeat eas habere, niſi poſt delictũ ſint tranſlatæ, quia tũc quaſi affectæ pp crimen læſæ maieſt. vendicãtur, vt ff. de re.reis. 3 l.fi. Et hoc de primo puncto. † ſuper ſcd̃o pendet, & primo dico, ꝙ debet pareri, ſi ſunt in caſu cõfiſcationis cameræ, quæ hoc petit, alias nõ: quia camera eſt duplex ſcilicet vniuerſalis, & ſingularis, & camera fiſci, & eſt membrũ, & nõ caput, habet ius limitatũ, vt lege, extra territoriũ. & de conſt. c.vt animarũ.lib.6. 4 Et per iſta reſponſum eſt † tertio puncto, ſuper quo dico, ꝙ non valet con-

valet confeſſio in præiudiciũ fiſci, vt patet.l.poſt cõtractũ. ff.de
5 don. † Super quinto dico, ꝙ merus executor non cognoſcit de nullitate, ſed executor, cui ineſt iuriſd. nõ dẽt exequi, ꝙ nullum eſt, ff. de iud.l.ſi prætor. cũ ſit merus executor, qui iubenti tenet̃ parere, ſed q ex imperio ſuo exequitur nõ eſt merus executor. De hoc plene no. per Inn. de iureiur. de c. de cætero. Ego Bal.

CASVS.

In nomine Dñi. Punctus quæſtionis talis eſt, dñs Matthæus de Narnea in ſacris cõſtitutus habuit duos filios ex quadã muliere noĩe Golata, inter dictos filios eſt quidã noĩe G. quem idẽ. D. Matthæus fecerat legitimare per manus cuiuſdã dicentis ſe habere authoritatẽ ab imperatore, dicta legitimatio fuit facta in terris eccleſiæ. modo idem D. Matthæus cõſtitutus in extremis ſuperſtitib. ſibi d.G. filio, & legitimato, vt fertur, ſuperſtite ſibi Angelo ſuo carnali fratre, & ſuperſtitib. ſibi Simone, Io. & Martino filijs d. Angeli, & nepotib. d.D. Matthæi, & cum faceret teſtm̃ pręſente d. Angelo ſuo fratre, inſtituit hæredem dictũ G. in certa parte, & Angelum in certa, in quo teſtamẽto voluit ipſe teſtator, ꝙ Angel. promitteret nõ moleſtare dictũ G. filiũ ſuum, & ſic promiſit in eodẽ teſtamẽto ſcripto manu eiuſdẽ, & iurauit dictũ G. nõ moleſtare in inſtitutione, quã de d.G. fecit. mortuo teſtatore, & ſuperſtitib. d.G. & Ang. & dictis ſuis filijs. demũ deceſſit d. Ang. remanentib. d. Simone, & alijs, & d.G. dicitur pro parte d.G. ad ſucceſſionẽ ſui patris venire, quia legitimatus, & quia Angelus conſenſit, & iurauit. pro parte Simonis, & aliorũ, reſpondetur, dictam legitimationẽ non valere de iure, nec dictã promiſſionem factã, & iuratã per Ang. de non moleſtando nõ valere, & poſito, ꝙ valeret nõ in præiudiciũ Simonis, & aliorũ. modo quæritur, an dicta legitimatio valet, quia in terris eccleſiæ, & de eo, qui eſt ſub dominio eccleſiaſtico. Item an dicta promiſſio, ſiue renunciatio facta per Angelum aliquid opitularetur. Item an d.G. in aliquo ſuccedat tanquam natus ex eo, qui eſt in ſacris. Item ſi d.G. non ſuccedit, cui bona, in quibus G. fuit inſtitutus, cedant, & quid iuris.

CONSILIVM XL.

1 *An, & quando legitimatio facta per Imperatorem ſe extẽdat ad bona exiſtentia in terris Papæ.*

1 In Chriſti nomine. † Imperator habet Imperatoriã maieſtatẽ vbiq;: quia maieſtas nõ diuidit ſe, ſicut nec caracter, nec fama, ſed nõ habet vbiq; Imperatoriã adminiſtrationẽ. nam diuiſum eſt, & habet Imperiũ cum apoſtolico, ita ꝙ terræ eccleſiæ Rom. nõ ſubſunt Imp. nec mediatè nec immediatè. Cõſiderandũ eſt igit̃, ꝙ quædã ſunt, quæ nõ patiuntur ſectionẽ, vt fama, & tunc reſtitutio Imper. valet vbiq; locorũ. ff. de poſtu.l.1.§. de qua. extra de re iu.c. cum te. Quædã verò patiuntur diuiſionẽ, vt ſucceſſio, & tunc conſiderandũ eſt, ꝙ reſpectu bonorũ exiſtentiũ in territorio Imperiali valet legitimatio etiã inceſtuoſorũ. ff. de ritu nup. l. qui in prouincia. §. diuus. ſed reſpectu bonorũ exiſtentiũ in patrimonio B. Pet. p̃t probabiliter dubitari, nã ſi nõ p̃t quis ex parte ſpurius remoueri, ex parte fieri legitimus, ergo in totũ valet. ff. de do. inter vir. & vx. l. ſi ſponſus. §. gñaliter. Itẽ legitimare eſt iuriſdictionis ſupremæ voluntatis, ergo vbiq; extendit ſe, ſicut emancipatio. C. de emanc. liberorũ.l.1. & arrogatio. C. de adop. l.2. ff. de off. proc. & leg.l.3. hoc tit. Iac. de Bel. facit, ꝙ no. extra q filij ſint legi. c. per venerabilẽ. & ita conſuluit Bar. in contrariũ: quia ita legitimatio nõ facit ꝓpriè quẽ legitimũ, vt no. extra de ele.c. innotuit. ſed cõfert iura legitimorũ: ergo cũ ſit limitatum ius cõferentis. ergo erit per conſequens limitatũ ius recipiẽtis, ar. C. de leg.l. vxor patrui. de cõtrah. emp.l. qui tabernas. itẽ ſicut Papa nõ legitimat in terris Imperij, ſic nec ecõtra. d.c. per venerabilẽ. nã in terris Papæ Imp. redactus eſt ad inſtar priuati, & ſi nõ p̃t ius dicere, ergo nec priuilegiare, & ita tenet Iac. But. in cõſti. C. tenẽdo, ꝙ donatio fuerit operatio præciſa, vel reſignatio in manu ſuperioris. & Bart. alia vice conſuluit pro iſta parte. ego ſic diſtinguo, ꝙ quædã ſunt legitimationes iure communi permiſſę, vt filiorũ naturaliũ, & tales valent quò ad omnia, quia eccleſia approbat ius cõmune, & eo vtit̃: quædã ſunt prohibitę, vt natorũ ex damnato coitu, & tũc licèt Imp. de plenitudine poteſtatis diſpenſet, tñ iſtud ius diſpenſatiuũ reſtringendum eſt ad bona, quæ Imp. cõcedere p̃t, nõ ad alia, puta, quæ ſunt in regno Francorũ. ſatis autem eſt regnũ Francorũ, ſeu liberorũ regnũ B. Pet. & ideo nõ licet Imperatori immittere falcẽ in meſſem alienam, & ſic non ſuam, vt l. cunctos populos. de ſum. trin. & in c. vt animarũ. Et expertus ſum, ꝙ Papa non vult alicui concedere, ꝙ poſſit legitimare in terris eccleſiæ. Reliqua verò puncta determinantur per l.1. in fi. de natal. reſti. remanet ſcrupulũ tñ, qa Papa fecit legitimari, qñ videt̃ iuriſdictio prorogata, ſed in hoc eſt cogitandũ, an poſſit prorogari per clericum. Ego Bald. &c.

CASVS.

In nomine Domini. Punctus talis eſt, quidã agebat ex numeratione, aduerſarius fecit poſitionẽ, ꝙ res eſſet abſq; eo, ꝙ eſſet numeratum: agens reſpondens poſitioni dicit vera eſſe, poſtea vult reuocare reſponſionem, dicens ſe erraſſe, quia non intellexit, ꝙ illa verba abſq; eo, importarent negationem, ſcilicet numerationem non interueniſſe, quæritur, nunquid poſſit.

CONSILIVM XLI.

1 *Confeſſio facta poſitioni ad deciſionem litis an poſſit reuocari.*

1 In Dei nomine. † Cõfeſſio ſcienter facta poſitioni ad deciſionẽ litis nõ p̃ot reuocari, niſi reuocet̃, antequã diuertatur ad alios actus, vt ff. de re iu.l. poſt rẽ. ff. de cõfeſ.l. non fatetur. & C. eo.l.1. & no. in c. vlt. de iureiu. li. 6. Si aũt eſt facta per errorẽ, aut per errorẽ facti probabilẽ, aut per errorẽ facti non probabilẽ. Aut per errorẽ iuris. Aut dubitat̃, vtrum per errorẽ facti, vel ex certa ſcientia. Si quidem per errorẽ facti probabilẽ, & in facto alieno, p̃t reuocari, & probatur error probando cõtrariũ, & probãdo rem aliter ſe habere. de iu. & fac. ign.l. ſi poſt diuiſionẽ, & l. error. Si verò per errorẽ non probabilẽ, vel per errorẽ iuris, nõ p̃t reuocari confeſſio deciſiua totius litis, vt l. nõ fatetur. iſtud eſt verum, niſi talis error remoueat intellectũ reſpõdentis ab ipſa reſponſione, quia ille, qui non intelligit poſitionẽ, nõ dr̃ eam, cõfiteri. intelligentia em̃ opus eſt in reſponſione, ar. ff. de in integ. reſtit.l. diuus. & ꝙ quis nõ intellexerit verba poſitionis quæ conſtant in iuris interpretatione, ſicut eſt ꝙ dictio, abſq;, ſit dictio negatiua, per iuramentũ reſpondentis cum aliquib. coniecturis. non eſt veriſimile, ꝙ qui allegat numerationẽ cum iuramẽto, ſtatim iurando ſentiat contrariũ, de cond. & dem.l. nõ ad ea. & ideo in quæſtione iſta credo, ꝙ ſit probatũ pecuniã fuiſſe numeratã, vel ſubfuiſſe obligationis ſubſtãtiã, id eſt cauſam, ꝙ quatenus probatur nõ ob. d. reſponſio actoris, ꝙ reus ſit cõdemnatus. & hoc tenet in ſe æquitatẽ, nec reus lucrat̃ coniectura creditoris ignorãtis. vltimus caſus qñ dubitatur, cõiecturis relinquit̃ habita ẽt diſtinctione ſacr. proprij, & alieni, de nouat. l. ſi quis leg. C. de his, qui ſibi adſcrip.l. ſenatus. cũ ſi. cõcludo, ꝙ probata veritate debiti ex vera numeratiõe ſubſiſtẽtis reus dẽat cõdẽnari nõ ob. ꝙ rñdẽs errore cõfuſus neſciuerit, qd rñderit: qa nõ intellexit, vt ſuo iurõ, & cõiecturis cõfirmãtib. ꝓbat, ar. ff. de accuſ.l. ſi cui. §.1. & extra de accu.c. cũ dilecti. & ff. de tranſ.l. cũ Aq. Ego Bal.

CASVS.

Punctus quæſtionis emergẽtis talis eſt: d. Alb. de tali loco nolens inteſtatus decedere ſuũ cõdidit teſtm̃, & vltimã voluntatẽ: in quo quidẽ teſtamẽto, & vltima voluntate multa legata fecit: in d. teſtamẽto ſatis apparet in omnib. alijs bonis, reb. ſuis ſtabilib. & mobilib. præſentib. & futuris, actionibus, & iurib. & tota hæreditate eius Pe. & Io. Homi, ſuos filios legitimos, & naturales ſibi hæredes vniuerſales inſtituit æquis portionib. ac conditione appoſita, ꝙ ſi alter eorũ deceſſerit ſine liberis, alterũ ſibi pupillariter, & vulgariter ſubſtituit, & ſi ambo deceſſerint ſine liberis, tũc ſuccedat eccleſia S. Secondiani de tali loco cum iſta cõditione, ꝙ eligãtur duo Capellani per dictũ epm̃, & D. archipreſbyterũ, qui pro tp̃e erũt, qui duo Capellani electi vltra primũ numerũ celebrẽt diuina officia in dicta eccleſia, vnus continue ad altare S. Herenei, & alter ad altare S. Ioan. &c. cum hac conditione, ꝙ prædicti Pet. & Hom. vel alter eorũ poſſint, quãdo aliqua neceſſitas ineſt, de bonis, & hæreditate prædictis, & de quib. ei placuerit vendere, & alienare, & omnẽ cõtractũ facere, ſicut eis videbit̃, non obſtãtibus ſupradictis. demũ vnus ex prædictis filijs poſt mortẽ patris in maiori ætate cõſtitutus ſine liberis deceſſit, ſuperſtit. ſibi fratre ſuo, qui frater multa bona paterna alienauit. demũ iſte frater ſuperſtes in maiori ætate cõſtitutus mortuus eſt ſine liberis, nũc ꝓximiores ab inteſtato dictorũ filiorũ petunt legitimã dictorũ filiorũ dicẽtes, ꝙ pater nõ potuit eos priuare legitima ſua. Modo quæritur de duob. primo, an dicta legitima debeatur, & peti poſſit de iure in præiudicium dictæ eccleſiæ. Item ſi debeat, an poſſit compenſari, & compu-



computari cum bonis alienatis per vnum dictorum filiorum, qui poſt defunctus eſt, de bonis dictæ hæreditatis poſt mortem patris ſui non probata neceſſitate, propter quam vendidit. ſuper quibus omnibus, & ſingulis petitur ſanum conſilium exhiberi, & ſi debetur legitima, quanta pars eſt hæreditatis, &c.

CONSILIVM XLII.

1 *Ad pias cauſas teſtamento facto non poteſt filius grauari in legitima.*
2 *Alienata per filium ante tempus reſtitutionis computantur in legitima.*
3 *An ex perſona præmorientis in pupillari ætate facta pupillari ſubſtitutione poſſit detrahi legitima.*

1 In Dei nomine. † In legitima non poſſunt filij grauari, ẽt ſi teſtm̃ fiat ad pias cauſas, ſeu pro anima, vt in c. ſi pater. de teſta. lib. 6. C. de inoff. teſt.l. ſancimus. & Auth. nouiſſima. extra de teſt.c. Raynut. & c. Raynaldus. & ideo conſanguineis dicti filij vltimò moriẽtis debetur legitima partis ſuæ, id eſt tertia ſuæ dimidiæ abſq; dubio,
2 † in qua tamen computatur alienata pars, vt in Auth. de reſti. & ea quæ parit. §. quamobrẽ. ad Treb.l. Marcellus. §. res quæ. nam cum ſit filius inſolidũ, dominus interim, antequã perueniat caſus ſubſtitutionis, poteſt reuocabiliter alienare, quatenus nemini eſt reſtitutus: nec habet neceſſe vendere legitimã ſuam ꝓ indiuiſo: quia interim non habet conſortem fideicommiſſariũ concurrentẽ ſecum: & ideo fideicommiſſarius interim non faciet ei partẽ, quapropter etiã in vna re poteſt eligere legitimã, interim antequã fiat ſibi pars per concurſum fideicommiſſarij.
3 d. §. quamobrem. & ita ſæpe conſului. † Sed dubiũ difficile eſt de eo, qui prædeceſſit in pupillari ætate, vtrum ex perſona ſua poſſit detrahi aliqua legitima: nã de pupillari ſubſtitutione non detrahitur legitima, ſed de fideicõmiſſaria, ergo nil defalcatur, de inoff. teſt.l. ex tribus. frater autem, qui fuit pupillariter ſubſtitutus, nõ poteſt detrahere legitimã, vt frater: quia tranſuerſalibus non debetur legitima. ſic ergo tota hæreditas impuberis venit in fideicommiſſaria reſtitutione: quia ꝙ capitur ex ſubſtitutione pupillari, venit in fideicõmiſſo vniuerſali, ſi pater primo ſubſtituit pupillariter, poſtea per fideicõmiſſum vtiliter. ff. ad Tre. l. ita tamen. §. qui ſuſpectã. ſecundũ Bart. tamen tex. ille videtur dicere contrariũ, quicquid ſit, ſi bona teſtatoris veniũt, in quibus omnib. grauari poteſt ſubſtituta, & ſic remanet ſolum dubium de legitima legitimæ impuberis, vnde detrahitur, de vul. ſubſt.l. cohæredi. §. cum filiæ. ſed ſubſtitutus nominatim grauatus non detrahit, dicit Bart. ibi per l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fi. cum l. ſequenti. de leg.1. & Dyn. ita conſuluit, & Cy. approbat. d.l. ex tribus. in lectu. & ita eſt tenendum, &c. Et ita dico, & conſulo. Ego Baldus.

CONSILIVM XLIII.

1 *Stante ſtatuto mercatorum, quod quædam apotheca, quæ tamen non eſt ipſorum, ſed quia ſic eam ſemper habuerunt, non poſſit capi niſi per ipſos mercatores, ſi iura ipſius apothecæ fuerint empta ad quoddam tempus per aliũ, quàm per mercatorẽ, an poſſit impediri per ipſos mercatores.*
2 *An qui habet prædicta iura, poſſit ea cedere fideiuſſori, qui vult conſeruari indemnis, cum ſit mercator, & an ipſe recipiendo incurrat pœnam ſtatuti mercatorum.*

1 In Dei nomine. † Præſuppoſito, ꝙ Gaietanus reuera emerit pro ſe fructus cuiuſdã apothecæ cõmunis Peruſij pro tempore 5. annorum ad bannimenta, vt moris eſt, qui Gaietanus non eſt mercator, & ꝙ pro eo fideiuſſit Centius Benegratus mercator, dictã apothecam cum prius tenerent quidã alij ciues mercatores, qui ad dicta bannimenta nõ comparuerunt, ſed paſſi ſunt fructus dictæ apothecæ vendi. Quæritur, vtrum dictus Gaietanus poſſit per dictos mercatores in aliquo impediri, & dicendum eſt, ꝙ non: quia ſtatuta mercantiæ non ligant eum, vt no. C. de iuriſd. om. iud.l. fi. & de conſtit. pecu.l. 2. & quia mercatores non poſſunt facere ſtatutum de rebus ſui ſuperioris, id eſt cõmunis Peruſij,
2 vt ff. de arb.l. nam magiſtratus. † Secundò quæritur, ex quo dictus Gaietanus habet liberè dicta iura, & cum dictus fideiuſſor petat ſe cõſeruari indemnem: vt cum pro dicta indemnitate dictus Gaietanus poſſit dictam apothecam concedere dicto fideiuſſori concedendo ſibi iura ſua: & dicendum eſt ſibi, quod poteſt concedere, & Centius recipere impune, niſi fuiſſet à prin. color quæſitus per interpoſitam perſonam, & hoc probaretur. nam non præſumitur in dubio, ne præſumatur fraus. ad Velle.l. iur. vxor. §. fi. C. de ſec. nup.l. hac edictali. C. man.l. per diuerſas. §. exceptis. non enim aufert illis mercatoribus aliquod ius, ſed veniunt poſt oblatum per Gaietanum nõ contradicendo tempore ſubhaſtationem, nec proteſtando de iure ſuo, conſenſiſſe quodammodo dici poſſit, arg. C. de ædi. priuatis. l. in totum. de iure pat.l. adige. in princ. de remiſ. pign.l. ſi eo tempore. ff. de in diem adiect. l. neceſſe. & eſt veriſimile, quod ſciuerint ea, quæ publicè fiunt, & in loco vbi aſſiduè conuerſantur. C. de defen. ciu.l. iubemus. & ſic licitum eſt aliquid per alium, & vice iuris alterius, quod non licet directo per ſe, dummodo non interueniat fraus. ff. quæ res pig. obl. poſ.l. Ariſt. & ideo Gaietano miſſo in poſſeſſionem apothecæ, & dictis mercatoribus foris pulſis poſtea ſi dictus ſupraſcriptus accipit vſus dictæ cameræ modo prædicto, vel alio, niſi fraus probetur adhibita, poteſt facere liberè, & impunè, & multo fortius ſine aliquo titulo: pro primo poteſt famulari ibidem dicto Gaietano, quia hoc nõ eſt prohibitum per hunc vltimũ. §. qui loqui. de cameris cõmunis Peruſij in ſpeciali, & ſtatutum nihil diceret de cameris cõmunis non intelliguntur de ipſis.l. ſi peculiũ. §. ſi quid. de peculio leg. quia damnũ reſultat in cõmuni ſcil. à licitando, homines repellũtur, & facit optimè de diſtra. pign.l. & qui ſub imagine. Ego Bal. &c.

CONSILIVM XLIIII.

1 *Si tutor promiſerit pupillam in matrimonium ſub pœna, poterit dicta pupilla alteri ſponderi per ipſum tutorem impunè.*
2 *An teneant ſponſalia ante ſeptennium.*

1 In Chriſti nomine. † Matrimonia debẽt eſſe libera à pœna cõtractus, licet non à pœna legali. de verb. obl.l. Titia. C. de ſpon.l. fi. extra de ſpon.c. Gemma. & ideo pœna commiſſa per tutorẽ peti nõ poteſt, quia perinde eſt promiſſio tutoris, ſicut promiſſio principalis perſonæ in hoc caſu, vt d.l. fi. per Cy. & alios de cõd. & dem. l. hæres meus. §. fi. poteſt igitur iſta puella denuò alteri ſponderi per tutorem interueniente matre & coniunctis, ar. C. de nup.l. viduæ. nec tamẽ poſſunt eſſe ſponſalia ante ſeptenniũ.
2 ff. de ſponſa.l. ſponſalibus. † Contra tamen Moderni dicunt, ꝙ ſi apparet tãtus effectus animi in puella, ꝙ intellectus ſuppleat ætatem, & ſic prope ſeptennium, ꝙ ſponſalia tenent, licet rarò hoc eueniat, quicquid ſit de hoc, tamen tutor ad pœnam non tenetur, vt dixi: & ſi tutores tradant dictam puellam, & bona, faciant conſeruari indemnes à creditore adminiſtratoris tutelæ, & valebit conſeruatio, &c. Et ita dico. Ego Bald.

CONSILIVM XLV.

1 In nomine Domini. † Contractus iſte aũt nõ tenuit, aut ſaltem claudicauit, ita ꝙ neceſſaria fuit ratihabitio, & ſolennitas ſufficiens, & quocunq; iſtorum præſuppoſito modo agere non potuit ſiue quia ex nullo contractu nulla datur actio, vt eſt de leg. & cum ſti.l. nõ dubiũ, ſiue quia ratificatio debet interuenire integro ſtatu rei venditæ, non cũ eſt deteriorata ꝓp guerras, vel ſimiles caſus, nõ em̃ dẽt ratificans expectare caſum, & re in eodẽ ſtatu manẽte ratificare. ff. rẽ ra. ha.l. quoties em̃. §.1. Et ideo ſi vera ſunt, q̃ mihi ꝓponũtur, ꝙ res tp̃e cõtractus erat lõgè melior, ꝙ nũc ſera eſt ratificatio, quę mutatione terminorũ excluditur. ff. de ſol.l. ratum. & l. quod dicimus. & ita dico. Ego Bal. &c.

CASVS.

Quidam nomine Lucas de Florentia fecit teſtamentũ in ciuitate Venetiarũ, in quo vltimo loco diſponendo dixit, in omnibus autẽ alijs ſuis bonis Andræam ſibi hæredẽ vniuerſalẽ inſtituit. Et ſi non valeret iure teſtamẽti valeat iure codicillorũ & omni modo, quo melius valere poſſet, caſſans, & irritans omnẽ aliud teſtm̃, &c. tractu tẽporis fecit aliud teſtm̃, inter cætera vltimò fecit, in omnib. autẽ alijs ſuis bonis vniuerſalẽ hæredẽ inſtituit And. fratrem ſuum, inquantũ dictus And. decederet ſine filijs leg. & naturalib. veniret, &c. & hanc ſuam vltimã voluntatẽ, & vltimũ teſtm̃ aſſeruit eſſe velle, quẽ valere voluit iure teſtamẽti, & cuiuſcunq; alterius vltimæ voluntatis, prout melius valere poteſt. & ſi iure teſtamenti nõ valeret, valeat ſaltim iure codicillorũ. & prout melius p̃t, caſſans, & irritans, & annullans omne aliud teſtm̃, & vltimã voluntatẽ hactenus per eum cõditã iubens, & mandans eſſe fuiſſe nullius valoris, hoc prius omnib. alijs præualere. demũ mortuo teſtatore prædicto apparet dictũ And. ſibi hæredem inſtitutũ in dicto ſecundò teſtamẽto deceſſiſſe tempore ſecundi teſtamenti, & ſatis ante ignorante teſtatore p̃dicto, vnde eſt quæſtio, ꝙ p̃dictorũ teſtamentorũ valeat, an primũ, an ſecundum, an neutrũ, & quid iur. in prædictis, &c.

CONSI-

CONSILIVM XLVI.

1 *Condito primo teſtamento, in quo ſit vnus hæres inſtitutus, & poſtea condito ſecundo, in quo ſit alius inſtitutus, qui tempore teſtamēti inſcio teſtatore erat mortuus, an primum, vel ſecundum valeat, vel neutrum.*

1 In Chriſti nomine. † teſtamentum in quo mortuo relinquitur hæreditas, eſt pro non ſcriptū, de hær.inſt.l.quo loc.§. ſi iam mortuo.de iu.cod.l.quidā referūt.de cad.tol.§.ſed cum triplici.& ideo ex ꝓpria & immediata vi nō rumpit primum teſtm̄, quia ꝙ nullū eſt nō rumpit̃, ſed ꝙ aliquid eſt. ff.de lib. & poſt.l. ſi filius, qui in pt̃āte.de iniuſto teſt.l.cū in ſcd̄o.inſti.qui.mo.teſt.infir.§. ex ea.& q̃a videt̃ ea mens fuiſſe teſtātis nō recedere à primo, niſi ſcd̄m valeat, de le.3.l.ſi mater.& ꝙ no.ff.de adi.le.l. ex parte. nec em̄ ſola pœnitētia teſtm̄ reuocat̃, ſed p actū retro ſimilē, de hær. inſt.l.ſed ſi in cōditione.§.fi.de lib.& poſt.l.ſi ita ſcri.§.regula.de teſtamēto mil.l.militis codicillis.§.veteranus. Præterea illa verba, caſſans, & irritās.vñr appoſita fauore hæredis inſtituti, ar.de le.1.l.ſi ſeruus.§.qui margaritā.ergo ſi non p̃t operari in fauorē, nō operat̃ in odiū: q̃a ceſſante cauſa ademptionis ceſſat ademptio relicti, ar.ff.de adi.le.l.ꝙ ſi iterū.ad Tre.l.à filia. §.alumno. Illa clauſula, caſſans, & irritans, &c. eſt poſita in conſequentiā, nō principaliter, & per ſe, vñ ſi non valet principale, & antecedens, nō tenet conſequens, ar.C.de cōd.ob ca.l.1. C.ſi pen.app. mor.interue.l.3.appendices em̄ vitiantur, vitiato principali, ar. de acq.hær.l.ſi quis hęres: ad hoc facit: quia ad mutationē teſtamenti videt̃ teſtator motus errore circa vitā fratris, ergo primū teſtm̄ remanet, de hær.inſti. l.fi. & legata ſcd̄i teſtamēti nō ꝑpea irritant̃, vt ibi patet, & no.C.de fideic.l.eam, quā. In cōtrariū vr̃ caſus.C.de teſt.l.ſancimus.& no.in d.§.ex eo. pp curſum decennij, & illā præciſam clauſulā, caſſans, & irritans. Nō ob.d.l.fi.de hær.inſt.quia ibi teſtator nō mutauerat affectionē ad primū inſtrumentū, vt patet ex præfatione teſtamēti, & teſtatoris, q̃ promiſit ꝓ cā finali, hic aūt mutata affectio fuit, & forma ēt inſtitutionis, & nō ſolū fauore inſtituti, ſed liberorū, quæ ab inteſtato debentur ex clauſula codicillari. de leg.2. l.Lucius. §. filia. per q̃ clauſulā apparet, ꝙ teſtator elegit potius decedere inteſtatus, q̃ decedere cū teſtamento primo, ar.de ma.teſt.l. ſi quis locuples. ergo eſt caſus in l.ſancimus. & eſt caſus ſpecialis, & per hoc reſponderetur ad dictam.l.ſi ius.de leg.3. Ego Bald.&c.

CASVS.

Quidā nomine Blaſius deceſſit relicta vnica filia pupilla nomine Franciſca, & relicta Antonia eius ſorore carnali, & amita pupillæ. deceſſit pupilla in pupillari ætate, vertit̃ quæſtio inter matrē pupillæ, & amitā: quia dicit amita ſe tanquā proximiorē admitti vigore cuiuſdā ſtatuti poſiti ſub rubrica, de decedentibus ab inteſtato, & ſine filijs. dicit̃ ex aduerſo, matrē venire ad totā, & maximè ad legitimā dictæ pupillæ ſuccedere defunctæ in pupillari ætate, & hoc vigore cuiuſdā ſtatuti cum additione quadā facta per approbatores ſtatutorum eccleſiæ Romanæ, ꝙ ſtatutum ponitur ſub rubrica, de muliere dotata. non obſtante ſtatuto per amitam allegato, in quo matris nō habetur mentio. Item quia illud ſtatutū non habet locum niſi in illis, qui potuerunt teſtari, & deceſſerunt inteſtati. Item quia vbi recitata fuit mater in dicto ſtatuto, expreſſe fuit ſibi legitima reſeruata: modo quæritur viſis ſtatutis, cui deferatur hæreditas, an matri, an amitæ, & pro quota. tenor ſtatutorum talis eſt, videlicet.

Rubrica de decedentibus ab inteſtato.

Item ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ ſi aliquis, vel aliqua de terra S. Seuerini, & eius diſtrictu deceſſerit inteſtata, vel inteſtatus ſine filijs legitimis, quod bona omnia ſic ab inteſtato morientis deueniāt, & deuoluantur ſic decedentis ab inteſtato ad proximiores conſanguineos ex paterna, vel aui paterni linea deſcēdentes, cū ſatis ſit cōueniens rationi, ꝙ talia bona reuertant̃ ad primum ſtatum, vnde principium habuiſſe noſcuntur, & prædicta locum habeant in præſentibus, præteritis, & futuris, &c.

Rubrica de muliere dotata.

Item quod nulla mulier dotata patre, matre, fratre, &c. ad minus, hoc capitulum, quod mater nō admittatur, nec ipſa mater poſſit habere aliquam ſucceſſionem in bonis filij, ſiue filiæ præmortui, vel præmortuæ, ſi ipſe filius, vel filia fecerit teſtamentum, & teſtatus, aut teſtata deceſſerit non obſtante aliquo capitulo in contrarium faciente, & loquente.

Hæc eſt additio eccleſiæ Romanæ.

Saluo iure legitimæ ſibi debitæ de iur. petendi, & hoc capitulum ſit præciſum, & habeat locum in præſentibus, &c.

De materia adde infra conſi.339.

CONSILIVM XLVII.

1 *Stante ſtatuto, quod morientibus ab inteſtato ſine liberis ſuccedant proximiores ex linea paterna, vel aui paterni, mater excluditur à ſucceſſione filij morientis in pupillari ætate.*

1 In Chriſti nomine. † Si tenemus opin. illā, ꝙ pupillus nō dicat̃ ꝓpriè decedere inteſtatus, mater admitteret̃ in totū excluſa amita. vt l.1.de ſuis, & leg. & no. per Cy.C.qui teſt.fac. poſ.l.2.C.de iur.delib.l.cum antiquiorib.eſt cōmunis opi.doct.Bononiæ. Si verò tenemus largè loqñ, ꝙ pupillus etiā decedat inteſtatus, ita ꝙ ſyllaba, in, ponat̃ pro non, id eſt nō teſtatus. vt d.l.1.per Bart. tūc amita ſuccederet, tñ iſto caſu credo matrē legitima fraudari nō debere arguendo ex alio ſtatuto. Nā ſi debet̃ legitima ex teſtamēto neceſſario, ſequit̃, ꝙ ēt ab inteſtato, quia legitima teſtati oritur à legitima inteſtati. C.de inof.teſt.l.cū quærit̃.inde cōceſſa legitima facto teſtamēto neceſſario concedit̃ ab inteſtato pp dictā rub.& ita teneo, licèt alias cōſuluerim ſcd̄m doct.Bon. ꝓ matre, tñ in ſtatuto noſtro nō p̃t idē dici per illa verba, ſine filijs. quæ maximè verificant̃ in pupillari ætate.de vul.ſub.l.Centurio.& no.C.de impu.& alijs ſubſt. l.precib.in gl. mag.ſic ergo mater debet habere tertiā, & medietatis duas partes, & facit.C. de do.l.ſi am.ratio em̄ finalis ſunt liberi, non ætas, de pac.dot.l. inter.§.cū inter. de hæred.inſti.l.Lucius.vñ ſtatutū ponderat liberos.i.hr̃e, vel nō hr̃e eos.C.de inſt.& ſub.l.generaliter.vbi ergo nō ſunt liberi, ibi ſtatutū intendit ꝓuidere generi paterno, ſeu agnationi, cū modificatione tñ legitimæ, vt s̃ dixi.facit inſt. de ſucc.li.§.noſtra.quādo in ſtatutis eſt ratio inſcripta, magis attendimus naturā rationis, quā ſtrictā naturā verborū, de excuſ. tut.l.ſcire oportet.§.quod ſi maxi.C.de lib.præte.l.3.

CASVS.

In Dei nomine. Punctus talis eſt, quia reperit̃ quoddā publicū inſtr̃m, qūo do. Magdalena cum cōſenſu Taxini ſui fratris, & Andr.ſui legitimi Mūdualdi ex vna parte, & Blaſius tutor dictæ do. Magd.ex altera, ꝙ remiſerūt de omni lite, q̃ſtione, & cōtrouerſia, q̃ inter eos eſſe poſſet occaſione admin. tutelæ in probū virū Guilelmū: reperit̃ quoddā aliud publicū inſtr̃m, in quo cōtinet̃, qūo do. Magd.cū cōſenſu Taxini, & And. Mundualdi fuerunt confeſſi ſe habuiſſe, & recepiſſe, & habuerūt, & receperūt 455.flor.aur.ſol.14.& d.10.ſ.flor.230. in vna manu occaſione dictæ admi.tutelæ ad dictū Blaſiū peruentos. & 225. in alia manu. de interuſurio pecuniarū medio tēpore, & de his vocarūt ſe bñ pagatos, & contentos. Itē reperit̃ quoddā aliud publicū inſtr̃m laudi lati per Guliel. s̃ dictū, in quo continet̃, ꝙ viſa ſolutione. 355.flor. & ſol.14.& de.10.abſoluit. d.Blaſiū tutorē ab omni eo, ꝙ occaſione dictæ admin. teneretur, ac etiam ab inuentario, & reliquis. & ꝙ prædicti fecerunt dicto Blaſio finem, & refutationem, & ita ſententiarū fuit partibus præſentibus, & ratificantibus. eadem die prędicti etiā fecerunt finem, & refutationem, & pactum perpetuū d. Blaſio de dictis quantitatibus. Et etiam de contentis in laudo. Item reperitur quoddam publicum inſtrumentum, in quo continetur, quod domina, &c. & prædicti fecerunt finem, & refutationem generalem, & generaliſſimam Vido Boneti de omnibus adminiſtratis per eum, dum fuit tutor, quod inſtrumentum eſt plenum in forma conſueta. modò quæritur, an prædicti tutores poſſint per dictam Magdalenam quomodolibet moleſtari, & quid iuris, &c.

CONSILIVM XLVIII.

1 *Verba generalia non poſſunt reſtringi, niſi ratio reſtrictiua interueniat.*

2 *Tutores liberati, an per generalem liberationem, adeo quod non poßint vlterius conueniri, dicantur plene liberati.*

1 In Chriſti nomine. † Quia verba generalia non poſſunt reſtringi, niſi interueniat ratio reſtrictiua, præſertim vbi tractatur de liberatione, quæ fauorabilis eſt. ff.de pac.l. emptor.§.Lucius.de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. de tranſact. l.actione.
2 † dicendum eſt dictum Blaſium, & Biundum plenariè liberatos, & generaliſſimè abſolutos: quia nec dolus, nec error interueniſſe præſumitur, iuxta no.de pac.l.tres fratres. de tranſact.l. ſub prætextu. C. de concu. l. ſi ex maiore. de cond.indc. l. fi. §. idem quæſijt.ff.de tranſact.l.cum Aquiliana.

CONSI-



CONSILIVM XLIX.

1 In Chriſti nomine. † Titius fuit creditor Seij in plurib. ſummis, & diuerſis cauſis, cum eo fecit, & poſuit rationem: & demum ad inſtātiam Seij ſic ſcripſit. Seius campſor debet dare mihi Titio die iſta pro ſaldo rationis factæ inter ipſum, & me vſque ad hanc diem.ſ.100.flor.auri, quos à me receperat ſuper ſua tabula, & de omni alia quantitate denariorum per eum à me receptorum vſq; in præſentem diem detractis, & excomputatis denariis, quos ipſe mihi dedit, & ſoluit vſque ad hanc diem, reſtat ad dandum dictus Seius mihi Titio vſque ad hanc diem lib. 40. Bon. quam quantitatem den. promittit idem Seius dare, & ſoluere mihi Titio, cum Lucius amicus meus reſtituerit eidē Seio lib.40.Bon. quas ſibi dare tenetur ex cauſa mutui: & promitto ſibi Seio ab eo nō petere dictas 40.lib.Bo.niſi qñ dictus Lucius ſibi reſtituerit.d.40.lib. & hoc ideo: q̃a dictā quātitatem dena. dictus Seius mutuauit ipſi Lucio meis precibus, & mandatis. Elapſis pōſt dictæ ſcriptæ confectionem dieb. 15. p̃fatus Titius conuenit dictum Seium coram ordinario loci, & contra eum libellum obtulit ſic dicens. Coram vobis, &c. proponit Titius contra Seium, quod mutuauit eidem duc. 40. auri, quare cum idem Seius pluries requiſitus ſuper reſtitutione dictæ pecuniæ recuſauerit, & recuſat ipſam quantitatē pecuniæ ſibi Titio reſtituere, petit eum cōdemnari, &c. Et ſciendū, ꝙ agit de mutuo facto ante confectionē dictæ ſcriptæ. Et in hoc themate quæritur, an ex dicta ſcripta competat Seio liberatio generalis tam de dictis centum floren. auri, q̃ de omnibus aliis quantitatibus: deinde per eum ante confectionem dictæ ſcriptæ receptis, & ſic de dictis 40. du. ſibi Seio mutuatis ante confeſſionem dictæ ſcript. Secundò quæritur, an dictus, poſſit proponere exceptionē non ſolutæ pecuniæ contra dictam ſcriptā, & maxime ponderatis verbis ipſius ſcriptæ, ibi, dum dicit̃ excomputatis denariis. quos ipſe mihi dedit, & ſoluit. & ſic poſſit agere ad dictos. 40. duc. auri contra dictum Seium obijcientem ſibi exceptionem ſolutionis contentæ in dicta ſcripta, &c. Tertiò quæritur, an d. Titius in caſu, quo poſſit dictam exceptionem opponere, an videatur eam propoſuiſſe in d. ſuo libello cōtra Seium oblato eo, quod in ipſo dicit̃, ꝙ pluries requiſitus ſuper reſtitutione dictæ pecuniæ eam reſtituere recuſauit, & apparet in themate, nulla tamen facta mentione de dicta ſcripta, & ſic videatur ſatisfactum legi, in contractib.§. ſuper cæteris.& §.in omni.cum ſua materia. C. de non nume. pecun.& materia l. ſi non ſinguli. in glo. ſuper verb. reſt. geſt. C. ſi cert.pet. cum ſimilib. Quartò quæritur, an in eo caſu, quo poſſit dictam exceptionē, ſeu querelam proponere, & videatur eam propoſuiſſe, an Seius poſſit Titio detrahere de dictis 40. duc. lib. 40. Bon. quæ continentur in dicta ſcripta ipſum Seium reſtare ad dandum ipſi Titio, vt apparet in themate, an compelli debeat ad ſolutionē dictorum 40.duc. & etiam ad ſolutionē dictarum 40.lib.Bon. adueniente conditione in themate comprehenſa. Quintò quæritur, an cum dicta ſcripta videatur continere 100.flore.de quibus in ea ſit mentio fuiſſe depoſitos, eo ꝙ dicit, quos à me receperat ſuper ſua tabula, debeat vere intelligi perpoſitum. Et an pro eis poſſit opponi excep. non ſolutæ pecuniæ, &c.

CONSILIVM L.

1 *Ratio calculi non operatur niſi in eo, quod calculatum eſt.*

2 *Exceptio non ſolutæ pecuniæ an poßit opponi infra 30. dies.*

3 *Creditor, qui poteſt opp. exce. non ſol. pe. an videatur eam propoſuiſſe in libello, in quo dicitur, quod pluries requiſitus ſuper reſtitutione dictæ pecuniæ eum reſtituere recuſauit.*

4 *Caſu, quo poteſt quis vt ſupra excep. non ſol. pec. ſeu querelam proponere, videatur eam propoſuiſſe, an campſor poßit detrahere de dictis 40. duca. lib. 40. Bon. quæ continentur, &c.*

5 *In dubio contractus præſumitur mutui potius, quam depoſiti.*

In Chriſti nomine. Iſta qu. pendebat ex intellectu tex. & glo. ff. de
1 ſol.l.ſi ex pluribus cauſis. in primis enim ſciendum eſt, † ꝙ ratio calculi non operatur, niſi in eo, quod calculatum eſt, vt ibi, & ff.de pac.l.emptor. §. Lucius. tamen vbi ſcriptura atteſtatur de computo generali, debet generaliter operari, vt ibi no. & ſi exceptio non num. pec. non opponitur, abſque dubio debitor eſſet liberatus, præterquam à reſiduo. C.de diſtract. pign.l.ſi reſi-
2 duum.in 1.gl. † Sed dubitatur, an exceptio non ſolutæ pecuniæ poſſit opponi infra 30. dies, nam in l. ſi ex plurib. ſunt duæ gloſ. contrariæ, vna dicit, ꝙ non, q̃a debitor eſt liberatus pacto. ff. de pac.l.tale pactum.in prin. alia dicit, ꝙ ſic, quia non eſt pactum, ſed confeſſio. Bar. dicit, ꝙ vbi in liberatione ſit mentio pacti, vel acceptilationis, ceſſat exceptio: ſecus ſi ſit mentio confeſſionis, etiam ſi oriatur confeſſio ex pręcedenti computo, ſiue calculo. Andręas de Piſis, dicit ꝙ vbicunq; allegaret̃ confeſſio, habet locum exceptio, q̃a illud pactum eſt ſpe futuræ numerationis, ſicut ipſa confeſſio, ar. de non nu.pe.l.fi.& ar.ff.de conſt.pe.l.vl.fatuum eſſet conſulere contra gl.or. loquentem formaliter in cōfeſſione ex cauſa cōputari relata gl. ad text. cū text. dicat poſt ra-
3 tionē ꝓpoſitā, & extra. & ita dico in hoc paſſu. † Sequit̃ videre, an creditor agēdo videatur querelam miſcuiſſe. & iſta q. poteſt intelligi reſpū maioris ſummæ, ad quam non egit: & non eſt dubium, ꝙ nō, inſt.de act.§.ſi minus.in gl. Item pōt intelligi reſpū ſummæ petit. & videt̃, ꝙ ſic, q̃a non refert, an dicat conqueror, an dicat peto, cum non referat inter æquipollentia. C. de contrah.& cōmi. ſtip. l. omnes.& q̃a videtur tacite incluſiſſe omne ius petendi arg. de excep. rei iud.l.an eadem.§.actiones. contrarium ꝓbabiliter perſuaderi poteſt: q̃a ſi contra hunc agentem opponatur confeſſio, neceſſe habet replicare de non num. pe. inſt.de repli.in prin.ff.de pac. l. ſi cū te. q̃a nondum querelā per confeſſionem direxiſſe videtur, niſi replicabit, & tunc erunt elapſi 30. dies, & ſic replicare non poterit. C. de exce.l.ſi pactum. & videtur ſatis hoc poſſe defendi de iure: quia ſemper modus agēdi debet inſpici, vt no.3.q.6. hæc quippe. & facit C. de poſth.
4 l.ſi ſub ſpecie. † Sequitur videre, an campſor poſſit excomputare. 40. lib. Bon. pendente conditione: & dicendum eſt, quod
5 ſic. ff. ſi cer. pet. l. pecuniam. † Super vltimo puncto: quia contractus mutui eſt frequentior, & vtilior contrahentibus, quàm contractus depoſiti, dici debet, ꝙ in dubio pręſumatur mutuū, non depoſitum. ff. ſi cert. pet. l. ſi quid. in gl. ord. in vlt. opin. glo. nam cum in vltima reſidet, finaliter illam approbat, vt no. ff. ad Trebel. l. qui filium. in fi. & ideo Inn. dicit, ꝙ vltima opin. quam nemini attribuit, eſt opin. ſua, & ſecundum eam debemus tantum auctorem allegare. Et ita dico ego Baldus, &c.

CASVS.

In Chriſti nomine amen. Quidam nomine Dominicus Andreutij de Aſſiſio, & prior ſancti Iacobi exiſtens domeſticus & familiaris dñi Ioannis Loli, & Solutij de Aſſiſio habens quandā ſuam ſororem carnalem morantem ſimul nomine Thomaſam cum dicto D. Ioanne ſuo fratre, & dicto Dominico, & dicti Dominicus, & Thomaſa cordialiter ſe ad inuicem diligentes ignorante dicto D. Ioanne peruenere ad inuicem inter eos ad ĩſcriptum actum, videlicet, ꝙ ipſi mutuo conſenſu matrimonium per verba de præſenti adinuicem contraxerunt annuli immiſſione facta per ipſum Dominicum in digitis manus dexteræ dictæ Thomaſæ, poſtquam præfatus Dominicus dictam Thomaſam vt ſuam legitimam vxorem carnaliter cognouit in domibus habitationis eorum ignorante dicto domino Ioanne ſuo fratre, propter quam carnalem cognitionem dicta Thomaſa extitit prægnans, & grauida; quod matrimonium ſic inter eos contractum, & carnalis copula conſumatum non poteſt per teſtes probari: quia non interfuerunt ſucceſſiue poſt prædicta ſic acta, & facta per dictum Dominicum cum dicta Thomaſa: dictus D. Ioannes frater carnalis dictæ Thomaſæ, ipſam Thomaſam maritauit cuidam Pannutio, quam illico deſpōſauit annulo, & appetens eam ducere domi ſuæ in vxorem, fuit ipſi Pānutio nuntiatum, ꝙ eam non tranſduceret, cum ſit grauida: quam dictus Pannutius domum non tranſduxit, nec cum ea matrimonium carnali copula conſumauit. quæritur modo ex narratis prædictis, quid ſit iuris, & quem modum tenere debet dictus Dominicus, qui ipſam Thomaſam modo prædicto deſponſauit, & quam affectat habere in vxorem de conſenſu dictę Thomaſæ, quæ ipſum Dominicum appetit in ſuum virum legitimum habere, vt certus de matri. exiſtat. demum placeat vobis petitionem formare in curia epiſcopali, ſi fuerit neceſſe pro d. matrim. cum dicto Dominico contracto, vt d. Dominicus victoriam reportet, & latori præſentium, &c.

CONSILIVM LI.

1 *Matrimonium publice contractum an præferatur matrimonio clādeſtino, de quo conſtat per confeſſionem partium, & publicam famam.*

1 In Chriſti nomine. † Si dicta Thomaſa cōfitetur ſe prius matrim.

c contra-

contraxiſſe cũ d. Dominico, & carnali copula conſumaſſe, videtur ſtandum huic confeſſioni cooperante fama publica, per hoc per gl. or. C. de fideiuſ. l. pe. in contrariũ videtur per tex. extra de eo, qui cognouit conſan. vxo. ſuæ. c. ſuper eo. & per regulam, quã tradunt doc. in c. 1. extra. de clandeſt. deſponſ. vbi dicũt ꝙ ſemper matrimonium publice contractum præiudicat clandeſtino, etiam ſi de clandeſtinatione fieret fides per vnum teſtem, & famam ſecundum Nico. nec ſtatur confeſſioni in præiudicium tertij, vt d. c. ſuper eo. ſed ſi nemini extra confitentes præiudicaretur, tunc ſtaretur confeſſioni. & ita intelligitur gl. in contrarium allegata: tamen quia vir ſecundus eam nunquam traduxit, nec allegat matrimonium, nec vult eam conſcientia ductus, omnibus conſideratis inhærendum eſt veritati, & poteſt pronunciari pro petitione dicti Dominici citato dicto Pannutio. Ego Baldus ita dico, &c.

CONSILIVM LII.

1 *Liberalitas principis quæ dicatur.*
2 *Plura propter vnum cenſetur vnum.*

1 In Chriſti nomine. † In primis videndum eſt, an prædicti dicãtur ſocij liberalitatis imperialis, necne. Et videtur iſta queſtio facti, nã illa dicit liberalitas imperialis, q̃ à principis maieſtate ꝓcedit, vt C. de quadriẽ. pſc. l. bene à Zenone. §. quæ omnia reſeruantes. in verbo ex noſtra aula procedentes ante omnia. ſic enim nihil dicitur imperialis, niſi quod anguſta fortuna procedit, vt no. in procœmio tam florum, q̃ inſtitutionum, & patet. ff. de leg. 2. l. quod principi. & l. digna vox. & l. fi. C. de dona. inter virum, & vxo. l. pe. Item ſi aliud diceremus, ſequeretur, quòd priuilegia Cæſaris ſingulę Ciuitates haberent, quod dicere eſt ridiculum, vt ff. de admini. l. ſimile. ff. de verb. ſign. l. eum qui vectigal. C. de bo. vaca. l. 1. lib. 10. Ciuitates enim loco priuatorum habentur, vt plene C. de iur. reipub. lib. 11. in rub. Sic ergo iſta donatio debet intelligi tanquam de priuato in priuatam perſonã profecta, in qua donatione pars caduca, ſeu occidẽs iure iam quæſito nõ accreſcit conſortibus, ſed redit ad concedentẽ, fallit in ſimplici vſufructu. ff. de vſufru. accre. l. 1. §. interdum. ff. de verb. obli. l. ſi mihi, & Titio. & no. C. quando nõ pe. partes. l. 1. per Cy. & alios. Contrarium dico, ꝙ iſta eſt liberalitas imperialis ratione cauſæ influentis, ratione conferentis, & ratione effectus rei. Et pſuppono, ꝙ quicquid auctoritate principis fit, ipſe princeps facere videtur vt C. de veteri iure enucle. l. 1. §. omnia. & in capit. cum aliquibus. de reſcript. lib. 6. Item præſuppono, quod habere territoria, caſtra, & imperia eſt habere regalia, vt 10. col. q̃ ſunt regalia. c. 1. ſed regalia non poſſunt concedi niſi authoritate regia. l. ꝓhibere. §. placet. quod vi, aut clam. vt in auth. de defenſo. ciui. §. iunctim. Iſtam autem authoritatem ex quadam influentia prouenienti à Cæſare prætendi neceſſe eſt: imperialis ergo eſt ipſa liberalitas ratione ſuperioris cauſæ influentis, à qua tãquam à cauſa prima, & quæ plurimum poteſt, talis influentia ex authoritate generatur. Item eſt imperialis ratione ciuitatis cõferentis, quæ in ſuo territorio habet, & de naturali conſuetudine, & fortius præſcripta iura imperialia, vt legi. & no. in auth. de defen. ciui. §. nulla. in gl. ſuper verbo iuriſdictione. per quod plenam adminiſtrationem imperialium in ſuo territorio habere concedunt, & ipſos hoc confiteri neceſſe eſt, aliàs commune Senarum eſſet prædo iuriſdictionum, & aliorum regalium, & viuerent tyrãnice, non enim poſſunt populi eſſe tyranni, vt refert Cy. in l. ſi qua. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Aug. de ciuitate Dei. omnes enim ſiue vnus, ſiue multitudo tyrannizãt, ſi plene, & parum, vel fraude principaliter ſecundum Ariſt. vicem & imaginem principis habent: quare dicta donatio cenſetur liberalitas regnantis, ſiue principis. Item eſt largitas imperialis idem realis effectu: nam ſi conſideramus, quod confertur, certe regalia conferuntur. quid ergo ad rhombum, à quo conferantur, ex quo effectus rei tranſit in ſuſcipientem perſonam: nam vbi non mutatur effectus, nec nomen conuenit immutari. l. 1. C. de impo. lucra. deſcr. lib. 10. ſi ſic eſt, ꝙ liberalitas eſt imperialis, habemus legem expreſſam ꝙ non redit ad donantem, ſed ſociis accreſcit. C. ſi liberalitati imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit. l. vnica. lib. 10. Sed ponamus, ꝙ iſta non eſſet per ſolam interpretationẽ intellectus. ſ. liberalitas imperialis, nonne eſt ſibi ſimilis? certe ſic: conuenit enim vtriq; vna concluſio, & eadem, in cuius ſpiritu lex viuit, non in mero cortice verborum. 1. q. 1. c. Marchio. & c. Baſilides. de verb. ob. l. Titio. ad l. Aquil. l. illud. C. de interd. l. 1. & ff. de fonte. l. 1. §. hoc autem interdictũ. amplius nec imperialis largitas, nec ei ſimilis eſſet, videndũ eſt tñ de iure accreſcẽdi, & reuertẽdi, vtrum accreſcat, & reuertat, & vr̃, ꝙ non habeat locum ius accreſcendi ꝓpter tria, primò ex generali natura cõtractuum: qa in cõtractib. non habet ius accreſcendi, vt d. l. ſi mihi, & Titio. C. fa. erc. l. ſi familiæ. nam donatio contractus eſt ſtricti iuris, & non patet vltra naturam verborum. ff. de ver. ob. l. quicquid aſtring. nec debet quęri alteri per alterum, vt in d. §. alteri. ſecundo ex natura legitimationis ꝓpter ſucceſſionem: quia pro ſe, & deſcendentib. maſculis, ergo à contrario ſenſu deficientib. his expirat conceſſio, & reuertitur ad dñm, vt in auth. de non elig. §. emph. ff. de pac. l. epiſtola. §. fi. ff. de pact. dot. l. cum inter. tertiò de diuiſione rerũ, q̃ non ſunt de eodẽ corpore integrali. nam in penitus diuerſis ius cõuentionis non contingit, cõiunctione autem remota ius accreſcendi non competit, vt ff. de vſufru. accreſ. l. pe. ff. quibus mod. vſusfr. amit. l. ſi ſub cõditione. de leg. 1. l. huiuſmodi. §. quibus ita. vbi videtur expreſſum, contrarium dico triplici ratione, primò ex vi nominis compreſſi, cui donatio intitulatur: ſecundò ex vi familiæ, cui donatio perpetuatur: tertio ex natura quadam, in qua donatio radicatur. & primò habet ius conuentionis, quæ inducunt nomina collectiua: quia per nomina collectiua fit maxima coniunctio, quaſi per vnum corpus, & notato verbo generali, & vnico. & ſecũdò habeo ius ꝑpetuationis, ſiue protenſionis demonſtrato verbo extenſiuo indurabili, & repræſentabili, etiam in vno ex tertio habeo denũciationum naturaliter labentem, & fluentem in poſteros demonſtratam verbo naturali, quæ verba ſic declaro. Cõſidero enim in iſto agnomine. id eſt, communi agnationis nomine, ſcilicet ſchiattale, primò quandam extenſionem agnationis, ſecundò quandam durationem generis, tertiò modum tranſitionis. & arguo ſic.
2 † quæcunque competunt pluribus tanquam vni, ibi cenſetur vnum, vbi plura propter vnum, vtrobique tantum vnum, ff. de pact. l. ſi plures. ſed omnibus de ſchiattali competit tanquam vni ſchiattali, & totum ſchiattale videtur eſſe. ff. de interdict. l. proponebatur. ff. de vſucapionib. l. rerum mixtura. & eſt ſicut quando relinquitur generi, vel genti. Nam vnus deficiens non inducit caducitatem, ſed remanet aliis de teſtamento, vt l. ciuibus. de rebus dubiis. & patet expreſſe. ff. de leg. 2. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. & l. peto. §. fratre. quandiu aliquid de ſchiattali ſupereſt, tota donatio viget: quia totum ſchiattale ſupereſt, tota donatio viget, & totum ſchiattale viget, ſicut totum genus in vno indiuiduo. l. ſicut. §. fina. quod cuiuſque vniuer. no. patet ergo ex titu. ff. de verborum ſignificationib. l. pronunciatio. §. familiæ. agnationi enim titulus datus eſt: & quia agnatio magna eſt, ſicut ciuitas parua, teſte Ariſtotele, optimum eſt argumentum de dona. ciuitati ad donatum agnationi. Præterea in contractibus arguimus à ſimili, vt ff. depoſiti. l. 2. §. ſi quis ſeruum. & not. in l. de quibus. ff. de legit. ſed in feudo habemus hoc expreſſum, quod in feudo ſtirpis ſuccedunt ſtirpes, iſtud enim vocatur feudum antiquum, quod à ſtirpe procedit, vt in c. 1. de gradibus ſuccedendi in feu. col. 10. Et licet iſta donatio non ſit feudalis, eſt tamen cenſualis, & ſimilis feudo, & ideo ſuum reſpicit ſtipitem, & non reuertitur ad dominum, vt in ca. 1. an agnati, vel filius. col. 10. Præterea iſti habuerunt poteſtatem alienandi inter ſe: ſed ille, qui decedit inteſtatus, videtur relinquere illi, qui proximior eſt ſibi, de leg. 2. eod. §. penult. vnde pertinent ad illum de proprio ſchiattali, qui proximior eſt, & magis coniunctus, arg. ff. de vulg. ſubſt. l. cohæredi. §. qui diſcretas. & ſic pertinet ad dictum Nicolaum de Limbenis, filij vero naturales non ſuccedunt in dignitate, & iuriſdictione, nec ſunt de legitimo ſchiattali, niſi abuſiue loquendo de ſchiattali ſimpliciter. C. de na. lib. l. fi. & 10. col. ſi de feu. fue. controu. cap. naturales. facit, quod not. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. ex facto. concludo igitur, quod nec ad ciuitatem redit, nec ad filios naturales vadit, ſed retrocedit ad ſuum ſtipitem non deſtitutum, ſed temporaliter intermiſſum, & vigentem in ſua radice, &c. Ego Bald. &c.

CONSILIVM LIII.

1 *Quando pœna appoſita pacto poſſit peti.*

1 In Chriſti nomine. † Conſiderãdum eſt, ꝙ qñque pœna apponitur pacto poteſtatiuo, ſicut eſt non onerare nauem de mercib. alterius. Item ſi cõtra fit, pœna committitur, maxime ſi ſtipulatoris intereſt cõtra non fieri, vt ff. de verb. ob. l. eadẽ. §. Cato. cum ſua materia. qñq; pœna apponitur facto non poteſtatiuo, ſicut eſt applicare Alex. vel ad alium locum. C. de inſti. & ſubſt. l. ſi pater. & tunc refert, aut ſtetit per caſum fortuitum, ꝙ aliud fieri non potuit, & tunc non poteſt pœna cum effectu peti, vt ff. ſi quis caut. l. 2. & l. ſed & ſi quis. §. quęſitum. Aut ſtetit per factum promiſſoris, tunc pœna peti poteſt cum effectu. C. de contrah. & cõmit. ſtip. l. magnam. aut dubitatur, & tunc promiſſor debet excuſationem ſuam ꝓbare. C. de pig. act. l. quæ fortui. ſed videndum eſt, vtrum ſæpius contrafactum ex quolibet capitulo non ſeruato, committatur integra pœna, & dicendum eſt, ꝙ ſic, qa ita dicit tenor ſtipulationis. quidam dicunt, ꝙ non poteſt excedere quadruplũ eius, ꝙ intereſt. C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt. l. 1. in fi. Alij dicunt contra, qa in pœnis non inſpicitur intereſſe. ff. de verb. obl. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. niſi pœna eſſet appoſita per nomina multiplicatiua. C. de ſpon. l. fi. & iſta opin. eſt verior de rigore iuris ciuilis, & cõmuniter approbat̃. ex his patet reſponſum ad omnia dubia ſ̃ dicta, & confirmantur prædicta in l. traiectitiæ. §. de illo. de ac. & ob. cum ſi. ſuper illo de literis priuatis, cum debeat eis credi per patronum nauis, dicendum eſt, ꝙ non, niſi eſſet aduiſatus per prius de ipſis. ff. depoſiti. l. ſi quis inficit. ff. de proc. l. ſi pro. abſentem. ff. de fur. l. eum qui. §. ſi epiſtola.



CONSILIVM LIIII.

1 *Forenſes conducentes nauigia Ancona eo pacto, vt merces alibi intromitterentur, & ſoluerentur, & non Anconæ, nec in Anconitano mari, & quorum merces non ſunt delatæ Anconam, nec in Anconitano mari, an teneatur ſoluere doganam.*
2 *Diſtrictus in mari quomodo cognoſcatur.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, an Florentini, vel Peruſini, vel ſimiles, qui conduxerunt nauigia Anconæ eo pacto, vt merces alibi intromitterentur, & ſoluerentur, non Anconæ, nec in Anconitano mari, & quorum merces non ſunt delatæ Anconam, nec in Anconitano mari, teneãtur ſoluere dictam doganam? & dicendum eſt, ꝙ non: quia non ſubditis lex imponi non poteſt, vt C. de ſum. Tri. l. cunctos populos. de conſt. c. vt animarum. §. ſtatuto. de iur. om. iud. l. extra territoriũ. & no. per Inn. extra de fo. cõp. c. poſtulaſti. & per Bar. in l. ne quid. ff. de rui. & nau. quò ad ſubditos autem, vel carcantes, vel applicantes ad mare eorũ non caſu fortuito, ſed ex propoſito bene valet: caſum enim fortuitum excipio. l. Cæſar. de publ. & C. de fur. auth. nauigia. & ff. ad l. Rhod. de iact. l. deprecatio. iſta iniqua onera ſubditus tenetur ſoluere. ſ. qui merces immittit, pro ſuis mercibus non gubernatur nauis, vt ff. locati. l. cum in plures. §. vehiculum. Et ſi ſtatutum expreſſe diceret, quod ſi patronus nauis ſolueret decimam mercium, eſſet irrationabile, & iniquum. C. ne filius ꝓ patre. auth. & omnino. & no. in d. l. ne quid. ſi autem quæritur,
2 † quomodo diſtrictus cognoſcãtur in mari. Reſpondeo, quantum terra diſtringit mare, & mare eſt interdictionis illius, vt no. in c. vbi periculum. §. porro. de ele. lib. 6. in gl. or. ideo autem dici de loco ſolutionis, propter l. contraxiſſe. de actio. & ob. l. ſi ſeruus. de bo. auth. iu. poſ. Item ſi quæratur, ſi ſoluendum guardiæ, vbi non ſoluatur dogana, tranſuexit Anconam ſpretis literis, de quibus erat aduiſatus à domino mercium, cui ſit damnũ, dicendum eſt, ꝙ patroni nauis tenentur de culpa, vt ff. loca. l. colonus. §. nauem. & plene not. in l. ſi vno. §. item cum quędam. Et prædictas remiſſiones, & raſuras ego feci propter narrationem factam: clarius tamen adhuc, vt ſit magis clarum, reuoco in dubium, conuentio eſt facta Anconæ de carcando in & ſoluendo vltra mare, & de iterum carcando vltra mare, & diſcarcando Candiæ, qui locus non eſt nec quò ad terram, nec quò ad mare de iuriſdictione communis Anconæ: quæritur, vtrum ratione talis contractus mercatores poſſint diſtringi Anconæ vigore dictorum ſtatutorum, & dicendum eſt firmiter, ꝙ tenẽtur mercatores non ſubiecti legibus Anconæ, quia iſtud eſt onus, quod imponitur rei, vel ſaltim perſonæ pro re, vnde non obligantur communi illi, cui non ſunt ſubiecti, nec eorum res inde portãtur, vel illo reducuntur. ff. de mun. & ho. l. reſcripto. §. fi. & hoc dico declarando magis, quàm ſuperius dixi. accedit, quod plene not. docto. in d. l. cunctos populos. & hoc conſideratis verbis ſtatuti, prout iacent, non enim nego, quin poſſint inueniri alij modi ſufficientes ad ſaluandam intentionem ſtatuentium, tamen hucuſque non ſunt viſi. Ego Baldus, &c.

CONSILIVM LV.

1 *An, & quando procedat petitio, quod teſtes recipiãtur ad æternam rei memoriam.*
2 *Aſtringens ad probandum factum cum tempore non ſufficit probare factum.*
3 *Teſtes recepti ad æternam rei memoriam an probent in alio iudicio.*

1 In Chriſti nomine. † Interdũ petunt̃ teſtes recipi, & publicari ad æternam memoriam ad defenſionem, interdum ad impugnationem ſeu petitionem præparandam, hoc eſt dictũ, interdum petit reus, interdum actor: primo caſu ꝓcedit petitio, ſecundo non. C. de teſt. auth. ſi quis aliquid, & in cor. vnde ſumitur. C. de vſur. pup. l. pupillus. & no. ad l. Aquil. l. ſi deletũ. & extra de teſt. c. ſignificauit. & c. Albericus. & ff. de teſti. l. curent. & eſt ratio differentiæ, qa reus caret ordinario remedio. C. nemo inuitus. l. 1. C. de exce. doli. l. pareat, permittitur huiuſmodi receptio, & publicatio, in actore autem, qui poteſt iure ordinario expediri, non permittitur lite coteſtata ꝓducere teſtes, qa peruerteret̃ tempus & ordo iudiciorum. extra de lit. non cõteſt. per totum. C. de ſen. & interl. l. ꝓlata. quapropter vr̃, ꝙ iſta petitio non fuerit de iure fundata, nec rite proceſſum, cum pars non prætendat ſe poſſidere, & p conſequens non dicat ſe reum, ſed actorẽ ſimpliciter, & vidi ſæpius de facto talem libellum damnari, & reprobari, ſed Bar. in d. auth. ſi quis aliquid. tenet̃, ꝙ in teſtamẽtis talis petitio procedat, vel fauore vltimę voluntatis, vel quod non eſt certus de virib. teſtamenti, anteq̃ conſtet ꝓbatum eſſe ſecundum Bar. q̃ ratio vltima non valet, quia ſicut clauſis tabulis poteſt teſtamentum aperiri, vt in §. in nouiſſimo. ita clauſis teſtib. tñ dictum ſuum videt̃ verum per l. publicati. C. de teſt. ſed poſſet reſpõderi, ꝙ ibi ad cõfirmationẽ ſcripturæ petebatur examinatio teſtium, ſic etiam extra de fid. inſtr. c. cum P. tabellió. ſecus autem videtur, vbi cauſa ſolutionis teſtib. trutinatur: qa tunc non eſt iure cautũ, ꝙ teſtes ante lit. conteſ. recipiantur. Imputet. n. ſibi actor, ſi non agit ordinarie, cũ poſſit, & habeat ius de præſenti purũ, & purificatũ. Ego dico, ꝙ nos habemus gl. or. ꝙ ꝓ conſequendo beneficio edicti diui Adri. talis petitio ꝓcedit, nec diſtinguitur ſenectus, vel valetudo, teſtiũ ſit, vel non. C. de edi. diui Adr. l. edic. in gl. q̃ incipit, ſignorũ. verſ. ſed quid ſi ſi nuncupatiuum. nec. n. aliter illud beneficium competit, niſi prius receptis, & publicatis teſtib. cum alia ſcriptura confecta non fuerit, & hoc verum in hærede. & fideicommiſſario vniuerſali: ſecus in legatariis, in quib. diſtinguitur actor à reo, ſicut in contractib. & iſta eſt veritas. patet igitur, ꝙ dicta petitio ꝓ-
2 cedit. † ſed videndum, an probatum ſit, ꝙ fuit propoſitum, & narratum, vbi eſt conſiderandum, ꝙ licet dies, & conſul non ſit de ſubſtantia teſtium, quamuis ſit de ſubſtantia inſtrumenti, tñ ſi quis ſe aſtringit ad probandum cum tempore non ſufficit ꝓbare factum ſolum, vt in d. c. Abbate. de re. iu. li. 6. ſed ſi agens ſe aſtrinxit ad certum tempus, & de illo non probauit, & actus eſt reiterabilis, ergo cum poſſit eſſe aliud, & aliud, teſtes, ſi eſſet aliud ſuper eo, eſſent non iurati, ergo nec publicandi, quia ſi non iurati, ergo non legitime recepti, ergo publicatio nulla ipſo iure, & ꝙ nulliter fit, fieri non debet. l. 1. ff. de fer. & l. ſi feriati, in contrarium vr̃, qa duo vident̃ deducta. ſ. teſtm̃ factum & tali tẽpore, de arb. l. Celſus. ergo ſufficit probari factum, licet teſtes non recordentur de tempore, de accu. c. qualiter. per Inn. item de ſubſtantia publicationis, cum etiam publicentur teſtes, qui dicunt ſe nihil ſcire, omnes. n. publicandi ſunt, qualitercunque deponant ꝓ, vel econtra, qa veritas publicanda eſt, vt patet in dictis iurib. vñ licet ſuper tẽpore dicãt ſe neſcire, ſeu non recor-
3 dari, tñ publicãdi ſunt ad æternã memoriã eius, ꝙ dicunt: † vtrũ autem probent vel non, in alio iudicio inquirendũ erit, de ſubſtantia publicationis non eſt, ꝙ ſit ꝓbatum, ſicut nec cum publicantur lit. cont. & ſeruato ſolenni ordine, vtrum ergo publicentur ad perpetuam memoriam probationis, vel non, eſt dubium de iure, tamen taliter qualiter deponant, publicãdi ſunt, ſiue probent, ſiue non: & ideo iudex, q publicauit, bene fecit, alia puncta ſunt clara. ſ. ꝙ inter liberos, & ad pias cauſas ſufficiũt duo idonei teſtes. Ego Baldus, &c.

Conſiliũ iſtud 56. reperitur in cõſi. 339. incip. opi. cõmunis, &c.

CONSILIVM LVII.

1 *Immiſſio ex primo decreto vt valeat, quæ requirantur.*
2 *Miſſus ex primo decreto an, & quando lucretur fructus.*

1 In Chriſti nomine. † Ad hoc vt miſſio ex primo decreto valeat, requiruntur plura. primò requiritur, ꝙ cauſa intentetur: quia ex cauſa non intẽtata non poteſt emanare decretum, vel interlocutoria iud. ff. de dam. infec. l. 4. §. hoc interdictum. Secundo requiritur, ꝙ cauſa ſit vera: quia falſa cauſa vitiat miſſionem. ff. ne vis fiat ei. l. 1. §. hæc verba. ff. ad Carb. l. 3. §. puberi. Tertio requiritur, ꝙ reus citetur, vel moneatur, vt l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo. Quarto requiritur, ꝙ citatus ſit contumax, vel quaſi contumax. ff. de min. l. minor. etiam ſi quaſi contumax. & l. præſenti §. ſanc. de his qui ad eccl. confu. Quintò requiritur, ꝙ aliqua fiat ſummaria ꝓbatio ſaltim ꝑ iurm, in auth. de exhi. reis. §. ſi vero. & l. theſauris. ff. ad exhi. Sexto requirit, ꝙ liqueat iudici: qa iudex nõ debet de facto ꝓcedere, ſed ex geſtis. l. hęc autẽ. §. 1. q b.
2 ex cau. in poſ. ea † & miſſus nõ lucraẽ fructus: fallit ſi cõſuetudo, vel ſtatutũ loci aliud diſponat, ita no. in §. ſi no. in auth. de exhi. re. in glo. ord. Item fallit, ſi iudex propter minimam contumaciam rei hoc decreuerit, & interlocutus fuit, vt l. Fulcinius. §. ſi. quib. ex cau. in poſ. ea. nam tunc auferebatur fructus reo loco cuiuſdam mulctæ, licet parti applicetur. l. 1. §. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. ad hoc facit, ꝙ no. Inn. de verb. ſig. c. dilecto. & eſt conſiderandũ, ꝙ nimia contumacia non cadit in minore defenſo, & ideo ex hoc capite minimæ cõtumaciæ non poſſet minor mulctari in fructib. maxime pupilli. ff. ſi quis ius dicenti non obt. l. 1. §. ſi ꝓcu. ff. de le. 2. l. qui ſolidum. §. etiam ꝙ po. in c. 1. vt lit. non conte. per Inn. ſed ex capite conſuetudinis, vel ſtatuti. ſed poſſet bene minor pati hanc pœnam, ſeu damnũ fructuum: qa ſtatutum eſt cõmune minorib. & maiorib. & pariter ligat vtroſque. de admi. tu. l. ſine. §. Luc. & no. in l. 2. quæ ſit longa conſue. & hoc verum, ſi ꝓcedendo ſit ſeruata forma tradita à ſtatuto: nam ſi via ſtatuti omiſſa ſit electa via iuris communis, via, quam actor elegerit, hæc ſibi pateat, vt ff. quod met. cau. l. ſi mulier. in fin. & nullum cumulum ex alia via aſſumit, ar. de pet. hære. l. ſi quis. §. fin. & in §. eligere. & in l. habebat. de inſt. cum ſi. & licet appareat, ꝙ in caſu noſtro ſit actum, allegato inſtrumento contractus, tamen & ibi implicite continetur ceſſio iure teſtamenti, valeret tenuta facta fide de iſtis inſtrumẽtis ante interlocutoriã. ſ. de contractu, & ceſſione prima, & ceſſione ſecunda, & teſtatio. & ſi non ſit facta fides, ſecus, quia verba ſtatuti de executione guarentigię dicunt, viſo inſtrumẽto. C. de edi. Adr. l. fi. nam facere poſtea fidem parum operaretur. c. appellanti. de ap. in cle. item apparet, an miſſus in poſſeſſionẽ lucretur fructus, nec ne, quia ſi fuit proceſſum ordine ſeruato ſtatuti lucretur, aliàs non. ſtatutum videatis per vos. Ego Baldus.

CASVS.

Punctus quæſtionis talis eſt, ſuper quo petitur haberi conſilium. D. Barth. q. D. Riciar. de Cancellariis fecit teſtm̃, in quo inſtitutionem fecit ĩſcripti tenoris, videlicet in omnib. autẽ ſuis bonis aliis mobilib. & immobilib. iurib. & actionib. cuiuſcunq; conditionis vbicunque conſiſtant, & conſiſtere poſſint, & eſſe reperiũtur tam præſentib. q̃ futuris, Gerium dicti teſtatoris legitimum, & naturalẽ filiũ, idem teſtator hæredem vniuerſalem inſtituit, & eſſe voluit, & ſi dictus Gerius inteſtatus, vel aliàs q̃ñcunq; ſine filiis legitimis & naturalib. deceſſerit, eidẽ q̃uis eius fratrẽ, & ipſius teſtatoris filium legitimum, & naturalẽ vulgariter, & ꝑ fideicommiſſum, ſi ſuperuiueret, ſubſtituit. ſi vero nullus ſuperuiueret, tunc & eo caſu Diony. eius teſtatoris filium ſ̃ dictum, ac Benedicti d. Gerij filium ſibi hæredes vniuerſales æquis portionib. inſtituit, & ſubſtituit, ac eſſe voluit, quo caſu ex nunc priuat dj. Diony. à ſupraſcripto legato 300. flor. aur. quos eidem reliquit iure legati. Si quis dictorum Diony. & Benedicti in pupillari ætate, vel ab inteſtato, vel quandocunque ſine filiis legitimis & naturalib. decederent, tunc, & eo caſu voluit, quod pars hæreditatis ſic decedentis perueniat, & peruenire debeat ad alterum eorum ſuperuiuentium. Modo contingit, quod d. Bart. teſtator deceſſit relicto poſt ſe d. Gerio, & ſuperſtitib. Dio. naturali tantum d. D. Bar. & d. Benedicto filio d. Gerij naturali tantum, deinde deceſſit inteſtatus d. Gerius ſuperſtitib. d. Dio. & Benedi. & nullo alio eius Gerij fratre, & filio d. D. Bar. ſed relictis fratribus tribus ex vtroque parente dicti D. Bar. & patruis d. Gerij. Poſt cuius Gerij mortem prædicti Dionyſ. & Benedictus naturales tantum legitimati fuerũt. Ex prædictis quæritur, an ſupradicti Benedictus, & Dionyſius viſa legitimatione prædicta, & authoritate legitimandi per imperialẽ maieſtatem cõceſſam, & viſa inſtitutione, & ſubſtitutione dicti admitti debeãt ad hæreditatem dicti Bartho. & ad totam, vel ad partem, & ad quotam partem, & an dicti patrui ad partem aliquam admittãtur, & ad quam partem, hoc præſuppoſito, quod dictus Gerius deceſſit hæredi. non adita prædicti D. Bart. Item quæritur, ſi dictus Gerius deceſſit ante mortem patris, quæratur dicto Dionyſio, & Benedicto maius ius in hæreditate dicti D. Bartholomæi, vel non.

CONSILIVM LVIII.

1 *Naturales in defectum legitimorum poſſunt inſolidum inſtitui.*
2 *Hæc verba, inſtituit, & ſubſtituit, non aliud important, niſi ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum.*
3 *Filius, cui facta eſt ſubſti. vulg. an, & quando tranſmittat, ius deliberandi ad patruos. ſubſtitutio non impedit tranſmiſſionem iuris deliberandi. & num. 5.*
4 *Qui ſemel eſt hæres, an, & quando poſſit deſinere eſſe hæres.*
6 *Legitimatus poſt mortem patris an poſſit venire ad bona paterna, in quibus fuerit inſtitutus.*

1 In Chriſti nomine. † Incipio à ſecundo pũcto, & dico indubitanter, ꝙ ſi Gerius deceſſiſſet viuente dicto Bar. d. Dionyſius, & Benedictus ſuccedunt ſoli, & inſolidum ex virtute verborum, inſtituit, & ſubſtituit, poſſunt namque naturales in defectum legitimorum inſolidum inſtitui, & excludunt ex teſtamẽto agnatos teſtatoris, vt C. de naturalib. liber. auth. licet. & in cor. vnde ſumitur. Et hoc certo certius eſt, & de hoc eſt gl. or. in l. fi. ff. de regula Catonia. facit. ff. de hæ. inſt. l. 3. l. ſi quis hæres. in pe. carta.
2 † In primo vero puncto. ſ. ꝙ Gerius ſuperuixit patri, conſiderandum eſt, an Gerius deceſſit, anteq̃ immiſceret ſe hæreditati paternæ, an vero poſt immiſſionem. Et ſi deceſſit ante immiſſionem, conſiderandũ eſt, quid iuris, ſi deceſſit ignorãs de morte patris. Item quid iuris, ſi mortem ſciuit paternam, & ad euidentiam præmitto, quod eſt dictum inſtituit, & ſubſtituit. certe non eſt aliud dicere, niſi ſubſtituit vulgariter & per fideicommiſſum: quia verbum inſtituit eſt directum, & verbum ſubſtituit eſt obliquum, ne ſit inculcatio verborum, vt ff. ad Trebel. l. recuſare. §. Titius. & iſta vulgaris eſt explicata ſui hęredis, vt no. ff. de inoff. tęſt. l. Papinianus. §. quarta. & l. ſi filius pro patre. de
3 vulg. ſubſtit. † quapropter Gerius hæreditatem non agnitam non tranſmiſit ad patruos, nec ius deliberandi, ſi erat ignorans: nam neque ſuus, neque extraneus ignorans ius deliberandi tranſmittit, vt C. de iur. delib. l. cum antiquiorib. Si vero ſciuit mortem paternam, tñ non immiſcuit ſe, dubitatur, vtrum trãſmiſerit ius deliberãdi ad patruos, dicit. n. Bar. ꝙ ſubſtitutio vulgaris non impedit tranſmiſſionẽ iure delib. C. de iure delib. l. 3. qđ certe hic nequaq̃ dicerẽ, ꝙ multũ refert, vtrũ ſubſtitutio vulgaris fiat in defectũ aditionis, vt ſi Titius hæres nõ erit, talẽ ſubſtituo. & tunc opi. Bar. poteſt tanq̃ vera ꝑſuaderi. an vero fiat in defectum aditionis, & in defectum perſonæ decedentis, & tunc non fit tranſmiſſio, quia eſſet abſorbere voluntatem defuncti, qui ſubſtitutum verbis directis prætulit quibuſcunq;, & potuit pręferre. ff. de ver. ſig. l. verbis leg. & in auth. de nup. §. diſponat. quia in propoſito nulla fieret tranſmiſſio. Nec ob. de mil. te. l. ex militari. §. fi. & l. apud hoſtes. qa (vt dixi) ſuus iſte habebat ſub-
4 ſtitutum vulgarem ꝑciſe, & expreſſe. † Sequitur videre, qd iuris, ſi Gerius ſe immiſcuit. & hic ad euidentiam præmittendum eſt, ꝙ qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres, niſi ꝑ legalem priuationem, vt C. de fideicom. auth. hoc amplius. ꝑꝑ ſtatutum annihilans. ff. de vulg. ſubſt. l. ex facto. §. quemadmodum. propter temporũ à milite factam diſtributionẽ. ff. de mili. teſt. l. miles ita hæredem. & quia diximus in pagano, ergo ſecus. ff. de hær. inſt. l. hæreditas ex die. & not. C. eod. l. extraneum. per mortem autẽ naturalẽ q ſemel eſt hæres, deſinit eſſe hæres quò ad ſe: qa mors omnia ſoluit, vt in aut. de nup. §. deinceps. & l. qui libertinus. §. poſthumus. ff. de bonis libertorũ. tñ de iuris fictione non dr̃ deſinere, ſed trãſmittere, & facere aliũ hæredẽ talem qualis ipſe eſt, vt plene no. in l. 2. & 3. ff. de pet. hær. dubitaẽ. vtrũ
5 teſtator poſſit iſtam tranſmiſſionem facere faciendo A. † hæredem in vita, & B. hæredem poſt mortem A. & quidam dicunt præciſe, quod non, in d. l. hæreditas ex die. ff. de vulg. ſubſtit. l. verbis.



verbis ciuilib. Sed Gul. de Cu. dicit quod ſic in d. l. extraneum. facit, quod not. in d. l. 2. & l. ante. §. fin. ff. ſi pars hæreditatis petatur. Cũ enim hoc poſſit pœnalis diſpoſitio. ff. de his quæ pœnæ nomine. l. 1. multo fortius debet hoc poſſe diſpoſitio fauorabilis: fauorabiles enim diſpoſitiones celerius, & efficacius pariunt ſuos effectus, quàm diſpoſitiones pœnales. C. de ſac. ſanc. eccl. l. fin. ff. de manu. l. cauſam. §. 1. hoc etiã eſt de mente Dy. in l. hæreditas ex die. de hæred. inſt. quod cum ex cauſa poſſit quis eſſe hæres temporalis temporis incerti ex ſententia, & cauſa autem eſt hic mors inſtituti contingens cuius fauore mortis facta eſt mentio, ar. de leg. 1. l. filius. §. diui. non obſt. ff. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. vbi dicitur, quod qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere: quia verum eſt quod hæres de iure ciuili non poteſt deſinere eſſe hæres de iure prætorio, ſecus per reſtit. in integr. quæ eſt de iure prætorio, vt inſtit. de bon. poſ. §. quos autem. ſed facto naturaliter iuris ciuilis artificio benè poteſt deſinere: quid enim ſi hæres decedit ſine hærede, nẽpe deficit, & alius nõ incipit, ſic poteſt deſinere, & alius incipere, nec eſt aliqua lex, quæ expreſſe contradicat, & ſi iſta opin. eſt vera, tunc dicit naturales, etiam ſecundi temporis hæredes directo excluſis agnatis tranſuerſalibus, vt not. ff. de regula Catonia. ſed ponamus, quod nõ valet iure directo, ſed per fideicommiſſum, tunc dicti naturales ſi non eſſent legitimati, haberent ex auię fideicommiſſo dimidiam, vt in c. Raynutius, & c. Raynaldus. & alterius dimidiæ, ſi Gerius non eſſet vxoratus, haberet duas vncias ſolus filius naturalis Gerij, vt in auth. licet ſuperius allegata. quia legitima, & Treb. erat in bonis Gerij, qui deceſſit ab inteſtato, ſed & hoc nulla facta legitimatione. ſed in caſu noſtro fuit
6 facta legitimatio. † Quæritur igitur de legitimationis effectu ſuppoſitis verbis, inſtituit, & ſubſtituit. & quidam dicunt indiſtincte, quod legitimatus æquiparatur ei, qui poſtliminio reuerſus eſt, ſicut reſtitutio. ff. de iniu. teſt. l. ſi quis filio exhæredato. §. ſi. & ſic reſtitutio non obſtantibus mediis temporibus retro ad ſua initia trahitur, & ita tenet Dyn. in conſiliis. Alij dicunt, ꝙ reſtitutio natalium nõ abſorbet ius alij radicatum medio tempore, c. quamuis. de reſcript. lib. 6. Et quod no. de ſententiã paſ. l. fi. Tertij diſtinguũt inter legitimũ diſpoſitione paterna, & iſte aufert omnia aliis quibuſcunque, quod iudicium patris confirmatur, & habetur ratum, vnde eſt patris ſimul, & principis, C. de natu. liber. auth. ſi quis. & inter legitimatum abſque patris prouidentia, & iſte non aufert iura agnatorum, niſi conſenſerint. & hæc tenet Bart. de libe. & poſthum. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. quam diſtinctionem ſequendo conſiderandum eſt, ꝙ pater inſtituendo naturalem, quinimmo etiam ſpurium implicite vult, quicquid ad illud neceſſe eſt, & ideo dico confirmari ſtatum inſtituti per legitimationem, ſicut qui eligit in confirmationem conſentit, quia ordinatur ad illud, & diſtinctiones doctorum habent locum ab inteſtato, non ex teſtamento. & ita teneo, ſicut qui cogitat de danda hæreditate, cogitat etiam de danda libertate, ſine qua inutilis eſt hæreditatis collatio. C. de neceſſariis ſer. hær. inſt. l. quidam. facit. ff. de teſt. tut. l. quæro. §. Lucius. concludo igitur ex omnibus ſupradictis collectiue dictos legitimatos patribus ſuccedere, ac ſi eſſent legitime nati, & fouere inſtitiam in bonis prædictis, & hoc maxime ex forma priuilegij nouiſſimas iuris communis rationes excedentis, ac cauſa teſtati, & inteſtati ſimul conſideratis, ac etiam per ſe ſola inteſtati cauſa conſiderata quò ad Gerium, & teſtati quò ad dominum Bartholomæum. Ego Baldus, &c.

CASVS.

In Chriſti nomine amen. Mannes Pandolphi in ſuo teſtamẽto inter alia Aneſam vxorem eius reliquit dominam, maſſariam & vſufructuariam in domo ſua omnium bonorũ ſuorum, dum dicta eius vxor ſtare voluerit in domo ſua cum ſuis filiis vno vel plurib. & honeſtam, & caſtam vitam vidualem ſeruauerit. item reliquit dominæ Agnetæ 100. lib. dena. in omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus, iuribus, actionib. tam præſentibus quàm futuris, vbicunque ſint, & inueniri poſſint, & poterunt, Pandulphum ſuum filium vniuerſalem inſtituit, & fecit hæredem. & ſi dicta D. Agnes vxor ſua prægnans eſſet, & pareret filium ſuum maſculum vnum, vel plures ad lucem peruenientes, vnà cum d. Pandulpho æquali portione hæredes inſtituit: ſi autem fœminam vnam, vel plures ad lucem peruenientes, in 200. flo. pro qualibet hæredes inſtituit: deinde ſi dicti filij ſui nati, vel naſcituri deceſſerint in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque ſine filiis legitimis, quædam legata reliquit, vt in ipſo teſtamento continetur: in omnibus autem aliis ſuis bonis ſubſtituit Victionum Cicareli, Nicolaum Paulutij, Tranſaricum Gilucti & eis ẽt dicto caſu omnia ſua bona reliquit, ita ꝙ ipſi Victionus, Tranſaricus, & Nicolaus teneantur dare, & diſtribuere ipſa bona pauperibus Ieſu Chriſti pro anima dicti teſtatoris, & mortuorum ſuorum, & eos filiis tutores eſſe voluit, prout hæc, & alia in dicto teſtamento latius cõtinentur, cuius copia ad vos vna cum puncto tranſmittitur. deinde in facto euenit, ꝙ dictus teſtator deceſſit ſuperſtite dicto Pandulpho ſuo filio, & dicta eius vxore: deinde poſt plures annos dictus Pandulphus filius teſtatoris in ætate pupillari deceſſit, & dicta eius vxor non erat prægnans, & filium, & filiam aliam non fecit, & in domo teſtatoris, dum dictus Pãdulphus communis filius vixit, cum eo ſtetit, & nunc ſtat in domo honeſtam, caſtam, & vidualem vitam ſeruans: nouiſſime prædicti Victionus, Nicolaus, & Tranſaricus volunt dare, & diſtribuere bona ipſa ſecũdum iudicium teſtatoris, & legatarij, quib. teſtator reliquit, poſt mortem filiorum petunt legata: domina autem vxor teſtatoris dicit ſe dominam, maſſariam, & vſufructuariam omnium bonorum teſtatoris ſecundum iudicium teſtatoris prædicti, donec ipſa in domo teſtatoris, caſta, & honeſta, & vidua ſtare voluerit. vnde dicit, ꝙ in ſui præiudicium bona ipſa diſtribui non debent, donec ipſa, vt præfertur, manebit, & legata pecuniaria maxime de bonis hæreditariis dicto ſuo iure durante ſolui non debent in pręiudicium ſui: quia in hæreditate pecunia nulla eſt. viſo itaque puncto iſto, & viſo teſtamento, quid debeant facere dicti Victionus, Nicolaus, & Trãſaricus de dictis bonis, & quid debeat habere de dictis bonis dicta domina Agnes vxor teſtatoris, & quid legatarij prædicti, veſtra ſapientia cum bonis, & claris iurib. & rationibus lucidis copioſe, ſi placet, declaret, & conſular. inſuper dicta domina tempore vitæ filij de bonis eius filij, & mariti integra alimenta non habuit, quæritur, vtrum poſſit pro alimentis, dum filius viuebat, & cum eo ſtabat, ex dictis bonis aliquid habere, vel retinere.

CONSILIVM LIX.

1 *Derogatur per legatum ſpeciale generali legato.*
2 *Filius non poteſt grauari in vſufru. legitima.*
3 *Vxor relicta domina, Maſſaria, & vſufructuaria, donec, &c. filio hærede inſti. & ei dato ſubſti. ſi contingat, quod filius moriatur, mater, & ſic vxor debet habere vſumfru. omnium bonorum excepta legiti. & reliquis quantitatibus.*
4 *Mater, quæ in vita filij non petijt alimenta ſibi debita poterit poſt mortem petere, niſi probetur de remiſſione.*

1 In Chriſti nomine. † Præmittendum eſt ad euidẽtiam, quod ſi vni legatur generaliter vſusfructus bonorum, alij legantur ſpecialiter certæ res, vel quantitates, quod quicquid aliis ſpecialiter aſſignatur, generale legatum diminuit, quia ſpecies derogat generi ff. de pecul. lega. l. ſeruo manu. & no. ff. de leg. 2. l. ſi domino Stichus. accedunt. ll. communes quę dicunt, ſpeciem generi derogare. ff. de ali. leg. l. alimenta. §. baſilicæ. & l. Stichus nutricius ff. de verb. obl. l. ſtipulationes commodiſſimum eſt ita componere. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de leg.
2 3. l. hæres meus. §. duæ ſtatuę. & in c. generali. per Dy. † Item pręmittendum, ꝙ in vſufructu legitimæ filius grauari non potuit,
3 vt no. ff. de vſufr. le. l. vxori. † ex his reſpondetur ad quæſita, videlicet ꝙ exceptis rebus, & quantitatibus ſpecificatis, & excepta legitima vxor mortuo filio debet habere vſumfru. reliquorum bonorum, ꝙ in eius præiudiciũ reliqua bona alienari non poſſunt. ff. de vſufr. l. fundi Trebatiani. ſpecialia autem legata
4 per executores libere poſſunt legatariis præſtari. † Item ſi in vita filij matri alimenta ſoluta non fuerunt poſſunt peti, vt ff. de vſufr. lega. l. ſi vſuf. mihi in bienniũ. niſi doceretur, ꝙ eſſent remiſſa filio, vt ff. de neg. geſt. l. Neſennius Appollinaris. de domo autem habitationis domina non poteſt expelli, quia ſibi relicta fuit habitatio eius nominatim. Ego Baldus, &c.

CASVS.

Factũ tale eſt, ꝙ ꝓ parte hominũ caſtri Alberreti comitatus Arimini fuit mota q̃ſtio cõtra familias, & homines villæ Mautrigiæ, & petitum ipſas familias, & homines compelli ad ſoluẽda certa grauamina, & onera communi Arimini tangentia dictum caſtrum Alberreti, & fuit ſentẽtia lata contra prędictos à

qua appellauerūt.mō appellatione pendente homines & com-
mune caſtri Faytani ſupplicauerūt dño Galeotto quatenus ſ̃di-
ctā cauſam placeat cōmittere,narrantes in eorū ſupplicatione,
ꝙ ſ̃dictæ familiæ,& homines fuerūt,& ſunt de caſtro Faytani:&
ibi hñt poſſeſſiones,& ſubeūt onera realia & pſonalia, licet ali-
mēta transferāt ad villā Mautrigiæ ꝓ vtilitate poſſeſſionū,quas
in d.villa tenēt.& ideo dñt:ꝙ nō debēt cōpelli:porrecta ſuppli-
catione dñs cauſam commiſit in ĩ ſcripta forma: committit d.
do. Galeottus dictam appellationem, & totam cauſam dño N.
vicario ſuo,q cognoſcat,& terminet omnē cauſam, & omnem
cōtrouerſiā, q̃ idem poſſet oriri quoquo modo ſummarie, &c.
Modo q̃ritur,an dicta cōmiſſio, & ſentētia vigore dictæ cōmiſ-
ſionis lata tenuerit,nec ne.& eſt ſciendū, ꝙ ſentētia iſta fuit cō-
traria primæ ſententiæ latæ ꝓ hominib.caſtri Alberreti,&c.

CONSILIVM LX.

1 *Generalitas reſtricta ad cauſam non operatur,niſi in illis,quæ ſunt eiuſdem cauſæ.*
2 *Vigore commiſſionis facta ſub hac forma,committimus.d. appell. & totam cauſam.N,qui cognoſcat, &c. vt hic in narratione caſus cōtinetur quid poſſit iudex facere.*
3 *Munera quædam ſunt realia ſimpliciter, quædam perſonalia ſimpliciter.*

1 In Chriſti nomine. † Generalitas reſtricta ad cauſam nō operatur,
niſi in illis,quæ ſunt eiuſdem cauſæ,vt C.de tranſa.l. ſi de certa.
de pac.l.emptor.§.Lucius.ff.de acq.poſ.l.ſi is, qui animo.& id-
eo illa verba,omnem caſum, qui inde poſſet oriri. reſtringūtur
ad ea, quæ ex appellatione, quam introducūt ſupplicantes pro
prima,& principali materia ſupplicationis, poſſunt de iure in-
troduci, & per introductionē in iudicio oriri ex vi appellatio-
nis.nam illa verba,quoquo modo,intelliguntur de modo adia-
centi.modus.n. eſt adiacēs rei determinatio.ff. de tranſa.l.cum
hi.§.modus.& no.ff.de cōd.ind.in Rub. ſi quis ergo omittit ap-
pellationem, & aſſumit aliam viam, ſententia prima tranſit in
rem iudicatam curſu fatalium, & iudex commiſſarius ſi nullam
habet commiſſionem ſuper ſeparatis,vt legitur,& no.C.ſi à nō
compe.iud.l.ſi de proprietate.ſed ponamus, ꝙ eſſet commiſſa-
rius, quæritur de iuſtitia ſuæ pronuntiationis, & præmittendū
eſt,ꝙ id, quod nulla probatio poteſt inferre, iudex ex probatis
non pōt concludere,nec ſententiare.ff.de inter.actio.l.confeſ-
2 ſionibus.† Item præmittendū eſt, ꝙ munerum q̃dam ſunt rea-
lia ſimpliciter,vt quæ agris, vel ædificiis imponuntur,quædam
perſonalia ſimpliciter,vt quæ perſonis mere, & non habito re-
ſpectu ad rem imponuntur.mixta quę perſonis obtentu rerum
imponuntur, mixta conſideratione perſonæ,& patrimonij, de
mun.& hon.l.munerum per totam l.& l. reſcripto.§.fi.& no.C.
de mun.patri.in rubrica.lib. 10. & de immunitate termini con-
3 ceſſa.l.per Bithiniam.lib.10. † his præmiſſis ſciendum eſt,quod
ſententia lata contra commune Alberreti pro communi Fayta-
ni in muneribus realib.ratione poſſeſſionum, vel ædificiorum
villæ Madrillæ.ſ.ꝙ habitatores villæ prædictæ non faciunt rea-
les factiones in territorio, in quo ſunt poſſeſſiones, eſt contra
iuſtitiam, & ſi ſententia hoc modo intelligeretur, eſſet error
expreſſus in ſententia,vt d.l.munerum. & l.prohibitum, vt C.
ſine cen.vel reliquis.l. omnis. tamen hoc non credo fuiſſe de
mente pronuntiantis, ſed retulerit ſe ad munera realia poſſeſ-
ſionum exiſtentium in diſtrictu Faytani. circa autem munera
mixta.ſ.collectarum ſciendum eſt,ꝙ vbi quis habet maiorē par-
tem fortunarum,ibi intelligitur habere domicilium,prę ſertim
ſi ibi aſſidue corpore & animo conuerſatur,vt no.per gl.& Bar.
ff.ad muni.l.eius,qui.§.fi.& §. ſi quis ſortitur. habitatores Mau-
triglę habent ibi maiorem partem fortunarum,ꝙ præſumitur,
niſi aliud probetur,vt no.per Bar.ff.ad muni.l.de iure. nō enim
pſumitur alibi habere quicquā,niſi probetur,vt l.ſi not.§.1.ff. q
ſatiſ.cog.ibi,tenent̃,ſi igit̃ familiæ,de quib.quærit̃,habēt in vil-
la Mautriglæ maiorem partem fortunarum, ibi cogūtur ſolue-
re munera mixta,id eſt,collectas.vt d.l.reſcripto.§. fi. circa mu-
4 nera † autem perſonalia, vt circa guardiam, & ſimilia ſciendū
eſt,ꝙ vbi quis aſſidue conuerſatur, vbi cibatur, & dormit, fo-
cum facit,diuina audit,licet non habeat aliàs domicilium,quia
nihil habet in bonis, tamen ibi ſortitur forum, & ei iuberi po-
teſt. C.vbi ſenatores,vel clariſſimi.l.2.& not. per Inno.extra de
fo.comp.c.ex parte.& ſi in duob.locis ſimul grauetur, tūc quid
iuris ſit,no.C.de incolis.l.ciues.lib.10. ſententia igitur p̃dicta ſi
intelligatur aduerſatiue,qd̃ aduerſetur communi Alberreti, &
imponit ei ſilentiū in p̃dictis, ad q̃ de iure homines dictæ villæ
tenent̃,meritò dñt corrigi.maxime ſi cōmune Alberreti impo-
nat grauamina ipſi vniuerſitati, villæ, & nō ſingulis, ſed ꝙ vni-
uerſitas debeat ſic facere fieri p ſingulos:nā ipſa vniuerſitas, &
municeps eſt ſub caſtro Alberreti ratione territorij, & ideo o-
mnia munera ſub nomine vniuerſitatis poſſunt ei indici, ꝙ eſt
eſt, ꝙ Brunetta filia Andreotij p mortem Andreotij ſuccedit in locum eius, & paternum gradum ingreſſa eſt. ff. de iniu. teſt. leg. poſthumorum. & inſti. de hær. ab inteſt. §. cum filius. Et iõ Cioli ſuccedere debet ſaltem in legitima. Itẽ non dubium eſt, ꝙ ſuccederet in dotem auiæ pro virili parte, vnde Brunetta iſta mortua matre eius ex perſona ipſius ſuccederet in dote Vrimetis ſenioris. C. de ſuis, & leg. l. apud hoſtes. in gl. ſ. pro ea parte, pro qua ſuccederet Brunetta eiꝰ filia, ſi viueret, ſed p ſtatutũ, ex quo Brunetta fuit dotata p auũ in teſtõ aui, vr̃ excludi à ſucceſſione auiæ, ibi dum dicit, nec quicq̃ petere poſſit: quia bona auiæ vñr poſſe dici p̃ronatus, ſecundum vul. illum groſſum, qui fecit ſtatutum. Et eſt conſiderandũ, ꝙ ſtatutum in donatione loquitur alternatiue, ſed in excluſione loquitur copulatiue: vnde dotata ab vno vr̃ excludi à ſucceſſione etiam auiæ. conſiderato igitur ſtatuto vr̃, ꝙ etiam iure Brunettæ non poſſit petere niſi ea, quæ in teſtamento Cioli relicta ſunt Brunettæ: quia (vt dixi) eſt, cõis vſus loquendi. dotata dicitur etiam, quæ in teſtamento dotata eſt, licet nõ ſit nubilis ætatis. l. cum plures. §. pe. de adm. tu. ſecũ dum Bar. licet de ſubtilitate verborum nõ dicatur dos, vbi non eſt, nec poteſt adhuc eſſe matrimonium, vt ff. de fideicom. li. l. Thais. §. ſplendoforus. de lega. 3. l. vxor. §. codicillis. per Dy. C. đ don. ante nup. l. fi. per Dy. tamen ab iſta ſubtilitate verborum receditur p communem vſum loquendi, vt no. ff. de leg. 3. l. librorum. §. ꝙ tamen Caſſius, & facit, quod no. extra de conuer. infidelium. §. fi. in fi. Item dr̃, ꝙ circa natiuitatem fuit contractum matrimonium, deinde ad 14. annos de menſe Decemb. fuit ſolutum matrimonium, quæritur de fructibus dotis. rñdeo, tot hæres annorum debet habere fructum, quot annis durauit matrimonium, poſtea ſunt hęredis vxoris. l. diuortio, & l. diuiſione. ff. ſol. mat. &c. Ego Baldus.

### CONSILIVM LXXIIII.

1 *An ædificatum in ſolo emphyteutico ſit emphyteuticum.*

1 In Chriſti nomine. † Super ſolo ẽphyteutico ędificatum eſt, tñ nunquam eſt ſolu. cenſus, per ædificat. ſed duntaxat pro ſolo, quæritur, an ædificium ſit emphyteuticũ: ſicut eſt ſolum. & vr̃ ꝙ ſic, quia ædificium, cedit ſolo, non poteſt ab ipſo, & eius qualitate ſeparari etiam ex pacto expreſſo, vt le. obligationum fere §. placet. de act, & obl. Iſta. n. emponemata facta in ẽphyteuſi remanẽt proprietario. caſus ẽ in l. 2. C. de iu. emph. hoc no. exp̃ſſe in l. 1. §. 1. de ſuperficie. etiam ſi in contractu ſit actum, quia ſolũ conceſſum ſit iure emphyteutico, & emphyteuſis iure proprio. ita dicit Bar. In hoc dico eſſe ſeruanda pacta. d. l. 2. & conſuetudinem. l. creditor. com. p̃d. & dico habere partem ſuperiorem cũ conſenſu dñi poſ. illam. partem ſuperiorem iure ſuperficiario vendere ff. de iu. emp. l. fi. Et in caſu noſtro ſatis colligitur ex ſolutionib. factis pro ſolo, & non pro ædificio, & ex atteſtatione illorum verborum, ſuper quo habet ædificium dictus Petrus, ꝙ ſolum ſit emphyteuticum, ædificium ãt non eſt emphyteuticũ ex primæua conceſſione, ſed ad inſtar illorum contractuum, in quibus dicitur concedi ſolum iure libellario, ædificium ãt iure proprio, quia penſio hoc atteſtatur, & confirmatur p verbũ habere, & per differentiam, quæ in inſtrumento, & per ſolum ædificium manu Ser Nicolai Colæ. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Peru. viſo inſtrumẽto antiquo, & viſo ſolutionis inſtrumẽto manu d. Nicolai Ser Colæ.

### CONSILIVM LXXV.

1 *Fratres prædicatores an poſſint vendere, tranſigere, & paciſci ſine decreto, & enormiter læſi poſſint petere reſt. in int.*

1 In Chriſti nomine. † Sciendum eſt, ꝙ fratres prædicatores differunt ab alijs eccleſijs, q̃a ipſi tenẽtur vẽdere, & diu poſſidere nõ debent, cum ſint mendicantes & ſic p̃nt vendere ſine decreto ſuperioris, quia ita mandatur eis per canones. ita etiam multofortius tranſigere, & paciſci. & vide cauſas in c. vl. de pac. li. 6. nõ nego, q̃n ſi eſſent læſi enormiter, poſſint petere reſtõnem. ſ. quadriennium continuum, facit ꝙ no. in l. deo nobis. per Ia. de Are. Cy. & Baldus.

### C A S V S.

Factum proponitur eſſe tale &c. Quidam Huguitius q. Munctioli habuit quinque filios legitimos. Nicolaũ, do. Diacultiã, do. Lixam, Anto. & Cionum, qui Huguicius deceſſit, & ab hac vita migrauit inteſtatus ſuperſtitib. dictis 5. filijs viuis remanentibus quorum primi 4. videlicet Nic. d. Dia. do. Liſa, & Ant. erãt nati ex prima vxore dicti Hug. p̃mortua. Cionus vero ex ſecũda vxore natus fuit. poſt hæc deceſſit prædicta do. Liſa ſinę filijs, & nullo condito teſtõ ſuperſtitibus prædictis. Nic. d. Diac. ante. & Ciono. tandem deceſſit dict. Nic. remantibus ex eo pluribus filijs viuentib. ſibi dictis do. Dia. Ant. & Ciono, poſt cuius mortẽ ſubſequẽter deceſſit Cionus viuentibus d. do. Dia. & Anto. poſt cuius Cioni mortem deceſſit An. qui prius fecerat ſuũ vltimũ teſtamentum, in quo hæredem inſtituit prædictam Dia. cum ex ipſõ Antonio non remaneret aliquis filius, qui Cionus ſup. in pup. æta deceſſit, ex eo remãſit ipſius Cioni mr̃ quæ adhuc viuit, & infra annum à die mortis d. Hug. ſui mariti, nec etiam poſtea aſſumpſit tutelam dicti Cioni ſui filij. Vltimo deceſſit dicta do. Dia. relicto ex ea Galeoto Michilini de Facula filio dictæ do. Diacultiæ. quæritur modo, quæ, & quanta portio debeat dicto Galeoto Michilini ex parte dictæ do. Dia. ſuæ matris in bonis, & hæreditate dicti Huguicij, & fructibus & prædictorum ſuorum filiorum, poſito pro conſtanti, quod dictus Galeotus adierit hr̃ditatem dictæ do. Diac. ſuæ matris. ſuper quo puncto petit con ſilium vallatum bonis, & ſubtilib. allegationibus & ante conſilium breuiter dicas ſecundum Bal. quod in quinta Nicolæ ſucceſſerunt filij eius, in quinta do. Diacultiæ ſuccedit Galeotus, in quinta Liſæ ſuccedunt Nic. Diacultia, & Ant. in in quinta Antonij do. Diacultia eſt teſtamento inſolitũ, in quinta Cioni Diacultia, Antonius, & filij Nicolai. Sequitur alio modo conſilium.

### CONSILIVM LXXVI.

1 *Vtrinque coniuncti præferuntur ex vno latere coniuncto.*
2 *Filij fratrum vna cum patruo ſuccedunt in ſtirpes.*
3 *Matre excluſa non petito tutore aperitur via alijs ſucceſſoribus.*

1 In Chriſti nomine. † Præmittẽdũ eſt ad euidentiam, quod in ſucceſſione inteſtati fratres vtrinq; coniuncti præferunrur ex vno coniuncto latere tantum, & eodem modo præferuntur filij vtrinque cõiunctorum, vt C. de leg. hær. auth. ceſſante. & C. cõia de ſucce. auth. itaque. vbi plene de hoc no. & iſtud eſt verum, ſi adierunt hæreditatem, ſed ſi non adierunt, non tranſmittunt. C. ad orfi. l. non pro numero. niſi ſolum ius deliberandi. C. de iu.
2 delib. l. cum antiquioribus. † Secundo præmittẽdum eſt, quod fratrum filij cum patruo ſuccedentes vocantur in ſtirpes, nõ in capita, vt d. auth. ceſſante. & in cor. de hæ. ab inteſt. §. reliquum.
3 & in Auth. vt fratrum filij. §. 1. † Tertio præmittendũ eſt, ꝙ vbi mater ratione non petiti tutoris excluditur, via alijs ſucceſſoribus aperitur, vt l. 2. §. videndum. ff. ad Tert. & no. in l. nepotibus. C. qui pe. tuto. Ex his apparet, quod in hæreditate dominæ Liſę Cionis non ſucceſſit in aliquo obſtantibus ſibi fratribus dominæ Liſæ vtrinque coniunctis, & filijs fratrum prædictorum: nomine fratrum & ſorores intelligo, de leg. 3. l. Lucius. §. quæſitũ. ff. de pac. leg. tres fratres, & in Auth. de hær. ab inteſt. §. pe igitur do. Liſæ ab inteſtato ſucceſſerũt Nicolaus, do. Diacultia, & Ant. excluſo Ciono. Nicolao autem ſucceſſerunt filij ſui in Auth. de hær. ab. inteſt. §. pe. & in hęreditate Nicolai inuenerunt tertiam partem patris dom. Liſæ: Ciono autem ſucceſſerunt do. Diacultia, & Ant. & filij Nicolai excluſa matre d. Cioni, quia nõ petiit tutorem, nec tutelam aſſumpſit infra annum. l. 2. §. ſi iur. ad Tertu. C. de leg. hær. l. ſciant. An autem ex teſtamento ſucceſſit do. Diacultia, ſi hæreditatem apprehendit do. Diacultiæ ſucceſſit Galeotus eius filius in hæreditatem do. Diacultię inuenit dictas hæreditates ad eam dicto ordine deuolutas, quarum & fructus debet habere: quia hæredita. fructibus augetur de pet. hære. l. item veniunt. §. fructus. Ego Baldus.

### CONSILIVM LXXVII.

1 *Filia grauata de reſtituendo poſt mortem ſuam omnia bona interim poteſt dare in dotem, & etiam quomodocunque.*
2 *Bona ſubiecta reſtitutioni ſi data fuerint in dotem bona fide adueniente tempore reſtitutionis non reuocantur, ſecus ſi aliter fuerunt alienata.*

1 In Chriſti nomine. † Filia de reſtituendo poſt mortem ſuam grauata poteſt omnia bona interim non ſolum dare in dotem, ſed etiam quocunq; ti. vt C. communia de leg. l. fi. §. ſi autem auaritiæ cæcitas. & no. ff. ad Treb. l. Marcel. §. res, quæ. de leg. 2. l. peto. §. prædium. ſed hæc differentia eſt inter dotem, & aliam alienationem: quia aliæ alienationes reuocantur in irritũ exiſtẽte conditione
2 ſubſtitutionis. † ſed dos quatenus eſt bona fide cum competenti moderamine data, non reuocatur in irritum, licet exiſtat fideicõmiſſi conditio, vt auth. res, quæ. cõmunia de leg. quod ſic eſt intelligendum, mortua filia in matrimonio, remanent reliquiæ matrimonij, puta filij communis ceſſante cauſa promiſſionis effectus, & in cauſam fideicõmiſſi dos redit, quia temporalis cauſa temporalem habet effectum, vt ff. de iur. patro. l. adigere. §. quamuis. concludo igitur in propoſito, cum in dote fuerunt omnia bona, dico, quod vir debet lucrari tertiam partem omnium bonorum, ſi vxor deceſſit antequam vir: quia iſta tertia debet euelli de toto corpore dotis, quod ex conuentione omnia bona claudit, ad totum enim neceſſe eſt partem deriuari. ff. ad l. fal. l. in ratione. §. & filio. ver. vt enim opes.

### CONSILIVM LXXVIII.

1 *Præſcriptio de iure communi vel municipali introducta non currit filiofamilias.*
2 *Præſcriptio interrumpitur per miſſionem executoris.*

1 In Chriſti nomine. † Præſcriptio ſiue iure cõmuni introducta, ſiue de iure municipali non currit filiofa. C. de anna. exce. l. 1. in fi. & ideo donec vixit Ser Daniel, dominæ Meæ nulla cucurrit præſcriptio. poſt mortem autem Ser Danielis incepit currere,
2 † tamen quia ante 20. ann. completos fuit interrupta per miſſionem executoris, non currit præſcriptio. vt C. de præſcr. 30. ann. l. cum notiſſimi. & not. in l. fi. de eo, per quem fac. erit. per Guil. & per Bald. in l. 2. in l. fi. & ideo concludendum eſt dominę Meæ pręſcriptionẽ non eſſe decurſam, & eius petitionem procedere curſu temporis non obſtante. Ego Baldus.

### CONSILIVM LXXIX.

1 *An teſtes examinati ſuper crimine poſſint examinari ſuper pacto.*

1 In Chriſti nomine. † Modus defenſionis eſt iſte, quod pro parte Angelutij illi teſtes, qui p̃bauerunt in illa cauſa, producuntur ad idem probandum. ſ. de concordia, ꝙ pœna eſſet ſublata: nam alias dicti teſtes non probarent, cum alia ſit cauſa, & ad aliud agatur nunc quod primo erat. ergo de vno probare in hoc iudicio illam concordiam, ſeu pactum, & tunc accuſatus veniet abſoluendus. iſta probantur ex dictis, & theorica dictorum, videlicet Innoc. in c. cauſam, de teſti. & de iureiu. c. mulieri. & licet ſint publicæ atteſtationes ſuper crimine, non impedit, quin ſuper pacto poſſint recipi, q̃a diuerſum capitulũ, vt plene not. per Inn. & alios extra de teſti. c. fraternitatis. & C. de tempo. appel. l. per hanc.

### C A S V S.

Caſus talis eſt. Quidam Landutius Andreæ condidit teſtm̃, in quo hæredem inſtituit dominum Franc. nepotem ſuum, & in dicto teſtamento inter alia diſpoſuit terras, domos, de quibus haberi petunt conſilium, hoc modo videlicet. item voluit, iuſſit, & mandauit, ꝙ dictæ domus dicti teſtatoris, in quib. iſte teſtator habitabat nunc nullo modo per eius hæredem, vel aliquã aliam perſonã vendi, & alienari, vel modo aliquo pignorari poſſit, ſed ſemper ſtent, & ſtare debeant ad perpetuam memoriã dicti teſtatoris, & ſuorũ, in quib. domib. videlicet à parte anteriori verſus contratam Burgi, debeant eſſe puta arma dicti teſtatoris intaliata in quodã lapide, ita ꝙ bene, & clarè videantur. Item voluit, ꝙ ſi dictus eius hæres quandocunq; decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, dictæ domus perueniant ad Landutium Petri, & filios maſculos ipſius Landutij legitimos, & naturales, ita ꝙ nullo modo vendi, vel alienari poſſint, ſed ſemper perueniant ad filios natos, & naſcituros per directã lineam dicti teſtatoris p̃ximiores. & ſi aliqua venditio, vel alienatio fieret per aliquã, non valeat, ſed perueniat, & peruenire debeat ad fraternitatem S. Mariæ de Aretio condõne prædicta, Modo moritur dic. Franc. ſine filijs, & inſtituit hęredem dictam fraternitatem, deinde moritur dictus Landutius, cui fuerunt relictæ domus ſine filijs maſculis remanentes poſt omnes prædictos. quidam nomine Lucas fuit filius Baldini Lucæ de, acceptantibus, qui dicit dictas domos pertinere ad eum, cum nemo ſit maſculus proximior, niſi ipſe tantum, videlicet ſi de conſortibus, naſceretur, in quo gradu ſit cum dicto Landutio. modo quæritur, vſq; in quotum gradum dicta domus deueniat ad dictum Lucam, ſi eſſet in dicto gradu parentelæ cum dicto Landutio. Ego Baldus.



### CONSILIVM LXXX.

1 *Cum teſtator vſus eſt huiuſmodi verbis, ad perpetuam rei memoriam teſtatoris & ſuorum, quid importat verbum ſuorum.*

In Chriſti nomine. Decedentibus tamen Vannutij proximioribus loquitur teſtm̃ in clauſula Landutij. ff. de excu. tu. l. 2. §. non ſolum. ff. de ver. ſig. l. liberorũ. in Auth. de reſt. fideic. §. manifeſtũ. & in infinitũ hoc caſu extenditur ad omnes deſcendentes, quia hæc mens teſtõris, licet alias hoc nomen filius, ſtrictè
1 ponatur, vt patet in legibus allegatis. † ſed in ſuperiori parte teſti ad perpetuã memoriam dicti teſtõris, & ſuorũ, eſt videndum, q̃d eſt dictũ ſuorũ, & ſi cõprehendit conſortes, ſeu collaterales, vſq; ad quẽ gradũ cõprehendat, & an in infinitũ extendat ſe in collateralib. ſicut in deſcendentibus & eſt pulcher paſſus. iſtud autẽ vocabulũ, ſuus ſignificat ſecundũ datiuũ, & ſubſtantiuum. nam ſi dico, ſuus hæres intelligitur quandoq; ſtrictè pro eo, qui hẽt iura ſuitatis, vt ff. de lib. & poſthu. leg. in ſuis. & inſt. de hær. quæ ab inteſt. §. ſui. de lib. & poſth. l. Gallus. §. in omnib. quandoq; etiam ſi non hẽat ius ciuile ſuitatis, & ſic largè. ff. de ſuis, & legit. l. 1. quandoq; largiſsimè dr̃ ſuus hęres. l. ſibi hæ. ff. ad Tre. l. ex facto. §. fi. ſi vero dico, ſuus agnatus, extenditur vltra ad 10. gradũ. idem hodie ſi dico, ſuus cognatus, vt inſt. de ſuc. agna. §. fi. ſed ſi dico, ſuus p̃ximus, intelligitur vſq; ad ſeptimum gradum, & certas perſonas de ſeptimo, vt d. §. fi. ver. proximitas vero. aliquando vero aliter accipitur, vt C. de adul. l. quãuis adulterij. difficultas ergo puncti ſtat in hoc. q̃a cõditio ſuorũ ſubſtantiatur in ſeipſa, & nõ hẽt ſubſtantiuũ aliq̃d deſignans veritatẽ dictionis, niſi priorib. indefectiuis verbis poſteriora applicemus: q̃a infra dicit p̃ximiores. ſed huic reſponſioni obſtat illud vocabulũ ad perpetuũ, de ſeru. vrb. præ. l. cum dẽre. iſta eſt qõ voluntatis. tamen quantũ de iure põt p̃ſumi, illud ſuorum, vr̃ determinandũ per verbũ proximiorũ. & q̃a qui non põt eſſe proximior ad 7. gradum ſecundũ ius ciuile reſtringi puto, vt intellectũ dubium in prin. declaremus per p̃ceſſum ſcripturæ, de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. inter hos autẽ gradus p̃ximior eſt quẽ nemo p̃cedit, de ver. ſi. l. p̃ximus. de ſuis, & legi. l. poſt conſanguinei. §. fi. & quod dixi, determinatur expreſſè per gl. C. ad Turpil. l. ſi fœmina. Ego Baldus.

### C A S V S.

Caſus talis eſt. Quidam Pagnus condidit teſtm̃, in quo ſuos vniuerſales hæredes inſtituit pauperes fraternitatis S. Mariæ de la Mia de Aretio, in quo quidẽ teſtõ reliquit D. Ioannã vxorem ſuam vſufructuariam omnium ſuorũ bonorum toto tempore vitæ ſuæ. deinde fecit codicillos, in quib. reliquit, & dari voluit de bonis ſuis per hęredes ſuos religioſo viro fratri Angelo Megli nepoti ſuo, & D. Io. vxori ſuæ duo millia flor. de auro, quos ipſi fratres Angelus, & Do. Ioanna, & quilibet ipſorũ pro dimidia teneantur, & debeant dare, & diſtribuere, & expẽdere tam miſerabilib. perſonis, & coniunctis, quã alijs quibuſcunq; perſonis, quib. prædictis fratri Angelo, D. Ioannæ, & cuilibet ipſorum videbitur conuenire & placebit. deinde, cum diceretur d. Pagnum tempore dicti codicilli conditi nõ fuiſſe ſanæ mentis, fuit reformatum per opportuna conſilia, ciuitatis Aretij, prout in reformationis verbis tranſmiſsis plenius cõtinetur. poſtquam mortuus eſt d. Pagnus, rectores dictæ fraternitatis adiuerunt dictam hæreditatem, & ſunt, & fuerunt in pacifica poſſeſſione ipſius, & d. Ioanna. & frater Angelus remanſerunt poſt mortẽ d. Pagni per plures annos. deinde d. frater Angelus mortuus eſt ſuperſtite d. D. Ioanna, & vſufructuante bona dictę hæreditatis, nihil tempore vitæ ſuæ de prædictis diſpoſuit d. frater Ang. quæ d. Do. Io. in vltimis conſtituta ſuum vltimũ condidit teſtm̃, in quo reliquit, & legata fecit de ſuis bonis proprijs, & dotalib. diuerſis perſonis. Et poſtea de dictis duob. millib. flo. auri, quos dicebat ipſam poſſe, & debere diſtribuere de bonis d. Pagni, fecit talem diſpoſitionẽ, videlicet. Item aſſeruit conſtare manu Ser Mini Nardi notarij de Aretio quodam codicillo facto per d. Pagnũ, in quo reliquerat d. dñæ & fratri Angelo Megli nepoti ſuo poteſtatẽ diſtribuendi de bonis ſuis duo millia flor. au. prout ſic, vel aliter conſtare dixi manu dicti notarij, volens codicillum executioni mandare, diſtribuit, & legauit de

bonis d. Pagni infraſcriptam quantitatem pecuniæ, & flo. auri, vel tantum de bonis d. Pagni, quod ſit valoris dictarum infraſcriptarum quantitarũ legatarum in primis quibuſdã filiab. domicilij &c. Modo quæritur, vtrum dicti codicilli duorum millium flo. au. ſint per dictam reformationẽ inualidi, & ſi nõ ſint, vtrum dicta domina potuerit in ſua vltima voluntate de dictis duob. millib. flo. auri diſponere, an ſolum de mille, adeo ꝙ dicta fraternitas teneatur dicta legata, ſiue diſtributiones factas per eam in totum, vel in partẽ ſoluere illis, qui nominati ſunt in dicto teſtõ, ſiue diſtributiuè, vel teneatur dare alijs perſonis, & diſtribuere, prout voluerit dicta fraternitas, & vtrum per diſpoſitionem dictam per D. Ioannam factam in dicto ſuo teſtõ competat actio contra dictos hæredes Pagni dictis hæredibus Do. Ioannę, aut vero competat nominatis in dicto teſtõ ſine diſtributione, & vtrũ hæredes d. D. Io. poſſint petere dotes contra hæredes d. Pagni in tanta quantitate, cum appareat ipſam D. Ioan. eius dotes reliquiſſe iure legati, in dicto ſuo teſtamento, prout in dicto teſtamẽto continetur, an vero competat petitio ipſius legatarijs.

CONSILIVM LXXXI.

1 *Quot modis conſtituantur plures executores, & an, quando duo ſunt relicti executores, & quilibet pro dimidia, quilibet pro parte poſſit facere executionem ſolius etiam poſt annum.*

1 In Chriſti nomine. † Conſiderandum eſt, quod quando plures executores inſolidũ conſtituuntur, quãdoq; ſimpliciter, quandoq; inter eos executio diuiditur per teſtõrem, ita ꝙ quilibet conſtituitur executor pro parte. primo caſu non eſt executio: quia quilibet eorum poteſt ſibi iniunctum officium adimplere, ſecundo caſu altero mortuo, vel in remotis agente ſuperſtes poteſt tantum officium adimplere, ſed ſi præſentes ſunt, per omnes fieri oportet. c. religioſus. §. ſanè plurib. de teſti. lib. 6. Tertio caſu quilibet pro parte poteſt exequi, nec accreſcit ſibi ex morte alterius. d. c. ver. ſi teſta. ff. de manu. teſta. l. ſi ita fuerunt, ff. de lega. 3. l. Lucius. §. quiſquis. cum igitur hic dictum ſit quod quilibet executorum pro dimidia poſſit, ergo D. Io. non fuit relicta executrix, niſi in mille flo. de alijs mille ipſa ſola nullam habuit ptãtem, nec potuit aliquam executionẽ facere. videndum eſt ergo de mille, in quib. habuit ptãtem, an potuerit facere executionẽ modo, & tempore, quo fecit. & videtur, ꝙ ſic, nõ obſtante forſan, ꝙ annus eſſet elapſus, quia donec viuit, hẽt ptãtem eligendi etiam teſtando. ff. de leg. 2. l. cum quidam. & l. vnum ex fami. In contrarium vr̃: quia poſt annum expirat officium teſtamẽtarij executoris ad pias cauſas. de epi. & cle. l. nulli. ſed hic vr̃ diſpoſitum ad pias cauſas, vt no. Inn. extra de teſta. c. cum tibi. Sol. dicendum vr̃, ꝙ iſte teſtator non vr̃ conſideraſſe ſolum piam cauſam, ſed etiam coniunctionẽ ſuorum, vnde præſumitur magis intuitu pſonæ, quã cauſæ, vt no. in d. c. relig. in gl. or. & C. de ſac. eccl. l. illud. & ff. de excu. tu. l. tutor petitus. §. quæ tutorib. & ideo vr̃ potuiſſe mille flo. diſtribuere etiam poſt annum, vt d. l. cum quidam. & ibi per Bart. ar. etiam teſtando vt d. l. vnum ex familia. §. itaque. & perſonæ ſic declaratæ habent actionẽ ex teſtõ contra fraternitatẽ hæredem vniuerſalem, ac ſi in teſtõ fuiſſent declaratæ. l. ea. l. §. ſi de falci. & l. vtrũ. §. cum quidam. de reb. dub. Ego dico, ꝙ ad pias cauſas poſt annum diſtribuere non potuit, qa erat deuoluta executio ad epiſcopum, vt d. l. nulli. ſed infra annum potuit de mille flo. tantum, vt dixi, diſtributionẽ facere etiam in teſtamento. Reformatio autem facta ſuper iſto negotio nihil valet, vt C. de teſt. l. teſtamentum. ad id, ꝙ de anno dixi, facit extra de teſtamentis. c. nos quidam. & ꝙ ibi notatur per Inn. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXII.

1 *Quando ſtatutũ requirit præſentiam, conſenſum, vel authoritatẽ, an quis poſſit ſibi authorizare, conſentire &c.*

1 In Chriſti nomine. † Pręmittendum eſt ad euidentiam, ꝙ quandoq; ſtatutum loquitur de pręſentia. quandoq; loquitur de authoritate, quandoq; de cõſenſu, quandoq; alternatiuè de conſenſu, vel authoritate. Siquidem ſtatutum loquitur de pñtia, poteſt quis adhibere pñtiam ad ſuum cõmodum. etiam ſi præſentia ſolennizatur actus, vt ff. de ver. ob. l. 1. in prin. Si vero ſtatutum loquitur de cõſenſu, tunc aut ex qualitate perſonæ, quæ debet conſentire, conſenſus eſt authorizabilis, vt conſenſus patris legitimi adminiſtratoris in facto filij, & tunc loquitur gl. & Di. in l. 1. ff. de autho. tuto. Si autem conſenſus non habet in ſe authoritatẽ, ſed ſolum voluntatẽ, etiam ad ſuum cõmodum qs poteſt conſentire. ff. de contrah. emp. l. fiſtulas. §. fundum. Si vero loquimur in præciſa authoritate tunc ſibijpſi non poteſt authorizari. d. l. 1. Idem ſi loquitur copulatiuè, authoritate, & conſenſu. ſi vero loquitur alternatiuè, valet tanquã conſenſus; ex his concluditur, ꝙ viſo dicto ſtatuto maritus poteſt adhibere ſuam præſentiam, etiam cum ipſe maritus inſtituitur hæres ab vxore, ſicut fuit in teſtõ D. Franciſchinæ. Eſt verum, ꝙ mariti eius debetur legitima, & tertia, in Auth. de tu. §. & ſe poſt patri. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXIII.

1 *An moriente primo ſubſtituto viuente inſtituto via præcludatur. Secundò, an aperiatur.*

1 In Chriſti nomine. † Quamuis primus ſubſtitutus decedat viuo inſtituto, & ſic prima ſubſtitutio efficiatur caduca, tamẽ ſecundo ſubſtituto non præcluditur via, imo aperitur, vt C. de ca. tol. §. 1. ſecundo hæc not. in gl. or. ff. de vul. ſub. l. qui hẽbat. ad hoc; ff. de cond. & de. l. Publius. §. 1. in fi. quapropter licèt prædeceſſerit Luca, ſuccedit Yſa conditione ſubſtitutioni adiuncta, & res ſubiecta reſtitutioni non potuit alienari, niſi vſq; ad Tre. ff. ad Treb. l. Marcellus. §. res, quæ &c. Ego Baldus.

CASVS.

IN Dei nomine. Punctus ſuper quo petitur conſilium exhiberi, talis eſt. Quidam nomine Nardalus Vanotij de Orte ſuum condidit teſtamentum, in quo inter cætera diſpoſuit in hac forma, item relinquo D. Angelã vxorẽ meam vſufructuariam omnium bonorũ meorum toto tẽpore vitæ ſuæ, ſi ſecundũ caſtitatem, & honeſtatẽ viueret mulier, & ſtare voluerit in domo mea. Et ipſa mortua in dictis bonis ſibi derelictis, & in omnib. bonis meis mobilib. & ſtabilib. iuribus, & actionib. vbicunq; ſint, & reperiri poterunt; inſtituo mihi meos vniuerſales hæredes Pronam filiam meam, & Petrum Meri D. Thebaldi æquali portione, prout in teſtõ prædicto continetur. modo quæritur, de duob. primo, an dictum teſtm̃. valeat, ſecundo ſi valeat, quis dr̃ eſſe hæres vniuerſalis, poſito pro conſtanti, ꝙ dictus teſtõr deceſſerit, & poſt mortẽ eius deceſſit d. Petrus, antequã eueniret caſus, in cuius euentum facta eſt inſtitutio de eo.

CONSILIVM LXXXIIII.

1 *An valeat teſtamentũ, in quo eſt inſtitutus filius ſub conditione caſuali.*
2 *Si teſtator reliquerit vxorem dominam, & maſſariam, & vſufructuariam, & poſt eius mortem, vel poſtquam dicta vxor deceſſerit; inſtituit filiam, qua iſtarum dicatur hæres vniuerſalis.*

1 Viſo puncto pdicto, pro ipſius puncti declaratione † eſt primo videndum, an dictum teſtamẽtum valeat. & videtur, quod non; quia, vt apparet ex ſerie dicti teſtamenti, d. Prona filia dicti teſtatoris non fuit inſtituta purè, ſed poſt mortem dictæ Angelæ eius matris, & vxoris olim dicti teſtatoris, vel poſtquam dicta bona relinquuntur per d. D. Ange. & ſic eſt inſtituta ſub conditione caſuali, & per conſequens teſtamentum non valet, vt l. ſi pater. ff. de inſt. & ſub. ff. de hær. inſt. l. ſuus quoq;. & iſtam opi. ꝙ etiam tale teſtamentũ non valeat. tenent vltramontan. in d. l. ſi pater. & Gul. de. Cu. in l. quoniam in priorib. C. de inof. teſt. tenet, contrarium tenet gl. in l. ſi pater. & d. l. ſuus quoq;. quæ dicunt, quod hodie per d. l. quoniam. quantum ad legitimam portionem debitam iure naturæ: quia filio, vel filiæ debetur legitima reiecta ipſo iure omni conditione, & dilatione. & idem tenet Azo in ſum. illius tituli de inſt. & ſub. & iſta ſecunda opi. videtur verior. & pro hac opi. videtur text. in l. ſancimus. §. cum autem. C. de inof. teſt. vbi ſi aliquis eſt rogatus de reſtituendo filio poſt mortem ipſius rogati quantum ad legitimam debitam iure naturæ, omnis dilatio ipſo iure reijcitur, & filius in continenti debet habere legitimam. reſiduum vero à legitima ſupra habebit poſt mortẽ rogati ſecundum teſtõris diſpoſitionem. concluditur ergo ex prædictis, quod dictum teſtamentum valeat, cum d. Prona remaneat inſtituta pure in legitima, licet ad reſiduum hæreditatis admitti non debeat niſi adueniente caſu prædicti teſtamenti; vt d. l. ſancimus. §.
2 cum autem. † Secundo eſt videndum, quis eſt hæres vniuerſalis dicti teſtatoris, ad ꝙ videtur de iure dicendum, quod hęres vniuerſalis ſit d. Angela, cum licet habeamus alias doctrinam gl. & doc. quid importent dicta verba, relinquo vxorẽ meam dominam, & vſufructuariam: ſiue ſint inſtituti filij extranei, vt no. gl. & doc. in auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nup. mulier, & Dy. in l. Titia teſtõ. §. fi. de l. 2. & in ſpe. qui ſi. ſint le. ver. qđ ſi ita. §. 1. cum illa iura loquuntur, vbi filius, vel extraneus eſt hæres purè vniuerſalis inſtitutus, vt in eis patet, ſed in caſu noſtro nemo eſt hæres vniuerſalis, purè inſtitutus, quia nec d. Prona eſt purè hæres vniuerſalis inſtituta, nec d. Petrus, ſed demum poſt mortem d. Angelæ, vel poſtquã relinqueret bona, ergo &c. dicam ergo in caſu noſtro, d. D. Angelã, quę eſt relicta dña vſufructuaria omnium bonorũ ſuorum in vita ſua, donec caſtè, & honeſtè vixerit, eſſe ſtatim hæredẽ vniuerſalẽ, quaſi verbum, relinquo, cum ſit adiectum vniuerſitati bonorũ, nec ſit alius hr̃s vniuerſalis, trahatur ad inſti. hæredis, vt no. in l. his verbis. in prin. ff. de hær. inſti. & in Auth. de hære. & fal. §. ſi vero nulla. eſt ergo hr̃s vniuerſalis d. Angela, & d. Prona debet hr̃e incontinenti legitimã ſuam omni dilatione, & cõditione remota, & reiecta de legitima: ſed ad reſiduum hęreditatis veniri non poteſt niſi adueniente caſu teſti. ſ. mortis matris, vel ꝙ bona ſint per matrẽ derelicta, vt d. §. cũ autẽ. in l. ſancimus. & eſt legitima iſtius Pronæ tertia pars bonorũ, quę hẽbat pater tẽpore ſuę mortis deducto ære alieno, & funeris impenſa vt in auth. nouiſſima. C. de inof. teſt. & in Auth. de trien. & ſe. §. 1. iuncta. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. teſt. de Petro, qui fuit inſtitutus vnà cum Prona nulla eſt ratio hñda, cum ipſe deceſſerit ante euentũ conditionis, ſub qua eſt inſtitutus. & per conſequens inſtitutio facta de eo euanuit, & ad ſuum hæredẽ nihil tranſmiſit, vt l. 1. §. ſin autẽ. C. de cad. tol. & l. hæredes mei. §. cum ita. & ꝙ ibi no. ff. ad treb. & ff. de vul. & pup. l. ſed & ſi plures. in prin. cum ſi. Ego Bald.



CASVS.

Punctus, ſuper quo conſilium petitur, talis eſt. homines villæ ſancti Chriſtopheri de Colle, & etiã de S. Nicolao de Colle fecerunt ſyndicos ad inuicẽ paciſcendum, & emendũ vnum palatium cum quodã territorio, vt ibi facerent caſtrũ, vt infra ſeriatim patet, demũ fit fortilitium, ſeu caſtrum in villa S. Nicolai de Colle vbi erat dict. Palatium ipſum, & territorium de licentia, & voluntate officialium ſuper cuſtodiam ciuitatis, & comitatus Peruſij. nunc vero villa ſancti Chriſtopheri, & ſancti Nicolai faciunt ſyndicos ad obtinendum legitimã guardiæ, & pignorandi omnes, & ſingulos homines villæ ſancti Chriſtopheri, & ſancti Nicolai, qui non ſoluerunt collectas impoſitas pro ædificatione dicti caſtri, ſeu fortilitij, & inter cæteros grauantur duo, qui ſe opponunt, & cõtradicunt, & allegant ſe non teneri pro eo: quia ibi nunquam conſenſerunt ipſi adunantiæ, nec pactis factis, de quib. ſupra fit mentio, & ſic non potuit eis præiudicari, cum non intendant morari in dicto caſtro ſancti Nicolai, nec ibi libera in villa ſancti Chriſtopheri, & ibi volunt ſoluere datia, & collectas, ſaluo ꝙ volunt ſoluere ea, quę imponuntur pro ædificio dicti caſtri ſancti Nicolai &c. Modo quæritur, viſis omnib. prædictis ordinamentis, & forma pactorum, & viſis ſtatutis cõmunis Peruſij de hac materia loquẽtib. an dicti duo ſe poſſint defendere de iure, & ſoluere non teneantur pro ædificatione dicti caſtri.

CONSILIVM LXXXV.

1 *Syndicus an poſſit obligare omnes de vniuerſitate, etiam qui non conſentiunt.*

1 In Chriſti nomine † Conſiderare dẽmus, an dictus ſyndicus fuerit factus in forma vniuerſitatis legitimè, & cõcreatè in numero ſufficienti, nec ne: tunc enim refertur ad vniuerſos, quod duab. partibus vocẽ habentibus concreatis aliquid fit per maiorem partẽ, vt ff. de reg. iu. l. aliud. §. refertur. hic modo quæritur, an hoc ſit verum, quando maior pars nomine vniuerſitatis init nouos contractus, & vr̃, ꝙ ſic: quia gl. ord. dicit in d. §. refertur. ꝙ ille §. hẽt locum in contractib. nam certum eſt, ꝙ vniuerſitates pñt contrahere, vt ff. ſi cer. pe. l. certaſ. ff. de contrahen. emp. l. ſed Celſus. ff. de dolo. l. ſed ex dolo. §. fi. C. de ven. re. com. in rubro, & nigro. & hoc non põt expediri de facto per omnes pp difficultatem cogendi, vnde deuenitur ad regulam. l. qđ maior. & ad di. §. refertur. in contrarium vr̃: quia nemo inuitus cogitur contrahere. ff. cõmo. l. cõmodata. §. ſicut. C. de act. & ob. l. ſicut. C. de iu. delib. l. nec emere. Præterea factum vniuerſitatis non obligat ſingulos, quando non conſenſerunt. ff. de ma. conue. l. 1. §. 1. & no. in l 2. C. quæ ſit lon. conſue. Sed ad hoc videtur, ꝙ ſinguli non obligantur contrahenti cum vniuerſitate, ſed ipſa vniuerſitas tantũ, quando in arca vniuerſitatis non eſt, vnde ſoluatur, illi de vniuerſitate inter ſe diſtribuunt per æs, & librã, vnde ſinguli tenentur corpori vniuerſitatis contribuere. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer. no. l. 1. §. quib. no. per Inn. in c. grauẽ. de ſen. excom. Præterea emptio dicti fortilitij vr̃ fuiſſe publicè, & priuatim vtilis ꝓpter guerrã imminentẽ, & ſociales vexantes patriam, & qđ vtiliter fit per maiorẽ partem, ratum debet haberi per minorem, ar. ff. de neg. ge. l. Pomponius. & plenè not. per Innoc. de conſti. c. cum omnes. anteq̃ veniam ad ſolutionẽ, pręmitte, ꝙ illud, qđ fit per maiorẽ partem hominum, qui faciunt corpus vniuerſitatis, in aliquo, æquiparatur ei ꝙ fit à domino. ſ. quo ad ipſos facientes, & in aliquo æquiparatur ei, qđ fit ab adminiſtratore. ſ. quo ad certos abſentes, itaq; taliter debet eſſe factũ, qđ ſi fieret ab adminiſtratore, obliget dñm. quando ergo iſti contractus fiunt, bonus iudex variè tam ex perſonis, quam cauſis conſtituet. ff. de rei ven. l. in fundo. ſi quidẽ enim expẽſa, quæ nimis onerat abſentes, eo ꝙ habent maximam partẽ ſummæ caſtri, & non fuerunt requiſiti, iniquum eſt eos cogi. ar. C. qui bo. ce. poſ. l. fi. ff. de pac. l. maiorẽ. & l. cum in eo. præſertim ſi habeat alias tuta receptacula, ad quos ſi negotium referatur, inutiliter geſtum eſt. ff. de neg. geſt. l. ſed an vltro. §. pe. ff. de iur. & fac. igno. l. iniquiſſimũ. niſi tanta eſſet talis neceſſitas, ꝙ ita, & non aliter oportuiſſet fieri: qa neceſſitas non habet legem. l. 1. de offic. conſul. ſi vero eſt expenſa ad cõmoda non nimis grauis, & expediens toti corpori ibi, qđ reſpicit bonum cõmune, non autẽ ementium tantũ, eſt ſingulare intereſſe. Vtilitas enim quæ non eſt vni ſubiecta non dr̃ vtilitas vniuerſitatis. ff. de vſucapio. l. rerum miſtura. ſed cum eſt vni nomini ſubiecta, & effectus reſpicit vniuerſos, etiam abſentes contribuere debent per datam regulam ab Innoc. illud certum eſt, quando ad iſta munera, quæ habent cauſam impoſitiuam ad illa omnino tenẽtur exempti, qui non ſunt de illo corpore. Si autẽ ciuitas imponeret, tenerentur omnes, qui ſub ciuitate ſunt. Et ex hoc apparet, vtrum recepti ad ciuitatem teneantur, vel non: impoſita enim ciuitas nil induxit, licèt officiales ciuitatis illud caſtrum ędificare præſumpſerunt. Per hoc enim non fuit eorum intentionis facere exemptos, & ciues illius caſtri municipes, vt ff. ad municipa. l. præterea. C. de ſenten. l. decurionib. lib. 12. ff. de leg. 1. l. ab omnib. vnde quantũ ad hoc vltimũ in hoc eſt ius, ſi ſunt exempti, & ciues ante comitatiui quo ad munera. Et in hoc videnda ſunt inſtrumenta, & ſtatuta loquentia in materia. Sed caue tibi, ſi omnes de villa, excepto vno volunt nouum domicilium acquirere in villa, vel in alio caſtro, & vnus ſolus vult remanere in villa, & domicilio veteri, plus valet vox ſua in contradicendo per ſe, quã omnium aliorum contra ſe: quia domicilium facto, & animo ꝓprio non animo alterius conſtituitur, vt ff. ad munici. l. non vtiq;. & l. domicilium. vnde ſi tota Colonia transfert ſe ad aliam vno ſolo remanente, ille non ſequitur illam, nec eſt de illo corpore, nec tenetur ad onera iſtius tranſlationis. ff. de aſſeſſo. l. ſi eadem. Noua igitur tentoria, & nouos incolatus nemo tenetur ſequi, & qui diceret contrarium, eſſet pecus. Vnde cum nouum caſtrum, ex quo oritur nouum domicilium, ſit extra corpus veteris villæ ſancti Chriſtophori, præſupoſito, ꝙ ſit villa, perſequi non conſenſerunt, vel inuocauerunt, quia nemo tenetur noua domicilia contrahere, vel ſequi contrahentes, nec per ea obligari, vt dictũ eſt. Arbitrium etiam quandoq; ſuper cuſtodia, & fortificatione, & accenſione reſpicit reparationẽ, & aptationẽ non nouorũ operum totalẽ inuentionem, vt in ca. 1. §. pe. de relig. do. lib. 6. ff. de iti. actuq; priua. l. 4. §. pe. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXVI.

1 *Teſtamentum filij, in quo præterit matrem, an ſit nullum, & an ſufficiat relinquere quoquo relicti titulo.*

1 In Chriſti nomine. † Veritas eſt, quod filius matrem præteriendo, non inſtituendo, nec exhæredando eam, teſtm̃ eſt nullum eius, nec ſufficit tantũ reliquere quoquo relicti tit. vt in Auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoq; capitulum. & ibi hic plenarie diſputatur, & determinatur per Ia. de Bel. licet Bar. dicat contrarium malè in l. ſiue, de iure patronatus. ſuccedit ergo iſta

fnater ab inteſtato rupta inſtitutione dicti fratris Gabrielis. Et hoc de iure cõmuni, tenetur autem reſtituere hæreditatem ex clauſula codicillari retenta legitima, quæ eſt tertia, vt in Auth. de trien. & ita eſt de iure cõmuni. ius municipale non ob. quia non loquitur in caſu noſtro, cum pater dicti filij deceſſerit teſtatus. Ad hoc facit vltimum capitulum ſtatuti de materia loquentis, vſusfructus etiam debet habere ex vi relicti, præſertim propter clauſulam codicillarem: hoc dico propter no. per gl. & doc. l. maximum vitium. in fi. de libe. præte. &c. Ego Bald.

CONSILIVM LXXXVII.

1 *Pactum reſpiciens ſucceſſionem tertij, de cuius vita paciſcentes erant incerti, an valeat.*

1 In Christi nomine. † Super primo puncto dicendũ eſt, an pactum reſpiciens ſucceſſionem tertij, de cuius vita paciſcentes erant incerti. C. de capti. & poſtli. reuer. l. nec nos præterit. Præterea cauſa finalis de voluntate, & ſucceſſione ad Dyuolum deficit eo perueniente: & ideo deficit pactum ad eum tanquam ad ſucceſſorem collatum: vt ff. de pac. l. tale pactum. §. fin. nam certum eſt, Catholum filium Dyuoli ſicut gradu ita iure eſſe potiorem, vt C. de leg. hær. auth. poſt fratres. & in cor. vnde ſumitur. ex quibus concluditur, dictum Cegolum ad dictos centum nouem flor. effectualiter non teneri.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 *Vendicatione rei an ex cauſa hæreditaria dicatur quæſtio hæreditaria.*

1 In Christi nomine † Dicta cauſa, in qua agitur rei vẽdicatione ex cauſa hæreditaria expreſſa in libello, & actis, non videtur compromittenda: quia eſt cauſa, in qua agens intentat ſe ſuccedere in dominio ratione proximitatis ab inteſtato, & hæres matris. vt apparet ex actis: ex ſucceſſione enim oritur ſuccedenti dominium. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes. & ex dominio oritur rei vendicatio, vt not. ff. de eden. l. 1. in prin. cauſa igitur coniuncta concluſioni facit iſtam quæſtionem hæreditariam per modum cauſæ. ff. de acqui. poſ. l. 3. §. ex pluribus. & ff. de pub. l. ſunt & quia aliæ, & quia ita egit, & hoc articulando declarauit, non videtur cõpromittenda. In contrarium facit. ff. ad exhib. l. ex eo. §. fi. quia non agit vt hr̃s, ſed vt dñs, & reus conuenitur ex pñti poſſeſsione, non ex veteri. & ideo ambo principia rei vendicationis metimur hic ex perſona hęredis agentis, & rei conuenti, vnde non vr̃, ꝙ quæſtio ꝓpria ſit hæreditaria, in qua diſputatur de ſingulari dominio, & ꝙ vndecunq; ꝓbatum ſufficit, de pet. hæredit. l. & non tantum. § ꝙ ſi pro emptore. Item ſtatutum debet intelligi de quæſtionib. hæreditarijs principaliter, non incidenter, de li. agno. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ꝙ compromiſſum peti poteſt, vſq; ad aperturam teſtium. l. ſi rem. §. fi. in gl. fi. ff. de euictio. vel vſq; ad concluſionẽ in cauſa. qd dicemus. Reſpondeo, conſiderato libello, & eius generali concluſione de reſtitutione ex omni cauſa conſiderata allegatione cauſarum, & libello, dico non eſſe locum compromiſſo, cum agens ex cauſa hęreditaria vincere poſſet, ſi probaret in petitione hęreditatis: ergo eſt quæſtio hæreditaria. ff. de petit. hære. l. minimam. ff. ſi pars hære. peta. l. 1. in prin. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXIX.

1 *Impugnationi teſtis vſurarij an ſit ponendus locus, & tempus ſecundum formam. l. libellorum. &c.*

1 In Christi nomine. † An in libello impugnationis teſtis vſurarij manifeſti ſit neceſſe apponere, vbi, & tempus, & cum quibus, ſicut ſi de crimine ageretur criminaliter, vt l. libellorum. vel ciuiliter, vt extra de procu. c. tuæ, vel ſicut ſecum ex ſcriptura de crimine, vt extra de teſtibus. c. præſentium. de exceptio. c. pia. lib. 6. & in c. conſtitutionem. de elec. in cle. An verò nõ ſit neceſſe; quia non agitur ad punitionem, nec obijcitur reo crimen rei, ſed delictum tertij. ff. quod met. cauſa. l. ſi cum excep. §. in hac. & quia ex hoc, quod obijcitur, nõ infamatur reus, vnde non oportet apponi locum, & tẽpus, vt no. ff. de dolo. l. item exigitur. per Bar. in l. prętor edixit. in prin. de iniurijs. per Bar. in l. prætor. dicendum eſt, ꝙ nõ oportet eſſe libellum circunſtantiatum, quia cauſa vniuerſalis obijcitur, & crimen in genere allegatur, vt in c. alter. de re iudi. lib. 6. facit, ꝙ no. per Bar. in l. hæc etiam, de ſuſpe. tuto. & l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. alioquin qd dicemus, ſi ignoretur, à quib. extorſit vſuras, puta Florentinus fecit vſuras, in Anglia, & teſtm̃ Florentiæ, & conſtat, quod mutuauit ad præpanellum in Anglia, ſed non conſtat quibus mutuauerit, nunqd pp incertitudinem teſtm̃ valebit? certè non, ſi igitur non eſt ponenda perſona, à qua extorſit: ergo procedit libellus non circunſtantiatus. facit de indi. l. cum ſit. vnde videmus, ꝙ vr̃, ꝙ etiam cõtra ipſum vſurarium agitur: qa dr̃ contractus vſurarius, vbi petitur reſtitutio vſurarum, non inſeritur menſis & locus extortarũ vſurarum: qa nõ intentatiuè crimen ad pronunti. ſed ad indebiti, condictionẽ. vnde Spec. qui nihil omiſit in forma libellorum, in tali libello dictas cohærentias non poſuit, vt patet in Spec. de vſuris. quarta parte, in princi. ex quibus rationibus patet, dictũ libellum procedere. Ego Bald.

CASVS.

IN Dei nomine. Factum ſic proponitur. In curia prælat. Peruſij vertebatur quædam quæſtio inter Nicolaum ſer Baldi de Peruſio de quadam domo ex vna parte, & filias Bartholi Marini, & dominã Matthæolam ex altera parte coram domino Vicario dictæ Curiæ, qui dominus Vicarius dedit ſententiam diffinitiuam cõtra dictum Nicolaum, qui dictus Nicolaus à dicta ſententia appellauit ad ſummũ Pontificem: & demũ conſtituit quendam procuratorẽ ad proſequendum dictam appellationem, qui procu. circa finẽ anni inf. per vnum menſem cum dimidio, vel circa comparuit ad hoſtium hoſpicij dñi Papæ, & requiſiuit, vt dr̃, quendam hoſtiarium primæ portæ, vt permitteret ipſum intrare ad ſummũ Pontificem: cum vellet petere, vt daret iudicem ſuper ipſa appellatione, rogauit notarium, prout patet de dicta cõparitione per quandam ſcripturã ſcriptam manu dicti notarij: demũ vltima die dicti anni dictus Nicolaus comparuit coram dicto domino Vicario, & produxit dictam comparitionem factam per dictum eius procuratorem: dicitur pro parte dictarum dñarum, ꝙ dicta appellatio eſt deſerta, cum non fuerit proſecuta infra annũ, nec conſtat de aliqua alia proſecutione, niſi ſolum de dicta vnica præſentat. ad dictum hoſtium, & ꝙ dicta ſcriptura nõ valet, nec debet adhiberi fides, cum ſcriptura manu alterius facta, non obſtante ſubſcriptione dicti notarij: quia poſito, quod ipſe ſubſcripſit ſe, non potuit delegare alteri ſcribendum; modo quæritur, quid iuris.

CONSILIVM XC.

1 *Diligentia appellantis ſi conſtat, non currunt tempora in cauſa, quæ ſperatur in conſiſtorio principis moueri.*

2 *Matrix ſcriptura an poſſit alteri committi, & quid requiratur in ſubſcribentibus.*

1 In Christi nomine. † Domino Papæ neq; lex, neque neceſſitas imponi poteſt, & ideo ſi conſtat diligentia appellantis, nõ currunt tempora in cauſa, quæ ſperatur in conſiſtorio principis moueri. C. de tem. app. auth. ſed lis. &... q. 6. c. anteriorum. extra de app. c. ex inſinuat. tamen non ſufficit ſemel ire ad palatium Principis proteſtari, ſed ſæpius eſt, & inſtantiſſimè certandum: qa in cauſa appellationis introducẽda, & exercenda ſumma diligentia exigitur, vt l. 1. ff. de libellis dimiſſo. in verbo inſtanter, & ſæpius. nec ſtatim ꝙ aditus non patet, eſt proteſtandũ, & recedendum: ſed baſſandum ad hoſtium Papæ, & conatu ſummo inſtandum qui ex apertis comparitionibus comprobatur. ff. de pigno. l. 4. & cõparendum eſt tempore, quo datur audientia, id eſt quo dari conſueuit, ff. quando ap. ſit l. 1. §. qd igitur. vbi non eſt adhibita exacta diligentia, appellatio ex curſu temporis appareret eſſe deſerta, vt no. C. de appe. l. eos, in prin. & ff. de excu. tuto. l. ſcire oportet. §. ſufficit. qui tex. optimè facit. ad hoc facit ff. de vſuris. l. mora. in fine principij. Præterea hic non apparet, qua hora fuerit cõparitum: debet enim conſtare, ꝙ hora congrua, vt d. §. qd igitur. de offi. dele. c. conſuluit. & ideo ſi omnino nõ apparet. dicta appellatio, eſt, deſerta. & hoc de primo pũcto.
2 † Super ſecundo puncto dico, ꝙ matrix ſcriptura non põt alteri comitti, vt in Aut. de tabel. §. nos autẽ. tamen ſi de ea conſtat manu notarij rogati, & alius notarius inde ſumit, & originale notarius ſubſtulit: cum fortè ipſe eſſet inpeditus tunc talis ſcriptura faceret fidẽ: debet tamẽ ſubſcribens facere mentionem, ꝙ de vero originali ſumpſit eam, vt no. in d. §. nos autẽ. per Ia. de Bel. inceſſanter autẽ debet qs ꝓſequi appellationẽ, vt in Auth. de his, qui ingre. ad appellandum. §. 1. & ibi per Ia. de Bel.

CON-



CONSILIVM XCI.

1 *Appellatio quando per ſtatutum eſt prohibita, à ſententijs conſulum, & aliorum camerariorum, & recurſus in alio. §. videatur permiſſus, ſi deficiant ver. ſtatuti, quis erit ſenſus talis ſtatuti.*

2 *Relatiui indefinitè poſiti eſt repetere.*

1 In Christi nomine. † Per ſtatutum prohibetur appellatio à ſententijs conſulum, & aliorum camerariorum: vt in ſtatuto, volumus. ver. & ab eorum ſententijs ibidẽ prohibetur, & recurſus, ibi dum dicit, nec modo aliquo recurſus haberi. & contra hoc opponitur, & imo videtur, ꝙ poſſit haberi recurſus ad dominos priores vel ad capitulũ populi, vt in eod. ſtatuto, eſt ver. volumus tamen. So. diſtingue perſonas, & concordabis paragraphos, nam aut inſtantia fit artifici, vel arti, vel alij artifici, qui coram tali camerario litigaret: aut alij perſonæ, ſi artifici permiſſus eſt recurſus, ſi non artifici, nõ eſt permiſſ. & hoc colligi vr̃, ibi, dum dicit, artifici ſeu arti: vel qui corã, vt antecedẽs ſubauditum iſtius relatiui, qui, ſit eiuſdẽ qualitatis: vt ſit ſenſus, artifici,
2 ſiue arti, vel alij artifici, qui coram &c. † Nam etiam relatiui indefinitè poſiti eſt repetere eandem qualitatẽ in diuerſis ſubiectis: ſimiliter iſta dictio alternatiua, vel conſueuit inter paria alternare, vt hæc probentur. ff. de vino, tri. vel ole. lega. l. fi. §. cui dulcia. & ff. de pen. lega. l. nam quod liquidæ. §. ſi cui penus. & ff. de re. du. l. 1. ſed iſte intellectus non placet, nam in exponendis legib. vel ſtatutis, debet vitari abſurditas: & idem eſt in priuil. & reſcrip. ſic enim debet lex intelligi, vt non poſſit legiſlator à ſapiente reprehendi, vt ff. de leg. præſtan. l. Sabinus Ariſto. & ff. de vulg. ſubſti. l. ex facto. in prin. ſed dicta expoſitio eſſet abſurda: quia lex debet eſſe generalis, non ſapere quoddam monopolium: vt extra de teſti. c. cum omnis. 4. diſtin. c. erit autem lex. cum enim fortius ſint aſtricti artifices camerarijs, quã alijs, ergo multo fortius debent ſtare iudicio camerariorũ, non multominus. vt C. de iuriſ. om. iudi. l. fi. & ideo non facio diſtinctionẽ perſonarum, ſed factorum, & ſententiarũ: aut enim camerarius proceſſit, vel ſummauit non cognito de iure partium, aut cauſa cognita. primo caſu eſt ꝑmiſſus recurſus: vt ibi, dum dicit, non cognoſcendo. nec mirum, nam talis non eſt ſententia, ſi eſt lata præcipiti feſtinatione, contra l. 2. C. de ſen. ex breuic. recitand. & contra. l. prolatam. & 2. q. 1. c. nos in quemq̃. & de conſt. c. eccleſia Sanctæ Mariæ. C. de accu. l. 4. & C. vnde vi. l. meminerint. & l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo.

CASVS.

Factum tale eſt, Appollonius Maſſarelli de Aſſiſio ſuum vltimum condidit teſtamentum: & deceſſit nullo poſthumo adueniente. deinde moritur Amerita eius filia in pupillari ætate conſtituta ſuperſtitib. ſibi Neſutia eius matre vſufructuaria, & tutrice Chriſtiano vniuerſali hærede, & filio d. Appollonij, & fratre carnali. d. Amaritæ, & ſuperſtitib. Franciſco, & Lena filiabus d. Appollonij nuptis, prout in te. cõtinetur. deinde moritur Chriſtianus prædictus vniuerſalis hæres in ætate vltra 14. an. conſtitutus ſuperſtitib. d. Neſutia matre, & tutrice d. Chriſtiani olim, & Frãciſca, & Lena eius ſororib. & ſuperſtitib. Celſo Maſij Baziati in teſtamento ſubſtitutis. Modo quæritur, quæ ſunt partes d. Neſutiæ, & an in bonis d. Chriſtiani ſuccedat, & an debeat eſſe vſufructuaria omnium bonorum dicti teſtatoris poſt mortem d. Chriſtiani, dum caſtè, & honeſtè vixerit, & vitam vidualẽ ſeruauerit, & in quanta parte ſuccedat. Item quæritur, an d. Franciſca, & Lena debeant ſuccedere d. Chriſtiano in bonis dicti teſtatoris: & in quanta parte, & an debeant habere dictam partem, ſi in aliquo nõ ſuccedunt non finito vſufructu, & durante, viuente d. Neſutia. item quæritur, an executores dicti teſtamenti poſſint, & debeant exequi relicta facta per dictum teſtatorem in ſubſtitutione dicti teſti guardiano altaris ſancti Franciſci, & ſanctę Marię, & fraternitati diſciplinatorum ſancti Ruffini durãte vſufructu d. D. Neſutiæ, & an poſſint vendere dicti executores dictam quartam partem, quæ dari debet amore Dei.

CONSILIVM XCII.

1 *Filius detrahit legitimam & trebellianicam, quando eſt grauatus de reſtituendo legitimam, etiam de relictis ad pias cauſas, trebellianicam non.*

2 *Legitima filij habentis tres ſorores quanta ſit, & quanta ſit trebellianica.*

3 *Viuente vſufructuaria non poſſunt vendi bona, niſi quo ad nudam proprietatem, etiam ſi debent diſtribui inter pauperes.*

1 In Christi nomine. † Proponitur, ꝙ Chriſtianus deceſſit poſt pupillarem ætatem, & ſic ſubſtitutio pupillaris euanuerat, & ſumus in ſubſtitutione fideicõmiſſaria. videamus ergo, quantum debeat ex cauſa fideicõmiſſi reſtitui. eſt autẽ certum quod filius de reſtituendo grauatus detrahit omnib. legitimã, etiam deo, & eccleſiæ, & pauperib. trebel. vero non detrahit de fidei-
2 commiſſo ad pias cauſas. † quanta ergo ſit iſta legitima filij, reſpondeo, cum eſſent quatuor fratres, vnus maſculus, & tres fœminæ: legitima filij maſculi eſt quarta tertiæ partis: nam filiæ fœminæ faciunt ei partem per concurſum cum ipſæ habeant legitimam in dotib. ſuis, in auth. nouiſſima. C. de inof. teſt. ibi dum dicit, ex quo inter eos diuidenda trebellianica eſt autem quarta reſidui. C. ad treb. l. iubemus. in primis ergo mater, & ſorores detrahunt ex perſona Chriſtiani, cui ab inteſtato ſuccedunt, quartam tertiæ. Item quartam totius reſidui hæ-
3 reditatis ex trebelliano ſalua parte pauperibus relicta. † Reliquum vero diuiditur inter ſubſtitutos ſecundum formã teſtamenti, qui ſubſtituti tenentur matri, videlicet filij in dimidia alimentorũ, extranei in dimidia vſusfructus. l. Titia. §. fi. de le. 2. ſecundum Bar. quo vſufructu durante executores non poſſunt vendere niſi nudam proprietatẽ, quatenus pertinet ad pauperes, & pertinet illud. erogare pauperib. Saluus enim debet eſſe vſufructus, de vſuf. l. fundi trebat. inſuper etiam debet habere vxor dotem ſuam, ſimiliter filiæ fœ. ideo debent etiam habere legata ipſis filiab. relicta. Ego Baldus.

CASVS.

IN Nomine Domini. Factum tale eſt, in ciuitate Calij, eſt quoddam ſtatutum vetus, quo cauetur, ꝙ vxore prædecedente in matrimonio filijs cõmunib. vel filiorũ filijs non extantib. vir lucratur tertiam partẽ dotis. & alias duas partes reſtituere tantummodo debet: & ꝙ non valet pactum in contrarium aliquod contentũ in inſtrõ dotali de dote aliter reſtituenda. Item poſtea emanauit nouum ſtatutum, quo cauetur, quod muliere prędecedente in mr̃imonio cum filijs, vel alijs deſcendentibus ex dicto matrimonio, ꝙ tota dos remaneat penes dictos filios ſeu deſcendẽtes, & eorum filios, nec valeat aliquod pactum in contrarium appoſitum in inſtrõ: tali modo pater, qui dedit dotem, ſtipulatus fuit tempore veteris ſtatuti vigentis dotem ſibi reſtitui in omnem caſum dotis reſtituendæ: tandem contigit, ꝙ vigente dicto ſtatuto veteri matrimonium eſt diſſolutũ morte mulieris filijs cõmunib. ex dicto matrimonio remanentibus. deinde conditur nouum ſtatutum, de quo ſupra fit mentio, & vigente dicto nouo ſtatuto, & eius obſeruantia decedunt dicti filij, qui fuerunt ex dicto matrimonio procreati nullis deſcendentib. relictis, ſed tantum patre, & ſic licèt ſtipulatio de reſtituendo eſſet interpoſita tempore veteris ſtatuti, tamen caſus reſtitutionis fiendæ euenit tẽpore noui ſtatuti. Modo quæritur, nunquid dos debeat reſtitui attento ſtatuto veteri, an tota debeat remanere penès virum attento nouo ſtatuto; cum caſus reſtitutionis fiendæ euenerit tempore noui ſtatuti: licèt ſtipulatio de reſtituendo fuerit interpoſita tẽpore veteris. ſuper iſto puncto conſuluit Do. Roſellus, vt ſtatim ſequitur, & poſtea ſequitur conſilium domini Bald.

CONSILIVM XCIII.

1 *Diſpoſitio ſtatuti an trahatur ad præterita.*

1 Viso † prædicto puncto, & ſtat. prædictis dico ſecundum formam primorũ iurium pacta dotalia eſſe ſeruanda: nam vltimũ ſtatutum dicens, ſi matrimonium diſſolueretur &c. ꝙ intelligitur in futurum. vt C. de legib. l. leges. extra de teſti. c. cognoſcẽtes. ſed in caſu propoſito matrimonium iam erat diſſolutum, ergo ad illum caſum l. non extenditur. Præterea in his, quæ pertinẽt ad litis deciſionẽ, lex vetus ſeruatur, ſed poſtea iſta pertinent ad litis deciſionẽ: ergo lex vetus ſeruanda eſt: late examinat Cy. in d. l. leges. & ita diſputauit Ia. de Bel. ita communiter tenent doc. in l. omnes populi. nec ob. ꝙ ibi not. per Bar. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ vxore præmortua ſine filijs vir lucretur tertiam partẽ dotis, ꝙ iſtud ſtatutum extenditur ad dotes ante datas: quia illud ſtatutũ ſumit vires ex morte contingente poſt ſtatutũ, & diſſolutionẽ matrimonij: ita eſſet hic, ſed matrimonium fuit diſſolutum ante hoc, ergo ad aliud non extenditur: cum natura legis ſit dare formam futuris negotijs,



vt ſu-

vt ſupra dixi. concludo ergo, quod dos debet reſtitui ſecundum prima pacta. non obſtante ſtatuto ſecundo &c. & ita videtur mihi de iure dicendum. Roſello de Aretio legum doctori, ideo me ſubſcripſi, & annulo meo conſueto ſignaui. Sequitur conſilium domini Baldi ſuper eadem materia.

CONSILIVM XCIIII.

1 *Diſpoſitio ſuper reſtitutione dotis an trahatur ad matrimonium iam ſolutum.*

1 In Chriſti nomine. † Sciendum eſt, quod interdum dos repetitur ex prouidentia legis, id eſt, ex tacita ſtipulatione fa. per legem, vt C. de rei vxo. ac. in prin. interdum repetitur ex prouidentia hominis, id eſt, ſtipulatione expreſſa. primo caſu, aut dies, vel caſus reſtituendæ dotis præuenit nouam legem, & tunc inſpicere debemus primã veterem legem non prohibentem, non autẽ legem nouam: quia lex vetus trahit ſecum ſuum effectum quo ad ſtatutum perfectæ obligationis, etiam ſi noua lex diſponat per modum liberationis. iſte eſt tex. no. in Auth. de conſti. quæ ex aſcript. & liber. nat. in prin. ibi, vtiq; nos hunc habuerimus intellectũ &c. qui tex. eſt no. aut econtra lex præuenit caſum, & tẽpus reſtitutionis, & tunc ſecundũ Bar. & Cy. inſpicitur lex noua, vt no. Cy. C. de re. vxo. ac. l. rem in pñti. §. fi. & Bar. in l. omnes populi. Secundo caſu ſtandũ eſt pacto, & ſi à iure cõmuni, vel municipali vigente tẽpore pacti facti pactum non erit prohibitum, vt C. manda. l. ab Anaſtaſio. §. fi. pactis & conuentionib. ſtandum eſt. C. de iu. do. l. auia. ff. ſol. mat. l. quoties. C. de pac. conuen. l. fi. in fi. vnde per legẽ nouam licet tollatur lex vetus, non tamen tollitur pactum vetus: ꝗ eſſet contra iuſgen. tollere illam naturalẽ obligationẽ, & illam naturalem iuſtitiam, quæ orta eſt ex conſenſu non improbato; no. per Inn. in c. quæ in eccleſiarum. & iſtud eſt verum, niſi ſuper ipſo pacto lex expreſsè diſponat, qđ poteſt ex cauſa, vnde nouum ſtatutum bene valet, & vetus etiam valebat: quia viſum eſt ſtatuentibus, quod tale ſtatutũ ſit vtile, & bonum, & expediens, & ideo pro bono, & iuſto dẽt haberi fauore liberorũ, ar. ff. de poſtula. l. 1. §. pueritiam. de act. & obl. l. obligamur. §. lege. de ritu nup. l. qui liberos. quæ ratio ita viget in dote data ante, ſicut in dote data poſt: quia penes ſubiectam materiam nulla eſt dr̃ia, quæ igitur in æquitate conueniunt, conuenient in effectu, quæ non diſtinguuntur ratione, non diſtinguentur tẽpore. & quia gñalis eſt noui ſtatuti circa pacta derogatio. ff. de ma. teſtamento. l. in fraudẽ. §. fi. de alea. l. 1. §. quod autẽ. & l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tute. conſidera, quod per conſuetudinẽ dos retinetur pro liberis, & ceſſat ſtipulatio tacita: ſed bene haberet locum expreſſa. vt no. C. ſol. mat. l. dos à patre. & C. cõmunia vtriuſq; iudicij. l. fi. Et hoc de iure, & cõſuetudine gñali, quæ vigebat tempore primæ legis. Modo ſuperuenit noua lex nouos caſus determinans, quæritur ergo, vtrum iſta ſucceſſio liberorũ in iſta dote ſit nouus caſus, non enim dr̃ ſtipulatio non valere, ſed dr̃ eius cõmodo penes filios filiæ transferri. Itẽ quæritur, vtrum ex mente noui ſtatuti. ſ. ꝙ liberis per pactum derogari non poſſit. Nam ex quo non extantib. liberis ſtatutũ dat tertiam nõ obſtantib. pactis à contrario ſenſu, extantib. liberis debet retineri pro liberis non obſtantibus pactis. ff. de pac. do. l. inter. §. cum inter. & eſt expreſſum eo. ti. l. Bebius Marcellus. tantum enim dẽt operari. ar. à contrario ſenſu ſtatuti; & vt poſſit ei renuntiari, quatenus operatur caſus expreſſus in ſtatuto, vt no. C. de fur. l. apud antiquos. Sed iſtud ar. non valet, quia vnum ſtatutum loquitur de marito, aliud. ſ. nouum ſtatutũ de filijs. Item eſt contra gl. or. in d. l. Bebius. ibi, ideoq; reſpondit ſtatutum ergo nouum declarat antiquũ, & eius mentẽ exprimit non nouam rem facit. nimirũ ergo ex collectione iſtorũ ſtatutorum vr̃ pro liberis iudicandũ: imo certũ eſt totaliter nouum, vnde hoc dictum non eſt verum: ſed alia ratione vr̃ pro liberis iudicandũ: ꝗ ſtatutum vult eos hr̃e iſtam dotẽ: ꝗ mater eam abſtulit pr̃i ſuo, & per eam confluit ad ipſos liberos, ad l. fal. l. in quartam. per Bar. iſte paſſus eſt difficilis. Et intellectus hẽt hic diuerſas conſiderationes: & vr̃ mihi, ꝙ alias conſuluerim, non ſunt multa tempora: tamen non inuenio mihi remanſiſſe copiam conſilij: nec habeo in memoria, an ſuper iſto fuerim conſultus, & ſi inclinaui pro liberis, nec ne, vellẽ videre, ꝗ contrarietas turpis eſt in doctore: licet ſpeculatiua, & æſtimatiua, quæ eſt vtilior pars intellectus, ꝗ eſt concluſiua non ſit ſemper eadẽ. De alio puncto non eſt dubitandum: quia contractus dotis, & ſtipulatio non tacet conſtante matrimonio, ſi aliud non impediat, nec præſumitur contractus dotis ſimulatus ratione matrimonij: ꝗ matrimonium eſt de natura dotis, vt C. de don. ante nup. l. fi. opi. ꝙ remaneat penès liberos ſol. mat. poſt ſtatutũ nouum mihi placet omnino non obſtante ſtipulatione, ꝗ virtus legis, & ſtatuti põt eam transferre in aliam perſonam. C. de re. vxo. ac. l. rem in pñti. §. videamus. Sed ſi ante ſtatutũ iam euenerat dies, & caſus reſtitutionis virtute ſtipulationis, tunc teneo, ꝙ in prin. dixi: Bal. iterato conſuluit magis clare, & ſubtiliter, vt ſtatim, ſequitur, non reddit Bald. id conſilium, ꝗ non bene ſe firmauit, ſed ſequens conſilium, quod eſt ſuper eodem facto, ſic.

CONSILIVM XCV.

1 *Stante ſtatuto, quo cauetur, quod liberis non extantibus vir præmortuà vxore lucretur tertiam partem, & duas partes reſtituat, non obſtante aliquo pacto in contra. loquente, vtrum extantibus lib. aliquid ſit reſtituendum.*

2 *Diſpoſitioni ſtatuti an poſſit renuntiari, qui reſultat à contrario ſenſu.*

3 *Statutum nouum an porrigatur ad dotes veteres ante ſtatutum ſtipulatas.*

1 In Chriſti nomine. † Primo ſtatuto cauetur, quod liberis non extantib. vir præmortua vxore lucretur tertiam partẽ: & duas partes reſtituat non obſtante aliquo pacto in contrarium loquente. nam quæritur, vtrum liberis extantib. aliquid ſit reſtituendum circunſcripta conſuetudine, de qua in l. dos à patre. Et vr̃, ꝙ tota dos ſit reſtituenda, vt no. in l. Bebius. de pac. dot. Nã caſus liberorũ eſt caſus improuiſus à ſtatuto: ergo ceſſante conſuetudine ſumus in iure cõmuni, & ſic debet reſtitui. l. fi. C. cõmunia vtriuſq; iudicij: & in tex. d. l. dos à patre. in cõtrarium vr̃, ſumpto ar. à cõtrario ſenſu ex ipſo ſtatuto. ff. de pac. dot. l. inter ſocerũ. §. cum inter, & remanet penès patrẽ pro liberis, facit, qđ no. Dy. in c. ob. gr̃am. de reg. iur. li. 6. & in l. qđ fauore. de legib. per Cy. credo ꝙ ex iſto ſtatuto ſumatur argm̃ à contrario ſenſu, quaſi ex cõtrarietate cauſę finalis. Nam cauſa finalis, quare dẽnt reſtitui duæ partes nõ exiſtentib. filijs, eſt carentia liberorũ, ergo liberis exiſtentib. cõtraria cauſa finalis cõtrarium operatur. nõ obſtat ſol. ma. l. ſi cum dotẽ. ꝗ ibi caſus improuiſus non erat cõtrarius in ratione finalis ſubſtitutionis dotis, ea expreſſa in cõtractu. hic autẽ non dẽt dici improuiſus: ꝗ conceptus mẽtis intelligit ambo cõtraria ſimul. ſed dubitatur, vtrum huic ar. à cõtrario ſenſu poſſit renuntiari per pactũ, ſicut poteſt renunciari cõſuetudini legis dos à patre. vr̃ ꝙ ſic. ff. de pac. l. pa-
2 ciſci. † In cõtrarium vr̃, nam ſtatutũ ꝓuidet renunciari ſuæ ꝓuidentiæ. ſed iſte cõtrarius ſenſus eſt ꝓuiſio tacita eiuſdẽ ſtatuti, ergo ei non põt renuntiari, ꝗ iſte cõtrarius ſenſus vr̃ eſſe tex. ipſius ſtatuti, de teſta. l. qui teſtõ. §. mulier. & ſi hoc eſt verũ, etiam ex veteri ſtatuto dos remanet pro liberis apud patrem non obſtante ſtipulatione in contrarium facta per patrẽ mulieris. ſi enim poſſet renuntiari, pater nihil lucraretur: etiam, liberi, qui dicuntur eſſe cauſa lucri, eſſent cauſa dãni; qđ eſt abſurdiſſimũ. ſed iſtud ſtatutum vr̃ falſum; ꝗ iſtud arg. à cõtrario ſenſu eſt tacitũ, & ideo tollitur per expreſſum. Item conſuetudini, de qua in l. dos à patre. derogat per pactũ, vt ibi no. Ex hoc cõcludi vr̃, ꝙ dicta dos dẽat reſtitui ſecundum formã ſtipulationis, vt d. l. rem in pñti. §. videamus. nam contractus ex conuentione leg. accipiunt, vt ff. depoſi. l. 1. §. ſi conuenerit. & ideo videtur veniendum ad ſecundũ ſtatutum: tamen illud non vr̃ hr̃e locum; ꝗ caſus reſtituendæ dotis prius ceſſit, & venit, quã nouum ſtatutum fieret, & ſic dẽt ſtari ſtatuto veteri, imo iuri, & non ſtatuto nouo, vt C. de legi. l. leges, & conſt. cum ſi. & licet pr̃ teneatur dotare filiã, tamen de iure cõmuni põt ſtipulari in caſu reſtituendæ dotis, ſibi ſoli data reddi. vt ff. ſo. ma. l. ſi cum dotẽ. in prin. & C. cõmunia vtriuſq; iudicij. l. fi. vnde de iuris rigore dos, de qua q̃ritur, vr̃ eſſe in caſu reſtitutionis: tamen ꝗ mens veteris ſtatuti pro certo fuit in contrarium, poſſet fortè de ęquitate dici cõtrarium per l. inter. §. cum inter. de pac. dot. verior eſt opi. præcedẽs, de tertia parte dotis nõ eſt dubium; ꝙ remanet apud virum, quia caſus exiſtentium liberorum, quorũ mors eſt cauſa cõmittendæ ſtipulationis dotis reſtituendæ, ſimilis eſt caſus liberorum non exiſtentium tempore mortis matris: & in eo etiam caſu eſt maior ratio lucratiui, ergo &c. vt ff. de legi. l. non poſſunt. & l. illud. ff. ad l. aquil. C. de inter. l. 1. cum ſi. Secundo

ſtatuto



3 ſtatuto nouiter edito hoc continetur expreſſe, † ſed dubitatur, vtrũ iſtud nouũ ſtatutũ porrigatur ad dotes veteres, ante ſtatutũ ſtipulatas per patrẽ in caſu ſoluti mr̃imonij cũ liberis, ſi contingat eos poſtea mori; & videtur, ꝙ nouum ſtatutũ veteres ſtipulationes non nouit. C. de leg. l. leges. C. de decurio. l. pen. C. mand. l. per diuerſas. §. fi. in contrarium vr̃. quia reſtitutio dotis eſt de futuro: licet ſtipulatio ſit de præterito, vt no. Cy. d. l. rem in præſenti. §. fi. & Bar. in l. oẽs populi. ad hoc facit. ff. de pac. dota. l. ſi inter vir. & vxor. Sol. ſi iſtud ſtatutum nouum intelligatur eſſe veteris ſtatuti declaratorium, vel interpretans: tunc nõ eſt dubium, ꝙ habet locum in præteritis. ff. de liber. leg. l. Aurelio. §. Sticho. & in auth. de filijs ante dotalia inſtr̃a natis. §. fi. ſi autem dicimus ipſum eſſe penitus nouum, tunc autem aut cõditio reſtituendæ dotis euenerat, & non tollitur iſtud ius quęſitum per ſtatutum ſuperueniens, nec videtur eſſe de mente ſtatuentium tollere naturalem æquitatem, & naturalem obligationem iam fundatam, vt in auth. ex libe. & aſſcripti. natis. poſt prin. colla. 5. Aut nondum euenerat, quia adhuc viuebat filius filiæ tempore noui ſtatuti: licet matrimonium eſſet anno diſſolutum, & tunc ſtatutum nouum ſeruandum eſt, & eſt ratio; quia cõditio mortis liberorum ſicut mortis cauſa capio conditionalis non fingit retro. vnde impediente ſtatuto nouo pręcedente morte liberorum ſtipulatio reſtituendæ dotis committi non poteſt: ꝗ tempus conditionis, & nõ contractus inſpicitur, vt ff. ad ſil. l. 1. §. ſerui. & l. 1. ff. de reg. cato. ff. de hr̃. inſti. l. ſed ſi in condi. §. ſolennis. & per hoc quæſtio noſtra deciditur vel ad vnam partem, vel ad alteram, ſecundum quod facti ordo, & proceſſus ſe habet. ſecundo puncto pueriliter dubitatur: quia de iure valet contractus dotis conſtante matrimonio. C. de do. ante nup. l. fi. ſol. ma. l. quoties. nec præſumitur ſimulatio. Ego Baldus.

CASVS.

Punctus eſt talis. Viua fuit vxor Colæ, ex eis nata fuit Fœlix, mortuo Cola domina Viua ſecundo nupſit Bartutiolo, & ex eo ſuſcepit filiam nomine Eufraginam: tandẽ dicta Eufragina nupſit Cellolo: deinde deceſſit domina Viua, & d. Bartutiolus cõtraxit ſecundum matrimonium, ex quo natus eſt Philippus ex dicta Eufragina, & Cellolo natus eſt Angel. deceſſit Cellolus ſuperſtite dicto Angelo. demum dicta domina Eufragina ſuſcepit tutelam dicti ſui filij, demum tranſiuit ad ſecunda vota non petito tutore dicto Angelo eius filio, qui Angelus poſtea vixit vltra annum ſine tutore, nec per dictum Bartutiolum, nec per alium petitus fuit ſibi tutor, & tandem deceſſit Angelus in pupillari ætate, quæritur, quis admittitur ad eius ſucceſſionem.

CONSILIVM XCVI.

1 *Pœna non petiti tutoris vtrum tranſeat de gradu in gradum, puta de matre in auum, vel patre in patruum.*

2 *Auus maternus an propter moram non petiti tutoris excludatur à ſucceſſione nepotis.*

3 *Legitimus tutor debet ſe ipſum petere decerni tutorem.*

1 In Chriſti nomine. Hic plura occurrũt dubia, † primũ eſt, vtrum pœna nõ petiti tutoris trãſeat de gradu in gradum, puta de mr̃e in auum, vel de pr̃e in patruum, & ſic de alijs, inter quos eſt ordo, & gl. dicit, ꝙ non. C. qui da. tu. poſ. l. qui nepotib. & vr̃ expreſſum, in l. 2. §. fi. ff. ad Tert. In contrarium vr̃, nam in d. §. fi. iõ eſt, quia ſequentes nõ arctabantur tutorem petere de iure ſſorum. & non exiſtente matre, & iõ non excludebantur: ſed hodie arctantur ad hoc, vt C. de leg. hæ. l. ſciant. ergo ſi non petunt tutorem, excluduntur. hãc q. determinat Bar. in l. 2. ff. qui pe. tu. hoc modo. Aut loquimur in matre, & auia, & excluduntur, aut loquimur in alijs perſonis, & nõ excluduntur: quia lex, ſciant. quę corrigit ius antiquum addendo ad illud, hoc non dicit. ff. ſo. ma. l. ſi vero. §. de viro. ſed in l. nepotibus. Bart. ſimpliciter dicit, ꝙ ſi auus negligit, excludit̃. Iſta diſtinctio ſua non habet nec veritatem, nec rationem: quia ſi poſterior excluditur per negligentiam, fortius deberet excludi alius conſanguineus, quam auia. ff. de inoffi. teſt. l. nam & ſi parentib. & C. de codi. l. fi. §. fin. in auth. de hær. & fal. §. ſi quis autem non implens. ff. de fal. l. ſi quis lega. §. fi. de bo. dam. l. cũ ratio. C. de impo. lucra. deſcrip. l. 1. lib. 10. Et ideo veritas eſt, ꝙ aut primus excluditur à ſola ſpe ſucceſſionis impuberis: & tunc ſequens ſimiliter negligens non priuatur, & eſt ratio; ꝗ quò ad petitionẽ tutoris primus põt purgare moram, non dico quantũ ad recuperandum amiſſam ſpem ſucceſſionis: ſed quantum ad officium petendi tutoris, vt ff. ad Tert. l. 2. §. quid ergo: & ſic ad vtilitatem pupilli, ne careat tutore. mora dilatæ petitionis põt purgari tam ſponte. quam cogente ꝓtore: ſed non quò ad ſucceſſionis ſpem, ſeu vtilitatem ipſius negligentis, à qua ipſo facto reperitur excluſus: quia poſtquam pœna eſt inflicta ipſo iure, maxime pœna priuatiua, non habet locum purgatio moræ, vt d. l. 2. §. ſi mater. & C. de fideic. aut. hoc amplius. Aut primus excluditur non ſolum à ſpe ſucceſſionis impuberi, ſed etiam ab ipſa tutela remouetur vt ſuſpectus, ſicut eſt hic: quia mater per trãſitũ ad ſecunda vota remota eſt ipſo iure tanq̃ ſuſpecta triplici ratione, primo ratione morum inhoneſtorum, ſcđo ratione immutatæ affectionis in liberos. tertiò præſumptæ de cætero dilapidationis, vt in auth. de nupt. §. ſin autem tutelam. 4. col. & C. de admi. tut. l. lex quæ tutores. & iſto caſu ille, qui poſt matrem excluſam ſperat impuberis ſucceſſionem, priuatur ea, ſi eſt in ſimili culpa, vt l. ſciant. coniuncta. d. l. 3. §. non ſolum. ver. ſed prioribus. Nam loco remoti, & ſuſpecti alius petendus eſt, & conſidera, quòd remota matre, & ſuſpecta, tunc primo incipit ex hoc origo nouæ petitionis: & incipit ab immediato poſt matrem, in quo onere ipſe eſt primus: vnde non fallit regula de primo, imo verificatur ipſo excludendo pp negligentiam. Itẽ quia iſte caſus tranſitus ſimilis eſt morti: quia quantum ad tutelam mater habetur pro mortua, arg. de li. & poſt. l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. ſed ea mortua eadem ſolicitudo, & pœna reſpicit ſequentem, qui nunc primum intrauit gradum, vt in authen. de hr̃. ab inte. §. ex his. col. 8. viſa iſta theorica
2 veriſſima † ſequitur videre de ipſo Bartutiolo: an per moram anni fuerit excluſus à ſpe ſucceſſionis? & vr̃, ꝙ non, quia vbi eſt legitimus tutor, ſicut ipſe eſt, non imminet neceſſitas petendi tutorẽ, vt no. C. ad Tert. l. matres. ꝙ aũt auus mr̃nus ſit tutor legitimus. i. ipſo iure, patet ex p̃dicto. §. ex his. & no. in Aut. mr̃i, & auiæ, & Inſt. de legi. patrono. tute. Bart. in d. l. 2. ff. qui pe. tuto. in 1. col. In contrarium credo, &c. dicit legitimũ tutorem non adminiſtratione priuari per lapſum anni, non quia tutorem non petijt, ſed pp culpam adminiſtrationis neglectæ eadẽ pœna punitur. & ꝗ de facto adminiſtrationi ingeſſit non facto inuentario, non enim partitur: & quia non legitime adminiſtrauit, imo iniuſtius, excluditur ſic tenere adminiſtrans, q̃ ſe ingerens, vt not. in d. §. ſi mr̃. ver. quid ſi pr̃. & l. ſi ita autem. de admi. tu. & l. tutor; qui repertorium, in prin. non enim excuſat factũ de facto, cũ de iure fieri debuit, vt d. §. nõ ſolum. cũ igitur iſte Bartutiolus fuerit in mora ſpem ſucceſſionis impuberis amiſit. Præterea cõtra ipſum faciunt nuptiæ, quibus maiorem nouercã ſuperinduxit nepotibus ex filia, vt Auth. de nup. §. optima. ſicut auia, quæ ſuperinduxit maiorẽ vitricum nõ petito tutore, priuatur tutelà à ſucceſſione: licet de ſucceſſionis priuatione pp ſecunda vota nõ reperiatur clare in maſculo, in Aut. de non elig. ſcđo nuben. in col. 1. & hoc patet, quia non mr̃, ſed auia renunciat ſecundis nup. vt in Auth. matri, & auiæ. & d. §. ex his. Iſte ergo Bartutiolus cũ non eſſet idoneus, ipſe debuit petere idoneum tutorem dari. ſicut mater, quæ de iure veteri non erat idonea, debebat petere idoneum dari. hoc ẽt probatur manifeſte, & certũ eſt, ꝙ mater, & auia acceptando tutelam ſunt legitimæ tutrices: ſicut eſt iſte auus abſque acceptatione, præſupponendo, ꝙ non eſſet ſuſpectus legi. ſed illæ priuantur, ſi non procedunt ad vlteriora ſolennia, ſcilicet ad adminiſtrandum cum decreto, nõ perfunctoriè, vel nulliter. ergo, & iſte Bartutiolus cecidit à ſpe ſuccedendi: quia paria ſunt quò ad rationem legis, quæ reſpicit vtilitatem pupillorum, nõ habere tutorem; aliàs fruſtra habere ſine legitimo exercitio tutelæ, caſus eſt in d. §. non ſolum. Ex quibus concluditur, & eſt ipſa veritas, quòd ipſe Bartutiolus ſiue erat idoneus ad tutelam, ſiue non: cecidit à ſpe ſuccedẽdi, vnde hæreditas ꝑtinet ad filium ipſius Bartutioli, pro dimidia ad do. Fœlicem, quæ ſimiliter fuit filia dicti Bartutioli, in qua non reperitur aliqua excluſionis ratio: dicet aliquis, ſi neglecta adminiſtrationis ſucceſſio ſpem abſorbet: quare non eſt ita in negligente poſt tutelam legitime ſuſceptam, & factũ inuentarium, & adminiſtrationem decretam, q̃ ſi ponamus poſtea eſſe negligentẽ per annum, & annos, tñ nulla lex priuat eam ſucceſſione: reſpondeo, ꝗ iſte ſolennia peregit, & ideo magis fuit obediens legi. Item dicet aliquis, ꝙ lex, ſciant. loquitur, qñ pupillus indiget datiuo tutore: ſed cũ habet legitimum, illa lex non loquitur: ꝗ legitimus non eſt petendus. l. fin. C. de admi. tu. per Cyn.

3 † Secundò concedo, quòd non eſt petendus ab alio, ſed ipſe ſeipſum debet petere non dari, ſed decerni ſaltem quò ad adminiſtrationem, l. fin. C. arbi. tut. plenum enim officium deſideratur ab omnib. ſicut à matre ſecundum Nico. de Mat. in lect. præſenti ab auo, ſicut ab auia. Et ita conſulo. Ego Baldus.

CONSILIVM XCVII.

1 *Subſtitutione pupillari ſi quid peruenit, an veniat in fideicommiſſo.*

1 In Chriſti nomine. † Videtur, ꝙ filius potuerit liberè teſtari de eo, quod peruenit ad eum ex pupillari ſubſtõne: quia illud non venit in fideicommiſſo, in quo filij ſunt ſubſtituti vt filij, & contemplatione perſonæ, vt ff. ad Tre. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. Sed Bar. dicit venire pupillarẽ ſubſtitutionem in fideicommiſſo: ſi primo ſubſtituit, poſtea rogat, ad Treb. l. Marcellus. §. quidam. dico de bonis teſtatoris, non de alijs, de vulg. ſubſtit. l. cohæredi. §. cum filiæ. Ego Baldus.

CONSILIVM XCVIII.

1 *Sententia lata pure reſeruata ad partium voluntatem poteſtate verũ ſententiandi, declarandi, & interpretandi ſubſtantia non mutata, an poſſit in noua ſententia adiicere conditionem.*

2 *Legatum, vel ſententia, cum nupſerit, vel ſi nubet, an ſit conditionalis, vel pura.*

1 In Chriſti nomine. † Sententia primo loco lata ſub his verbis. Item voluit, & ordinauit dic. d. Archiepiſcopus, ꝙ legatum, ſiue relictũ per dic. Bertum omnib. filiabus ſuis, & cuilibet ipſarũ ex ſcda ſua vxore genitis, dic. Angelus teneatur, & dẽat ſoluere, & dare eiſdẽ tertiam partem. nõ continet expreſſe aliq̃ conditionalẽ conditionem, aliàs dilationem: qa non dixit, ſi nuberent, vel cũ nuberent.
2 † Et iõ nõ intelligitur iſta ſnĩa conditionaliter lata: ſed pure, niſi forte legatum, ad qđ ſe refert, eſſet de facto, & de iure conditionale, ar. ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. in fi. Ideo aũt dixi de iure, qa non p̃t de iure conditio apponi in ltĩma. C. de inof. teſt. l. qm̃ in priorib. Si ergo iſta prima ſnĩa de partium voluntate ſolidata fuit pura: non potuit per ſecundã ſententiam fieri conditionalis: quia eſſet mutare ſnĩam, vt no. in fi. l. lecta. ff. ſi cer. peta. Cũ igitur in ſecunda ſnĩa fuerint addita illa verba, cũ cõtingeret nubere, quæ verba ſunt conditionalia, vt C. de nup. l. ſancimus. & in authen. de ſanc. epi. §. ſed hoc ſancti. Apparet, ꝙ iſta conditio mutatiuæ ſubſtantiæ obligationis non potuit apponi: quia iſta eſſet nouatio in ſubſtãtia, vt l. pecuniam, ſicut peta. Et in hoc iſte Archiepiſcopus habuit caput groſſum, & parui intellectus, ſi in facto eſt ita, vt dixi, non obſtante, ꝙ epiſcopus reſeruauit ſibi de partium voluntate poſſe declarare dubias q̃ones, & debatta. Iſtud debatta debuit ſcribi per duplex. t. i. debatta, & eſt vulgare tuſchorum: qui dñt in vulgari ogne debattico che foſſe tra le parte. i. omne litigium: qa ſtatim ſequitur, nõ mutata, ſed hic (vt dixi) mutaretur ſnĩa. de hoc nõ fuit aliquatenus reſeruatum: vnde ſnĩa cõtra ſnĩam non valuit. vt l. 1. C. qñ prouo. non eſt nec. & l. quod iuſſit. de re iudi. & not. C de tranſ. l. ſi diuer. cum multis ſi. Sequitur ergo, ꝙ Iacobus tanq̃ hæres ſororum vtrinq; coniunctarum, & iure ſimiliter ſi viuit, vt in auth. defuncto. poſſit agere ex prima ſententia tanq̃ pura nõ obſtante curſu decennij: loquor de iure communi, vt C. de conſt. pec. l. ſicut. C. de præſcri. 30. ann. tenuit autem ſententia ſecunda in eo, qđ declarauit de tertia quingentarum librarum: licet hoc præſupponatur ex teſtamẽto verti, ad quod fit relatio, vt l. in ſumma. & l. hæc ſententia. aliàs ſi de teſtamento non appatet, valet ſecunda ſententia certa, & non prima incerta: & tunc dictus Iacobus, cum ſorores nõ nupſerint, non poſſet agere niſi vſq; ad legitimam ſororum. C. de nup. l. ſancimus. facit. ff. de arbitris. l. quid tamen. Ego Baldus.

CASVS.

In nomine Domini, Duo ſunt ſtatuta, vno cauetur, ꝙ ab inteſtato decedenti ſine filijs ltĩmis ſuccedant proximiores conſanguinei ex parte patris, vel aui p̃ni: quia æquum, & congruũ eſt, vt bona ſuũ reſpiciant, & ſequantur principium, vñ traxerunt originem. Itẽ alio ſtatuto cauetur, ꝙ licet in primo ſtatuto fiat mentio tm̃, ꝙ proximiores conſanguinei ſuccedant, tñ idem ſit, ſi ſuperſunt conſanguinei ex parte p̃ris, ſic primũ ſtatutũ comprehendat maſculos, & fœminas. Item eſt & quoddam tertium ſtatutum, quo cauetur, quòd m̃res nõ poſſint venire ad ſucceſſionem filij, vel filiæ ex teſtamento, niſi in ſola legitima.

CONSILIVM XCIX.

1 *Quæritur vigore primi ſtatuti, an mater ab inteſtata in totum excludatur: & dubium eſt, quod ex quo aliud ſtatutũ vult eam venire in legitima, & legitima eſt tertia eius, quæ debetur ab inteſtato: ergo videtur velle, quod etiam ab inteſtato in legitima ſuccedat.*

1 In Chriſti nomine. † Quæſtio eſt, quis ſuccedat Ludouico Colę, q̃ deceſſit ab inteſtato, vtrũ Nina mater eius an dña Vanna, & Amolina, & ſorores dic. Colæ. & amitæ dic. Ludouici. Et hic conſiderandũ eſt ſtatutũ de ſucceſſionibus ab inteſtato: & ſi nõ haberemus aliud ſtatutum, m̃r pro certo excluderetur, quia ſtatutum vult, ꝙ ſuccedant agnati. Et per hoc oẽs alios excludere ṽr. quia incluſo agnato eo cũ ſucceſſionis prorogatiua eſt excluſio agnatorum. hoc ẽt vult ratio ſtatuti, ꝙ bona reuertentur, vnde principium habuiſſe noſcuntur. i. dicta, ꝙ ſuum reſpiciunt ſtipitem, vnde deciſa ſunt. ex vi igitur delatiua ſucceſſionis ad agnatos cæteri intelliguntur excluſi. ff. de leg. 1. l. ꝙ in rerum. §. ſi quis poſt. in fin. §. ergo & m̃r. ergo ṽr, ꝙ iſta fuerit mens ſtatuentium ex vi redditiua rõnis, ſicut in feudo non ſuccedit m̃r: etiam in feudo fœminæ guar. quia ſuum reſpicit ſtipitem. & licet iſta rõ nõ ſit vrgens in alijs, quam in feudis: tñ ex quo ſtatutum deſcribit ipſam rationem, lex eſt ſcripta. ff. de re mili. l. milites agrum. ff. de iur. pat. l. adigere. §. quamuis. ff. de pac. l. quod dictum. tamen quia alio ſtatuto ṽr, quòd m̃r ex teſtõ debeat h̃re ltĩmam, & ẽt inſtitutis agna. neceſſario ſequitur, ꝙ m̃r ab inteſtato non eſt excluſa: quia ltĩma non eſſet, ſi cã inteſtati non eſſet, de inof. teſt. l. cũ quęritur. cum. n. legitima ſit tertia pars ſucceſſionis inteſtati, ergo ab inteſtato ſuccedit in tribus trientib. i. in aſſe. iſta eſt vrgens diſputatio, & ſi hoc non eſſet, tñ de legitima nõ eſſet dubitandum: qa priuatio, quæ non p̃t fieri per teſtm̃ non p̃t fieri ab inteſtato, de leg. 2. l. codicillis. §. pen. & ideo ſi inquantum h̃ditas pertineret ab inteſtato ad D. Agnolam, & Vannam: qđ non credo, cũ mater ltĩma priuari non poſſit, debeat m̃r autem, ſi quis teneat, ꝙ nõ ſuccedat, niſi in ltĩma, imputare ſibi in ltĩma ſibi debita pro parte Nicolinæ. 5. fl. ſibi relictos iure inſtitutionis, licet dña Nicolina, ſed hoc nihil ꝓdeſt Ludouico, qui iſtos. 5. flo. non habet de ſubſtantia patris, & bonorum Ludouici. C. de inoffi. teſt. l. ſcimus. §. repletionem. vnde quò ad Ludouicum non imputat ſibi in legitima de reſignatione rationis. ego dico, quòd mater ſuccedat in totum. hic nõ eſt tractandum de ratione reddenda: ſed ſi dicimus eam ſuccedere in ſola legitima: tunc tenetur reddere rationem adminiſtrationis partis Ludouici, nõ partis Nicolinæ, quę legauit matri liberationem, vt ff. de lib. lega. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. porro Andreæ ſuccedunt proximiores agnati iuxta formam ſtatuti præfati, & ſic ſunt ſoluta dubia mihi formata in cedula domini mei notarij. Item relicta dictis duobus in teſtamentis valent non obſtante venditione facta per Colam, vt C. communia de leg. auth. res, quæ, cum ſimilibus. Ego Baldus.

CONSILIVM C.

1 *Stante ſtatuto, quod ex contractu vnius ſocij quilibet ſociorũ teneatur inſolidum: ſi quis fideiuſſerit pro aliquo, nõ ratione certa perſona: licet generaliter: qui poſtea contra ſocietatem, in qua multa debita ſint cõtracta, quæ fideiuſſor coactus ſoluit & ſic ſocij ſint liberati, an poſſit agere contra ſocium, pro quo non fideiuſſit aliqua actione.*

1 In Chriſti nomine. † Petrus fideiuſſit pro Martino apud auditores cambij: non reſpectu alicuius certæ perſonæ, ſed gñaliter iuxta ordinamẽta cãbij. poſt mortẽ Martinus cõtraxit ſocietatẽ cũ Cayo, & multa debita in ſocietate contraxit: quæ dictus fideiuſſor coactus eſt ſoluere, ſoluit, & ſic ſoluendo liberauit Martinũ & Cayum, pro quo non fideiuſſit. nunc tñ conſeruatus per ſtipulationem, vel actione mandati, vel negotiorũ geſtorũ directa vel vtili inſtitoria agit contra Cayum, pro quo nõ fideiuſſit, quem tñ ſoluendo liberauit, quæritur, an poſſit p̃ſuppoſito ſtatuto, ꝙ ẽt ex contractu vnius ex ſocijs quilibet ſociorum teneatur inſolidum. ṽr, quòd ſic. Et arguo primo ex ſtatuto, nam iſte fideiuſſor contraxit cũ vno ex ſocijs, ergo quilibet tenetur inſolidũ: & ꝙ fideiuſ. ſit contractus, patet, quia contractus gñaliter dicit̃ quęlibet conuentio, vt no. ff. de act. & ob. l. 1. Itẽ ſi non eſſet fideiuſſor, non eſſet obligatus: qa ex quadruplici materia dẽt proficiſci. ſ. ex contractu, vel quaſi, delicto, vel quaſi, vt Inſt. de ob. §. ſequẽs. ſed nulla cadit hic niſi cõtractus, ergo, &c. Itẽ fideiuſſor obligat̃ per ſtipulationem, ſed certum eſt, ꝙ ſtipulatio





eſt contractus ſtricti iuris. de ver. ob. l. 5. §. ſatis acceptio. C. de fideiuſ. l. blanditus. ff. de pac. l. 1. §. conuentionis. & hæc eſt veritas ꝙ fideiuſſio eſt contractus: ergo, &c. Sed ad hoc rñdetur, primo de facili, quia tp̃e fideiuſſionis non erat ſocius: ſcđo ſocietatis tp̃e noua debita nõ fuerunt contracta, ſed ſolũ per Martinum: ergo ſuo contractu ante ſocietatẽ celebrato. i. ex cõſeruatione, vel mandato nõ fuit obligatus Cayus: ſocius. n. qui nõ erat, obligari non poterat. C. de decu. l. prouidendũ. lib. 10. Itẽ ſtatutum loquitur de contractu, qui fit rõne ſocietatis, non rõne perſonę vnius nõ cadẽdo in alterum. ff. pro ſocio. l. ſocium, qui. §. fi. ff. de duo. re. l. ſi id, qđ ego. ff. de proc. l. ſi proc. meus. §. fi. Itẽ fideiuſſor iſte nõ fideiuſſit pro Cayo: ſed apud Cayum, ſicut apud cæteros creditores, vñ non intelligitur, ꝙ fideiubeat apud eum, & pro eo. Si enim Martinus male ſe habuit in ſocietate, iſte Petrus tenetur Cayo ex hoc, qũo ergo agit contra Cayum, dolo. n. facit agendo contra eum, cui ex eodẽ facto tenetur. C. de fur. l. apud antiquos, de exce. doli. l. dolo. & ad vberiorẽ intellectum, vt videamus, ſi iſte fideiuſſor agere poteſt contra eum, pro quo non fideiuſſit. Sciendum eſt, ꝙ ex ſtipulatione identitatis non agit: quia non eſt ſtipulatus à Cayo ex mandato: non quia Cayus non mandauit inſtitoria: non qa ad hoc Cayus nõ præpoſuit Martinum. ff. de inſtito. l. cuicunq;. §. non tñ omne. de actione neg. ge. dubitatur, qa ſoluendo pro Cayo, & liberando, eum, Cayus tenetur habere ratum: qa eſt vtiliter geſtum ipſo geſtu. ff. de neg. geſt. l. ſoluendo. & licet non haberet ratum, nõ eſt vis: quia ipſo geſtu negotium eſt ſuum. hic eſt aduertendum: quia nõ ſemper ille, qui ſoluendo liberat me h̃et actionem cõtra me. Si quis. n. ſoluit pro me, quia eſt obligatus mihi liberare me, & cõſeruare me, iſte ſoluendo liberatur à me, & nõ agit cõtra me: qa eadem ſolutio non poteſt liberare ſoluentem, & obligare eum qui debet conſeruari indemnis, nã ſi principalis ſoluit, vt liberet fideiuſſorem: tñ non repetit à fideiuſſore: quia tenebatur eum liberare. Sic eſt, Petrus tenebatur ſoluere ꝓ Martino, & tenebatur de eo, qđ procedit ex culpa Martini, cõſeruare indemnẽ Cayũ. Si ergo conſeruauit ſoluit Cayo debite, & ideo non repetit ab eo: quia recepit, qđ ſibi debetur. ff. de condi. ind. l. repetitio. & ideo ab impetitione dicti fideiuſſoris dictus Cayus debet abſolui. licet ſi fideiuſſor ſoluiſſet nõ quaſi fideiuſſor, ſed quaſi Cayus: ex propria culpa tenebatur, & tanquam amicus Caij ſoluit. de hoc coram ſuo iudice poſſit conſequi iuſtitiam: quia extra cauſam fideiuſſionis eſt, & nõ pertinet ad ſuam fideiuſſionem: nec ad ſcripturam libri. in dubio autem ex cauſa fideiuſſionis ſolueret. ff. mand. l. Papin. vbi de hoc. illud certum, quòd ante ſocietatem dicitur fieri, quod fit finita prima ante ſecundam. l. ſi id, quod. §. illius. pro ſocio. iſte ergo quem Cayum vocaui, & de nomine non curaui, ſed de la iuſtitia, debet abſolui, aliàs eſſet circuitus: nam ſi fideiuſſori ſolueret Cayus, tunc Cayus haberet recurſum contra Martinum, pro quo Cayus damnum patitur: ſed Petrus eſt fideiuſſor mortui, ergo Petr. conueniretur Cayo. Et ſic inutiliter commutarentur lites, & exitus controuerſiæ eſſet contra Petrum. quod autem finaliter erit, id lex conſiderat, & ſuperuacua iudicia reſecando, in vltimo, ſic concludit, & ſiſtit. Accedit ad prędicta, quod legi. & no. de duobus. qui ſe liberant natura obligationis, & non officio geſtionis: quòd vnus ſoluens non repetit ab alio, licet eum liberauerit: quia nullum negotium geſtum eſt inter eos. ff. de neg. geſt. l. ex facto. & tangitur. C. de tranſa. l. 1. Ad idem facit. ff. ad legem Falci. l. in l. falci. ponderate in ratione illius legis.

CONSILIVM CI.

1 *Filia ſororis an præfertur in ſucceſſione, vel auunculus defuncti.*

2 *Trebellianica non confecto inuentario an poſſit detrahi.*

3 *Subſtitutio facta ſub conditione, ſi filius, & omnes fratres teſtatoris filio ſubſtituti deceſſerint ſine liberis, ſubſtituit vlteriores de domo: an ſi filius deceſſit ſine filiis, & ſecundo deceſſit vnus frater cum filiis, & vlt. deceſſit alius frater ſine filiis, an in portione vl. morientis ſine filiis ſuccedant vlteriores de genere, necne.*

4 *An veniat in fideicommiſſo, quod quis eſt conſecutus vigore ſubſtitutionis.*

1 In Dei nomine. † Super primo quæſito ſic reſpondeo. videlicet de iure cõi filia ſororis, quanq̃ dotata, ſucceſſit Angelo auũculo ſuo excluſis patruis Angeli: qa filius fratris & ſororis, licet ſit tertio gradu, ſicut patrui, tñ præfertur in ſucceſſione: quia p̃rnum, & m̃rnum ingreditur gradum, vt C. de le. h̃r. aut. poſt f̃res. ibi autem, &c. Si aũt q̃ritur in quantum Angelus erat liber ob onus ſubſtõnis. Rñdeo, in ltĩma, quæ eſt tertiæ dimidia. ſoror. n. dotata facit fratri ſuo partẽ in ltĩma: cũ admittatur ipſa ſoror ad partẽ ltĩmæ ſuæ: qa dos ſuccedit loco ltĩmæ, vt C. de inof. teſt. l. qm̃ nouellis.
2 † Sed de Treb. quæ eſt quarta totius h̃ditatis relictæ Angelo, valde dubitatur, vtrum nõ confecto inuentario detrahi poſſit, necne. non. n. h̃emus tex. expreſſe permittentẽ detrahi nõ facto inuentario, nec expreſſe ꝓhibentem, ideo qõ eſt dubia, & gl. in auth. de h̃r. & fal. §. ſi vero expreſſim. determinat, ꝙ ceſſat Tre. ſicut Falcidia: quia ſimiles ſunt, vt Inſtit. de fideic. h̃r. §. ſed quia, forte. ſc. ꝙ vbi nouiſſimo iure ceſſat falcidia, ceſſat etiã Treb in auth. ſed cum teſtator. & in l. ſed vt allegas. C. ad l. Falc. gloſſ. tenet contrarium. ſc. quòd in Treb. nihil ſit correctum: quia ſi legiſlator voluiſſet corrigere, dixiſſet C. de appell. l. præcipimus, & C. de ſac. ſan. ecc. aut. quas actiones. idem tenet Dyn. quia qui in vno grauatur, in alio releuatur: ſed h̃rs vniuerſaliter grauatus cogitur adire, & in hoc grauatur, ergo ſi ſponte adijt, releuatur, vt detrahat Trebell. Idem tenet Iaco. in diſpu. ſua, & in lect. dicti. §. ſi vero expreſſim. Idem tenet Roſ. in tit. S. C. Idem tenet Bar. ſci. quòd propter non confectum inuentarium non ceſſat Treb. ff. ad Treb. l. Marcellus. §. qđ autem. & ita dicit, qñ falcidia ceſſat iudicio teſtatoris, ceſſat Treb. quia eadem eſt potentia cauſæ efficientis. i. teſtatoris in vna, ſicut in reliqua; ſed vbi extrinſecus, non ex ipſo teſtõ prohibetur falcidia, puta propter negligentiam omiſſi inuentarij, licet prohibeatur falcidia à falcidia introducta, non prohibetur Trebel. Nam iſta prohibitio non eſt hominis, ſed legis, ſed lex hoc nõ dicit, ergo nec nos dicere debemus, vt ff. de acqu. h̃r. l. ſi ſeruum. §. non dixit. alij vero doct. ſine iſta diſtinctione tenent quidem, quòd nõ ceſſet Tre. Alij vero tenent contrarium, ſed dominus Cy. in auth. ſed cum teſtator. dicit, quòd aut hæres adiuit coactus, & ceſſat Treb. iure veteri, & nouo, & nouiſſimo. aut adijt ſponte, & tunc aut ſtatim reſtituit, & non tenetur facere inuentarium de dodrante, quem reſtituit, ſed ſolum de dodrante, quem retinet. aut reſtituit ex interuallo: & tunc quia tenetur reddere rationem, cuius caput eſt inuentariũ, tenetur facere inuentarium. ff. de con. & dem. l. cum tale. Et ſic non præſumitur ſubtraxiſſe, & machinaſſe: & ideo indignus eſt beneficio quartæ, in auth. de hæred. & falc. §. ſcimus. & ff. ad leg. Falci. l. beneficio. & l. hæreditatum. §. fin. ad Treb. l. Paulus. nimirum in non faciente inuentarium præſumitur dolus, de admi. tu. l. tutor, qui repertorium. in prin. ſed ſi licet diſtinguere ſecundum æquitatem proprij capitis: diſtinctio ſic deberet formari, quòd aut reſtituit ante tempus inuentarij, & tunc nõ tenetur facere inuentarium: quia ſolo nomine eſt h̃rs, eo ꝙ reſtituit, & quia omnia onera in alium tranſtulit, aut poſt tp̃s inuentarij. & tũc refert, aut eſt talis in quo nec de iure, nec de facto præſumatur machinatio, ſed potius quidã ſimplex, vt mulier, minor, miles, & abſens qui non potuiſſet aliquid ſubtrah̃r. & tunc poſſet detrah̃r Trebellianicam: quia in iſtis non præſumitur dolus, nec iuris ſcĩa. ff. de dolo. l. vbi. §. fin. nam vbi dolus nõ procedit ſine legum ſcĩa, & contenta, iſti excuſantur à dolo præſumpto: ſecus vbi dolus procederet ex natura facti. Aut ſunt alij, qui tenentur ſcire iura, & in quib. præſumitur dolus, & tunc non detrahunt Treb. quia præſumuntur ſubtraxiſſe res ſufficientes ad Trebel. licet enim ipſum intellectuale corpus hæreditatis non poſſit ſubtrahi: tamen res p̃ſt celari, vt C. quando, & qui. quar. pars debe. l. 2. tñ quia hõ debet ſequi æquitatem legis, non proprij capitis, vt l. 1. C. de leg. ſecurius eſt procedere per viam ſilicatam. i. per tex. legum, & conſiderare ipſos diligentius, & tex. in corpore priuat hæredes falcidia pp tres cauſas, pp non factũ inuentarium. in §. ſi vero nõ fecerit. Item pp teſtatoris prohibitionem, in §. ſi vero expreſſim. Item pp hæredis piam deuotionem, & quia ſcienter incepit ſoluere ſine retentione quartæ, vt in §. non aũt dabimus, & in aut. ſed cum teſtator. pp non factum inuentarium, dicit text. ꝙ hæres comprehendit legatarios & fideicommiſſarios. Sed certum eſt, ꝙ nomine fideicommiſſi continetur fideicommiſſum vniuerſale ſicut particulare, vt ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. in l. ſeruum. §. inſtitutus. Nec obſt. qđ ibi loquitur de falcidia. Nam falcidia dicta à falce nomen generale eſt. Præterea tex. eo. ti. §. illo adiecto. aperte dicit, ꝙ h̃rs, qui metuit non lucrari, debet facere inuentarium vocatis oĩb. fideicommiſſarijs: ſi ergo non facit, vel facit, & non vocat, accidit ſibi lucri amiſſio, id eſt, perditio quartæ, & certe ibi loquitur de omni lucro omnis quartę excepta

p̄ta lĩma, q̃ non dr̃ lucrum æs alienũ, ſiue ergo text. conſideres, ſiue rõnem ſcriptã in tex. manifeſte inuenies oē lucrũ perdi, ergo & quarta Tre. ſi cũ deliberet facere inuentariũ, non facit, ſecus ſi nõ deliberet, vt qa ante tps inuentarij ſe onerat reſtituendo. & iſta eſt ipſa veritas de iure, licet de conſuetudine inducta per errorē opinionum cõiter ſeruet̃ contrariũ. & confirmatur mea opi. qa fortiori iure dētur falcidia, q̃ Trebellianica. Nã falcidia debet̃, quaſi non licuerit legare ſuper dodrantē, ad l. Fal. l. in priñ. qd̃ in Treb. nõ inuenitur, imo licet cogi poſſit adire, & totũ reſtituere: ſi ergo ius fortius tollit̃, multomagis tollet̃ ius debilius, & diſtinctio Bar. nõ eſt vera, qa fortius excluditur quis delinquēdo, q̃ iudicio teſtõris. hoc patebat olim: qa teſtõr non poterat falcidiam ꝓhibere. ff. ad l. Fal. l. de bonis. §. 1. & l. Seius & Augerius. & tñ delicto hr̃dis ꝑdebat̃, vt l. Paulus. & l. reſcriptũ. de his, qui. vt indi. Ex his patet rñſio, ꝙ legitima erat lib. Angeli. Treb. vero nequaq̃ de iure nõ facto inuentario, ſed ſcd̃m conſuetudinē idem in Treb. qa in tex. non diſtinguit in c. Ray. & c. Raynal. de teſt. Sed indiſtincte cõcedit duas quartas nulla facta mētione de inuentario. & in filijs, & ſimilib. ſatis eſt æqua opin. qa continuatio dñij in eis potius eſt: qm̃ oĩno noua hr̃ditas. C. pro hr̃de. l. nihil. & l. in ſuis de li. & poſt. ergo, &c. ff. pro ſocio. l. merito. C. de impo. lucra. deſcri. l. 1. li. 10. de cond. inſt. l. fi. in fi. & ad hoc facit. c. ſi pr̃. de teſt. li. 6. à cõtrario ſenſu indiſtincte ſumpto: ergo ſaltē de æquitate canonica, quæ maxime fauet liberis, detrahitur ēt Trebellianica nõ facto ab eis inuentario, ſicut eo facto, tñ ne potuerint res ſubtrahi ſubtili ingenio, erit inqrendum. C. qñ & qui. quar. pars deb. l. 12. li. 10. & ſæpe ita indiſtincte conſului, & ita teneo de æquitate canonica vſu approbata: licet de iure ciuili ſit verior opinio, q̃ tenui ſeqñ, & declarãdo, &
3 fundando opinionē. Cy. in additione lecturæ ipſius Cy. † ſequēter quæritur, an ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi filius, & oēs fratres teſtatoris filio ſubſtituti deceſſerint ſine liberis, ſubſtituit vlteriores de domo, an ſi filius deceſſit ſine filijs, & ſcd̃o deceſſit vnꝰ frater cũ filijs. Et vltimo deceſſit alius fr̃ ſine filijs, an in portione vltimo morientis ſine filijs ſuccedant vlteriores de genere, nec ne. Et certũ eſt, ꝙ de vi ſermonis conditio ſubſtõnis euanuit, vt ff. ad Treb. l. hr̃des mei. §. cũ ita. ſed de vi intentionis teſtatoris, ex quo vltimus ſine hr̃de ſanguinis deceſſit, hēt locum ſubſtitutio; qa non extat, qui ab illa parte ſubſt. excludat. nam filius fratris præmortui fuit poſitus in conditione, nõ tñ fuit ſubſtitutus vltimo morienti, vt not. ff. de hr̃. inſti. l. Lucius. non obſtat de lega. 2. l. Titia. §. Seia. vt ibi no. ſubſtõ enim tacita, de qua ibi loquitur, oritur ex contrario ſenſu cõditionis: ſed ex p̄cepto nõ fiendæ alienationis, vt l. peto. §. fr̃e. de le. 2. ſcd̃m gl. Dy. & Pe. facit, qd̃ no. Bar. ſol. mat. l. ſi cũ dotem. in pr. Et eſt expreſſum, ꝙ filius p̄morientis nõ intelligat̃ ſubſtitutus vltimo morienti ſine liberis. in d. §. cũ ita. & plene legitur, & no. in l. 1. C. de his, q̃ ante
4 aper. tab. † ſubſequenter q̃ritur qa ille, qui deceſſit cum liberis ſubſtituit eis: Si oēs deceſſerint ſine filijs alios ſubſtituo, vtrum in iſto fideicommiſſo includatur illud, qd̃ eſt cõſecutus ex ſubſtitutione facta filio primi teſtatoris. & certum eſt includi; quia (vt dixi) filij iſtius nõ capiunt tanq̃ ſubſtituti patri ſuo: ſed vt patris hr̃des, & ſic non vt æs alienũ eis debitum, ſed hr̃ditario iure: vñ ſicut reliqua bona veniunt in fideicommiſſo, ſic hic, liberi enim à fideicommiſſo liberant, non autē grauant fideicommiſſum inducendo inter patrem, & filios, ff. de leg. 1. l. filio. §. cũ quis. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peru. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CII.

1 *Stante ſtatuto, quod maritus lucretur tertiam partem dotis ſoluto matrimonio per mortem mulieris ſine liberis, an ſi mulier dotem certã non dederit, ſed permiſerit maritũ poſſidere omnia bona ſua, vigore huiuſmodi ſtatuti maritus lucretur tertiam partem bonorum ſuæ vxoris.*

1 In Chriſti nomine. † Mulierē maritus duxit, qui domũ, & prędia dictæ vxoris tanq̃ maritus, & tanq̃ dotalia poſſedit, longo tpe ſciente, & patiente vxore, ſolutum eſt mr̃imonium ſine liberis, vir dixit ſe lucrari tertiam partem, tanq̃ bonorum dotalium ex forma ſtatuti: qa vxor p̄mortua eſt, contra dr̃, non debere lucrari: quia ſtat. loquitur de dote, ſed hic nõ apparet de aliqua dote certa, & determinata, nec ēt de aliqua ꝓmiſſa, vel tradita. quæritur, qd iuris: rñdeo, vrbanitas eſt, ꝙ vxor det in dotē viro bona ſua, & ex iſta vrbanitate Ariſtoteles dicit præſumi bona eſſe dotalia. ſed qa non probat hoc eſſe, qd̃ ab hoc frequenter, & facile cõtingit abeſſe. C. de prob. l. neq; natales. & mulieres diuites ſp ſibi plurima retinent, iõ gl. dicit, ꝙ opi. Ariſtotelis non eſt vera de iure ciuili, vt no. ff. de iure do. l. mulier bona. & firmatur hoc qa dos facti eſt. ff. de cap. dim. l. eas. & facta non p̄ſumuntur. ff. de pub. l. quæcunq;. §. fi. Itē qd̃ eſt variabile, nõ p̄ſumitur, ſed dos eſt variabilis: quia qñq; maior, qñq; minor, qñq; in rebus, qñq; in pecunia, vñ non p̄t præſumi, facit, qd̃ no. Cy. de cõtrah. & comm. ſtip. l. 1. Itē dos eſt titulus, ſed tituli non p̄ſumuntur, vt Inſt. de act. §. aliæ. Itē lex eſt expreſſa. ff. de iu. do. l. ſi ego. §. dotis. Itē ad hoc facit: qa ex p̄ſtatione aliqñ p̄ſumit̃ titulus: ſed ex patientia nõ p̄ſumitur titulus: licet aliqñ p̄ſumatur traditio, vt no. in l. ſi certis annis. per Cy. qa traditio p̄ſumit̃ ex titulo p̄cedenti. C. de acq. poſ. in negligentia aũt nihil eſt: & iõ non eſt titulus. vñ conſidera, ꝙ negligentia non proprie dr̃ patientia. Patientia aũt non ꝓprie appellatur traditio, ſed quaſi vere venit ex natura tituli p̄cedentis, vel ex natura rei, vt in ſeruitutib. ff. de vſufr. l. 3. §. dare. C. de ſerui. & aqua. l. 2. ff. ſi ſerui. ven. l. ſi quis diuturno. titulus aut eſt per ſe, & non pręſumitur nec ex negligentia, nec ex patientia, fallit, qñ patientia eſt apta inducere cõmoda hinc inde. C. cõi diui. l. pe. & C. de pet. hr̃. l. ſi filius. Præterea in l. pen. p̄cedit cã diuiſionis. i. cõio, & in l. ſi filius. p̄cedit cã, & titulꝰ aditionis, & ſic patientia nõ eſt nuda, ſed hēt cãm. ergo concludit̃, ꝙ ſola patientia nõ ſufficit. Præterea in dote incerta non hēt locũ ſententia certa ſol. ma. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. l. fi. ergo qui vult conſequi ſnĩam retentiuam, dēt probare de certa q̃titate, vt retineat q̃titatem. Pręterea vr̃ expreſſum. C. de fal. cauſa adie. leg. l. ſi nõ deſignata. nã dos non deſignata debetur vt dos. In contrarium facit, nã multum refert, repetat, vel intentat, & mulier defendat, vel econtra mulier repetat, & vir neget. Nam primo caſu viro datur officiũ iudicis, vt declaret dotē, quæ non fuit ſpecificata. ff. de iure do. l. cũ poſt. §. gener. Scd̃o caſu ſecus, vt d. l. fi. qa igitur hic conſtat de dote, oportet̃, ꝙ declaretur per iudicem, vt retētioni tertiæ partis ſit locus, & maior dos debetur à vidua, q̃ à virgine, & ideo declaratio debet eſſe congrua, & pinguis, vt duret officium iudicis declaratiuum pp retētionem tertiæ partis: nã ſicut vir audiretur petendo, ita excipiendo. ff. rem ra. ha. l. amplius. & ita teneo, & confirmo pluribus rationibus, & primo ratione generalis cõſuetudinis attendendo. Nam generalis conſuetudo eſt, ꝙ matrimonia nõ contrahuntur ſine dote; ergo dos conſtituta præſumitur, qd̃ ad arbitrium boni viri referendum eſt, vt ff. de iu. do. l. ſiue generalis. ff. de leg. 2. l. 1. ff. de leg. 3. l. ſi filiæ. non dico ꝙ ſol. mã. dos conſtituatur: ſed declaretur, quantũ eſt veriſimile fuiſſe retro conſtitutam, vt vir non fraudetur ſua dote: nã ſæpe pp acceptiones aliquid declaratur, qd̃ declararetur, de rei ven. l. vtiq;. ſcd̃o quia conſidero, ꝙ ſi parior rē meam dotis noĩe poſſidere, videor patiendo illud velle. ff. de re. iur. l. ſemper qui non prohibet. & ar. ff. manda. l. qui patitur. ſed vir poſſidet rem dotalem noĩe vxoris quò ad quædam. ergo mulier patiendo diu ſic poſſideri, vr̃ conſentire, ꝙ ſit dos, eſt. n. vir imago vxoris, & repræſentat eam in dote. l. ſciendum. §. 1. qui ſatiſ. cog. & l. in reb. C. de iu. do. 3. quia conſidero, ꝙ iſta non eſt patientia, ſed actus, & factum mulieris per virum poſſidentis, quia poſſidere eſt actus animę mediante organo corporis præteriti, vel præſentis. ff. de acq. poſſ. l. 1. in prin. & l. poſſideri. in prin. & iõ. l. cum de in rem verſo. vr̃ habere locum, quia ex patientia iuncta cũ actu voluntatis. Itē eſt patientia iuncta cum actu receptiuo: nam onera matrimonij exhibita à viro vxor alimenta præſtita, & per vxorē recepta ſunt in factis, & in faciente hēt locum lex, cũ de in rem verſo. ſecundum oēs facit. C. de agr. & cen. l. litibus. lib. 11. vbicunq; enim ex longa patientia quis hēt commoda, illa commoda ſunt loco præſtationis, vt d. l. ſi filius. & l. pen. cõi diui. & no. C. de rei ven. l. ſolennib. & arg. ff. de euic. l. quidam ex parte. Non ob. de iu. do. l. ſi ego. §. dot. vbi dr̃, ꝙ ad hoc, vt appareat, quod ſit dotale, & quid parafernale, & quid ſit traditum viro, & quid non, dēt id conferri in libellum atteſtationis: nam non excludit alios modos probandi. Accedit pręfictis cõfeſſio teſtĩ, & codicillorum mulieris, vt not. Cy. C. de non nu. pe. l. generaliter. & iõ iudicantes dēnt habere præ oculis veritatem; qa non facile ad culpã veniunt, qui veritatē examinãt, vt in auth. vt defuncti, ſeu funera. in prin. col. 5. ex his concluditur, ꝙ maritus lucrabitur tertiam partem, vel omnium poſſeſſionem, quaſi omnes ſint dotales, vel ſaltim conuenientes arbitrio boni viri. ſed contra hoc opponitur, quia ſi non conſtat de ſtipulatione, vel certitudine: non poteſt dos peti. C. de dot. promi. l. 1. Reſpondeo, hic vir recipit, & retinet, & in retinendo valet pactio dotis incerta, nec ſunt ibi duo ſpecialia: quia in retinendo eſt ius commune, quod eſt notabile.



CASVS.

Punctus talis eſt, quidam nomine Marcutius Phinti de Nucò ſuum vltimũ condidit teſtm̃, in quo ſibi hr̃des vniuerſales inſtituit, & fecit Lippã, Bellam, Margaritã eius filias, & pupillas, & futurũ partum vxoris ſuæ, ſi ad lucē peruenerit, ſi fuerit fœmina. Si vere maſculus, & ad lucē peruenerit, ipſum eius filium ſibi hr̃dem vniuerſalem inſtituit, & fecit, & voluit, & iuſſit dictus teſtõr, ꝙ tunc dictæ eius filij hēant, & hr̃e debeant de bonis dicti teſtõris pro ipſarum dotibus ducentas lib. den. pro qualibet ipſarũ iure inſti. adueniente condõne prædicta, ſi dictus partus fuerit maſculus ex vna dictarũ ſuarum filiarum: ſi dictus partus fuerit fœmina, ſuccedat decedenti, ſiue decedentibus, & ꝙ fœminis p̄dictis ſuccedat maſculus, ſi ad lucem peruenerit. Si vero oēs decederent, & nullus hr̃s remanſerit de pręfictis, ſubſtituit ſibi hr̃dem vniuerſalem fraternitatē S Mariæ de Nuco. quo teſtõ dicto condito d. Marcutius teſtõr deceſſit ſuperſtitibus ſibi p̄dictis Lippa, Bella, & Margarita ſuis filiabus pupillis hæredib: & D. Paula vxore dic. Marcutij teſtõris ex ea prægnante, ex qua nata fuit quædam noĩe Ioanna, & ꝙ d. Paula tutelam dictarũ filiarũ quatuor pupillarum aſſumpſit legitime. demũ vero mortuæ ſunt tres dictarum filiarum pupillarum ſuperſtitibus eis d. D. Paula earum mr̃e, & dicta Bella earum ſorore, poſtquam d. Bella tradita fuit nuptui, tandē puella cuidam nomine Bartholomæo Mactioli de Nuc. & dic. Paula mr̃, & tutrix dedit, & conceſſit in dotem, & pro dote ipſius Bellæ omnia, & ſingula bona ad d. Bellam ſpectantia ex quocunque titulo, ſiue iure. & d. Bartholomæus, d. Bellam duxit ad domum ſuam in ſuam vxorem, & cum eo ſtetit per annos, & facta eſt adulta: deinde vero deceſſit d. Bella adulta inteſtata nullo ex ea filio remanēte: ex quo caſus ſubſtitutionis euenit, & bona, & hæreditas quondam d. Marcutij tenet, & poſſidet prædictus Bartholomæus quondam maritus d. Bellæ, & Mactiolus eius pater, & hr̃ in ciuitate Nucerij quoddam ſtatutum quo cauetur, ꝙ maritus lucretur tertiam partem dotis vxoris decedentis ſine filijs: ex quo prædicti Mactiolus, & Bartholomæus dicunt tertiam partem omnium bonorum, & ex hæreditate d. Marcutij teſtatoris vigore dicti ſtatuti ad eos pertinere, & homines de dicta fraternitate dicunt d. Bartholomæum tantum habere, & debere recipere de bonis quondam Marcutij, quantum declaratur in quadam cedula, quæ vobis etiam tranſmittitur.

CONSILIVM CIII.

1 *Teſtator ſi inſtituit plures filias, & eas ſubſtituit inuicem, & vltimo morienti ſubſtituat aliquem, an vltimo loco ſubſtitutus intelligatur ſubſtitutus in vniuerſam hæreditatem: an vero in partem ſolam ſibi contingentem.*

1 In Chriſti nomine. † In dicto teſtõ ſit filiarum primo inſtitutio. Scd̃o inter eas ſubſtitutio, licet ſatis male concepta ibi, & vana, &c. fraternitatis vtilis ſubſtõ, ibi. ſi vero oēs. tribus igitur mortuis in pupillari ætate quarta filia ſucceſſit excluſa matre: quia illa verba, ſuccedat decedenti. exprimunt qualitatem pupillaris ſubſtõnis: per quã ſucceditur pupillo, Inſti. de pupil. ſubſt. poſt prin. & ff. eo. l. moribus. in prin. cum infinitis ſimilib. ſed videndum, cum quarta ſit mortua in adulta ætate, an ſubſtitutio facta de fraternitate intelligatur facta ei ſoli: innuit verbum ſibi parte ſua tantum. ſicut vr̃ legi, & notari. ff. de vulg. ſubſt. l. vel ſinguli. & l. qui duos. & l. pater impuberes. ff. ad l. Falcid. l. pr̃ filiam. §. duob. C. de imp. & alijs ſubſt. l. pen. & hoc ēt ratio ſuadet: quia id, quod capitur ex ſubſtitutione pupillari, non venit in fideicommiſſaria ſubſtõne duabus rõnibus. prima; quia capitur tanquam ex teſtõ fratris: ſecunda; quia ſequeretur, ꝙ venirent omnia bona vndecũq; quæſita impuberi, contra l. cohæredi. §. cum filiæ. ver. nec in fideicommiſſo. de vulg. ſubſt. Item text. dicit non venire, niſi coactus adeat. ff. ad Treb. l. ita tamen. §. qui ſuſpecta. ergo ſola portio iſtius adultæ venit in fideicommiſſo deducta lĩma, imo & Tre. quia fraternitas non eſt aliud, quam fratres, qui ſunt homines laici & ſeculares, ſicut aliàs collegia. ff. ad Tre. l. omnib. & ſecundum hoc fraternitas nõ ſuccederet, niſi in dimidia parte oĩm bonorum: ſed hoc eſt valde inconueniens, & contra mentē teſtatoris, qui vniuerſam hr̃ditatem voluit deuenire ad fraternitatē poſt mortem omnium, ſi ſine liberis decedebant. ff. ad Treb. l. hr̃des mei. §. cum ita. vbi eſt expreſſum: ergo videamus, qſ̃o deueniat. Rñdē, ſi tu quæris ex quibus verbis: rñdeo, ex illis ſubſtituit ſibi hr̃dem vniuerſalem: nam cũ non dixerit de quota, totã incluſit. ff. de rei ven. l. ſi in rē agat aliquis. Si vero tu quæris, quo iure: rñdeo, iure voluntatis teſtatoris: quia ita voluit, & ita potuit diſponere de bonis ſuis. ff. ad l. Fal. l. qui fundum. §. qui filium. ff. de ver. ſig. l. verbis legis. ff. de vſur. l. in fideicommiſſi. §. nonnunq̃. Si vero tu quæris, an id qd̃ capitur ex pupillari, veniat in fideicommiſſo, reſpõde: aut quæris, an veniat ſine deductione quartę, & non venit, niſi ſubſtitutus coactus adeat: qa tunc nõ detrahit quartam: an vero veniat cũ deductione quartę, & vr̃, quòd veniat, ſi primo ſubſtituit pupillariter, & poſtea rogauit vniuerſaliter. Nam ſiue conſideremus, ꝙ pater, & teſtatur ſibi, põt hoc de ſuis bonis, ſiue teſtatur ſibi, & plurib. põt hoc in vniuerſis: qa ordinatio data eſt patri, ſucceſſio data eſt filio, nõ quemadmodũ vult: qa non hēt pupillus velle, ſed quemadmodũ pr̃ vult, cui lex concedit ſupremam ordinationem teſtĩ: & qa pr̃is non eſt interciſa p̄tãs in bonis ipſius patris: niſi in quartis lege expreſſis. Aduerte, ſi vltimo moriens ſucceſſiſſet ſororib. ab inteſtato, portiones earũ ſororum non venitent in ſubſtõne fideicommiſſaria: nimirum quia eas non haberet iudicio pr̃is, ſed iudicio legis ab inteſtato. nã inter iſta eſt dr̃ia, vt ff. ad l. Fal. l. in rõne. §. q̃ filios. ſed vbi pr̃ gradus facit & ordinē deuoluendorũ bonorum oĩm expreſſit, ſtandũ eſt ſuo iudicio ſaluo legis bñficio. ſ. in bonis pr̃nis, de quib. ipſe tm̃ ſenſit, & ſentire potuit. voluit ergo pr̃ vniuerſam ſuã hr̃ditatem reſtituere poſt obitum oĩm, & teſtõ ex Treb. dēt fieri legitimis ſucceſſorib. vltimo morientis. ſci. in caſu nr̃o à mr̃e, quæ proximior eſt. ſed videamus, eſt ne iſtud qa illud, qd̃ capitur ex pupillari, vt veniat in fideicommiſſo? Contrarium. n. oſtenſum ſ. vr̃: an vi ſubſtõnis pupillaris trahendæ ad obliquã: ſed ſicut pr̃ rogaſſet de re certa, vel q̃titate certa bonorũ ſuorũ reſtituendi in caſu condõne cõprehenſum: an vero hoc eſt, quia oēs filij poſt mortē eorum. ff. de le. 3. l. ſi fuerit municipio. §. fi. qd̃ quibuſdam vr̃, vt ſic in oĩm perſona detrahantur duæ quartæ, quaſi oēs ſint grauati: non. n. prohibetur pr̃ ſubſtituere impuberi duos. ſ. vnũ directo, aliũ per fideicommiſſum, vt C. ad Tre. l. nõ iuſtam. ſi aũt intelligatur grauatus vltimus de portione fratrum: tunc nõ detraheret de illa portione lĩmam: qa non eſt ſibi debita, cũ portio fratrũ ſit extra portionē ſuam. C. de inof. teſta. auth. nouiſſima: & vix detraheret Tre. vr̃ probabilius dicēdũ, ꝙ videatur omnib. ſubſtituiſſe, & poſt oēs: qa in tota vniuerſitate ſubſtituit, nõ ſimpliciter: nam multum refert inter verba vniuerſalia & indefinita, vt no. in l. Marcellus. §. quidã ad Treb. ſed cõtra hoc facit dictio taxatiua, ſibi. ſ. vt vltimo moriente fecerit ſubſtõnem fideicõmiſſariã tã in parte ſua, q̃ fratrũ, & de parte ſua detrahat lĩmã, & Tre. ſed de parte fr̃is nulla lĩma dētur ei, niſi qs dicat, ꝙ hr̃s ſeruus vr̃ rogatus ex p̄ſona primi: & ſic iſte tanq̃ rogatus ex perſona fratrũ detrahat duas quartas: ſicut illi detraherent, arg. l. 2. §. idē Neratius. ad Tre. nã quoties portio impuberis eſt grauata ex p̄ſona impuberis, ſic deductio quartarum, vt d. l. qui fundum. §. qui filium. & iſta opinio vr̃ ſecurior & tutior: quia omnino debet permitti. ff. ad l. Fal. l. in ratione. §. quod vulgo. iſte paſſus eſt difficilis. ad lucrũ dotis venio, & dico maritum debere hr̃e tertiam omnium datorum in dotem: nam & ſi nõ aſcenderent in tantam quartæ, tñ habet locum dotis priuilegium. C. communia de leg. auth. res, quæ in corpore, vnde ſumitur.

CASVS.

In Dei nomine. Factũ, ſuper quo conſiliũ petitur, vr̃ tale; videlicet, Quidã Luchetus quon. Geraldini de Grebetellis de Piſtorio in anno dñicæ Natiuitatis 1383. de menſe Aug. dicti anni inteſtatus deceſſit relicta ex ſe & d. Franciſchina eius vxore Vrbaneta filia infante. Item quodam Thadæo ſpurio nato ex do. Lucheto ex quadã nomine Iuſtina proxime infantiæ, qui Thadæus die quarta menſis Decemb. proxime præteriti mortuo d. Lucheto eius patre fuit authoritate priuilegij, & reſcripti Imperialis conceſſo D. Dilano de patiarticho de Piſtorio, eiuſque filijs deſcendentibus, per lineam maſculinam per nobilem virum Angelum filium, & hæredem D. Dilani legitimatus, & natalibus communib. & primis iure naturæ (quo non erat differentia

rentia inter ſpurios, & legitimos) ac etiam ad iura ſucceſſionis d. Lucheti defuncti olim ſui patris reſtit. ex inſtrõ ſcripto manu ſer Lippi olim, ſer Corradi de Piſtorio notarij. Ex p̃dictis quæritur, vtrum vigore reſcripti, & priuilegij p̃dicti, & reſtõnis factæ ſibi Thadæo, ipſe Thadæus pariter cũ d. Vrbaneta d. Lucheto ab inteſt. ſuccedat, viſo dicto reſcripto, & priuilegio. Scđò, vtrũ viſo quodam ſtatuto cõis Piſtorij, poſito ſub rubrica de modo ſucceſſionis mulieris, ſeu mulierũ ab inteſt. vbi dr̃, ꝙ nulla mulier poſſit ſuccedere ab inteſtato patri ſuo exiſtente aliquo filio maſculo. d. Thadæus vigore dicti ſtatuti, priuilegij, & reſtõnis prædictæ in totũ ſuccedat d. Lucheto, & ipſa Vrbaneta habeat conuenientem dotem de bonis dicti ſui patris ſcđm diſpoſitionem dicti ſtatuti. Verba Cæſaris ſic dñt; concedimus, & largimur, ꝙ poſſitis, & valeatis naturales, & baſtardos, manzares, & quoſcunq; ex damnato coitu procreatos viuentib. vel ẽt mortuis eorum parentib. legitimare; Illuſtrium principum, comitum, baronum, & nobilium filijs duntaxat exceptis; & eos ad oĩa iura legitima reſtituere, & reducere, oẽmque genituræ maculam penitus abolere, ipſos reſtituendo ad oĩa, & ſingula iura ſucceſſionum, & ab inteſtato cognatorum & agnatorum honores, dignitates, & ad ſingulos actus legitimos: ac ſi eſſent de legitimo mr̃imonio procreati, citatis; & non citatis prout vobis placuerit alijs venientibus ab inteſtato, & ad quos de iure cõi, vel municipali deret ſucceſſio pertinere: dummodo lĩimationis tp̃e per deſcendentes tuos iam dictos fiendæ, vt præmittatur, non præiudicent legitimis filijs, & hæredibus, quin ipſi cum legitimandis per nos, vel aliquem veſtrum æquis portionibus ſuis ſuccedant parentibus, & agnatis, non obſtantibus.

## CONSILIVM CIIII.

1 *Stante ſtatuto, quod nulla mulier poſſit ſuccedere ab inteſtato patri ſuo exiſtente aliquo filio maſculo. filius legitimatus poſt mortem patris ab habente poteſtatem non excludit filiam, quæ iam ſe immiſcuit ſucceſſioni naturaliter debitæ, adde de materia ſupra conſil. 19. cum tribus præcedentibus.*

2 *Legitimatio æquiparatur poſtliminio.*

1 In Chriſti nomine. † Eſt cõſiderandum, ꝙ tp̃e iſtarum legum, & amatorum caſtitatis, & honoris familiarum princeps neminem ſpurium legitimabat, niſi ex magna cauſa, & innata clementia, & ad ſupplicationem genitorum. ff. de ritu nup. l. qui in prouin. §. diuus. ne daretur materia patrib. peccandi: idcirco nefarios, & impudicos coercebat amplexus, vt etiã res publica tam turpibus non repleretur hominibus. C. de nat. lib. l. fi. in verbo, vitium frenandum, & in auth. quib. mod. na. effi. ſui. §. fi. col. 6. in verbo, ſit ſupplicium patrum. & ff. ſo. mat. l. 1. & in auth. de nup. in prin. ibi, dum dicit mortalitatem donare no. recto vobis ſtudium eſt, de nupt. l. hodie autem. quanta religio ſit in principe, quanta amatio caſtitatis, & morum, & quam incredibilis clementia, videmus non per ſpeculum in ęnigmate, ſed occulta fide plus fidunt potentiæ, q̃ decentiæ. ſed quia in hoc non poteſt perdi aliud, q̃ ſtatus, veniendum eſt ad l. ſancimus. vbi videtur, ꝙ iſta legitimatio venire faciat legitimatum per ius diminuendi legitime nato: quia verba dicunt, ꝙ non poſſit præiudicare filijs, & hr̃dibus in concurſu, & quia dicit, filijs, ſignificat legitimos. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iu. l. filium diffinimus. & qa dicit hæredibus ſignificat etiam immiſtos hæreditati: quia illi
2 ſunt proprie, & vere hæredes, vt C. ſi vt ſe ab hære. abſti. l. 1. † Item legitimatio æquiparatur poſtliminio, vt l. ſi quis filio. §. pe. de iniuſto teſta. ſed poſtliminio reuerſus ſuccedit ſimul cũ alio. ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. ſed ſi eius. Item legitimatio dicitur reſtitutio, ſed per reſtitutionem quis recuperat iura, à quib. inueniebatur excluſus, vt C. de hæret. auth. idem de Neſtorianis. Item legitimatus dr̃ poſthumus: quia natura conceptus eſt in vita: ſed iuris artificio regeneratus eſt. iure igitur, & natura ſimul iunctis nunc apparet hunc poſthumum eſſe, vt no. Bar. in l. Gallus. Item ſi lex non diſponeret, ꝙ quis eſſet ſpurius, nemo eſſet ſpurius, ſicut erat cum primitiua natura ſola, & per ſe hominibus ſanciebat. quemadmodum igitur lege fit ſpurius, ita lege poteſt reduci ad illum ſtatum, in quo non erat ſpurius, vt in auth. quib. mod. nat. effi. legi. in prin. col. 6. Item ad remotionem obſtantium ſequitur poſitio. Sed hic remouetur macula, ar. C. fam. ercif. l. in ipſius. Item hoc tenet doct. excelſus do. Dy. in conſilijs. Nec ob. ꝙ non interuenit citatio: quia citatio non eſt hic de iure naturali, ſed de iure ciuili, vt no. ff. de bo. poſ. l. 3. §. ſi cã cognita. Et Bart. dicit, ꝙ ſi princeps vult, põt, vt not. in l. 2. de natali. reſt. hic enim non eſt qõ innocentiæ: ſed hæreditatis, & ſic non obſt. capitulum paſtoralis. de re iud. in cle. Item non ob. quòd do. ſint de iure gen. qa verum eſt quò ad diffinitionem dominij, non quò ad modum acquirendi, vt not. in l. ex hoc iuregentium. Item dñium non fuit hic irrefragabiliter radicatum legitimo. qa ſpurio erat implicitus ſtatus legitimationis, & iure diminuendi lĩimo. ff. ſi ex nox. cauſa agatur. l. fi. Ex his aperte vr̃, ꝙ iſte lĩimatus auferat, ſeu faciat partem legitim. natæ ſorori, & licet iſta opinio ſit tuta, tñ, &c. vt l. proſpexit. qui, & à quibus. In contrarium oñditur ſic, & præmitto ad euidentiam, ꝙ qñq; alicui competit ius adeundi, quandoq; ius aditi, vt ſic dicam, ſiquidem competit alicui ius adeundi, vel deliberandi, ita ꝙ hæreditas non proprie dr̃ in bonis ſuis. ff. ad leg. Falc. l. pretia rerum, ſi non eſt adita, alias tunc facta eſt liberè de dñio ſuo, ſicut cætera ſua bona. ff. de vulg. ſubſti. l. ſed ſi plures. §. filio. in ſuo autem hærede conſidero ius deliberandi, & miſtionem exiſtẽtiæ, & miſtionem magis perfectam: de primo loquitur. C. de iu. deli. l. cum antiquioribus. de ſcđo loquitur lex, apud hoſtes. cum materia. de tertio loquitur Inſtit. de hære. qual. & diff. §. fi. & natura ipſa. ſi filius, ergo hr̃s, & magis hr̃s per exiſtentiam ſui hæredis, q̃ per deliberationem, ſi eligit hanc viam. item magis hr̃s per realẽ immiſtionem, q̃ per exiſtentiam, qa infixa eſt. Et tunc ſibi hr̃ditas deuoluitur inuiolabiliter, & ſeparabiliter. C. de rep. hær. l. ſicut ille. ergo ſermo filijs, & hæredib. dẽt intelligi in ſenſu arctiori, & benigniori, de regu. iur. l. quoties idem ſermo. vt non tollam vno verbo oẽs regulas iuris, de quibus non fit mentio in clauſula, non obſtantium, ſicut eſt illa regula, ꝙ qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres, de minori. l. quòd ſine. §. ſed quod Pap. & ſic eſt illa alia regula, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro tolli non poteſt, de reg. iu. l. id, quod noſtrum. iſtis enim ll. non eſt derogatum: qa de eis nõ fit mentio in clauſula, non obſtantium, & ad iſtam rationem non poteſt reſponderi congrue. Item eſt alia ratio: qa obſtantia, quæ ſicut de iure naturali, vel diuino dẽt exprimi ſpecifice: ſed retentio, & defenſio dñorum eſt de iure naturali aĩo rationali: quo oẽs homines vtuntur. l. ex hoc iure. cum ſi. Item implicita derogatio, quò ad. §. vltimum. qui. mo. col. 7. non vr̃ ſufficere: qa glo. ibi dicit, ꝙ dẽt dici ſpecifice, non obſtante hac lege, & ar. ff. ſi quis cau. l. & ſi qs. §. q̃ſitum. de hoc no. in l. vlt. ſi contra ius, vel vtilit. pub. aliter tñ no. C. de nat. lib. l. 1. & qa ſunt gl. contrariæ, nec intendo reſtringere priuilegium: ſed interpretari nõ inſiſto in iſta allegatione: hoc tñ videtur, ꝙ clauſula non obſtantium, reſpiciat valentiam legitimationis, non tñ poteſtatem euictionis dñij quæſiti: quia eſſet multiplicare inconueniens & princeps non vult æmulari errores. C. de do. promiſ. l. 1. nec dixit hoc princeps: ergo, &c. C. de eman. li. l. nec auus, cum ſi. Item lĩimatio eſt priuilegium datũ ſpurio, & priuilegium eſt lex priuata: ſed lex nõ aufert ſucceſſiones de præterito: ergo nec priuilegium, vt in auth. de teſt. imperfectis. hære. ab inteſt. §. fi. Item legitimatio eſt reſtitutio, quæ non trahitur ad ius alteri q̃ſitum, vt in c. quamuis. de reſcr. lib. 6. Itẽ hoc tenent doct. in §. & quid ſi tñ. in l. Gallus. Itẽ legitimatio deberetur eſſe patris, & principis dñium, licet eſſet oppoſitum, qa hic pater vr̃ reliquiſſe filio legitimo. l. 2. de iu. codi. Item hic vxor eſt in medio, vnde derogatur authenticę, licet. C. de na. li. ſed iſta allegatio non bene fundatur in iure. Item verba dñt, ipſi cũ legitimandis ſuccedant. & ſic notat caſum, in quo ſimul pñt adire. ff. de iniu. teſt. l. ſi ego. ſed hæc ſucceſſio tota erat ad legitimum applicata. Sol. dico, ꝙ ſi puella erat immiſta ſucceſſioni debitæ naturaliter, vt l. cum rõ. de bo. da. ꝙ comes non potuit ipſam priuare lĩimando, & ꝙ priuilegium ſano intellectu ad hunc caſum non dẽt trahi, & ſi traheretur, tñ iſte lĩimatus non haberet bñficium ſtatuti: qa non continetur de ꝓpria ſignificatione appellatione filij. l. filium diffinimus, &c. & quia contradicit priuilegium ibi, qñ ipſi. & c. facit. ff. de vulg. ſubſt. l. ex facto. Item veritas fictione non obligatur. ff. de lib. & poſth. l. filio. Item legitimatus aſſimilatur filio adoptiuo, vt not. in l. filios. C. de mun. & origi. li. 10. vbi eſt gloſſ. no. Item facit ad prius dicta quod no. C. de ſniã paſ. l. fi. & ibi locutus ſum, vbi per patrem circa ſucceſſionem ſpurij nihil diſpoſitum erat, nam ſi eſſet diſpoſitum, eſſet alij conſiderationi, & diſputationi locus. Et ita dico, & conſulo ego Baldus.

CON-



## CONSILIVM CV.

1 *Stante ſtatuto, quo interpretatur legitimam ætatem eſſe. 18. anno. completorum in omnibus negocijs & contractibus, & iudicijs, ſeu cauſis, an mater minor. 25. ann. maior tamen 18. poſſit aſſumere tutelam filiæ pupillæ.*

2 *Auia paterna & materna, an vtraq; admittatur in prælatione tutelæ.*

1 In Dei nomine. † Quærit̃, vtrum do. Fran. mater Vrbanetæ pupillæ, poſſit eius tutelã aſſumere vigore ſtatuti de ætate legitima, præſuppo nendo, ꝙ dicta mater ſit maior 18. annis, & minor 25. & præſuppoſito, ꝙ valeat ſtatutũ, vel cõſuetudo hoc dictans, vt no. in l. 2. ff. de eo, ꝙ certo loc. in gl. or. Et videtur, admittat̃. quia impedimento minoris ætatis ſublato nihil eſt, ꝙ ei obſtet, ſed impedimentũ minoris ætatis eſt ſublatũ per ſtatutũ, ꝙ diſponit in hac forma, videlicet, legitimã autem ætatem dicimus, & interpretamur 18. ann. completorũ in omnib. negocijs, & cõtractib. & iudicijs, ſeu cauſis, cuius ſtatuti generalis ſanctio eſt, de teſt. mil. l. in fraudẽ. §. fi. Cõtrariũ eſt ipſa veritas, quia conſiderandũ eſt, ꝙ iſtud ſtatutũ loquitur in caſibus ſeu membris, ſcilicet in negocijs, in cõtractibus, in iudicijs, in cauſis. Et ſi dictio, ſibi, exponatur expoſitiuè, non ſunt niſi tres caſus. iſtud patet ex forma ſtatuti, ſed ſi ita eſt, ꝙ tutela nõ eſt negociũ, nec cõtractus, nec iudiciũ, ſeu cauſa: ergo ſtatutũ non loquitur de tutela, conſequẽtia patet per id, quod no. in ſimili. C. de ann. ex. l. vt perfectius. C. de ſacroſ. eccl. l. fi. antecedens probatur apertiſſime, qm̃ tutela poteſt cõſiderari dupliciter, primo modo, & ſubſtantiuo modo prout eſt in iure officij. Secundo, & conſecutiuo modo prout eſt in actu exercitij, & ſublato primo tollitur & ſecundus: qa qui remouetur à primo, remouetur à potentia adminiſtrationis, & per cõſequens remouetur ab actu, & qui nõ eſt idoneus ad eſſe, & ad formam eſſe, non eſt idoneus ad operari, quia operatio arguit formam, vnde operatio ſumitur per locum à forma, & præpoſterum eſt prius aliquid eſſe in actu ſecundo, ſeu operatiuo, quam in habitu, hoc probatur per remotionem & per obſtantiã. Nam remotus ab officio tutelę remouet̃ ab exercitio. ff. de ſol. l. ꝙ ſi forte. §. 1. & cui obſtat, ne incipiat eſſe tutor, obſtet, ne adminiſtret vt tutor. ff. de eo, qui pro tut. l. quæro. Itẽ tutela p̃t conſiderari, prout infert̃ tutori neceſſario. Scđò prout offertur tutori voluntario, id eſt matri, & auiæ. Tertiò prout adminiſtrat̃. Si verò quæratur, eſt ne tutela negociũ? certè non ſed eſt vis, ac poteſtas in capite libero ad tuendũ, &c. ff. de tut. l. 1. & inſtit. de tut. in prin. Et eodẽ modo tutela nõ eſt contractus: quia contractus eſt facti, de cur. furio. l. conſilio. §. fi. tutela vero iuris. Item tutela non eſt iudiciũ, nec cauſa: ergo loquendo de tutela ſumus in iure communi, ergo mater minor 25. ann. tutrix eſſe nõ poteſt. C. de leg. tutela. l. fi. quia caſus à ſtatuto omiſſus iuris cõmunis diſpoſitionem admittit. l. ſi cum dotẽ. in prin. ff. ſol. mat. & l. ſi verò. §. de viro. ff. de legi. l. de quibus. in prin. quid autem ſit negocium, & quomodo dicatur quaſi negans ocium, itaq; facti eſt, & in facto conſiſtit, patet. ff. de neg. geſt. per totũ. & extra de verb. ſign. c. forus. & ff. mand. l. ſi procuratorẽ. §. 1. & l. ſi quis negocia. cum infinitis ſimilib. concludendo igitur apparet, ꝙ ſtatutum non loquitur de tutela, quia tutela nõ eſt negociũ, nec econuerſo, & expreſſum eſt. ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. quanquã. & ad iſtam rationẽ non poteſt reſponderi. Secũda ratio eſt, ꝙ mulier gerat tutelã, eſt ſpeciale in matre, & auia. Item ꝙ minor gerat tutelã, eſſet aliud inconueniens. ff. de cur. fur. l. cuius bonis. Sed duo ſpecialia, & inconuenientia non patitur lex, vt C. de dot. promiſ. l. 1. & iſta etiã ratio eſt bona, & vrgens. Tertia ratio eſt, quia qui in integrũ reſtitui poteſt, non eſt defenſor legitimus. ff. de proc. l. minor. 25. ann. ſed iſta minor 25. an. poſſet in integrum reſtitui, ſi teneretur aliquid facere, vt ff. de arb. l. cum l. vltimo reſponſo. v. g. temerè negligit, nam in negligendo nõ dicit ſtatutũ, ꝙ habeat legitimam ætatẽ, & iſta etiã ratio cogit ad ſic dicendũ, quia negligentia non eſt de quatuor caſib. à ſtatuto comprehenſis: & tamẽ iudicio tutelæ nõ poteſt purgari. Quarta ratio eſt, quia in tutore non ſolũ attenditur ætas, ſed conſiliũ, & maximè in muliere, vt C. quand. mul. tu. officio fungi poteſt. l. 2. ſed ſtatuti authoritas nõ reprenſentat conſilium, vbi non eſt, quia non repugnat materia, ar. de vſuf. ea. rerum. l. 2. Quinta ratio eſt: quia iuramentũ repræſentat quẽ maiorem: tñ adultus iurando non veniret cõtra, non propterea eſſet tutor, vnde nõ ſufficit ficta ætas, quia robur animi, & virium vigor non ſtat in fictione: ſed in perfectione ætatis. ff. de mi. l. 1. Sexta ratio, quia puellarũ conſiliũ per ſe non ſufficit. C. de nup. l. in coniunctione. Septima ratio: quia priuilegiũ minorum nõ debet porrigi ad iniuriã aliorũ. ff. de admin. tut. l. impuberi filio centurio. Octaua ratio: quia ſtatutũ nõ debet trahi ad iniquum intellectũ. ff. de vul. ſubſt. l. ex facto. vnde prauus intellectus, aut fatuus, aut calidus eſt, in Auth. conſtitutio. quæ ex aſc. & libera natos. poſt prin. col. 5. vbi eſt tex. notabilis. Nona ratio: quia nullus tutor adminiſtrat, niſi iudex decernat adminiſtrationem. C. arb. tu. l. fi. Sed iudex ſapiens nõ debet decernere inſipienti, ſeu parũ ſapienti: ſicut ſunt iuuenculæ, qa iuueniles calores prompti ſunt ad ruinã, de bo. quæ lib. l. fi. §. filius autẽ. Decima ratio: quia tutela, & cura gubernatiua indiget ſapiẽtia, & mẽtis integritate quæ in minorib. nõ eſt, ſed adeo inualida, vt nec beneficio ætatis renũciare nõ poſſit, nec alio auxilio. ff. de noua. l. doli. §. diuerſum. ff. de min. l. ſi iudex circunuento. cũ igit̃ in minore nõ cadat renũciatio beneficiorũ, ergo nec tutela, vt in aut. ma-
2 tri & auiæ, & hæc eſt ipſa veritas. † Sequitur igit̃ excluſa mr̃e videre de auia paterna, & materna, q̃ præferat̃: an verò vtraq; admittat̃ ad tutelã. Et ſciendũ eſt, ꝙ huiuſmodi mulieres interdũ ſunt tutrices teſtamẽtarię, interdũ pluſquã legitimę: cũ omnib. legitimis præferunt̃. interdũ datiuæ: cũ dãtur à iudice de cõſciẽtia legis. p̃nt em̃ relinqui, & dari, vt d. auth. in in verbo, permittitur, & ſiquidẽ concurrãt, nõ eſt dubium, ꝙ ambæ vocãtur, vt in Auth. de hær. ab int. §. ex his. vbi eſt expreſſum. ſed ponamus, ꝙ vna ſola ſit data, & de alia nõ ſit facta mẽtio, quærit̃, an alia dari, vel adiũgi poſſit, & vr̃, ꝙ nõ: quia tutorẽ habẽti nõ dat̃ tutor: licet ipſi late diffuſo patrimonio poſſit adiungi curator, vt C. in qui. ca. tutor habenti. l. pp itẽ. & inſt. de cur. §. interdũ: quia cura adiungitur in partẽ ſolicitudinis, nõ in plenitudinẽ p̃tãtis. ff. de app. l. cũ in vno. §. tutor. præterea ſi quilibet alius datus pp maternã cunctationẽ & earũ, ipſę eſſent excluſæ. ff. de tu. & cur. da. ab his. l. tutor ſi petitus. ff. ad Ter. l. 2. §. ſi mater. Scđò aut vna dat̃ in cõtumaciã alterius, cõſtito iudici de cõtumacia, & alia citata, & tunc à tutela ſe facit alienã, quæ contumaciter abfuit. ff. de fidei. lib. l. ſi legatario. §. à duob. Aut de hoc nõ eſt quæſitũ coram iudice, nec fuit citata, & tunc vna per alteram nõ excludit, ſicut nec ab hæreditate: qa quo hæreditas & eo tutela vadit. ff. de re. iu. l. quo tutela. & ſi dicat̃, tutorẽ habẽti nõ dat̃ tutor. rñdeo, verũ eſt, niſi ille, qui de prin. debuit dari, qui habuit ius petendi ſe dari à quo iure nõ reperit̃ excluſus. itaq; cõcludo ambas auias, ſi ambæ ſunt idoneæ, cõcurrere debere in præſenti tutela, cæterũ in tutore, cui non cõpetebat ius ſe petendi tutorẽ dari, verũ eſt ꝙ nõ p̃t dari tutor habenti, & ita teneo per dictũ. §. ex his. ſicut em̃ concurrunt auiæ in legitima, & potiori tutela, ita in iſta datiua, quæ ſubrogat̃ loco illius, & datur de cõſcientia legis, vtriuſq; pariter intereſt, & pupillæ, intereſt pariter habere eas, ne altera ſola poſſit machinari, &c. Et ita dico, & cõſul. Eg. Bal.

## CONSILIVM CVI.

1 *Ciuis originarius alicuius loci ſi quis ſit, contra quem ſunt conceſſæ repreſaliæ: & ſit ciuis priuilegio loci concedentis repreſalias, an vigore talium repreſaliorum poſſit capi.*

2 *Caſtra exempta per principem non includuntur ſub ciuitate, vel diſtrictu.*

3 *Tempore nundinarum quis capi non poteſt vigore repreſaliarum.*

1 In Dei nomine. † Quod dictus Graſſus nõ potuerit capi occaſione dictarũ repreſaliarũ, manifeſtè patet pluribus rationibus. Et primò, qa cum ſit ciuis, debet tractari vt ciuis: etiam potiori ſignificato, ſi eſt neceſſe, id eſt tanquã originarius. ff. de verb. obl. l. quidã cum filium. nam iſtud eſt beneficiũ, & ideo latiſſimè interpretandũ de conſt. prin. l. beneficiũ. niſi eſſet reſtrictũ per alias leges: ſed ciues maximè originarij Peruſini nõ poſſunt capi ob repreſalias à cõmuni Peruſij conceſſas: ergo iſti non poſſunt capi, qui ſunt eiuſdẽ rationis, & conditionis, vt ff. de iu. fiſ. l. ſed ſi accepto vſu togæ. Secundò, quia ciuitas tenetur ciuem ſuum ab alijs defendere, de rei ven. l. 1. §. per hanc. l. de iure. ad muni. ergo ipſum nõ debet iniuria afficere, vt ff. de cõd. inde. l. frater à fratre. §. porrò. ergo quia ciuitas nõ intelligit̃ cõtra ſeipſam cõcedere. ff. de pec. leg. l. ſi pec. §. ſicut. ſed iſtud redundaret cõtra ſeipſum, cuius in-
2 tereſt, locupletes ciues habere. † Quartò: quia caſtra exempta per principẽ nõ includũtur ſub ciuitate, vel diſtrictu, cum ſint diuiſa. ff. de aſſeſſorib. l. eadẽ. Quintò: quia aut iſte non eſt in aliqua culpa: & tunc iniuſtũ eſt eum capi: aut eſt in aliqua culpa: & tũc p̃t cõueniri iure ordinario: qa ciuis. ergo ceſſat remediũ ex-



traordina-

traordinariũ repſaliarũ,de cõd.inſt.qa ratio,de prima ptãte cõ-
3 gruentius.l.1.§.hẽt vtiq;.ff.ſi qs teſtõ liber iuſſus fuerit.† Sextò
pp nũdinas.C.de nũdinis.l.nũdinæ. nã publica vtilitas verſať in
nũdinis,& fauore publicæ vtilitatis,q̃ pferť priuatæ, ceſſant in-
terim repreſaliæ:qa iſti nõ ſunt hoſtes reipublicę, nec diffidati.
illi .n. pp publicã vtilitatẽ, q̃ eſt, vt purgeť malis hominib. pro-
uincia,pñt capi, cũ gñalis ſecuritas nõ patrocineť eis, in Auth.
de man.prin.§.neq; aũt homicidis.ex omnib.apertè cõcludo,ꝙ
dictus Graſſus debet relaxari, & res dẽnt ſibi reſtitui, ſi quæ ca-
ptæ ſunt ob iſtas repreſalias, valeãt ergo repreſaliæ, cõtra quos
poſſunt,ſed iſtũ,& ſimiles non includunt. Et ita dico. Ego Bal.

CASVS.

Punctus talis eſt, Gaffredutius do.Iac.egit contra cõe,& ho-
mines ciuitatis Caſtelli corã officialib.ſuper repreſalijs,ex com-
miſſione eis facta authoritate adunantiæ gñalis, & inſpiciať hic
libellus,citatũ fuit cõe Ciuitatis Caſtelli, cõparuit ſyndicus cõ-
munis,& terra oppoſuit in effectu primò,ꝙ repreſaliæ non pñt
cõcedi,niſi primò appareat iuſticiã denegatã eſſe in ciuitate, cõ
tra quẽ petunť,& ideo Gaffredutiũ nõ audiendũ,niſi primo ſo-
lenniter agat in ciuitate Caſtelli, & appareat iuſticiã ſibi dene-
gatã eſſe ibidẽ. Scđo,ꝙ in capitulis pacis,factæ Bononiæ cũ Ec-
cleſia Romana cõtra eorũ complices, & ſequaces ex vna parte,
& cõe Peruſij ex altera remiſſæ fuerũt hincinde oẽs robarie,ra-
pinæ,caualcatæ inter dictas partes , & ciuitas Caſtelli tunc erat
de cõplicib. & ſequacib. eccleſiæ. Tertiò de laudo dato, & lato
per cõe Florentiæ , & cõe Peruſij ex vna parte , & cõe ciuitatis
Caſtelli ex altera, ꝙ reſpicit. tandẽ datus fuit terminus Gaffre-
dutio ad probandũ,& per nunciũ,& literas officialiũ notificatũ
fuit cõmuni ciuitatis Caſtelli. tandẽ citatus fuit dictũ cõmune
pro parte dictorũ officialium ad petitionẽ dicti Gaffredutij, vt
legitimè cõpareat ad videndũ publicationẽ proceſſus inter an-
nũ. publicatus fuit terminus ciuitatis Caſtelli ad probandũ, &
probatum habendum de omni iure, & ad inducendum, & pro-
ducendum omnia eorum iura, & notificatũ fuit dicto cõmuni
per nunciũ , & literas officialiũ in termino prædicto. Cõparuit
ſyndicus cõmunis Caſtelli, & produxit cõmune cõpromiſſum
factũ per cõmune Peruſij ex vna parte,& cõmune ciuitatis Ca-
ſtelli ex altera in cõmune Florentiæ, & laudũ datũ per cõe Flo-
rentiæ,ꝙ etiã videať,quæritur,quæ ſint partes officialium, &c.

CONSILIVM CVII.

1 *Repreſaliæ quod concedi non poſſint cõtra aliquem populum niſi poſtquam fuerit ſibi denegata iuſticia: ſed ſi populus commiſerit aliquam iniuſticiam, non petita iuſticia à iudice dicti populi repreſaliæ legitimè conceduntur.*
2 *Legati habent ſecuritatẽ à iure gentium in eundo, & ſtando, & redeundo.*

1 In Dei nomine. † Quãdo quis recepit iniuſti-
ciam à populo prædante, non
habet corã iudice populi agere cõtra populũ, duab. rationib.
quia iniuſticiã facit deprędando, vnde nõ eſt alijs indicijs opus.
ſcđo: quia nõ tenetur quis adire cõtra populũ iudicẽ populi: &
ideo de iniuſticia populi patet delinquendo, & de iniuſticia iu-
dicis patet præſumendo, vt in c.ſtatutũ.§.cum aũt. de reſc.lib.6.
ergo populo expreſsè delinquente poſſunt repreſaliæ concedi:
quia eo ipſo apparet, ꝙ populus delinquat, vt in Auth. qua in
prouincia.Item quia nõ eſt iudex,niſi fauorabilis. capitula non
obſtant: quia ambaſiatores habent fœdus de iuregentiũ, vnde
nõ ſunt in guerra, ſed in fœdere. & ideo ablata debent eis reſti-
2 tui: quia contra iuſgentiũ factũ eſt, † quia omnes legati habent
ſecuritatẽ in eundo, ſtando, & redeundo, ambaſita ſua ſignifica-
ta per prius his, ad quos dirigunt: vbi per prius eſſent inimici, &
hoſtes, vt no. ff.de pac.l.cõuentionũ. in vlt.gl. ideo remiſſio ab-
latorũ occaſione guerræ nõ continet hunc ſpecialẽ caſum offi-
cialis: ergo debent concedere repreſalias. Et ita dico. Ego Bal.

Factũ conſilij reſcripti tale apparet, cenſum ſolutũ pro qua-
dã petia terrę plurib. vicib. in hac forma, videlicet, dictus prior,
nomine quo ſ̃, fuit cõfeſſus habuiſſe ab Antotio Nicolutij Por-
tæ ſolis in parochia S.Lucię datũ pro conſer.pręſentis anni, pro
quadã petia terræ vineata poſita in Valle Valliani, fines cuius ab
vno res monaſterij S.Pauli Faueronis, ab alia Maſſius Cicionis,
ab alia via Lucas Ser Pauli dictus de Peruſio: de quo cenſu ſub
dicta proteſtatione, ꝙ ſi aliquo iure deuolutũ eſſet dictæ eccle-
ſiæ, non recipit dictũ cenſum in præiudicium dictæ eccleſiæ, &
dict. Ant. fuit confeſſus proprietatem dictæ rei tenere, & poſſi-
dere dicto iure. modo dictus Ant. dicit partẽ tantum dictæ rei
eſſe libellariam, licèt ſolutio fuerit facta ſimpliciter, & fides ſu-
pradict. rem complectatur. Et ſuper eodẽ puncto bis conſului,
vt ĩ patet ſtatim, & primum conſilium propter id, quod addidit
de confeſſione, erat potius contra clientulum , quam pro ipſo,
& ideo iterato conſului propter nouas rationes.

CONSILIVM CVIII.

1 *Solutione plurium annorum alicuius penſionis, cenſus, canonis pro aliqua re, quæ pro parte tantum erat emphyteutica, an præiudicatur ſolutione.*
*idem, & in ſequenti conſilio.*

1 In Dei nomine. † Quando conſtat de formali
origine contractus emphyteu
tici, ex quo apparet, quod, & quantum, emphyteutica ſolutio
cenſus ſiue canonis ſimpliciter facta intelligitur ſcđm quid, &
quantũ, prout in origine apparet: quia ſolutio ad debitũ, nõ ad
indebitũ referenda eſt. ff. de ſol.l.1.C.eo.l.1. cum ſua materia. &
quia pro re propria ſi quis canonem ſoluit, non præiudicat ſi-
bi. C.locati.l.qui rem. & plenè no. ff. de acq.poſ.l. ſi aliquã rem.
& ideo non obſtante dicta ſolutione veritas originalis tanquam
prima cauſa, & fundamentum inſpici debet. ff. de don. l. qui id,
quod. & deſcriptio finiũ oſtendit corpus rei, ſed nõ qualitatem
rei, quia debet intelligi ſcđm principale inſtrumentũ, ad quod
refertur. ff. de contrah. emp.l. qui tabernas. de leg.1.l.ſi domus.
§.fi.confeſſioni tamen ſtandũ eſt, niſi contrarium probetur per
inſtrumentum originale, id eſt, per reformam, cui ſtandum eſt.
Et ita dico. Ego Baldus de Peruſio, &c.

CONSILIVM CIX.

1 *Emphyteuticæ res, vt ſciatur, quæ, & quantæ ſint: recurrendum eſt ad inſtrumenta antiqua: & ſi inſtrumenta non reperiantur, probandum eſt per teſtes, & ſi nec per inſtrumenta, nec per teſtes poteſt probari, recurritur ad coniecturas.*

1 In nomine Domini. † Ad ſciendũ quæ, &
quantæ res ſunt em-
phyteuticæ, recurrendũ eſt ad inſtrumenta antiqua, quib. indu-
bitata lux veritatis aſſiſtit, vt ff. de prob.l.cenſus, & monumen-
ta, & ſi per inſtrumentũ apparet quid, quãtum, & quale ſit em-
phyteuticũ, proprio ſtatur inſtrumento, nec eſt coniecturæ lo-
cus: quia in incertis non certis locus eſt coniecturæ. ff. de verb.
obl.l.continuus.§. cum ita. Si autẽ non apparet per inſtrumen-
tum certum, quia emphyteuſis eſt multũ antiqua, pro veritate
poſſeſſionis recurritur ad teſtes antiquos, ſi qui ſunt, & ad fa-
mam, cuius cõtrarij memoria non exiſtit. ff. de aq. plu. ar.l.1. in
fi.ff.de probat.l.2. de aq.quoti.l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de
flu.l.1.§.1. nam tanta fama habetur pro veritate, vt extra de ver.
ſig.c.quid per nouale. ſi aũt nec poteſt pro certo liquere, recur-
ritur ad coniecturas & inter cæteras meliores coniecturas, quæ
ſint ad probandũ de prædio, eſt probatio quãtitatis precij: quia
iſta habent inter ſe probationem, hoc dicit gl.no.in l.1.ff. de ſu-
perficieb. moueri ergo debet, qui æquitatem examinat, conie-
ctura precij conuenti: non enim eſt veriſimile, nec tolerabile
rem valentẽ duo millia eſſe vendita pro quadringentis. ſed pro-
portionaliter tantum in re eſſe, quantũ deſignat menſura pre-
cij conuenti, & ita dico in propoſita quæſtione, ꝙ præſumatur
aliquid de iſto corpore libellorum, ꝙ forte antiquitus erat vnũ
prædiũ per ſe. hoc enim poſſibile, & veriſimile, nam niſi ſic di-
camus, eccleſia propter incertitudinem loci, & quotæ agendo
ſuccumberet, vt no. ff. de rei ven.l. ſi in rem agat aliquis. vñ iu-
ſtius eſt proportionaliter vincere, quã in totũ ſuccumbere. Ex
quantitate precij debet veritas præſumi iuſtũ hincinde eſſe cõ-
tractũ, & nõ iniuſtũ, vt lex dicit, ꝙ ad magnã rem modicũ preciũ
non ſufficit. l.ita aũt. in prin. de admin.tu. & maxima eſt, quæ in
quadruplo maior. ff. ad Treb.l.Lucius.§.fi. & omnes ſolutiones
cenſus, quæ poſtea factæ reperiuntur, ad ſuum principiũ refe-
runť, vt ff. de min.l.3.§.Seio. ff. de fideiuſ.l.tut. ff. de do.l.quicqd.
§.ſi cũ primus. & ff. de ſol.l.1.cũ l.ſeq. & ſi quis aliter diceret, de-
beret tenere, ꝙ illud inſtrm non valeret tanquã incertum re, vt
tangitur per Cy.in l.1.C.de contrah. & commit.ſtip. ꝙ tamẽ nõ
credo, ſed dico reducendam ad debitam cõſiderationem æqui-
tatis, & proportionis. facit quod conſueuit per doct. notari in
l.1.ff. de reb.du. & C. ne liceat poten.l.1. & 2. & C.mand.l. per di-
uerſas. ff. de in diem adiect. l. cum duo. ff. ſi. reg.l. in finalib. & l.
eos. ff. de leg.3.l. qui cõcubinam.§.qui fundum. el 2. & ff. de act.
emp.l. Titius hæres. Et ita dico, & conſulo. Ego Baldus.

CONSL.



CONSILIVM CX.

1 *Duo ſi ſunt ſocij, & quod vnus ipſorum aliquid fideiubeat, an, & quando, & quam actionem habeat fideiuſſor contra alium ſocium.*

In Chriſti nomine. Conſideranda eſt obli-
gatio, quę actionẽ fide-
iuſſori pariat, & iſta eſt obligatio mandati redacta in ſtipulatio-
ne cõſeruationis indemnitatis. mãdati aũt nõ tenetur, niſi reus,
1 qui mandauit, vel alius, cuius nomine mandauit. † Socius autẽ
eius an teneatur, primò videndũ eſt, quid iuris de iure cõmuni.
Scđo quid iuris eſt ex forma ſtatuti. Et de iure cõi dicendũ eſt, ꝙ
aut fideiuſſio eſt vtilis ſocietati aut vni ex ſocijs, alteri aũt nõ ex-
pediebat: aut dubitatur. primo caſu tenetur vterq;. ff. de inſti.l.
cuicunq;. Scđo caſu tenetur ſolus mandans. ea.l.§.nõ tñ omne.
Tertio caſu aut fideiuſſio dẽt cõcipi ſub noĩe cõpreſſiuo ipſius
ſocietatis, & tenetur vterq;. Aut nõ cadebat niſi in vnũ ſociũ, &
tunc ipſe ſolus tenetur, ar. ſ̃ de proc.l.ſi proc. meus.§.fi. vbi po-
nitur ſimilis diſtinctio, ſi ille ſocius, pro quo fideiuſſor nõ inter-
ceſſit, eſſet debitor eius, pro quo interceſſit: quia tunc ſeruato
ordine iuris ageret cõtra ipſum, tanq̃ cõtra debitorẽ debitoris
ſui. In ꝓpoſita aũt quæſtione ꝓponiť ecõtra ſcil. ille, ꝓ quo non
poſſit fideiuſſit, erat creditor ex culpa ſocij factus. l. de illo. pro
ſocio. vbi eſt aduertẽdũ: ꝙ fideiuſſor, qui teneť ꝓ reo, teneneť ita
ſocij eius, ſicut alij creditores: qũo igiť teneť ei, & ex eodẽ facto
agit cõtra eũ nõ ꝓponẽdo: ponamus, ꝙ Per. ſolueret fideiuſſori
ex culpa Bern. nõ repeteret à Bern. certè ſic, & ſi hẽt Bern. obli-
gatum, ergo & dictũ fideiuſſorẽ? ergo dictus fideiuſſor dolo pe-
tit, ꝙ redditurus eſt. nã fideiuſſio eſt gñalis in omnẽ cauſam ne-
gatiuã, & in omnẽ perſonã, & omnib. prodeſt, quorũ intereſt.
Præterea iſta noua ſocietas nõ reſpicit verũ mandatũ, ꝙ ante ip-
ſam factũ eſt, & quia facta eſt nouario contractus. ff. de fideiu.l.
ſtipulatus eſt opus. ff. pro ſoc.l.id, ꝙ.§.filius. C.locati.l. ſi cũ Her
mes. Nõ ob. ſtatutũ, quia loquiť de ſocio, ſed quò ad iſtud man-
datũ, vñ naſcitur actio, ille nõ eſt ſocius. quia nõ fecerunt ſocie-
tatẽ ad hunc actũ, nec reſpicit intereſſe commune, ſed intereſſe
proprium, & ſingulare vnius ſocij, vnde ſocietas non deberet.
ff. pro ſoc.l.cum duob.§.fi. quia ſeorſum negociantes, & in hoc
ſe non cõtingentes, vnde non video cauſam petitionis fundatã,
& ideo reo contento in eo prauo iudicio debet abſolui, ſalua
ſubſtantia veritatis cui ſemper ſubmitto omne dictum, & con-
ſilium meum. ita dico, & conſulo. Ego Bald.

CONSILIVM CXI.

1 *Inuaſorem an, & quando, & qua pœna teneatur, qui occidit, vel mutilat.*
2 *Signa quæ oſtendant timorem mortis in eum, qui fugit aggreſſus, vt probabiliter ſe poſſit tueri, quod timore mortis occidit aggreſſorem.*
3 *Signa, quæ oſtendant timorem mortis in eum, qui fugit aggreſſus.*
4 *Cedi ab inimico expectare quis non debet.*

1 In Dei nomine. † Qui mortẽ aliter vitare non
valens ſuum occidit, vel muti-
lat inuaſorem, pœna homicidij nõ tenetur, vt in c.1. de homici-
dio. in cle. & licet lex dicat, homicida, ꝙ fecit, expectet, vt l.3.C.
2 de epi.aud.† tñ excipitur, ſi ſit ad defenſam perſonæ ſuæ, & ma-
ximè qñ timebat de morte non vano timore ſed terribili. ne-
minem eñ inuenies, quem arma, & gladius euaginatus nõ ter
reant. ff. de vi, & vi ar.l.3.§. qui armati. vnde cum aliter ſe tueri
nõ poſſet, interfecit, in dubio videtur in diſcrimine conſtitutus
& pœnã non meretur. ff. ad l.Aquil. l.ſcientia.§. qui cum aliter.
& C.ad l.Cor.de ſic.l.is, qui aggreſſorẽ. ꝙ autẽ aliter ſe tueri nõ
poſſet à morte, vel graui offenſa, qualitas oſtendit armorũ. ex-
tra de hom.c.ſignificaſti. nõ eñ cõſueuit, virga maſchiũ leuem
plagã inferre, præſertim cũ eſt in manib. hominis robuſti, vt no.
C.vñ vi. l.1. hoc igiť homicidiũ fuit factũ permittente iure na-
turali, & ciuili. ff. de iuſt. & iu.l.vt vim. adeo ꝙ non valeat ſtatutũ
cõtrariũ: quo caueť, ꝙ non poſſit quis perſonã ſuam defendere
ab iniuria, vt extra de re iud. c. paſtoralis. in cle. nã nec per con-
ſenſum id fieri poſſet, vt no. ff. de pa.l.pactũ inter hæredẽ. modo
in fortius per ſtatutũ, ꝙ ſimpliciter loquiť, ideo de pœna intelli-
gitur liquidè de caſu culpabili, non de caſu licito. C. de nox. l.ſi
ſerui veſtri, ne ſubiecta innocẽtia feriať. C. de act.l.fi. imo videť
ſtatutũ gloſſãdũ, ſicut gloſſať ius cõe. nã iſtud ſtatutũ ad limita-
tionẽ iuris cõis factũ vř: imo eſt ipſum ius cõe, ex quo à iure cõi
nõ diſcrepat, vt no. in c.1.de cõſt.lib.6. extra de cõſue.c. cũ dile-
ctus. nã ſtatutũ dẽt intelligi ſane, ita ꝙ ipſius ratio, & natura nõ
reſpuať, 4.diſt.erit aũt lex. Certũ eſt aũt, ꝙ in pœnis corporalib.
requiriť dolus. C. de falſis.l. nec exemplũ. ff. de ſic. in leg. Nunq̃
eñ reperiť, ꝙ ob ſimplicẽ culpã qs dẽat pdere mẽbrũ, aut vitã,
cũ nec famã pdere dẽat, vt no. inſt. de ſu.tu.§.ſuſpectus. & no. in
§.pœ.grauior. & de in litẽ iur.l.ma. hoc expreſsè legiť. & no. in c.
Fed. in §.ſi qs hominẽ. de pace tenenda, & eius viol. col.10. Itẽ ſi
culpa eſt nõ defẽdere aliũ, cũ poſſis, dolus eſt nõ defendere te-
ipſum, cũ dẽas: & ideo nãles, & ciuiles rõnes in defenſione pro-
priæ ſalutis cõcurrũt: dũmodo fiat moderatè. porrò ſi excedať
modus, dũmodo incõtinenter fiat, nõ puniť de toto, ſed de tan-
to. i. trãſgreſſione modi, de reſt.ſpol.c.olim. Sciẽdũ eſt, ꝙ qñ qs
ꝓbabiliter timet, ne occidať, modus eſt ſe tueri, & meditatio eſt
ipſe timor mortis, vel ineuitabilis, quẽ timorẽ oñdit qualitas p-
ſonarũ, & inſtructa audacia, aggreſſoris arctatio, loca, & ſimilia,
q̃ apparẽt ex circũſtãtijs, ex quib. dẽt moueri animus mediantis,
3 vt no. in d.c.1. de homicid. in cle. † Et certè in facto, in quo quæ-
ritur, quæ ſint circũſtãtiæ, nedũ ꝓbabiles: ſed violẽtæ, in primis
neceſſitas rõne arctationis, ſcđo fuga, & inſultus, tertiò, qa in-
cõtinenti. 4. qa à robuſto 5. qa iã vulnerauit 6. qa incepit rixã 7.
armorũ qualitas. Vltimò naturalis æquitas: nã qlibet de ſua vita
ſolicitus hoc feciſſet. vñ ꝙ omnib. licèt, nõ debet vni nõ licere,
hoc plene examinať. C.vñ vi.l.1. & d.c. ſignificaſti. de homic. &
certè ſeries denũciationis oñdit. C. de lib.cau.l. cũ precũ, & te-
ſtimoniorũ fides, & depoſitio, quapropter certitudinaliter dẽt
4 inquiſitus abſolui ſcđm ea quæ ponũtur, † imo in certatione nõ
debet quis expectare cedi ab inimico. cum inimico cõtra ſe ve-
nienti liceat, ne ſe approximet, lapidẽ cedere. d. §. qui cum ali-
ter. nemini dubium eſt venientem cum tali animo occidendi,
vel vulnerandi, cui vulneri poteſt ineſſe mors. c.vlt. de homici-
dio.lib.6. veniri ad l.Cor.de ſicar.l.is qui cum telo. vnde licitum
eſt in tempore præuenire, cum huic aggreſſori telo obuiare o-
porteat, vt latroni. C. quando licet ſine iud. ſe vin.l.1. & l. oppri-
mendorum. in ratione naturali illius literæ. & ff. ad l. Aquil. l.ſi
ex plagis.§.tabernarius. Ego Baldus.

CONSILIVM CXII.

1 *Stante ſtatuto, quod nullus artifex in feſtiuitatibus, in quibus ſunt feriæ in maleficijs, audeat, vel præſumat laborare, cameram aperire, vel artem facere. An Iudæi dictis diebus poſſint pignora accipere, fœnus exercere, & ipſa pignora petentibus, & ſoluentibus reddere.*
2 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*
3 *Fœnerare eſt contrahere.*
4 *Ars quid ſit.*
5 *Fœneratores non ſunt artifices.*

1 In Dei nomine. † Statutõ cauetur, ꝙ nullus ar-
tifex in feſtiuitatib. in quibus
ſunt feriæ in maleficijs, audeat, vel præſumat laborare, camerã
aperire, vel artẽ facere. Quęritur, an Iudæi dictis diebus poſſint
pignora accipere, fœnus exercere, & ipſa pignora petentib. &
ſoluentib. reddere, & eorũ apothecas, & fundicos tenere aper
tos nõ obſtante diſpoſitione ſtatuti. & videtur, ꝙ contineãtur,
2 † nam talia ſubiecta ſunt, qualia prædicata demonſtrant. ff. de
interro.act.l.ſi defenſor. ſed certũ eſt, ꝙ dictis diebus ſunt feriæ
in iudicijs: etiam quo ad Iudæos: vt C. de Iudæis.l.ſabbati: ergo
quo ad hoc, vt nõ poſſint dictis dieb. laborare, cameras aperi-
re, vel artẽ facere. in cõtrariũ eſt ipſa veritas plurib. rationib. &
primo: quia ad obſeruandũ feſtiuitatẽ feſtorũ inductorum per
ſanctos patres catholicos nõ tenenť: quia non coguntur ad opi.
& veritatẽ catholicam venerandã, de Iudæis. c.ſicut 45.d.c.qui
ſincera. & cõſtitutiones Chriſtianorũ ligãt eos in temporalib.
non in ſpiritualib. eorũ, nec relatiuis, in eorũ ſpiritualibus vt in
cultu dierũ, 8.d.c.ſi ſolus Chriſtus. & ibi no. Scđo: quia cuſtodia
ipſorũ dierũ dedicatorũ eſt inducta nõ ſolũ in honorẽ Dei, ſed
in ſalutẽ animarũ, in qua nõ includũtur Iudęi, de leg.2.l.Lucius.
el 2. Tertiò, quia Iudæi nõ dñr artifices: quia non ſunt cõnume-
3 rati inter artes matriculatas. ff. de teſt.mi.l.ex eo. † Quia fœne-
rari eſt contrahere: ſed in cõtractib. nõ ſunt feriæ. C. de ferijs.l.
4 dies feſtos. † Et hoc patet ex diffinitione artis. nã vbi non eſt re-
gula, ibi nõ eſt ars, vt no. ff. de iuſt. & in l.1.ſuper verbo, ar. Nã ſi-
5 ne ingenio regula nõ eſt ars. † Et ideo fœneratores nõ dñr arti-
fices. Quinto: qa ſcđm vſum linguæ vulgariũ nõ appellãtur arti-
fices: ergo nõ cõtinenť ſub municipali ſtatuto. ff. de le.3.l.libro-
rũ.§.ꝙ tñ Caſſius. Sextò: qa minimè ſunt mutãda, q̃ ſp obſeruata
ſunt, & populo placẽt, ẽt ſi nõ fierẽt per diffinitiuã ſñiam, de ad-
min.tu.l.ſine hær.§.Luc. Septimò, quia omni die egemus pane,
vt no. C. de fer.l. publicas. & ſic omni die expedit pauperib. in-

uenire fœneratores,& maximè Iudæos: quia in comedendo, nõ ſunt feriæ, imo dieb. feſtiuis magis comeditur. Octauò: qa ſpãle eſt in dieb. lamentationũ,& dñicæ paſſionis,& paraſceuę, vt teneãt oſtia clauſa: ergo in alijs dieb. pñt aperire,& tenere aperta. de Iudæis.c.qa nõnullus. de Iudæis. Nonò: quia nõ hẽnt priuilegia ſpãlia, vñ nõ cõtinent̃ ſub gñali prohibitione, ex quo non ſunt nominati. extra de reſc.c. cũ ordinẽ. Decimò & vltimò: qa ipſorũ feſtiuitates nobis, & noſtræ ipſis ſunt infeſtæ, ergo non dẽnt obſeruari, ipſi em̃ nõ ſunt de noſtro ouili. Et ideo de eorũ ſpirituali ſalute nõ curamus, & eorũ tpalia lædere non declaramus. C. de Iudæis. l. nemo exterus. Et ſic cõcludo, ꝙ Iudæi poſſunt vti lege ſua, & quod pœna dicti ſtatuti nullatenus tenetur, nec in dicto ſtatuto pœnali aliqui includuntur. Ego Bal.

CASVS.

Punctus, ſuper quo conſiliũ petitur, talis eſt. quidã nomine Ioannes habuit in vxorẽ Franciſcam, & ex ea habuit vnum filiũ nomine Dominicum, dotis nomine d. Franciſcæ d. Ioan. habuit centũ. demum d. Ioan. deceſſit ſuperſtitib. dict. Petro ſuo patre, in cuius poteſtate erat d. Franc. vxor eius, & d. Dominicus ſuus filius poſtea deceſſit d. Dñicus in infantili ætate ſuperſtitib. auo paterno, & auo materno. modo quæritur, vtrum in bonis matris d. Dñici ſcil. Frãciſcæ. ſuccedãt auus paternus, vel maternus.

CONSILIVM CXIII.

1 *Infans ſi quis moritur in infantili ætate relicto auo paterno, & materno, quis iſtorum ſuccedat in bonis maternis dicti infantis.*

Per dñm Piſanum ptãtem proceditur contra quendam Io. in eo, de eo, & ſuper eo, videlicet quia ipſe Ioan. non debuerit occidiſſe Iunctam. opponitur pro parte d. Io contra dictũ proceſſum, ꝙ nõ poſſit, vel nõ dēat ꝓcedi cõtra eũ ꝓ d. homicidio, vel eius occaſione, qm̃ tpe dicti homicidij ſupraſcriptus Iuncta fuerat bãnitus cõis ꝓ maleficio, & erat, & eſt in cãcellaria cõi ſcriptus bãnitus & ꝓ bannito ꝓ maleficio, pp ꝙ tam ex forma ſtatuti Banni, q̃ ex forma ſtatuti Piſani cõis potuit impune offendi, & occidi: nec potuit, vel põt ꝓ homicidio contra eũ cõmiſſo p di. dñm ptãtem, vel eius curiã ꝓcedi. & hoc dr̃ vigore ſtatuti Piſani cõis poſiti ſub rub. de dante auxiliũ. in quo inter cætera continent̃ ſic, vc3, ſi quis vero exbãnit⁹ eſt, fuit, vel erit occaſiõe alicuius maleficij, poſſit offendi impunè à quolibet tã in ære, q̃ in pſona, & non audiat̃ ad rõnē tã in agendo, q̃ in defendēdo. itē vigore alterius ſtatuti poſiti ſub rub. de occidēte. in quo continet̃ in prin. ꝙ ſi qs occiderit aliquē, puniat̃ pœna mortis, & poſtea infra dr̃ in eo. ſ. ſaluo in p̄dictis, ꝙ ſi offenſus fuerit in banno Pi. cõis ꝓ aliquo maleficio à ſe cõmiſſo, vel eius occaſione, contra offenſorē ꝓcedi non dēt. econtra ꝓ pte curiæ dr̃ contra p̄dictũ Io. ꝙ vigore d. bãni, & ſtatuti defendi nõ põt, nec dēt à d. ꝓceſſu, & comprehenſis in eo, ex eo q̃a dictus Iuncta, q fuit occiſus, tpe quo fuit occiſus, & ante eũ eſſet ĩ carcerib. Pi. cõis ꝓ d. bãno, & condēnatiõe inde ſecuta fuit à d. carcerib. relaxatus à cõi Pi. ob miſericordiã in feſto S. Mariæ in medio Aug. ex for. ſtatu. Pi. cõis poſiti ſub ru. de carceratis ſub miſericordia relaxãdis quolibet anno, in vigilia p̄dicta 20. carcerati dēnt ad miſericordiã relaxari, & p no. cãcellariæ dēnt ſcribi pro rebãnitis. & liberari ab oĩb. bãnis, & cõdēnationib. pro quib. eſſent carcerati. Ex quib. dr̃ ꝓ parte dictæ curiæ, ꝙ vigore d. bãni d. Iuncta non potuit impunè offendi. contra ꝙ replicat̃ pro parte d. Io. ꝙ p̄dicta non ob. ex eo q̃a in d. c. ſtatuti poſito ſub rub. de dante auxiliũ exbãnito. inter alia continent̃ infraſcripta, vc3, & nullũ ꝓ exbãnito, vel rebãnito habebo, niſi ſcriptũ fuerit in cãcellaria in quaterno de cãcellaria p̄dicta exbannito, vel rebannito. Sed cũ p̄dictus Iuncta nõ fuerit, nec ſit ſcriptus in quaterno cãcellariæ p̄dicto ꝓ rebãnito, ſed ſit ſcriptus in eo ꝓ exbãnito, & eius bannũ ſit in ea forma qua ante dictã relaxationem de d. Iuncta facta vigore d. ſtatuti, dēt pro exbãnito hr̃i, & hr̃, & potuit impune offendi. Quæritur, q̃d iur. an d. Io. potuit ſe defendere de dicto proceſſu, necne, viſis dictis ſtatutis, quorũ copiæ mittantur in eis partib. in q̃b. expedit, quæ allegantur, & viſis allegationib. partium, quæ allegationes mittantur conſultori cum ſupradicto puncto.

CONSILIVM CXLII.

1 *Stante ſtatuto, quod banniti poßint impune offendi, ſi quis per delictum fuerit bannitus, & per reformationem fuerit liberatus, & appareat, non tamen in libro bannitorum, non potuit impune offendi, ſed ſi ignoranter offendatur, nõ tenetur offendens pœna corporali, ſed mulctabitur extraordinarie.*
2 *Factum quoties l. repræſentat, quod eſt faciendum ab homine, pro facto debet haberi.*

1 In Chriſti nomine. † Hæc qõ fuit ĩ ſimilib. terminis de facto in ciuitate Florentiæ, & fuit commiſſa conſilio dñorum Ia. de Bel. & Ia. Bu. doctorum illuſtrium, cuius qõnis, & conſilij tenor p oĩa talis eſt. In Chriſti, & B. Virginis glorioſæ, & crucis p̄cioſæ noĩe amen. Qõ proponit̃ ſub his terminis, factum tale eſt. Balducius, & Io. Clari. ciues Florentini vulnerati fuerunt quilibet eorum p ſer Fran. Auerardi, & quendã aliũ, de quib. vulnerib. facta fuit inquiſitio p iudicē maleficiorum: ꝓ parte inquiſitorũ dr̃, ꝙ Balduc. & Io. Clari vulnerati p̄dicti tēpore, quo vulnerati fuerunt, antea fuerãt, & erant, & adhuc ſunt exbanniti cõis Florentiæ ꝓ maleficio in libris maleficiorũ dicti cõis in camera exiſtentibus deſcriptis, q̃ ſcriptura banni fuit producta in publica forma, & oſtenſa iudici maleficiorũ de cã cognoſcenti: & per conſequēs dr̃, ꝙ prædicti Bal. & Io. potuerunt impune offendi ſcd̃m formã ſtatutorũ cõis Florentiæ, econtra dr̃ pro parte vulneratorum, ꝙ non obſtante, ꝙ reperiant̃ deſcripti bãniti, nõ potuerunt offendi, ex eo quia erant exēpti, abſoluti, & totaliter liberati à bãno, & pœnis, & grauaminib. in eis inſertis, & inducunt quandam reformationē cõis Florentiæ, & ſolutionē quantitatis pecuniæ, q̃ ſolui debet à bannito, factã vigore dictæ reformationis camerario cameræ cõis Florentiæ infra terminũ in dicta reformatione contentum: quæ ſolutio facta fuit, & eſt in libris dicti camerarij Florentiæ. Ex quibus dicunt ſe non potuiſſe impune offendi: quæritur, quid iuris. & primo videtur, ꝙ ex vi banni nullo modo potuerunt offendi: cũ ipſius bãni vires fuerint ſublatæ ſolutione eius, ꝙ debet̃ pro oĩ banno, & continentia eius: vnde de cancellatione non eſt curandũ, vt l. eſt inductũ. de cõdi. ſine cau. le. diſſolutæ. ſcd̃o, q̃a vr̃ rei origo ſublata, & ſola imago remanſiſſe: ergo nihil operatur. C. de lati. lib. to. l.1. in prin. Tertio, quia adeſt diſpõ legis p quam exēpti liberati totaliter & abſoluti intelliguntur, cuius legis diſpoſitioni, & fictioni ſtandũ eſt. C. de rei vx. ac. l. rem in pñti. in prin. ff. de vul. ſubſt. l. lex Cor. Quarto, q̃a cum proceſſerũt ad delinquendũ plenius deliberare debuerũt, vt C. de fal. l. ſi ad re. Quinto eximēdi, ſiue exēpto, verbũ eſt generale, & vr̃ ſignificare cãcellationē, & exēptionē à bãno. ff. ne qs cũ. l. ſed eximent. ergo nullo modo eos licuit offendere. Sexto, q̃a verbis ſtatuti, & ordinamētis inſpectis ad hoc, vt offenderet liceret, duo ſpecialiter, & principaliter requiri vident̃: vc3 bãnum, & ſcriptura, ſiue figura bãni. Sed vtrũq; eſt amotũ, vc3 bãnum, & ſcriptura banni eſt debilitata: ergo vr̃, ꝙ offendi nõ potuerit. ff. de diuor. l. fi. §. ait lex.
2 † Septimo, q̃a quoties lex repræſentat factũ, quod eſt ab homine faciendũ, pro facto dēt haberi ff. de manu. le. cãm. §.1. & in auth. de hæ. & fal. §. is igitur à nobis. ergo p oĩa cancellatio debet haberi. In contrariũ multa mouētur, primo figura banni permanēs, q̃ vr̃ excuſare facientes. ff. de inter. ac. l. de ætate. §. ex cã. Secundo, quia in hoc ſtatu deprehēditur. C. de ſeruis expor. l. moueor. ff. de acq. poſ. le.3. §. ſi ſeruus. Tertio in iſta ignorantia, & in hoc eſt inſtãdũ multis rõnibus. Et primo, ꝙ vbicunq; aliquis actus ſit, ſi exiſtit ſibi, ſi deficit ignorantia circa id, ꝙ facit ipſum deficere, hēt, ſed bannũ in primis viribus vrgens excuſaret, ergo pariter excuſat ignorantia circa id, ꝙ facit bannum deficere. Et hoc probatur in l. eius, qui in ꝓuincia. ſi cer. pe. & l. ſi forte. de offi. p̄ſi. & inſt. manda. §. pe. de ſol. l. ſi quis ſeruo. & le. ꝙ ſeruus. hãc ignorantiam adiuuant vt iuſtã multæ rõnes, & leges. Et primo, quia ſi mutatur eſſe, quia olim fuit ignorãs, iuſta eſt ignorantia. ff. de ſol. l. cum quis. §.1. inſt. mã. in §. item ſi adhuc. & d. leg. eius, qui. Secundo: quia hæc mutatio ex alieno facto conſiſtit, ergo iuſte ignorat̃. ff. pro ſuo. l. fin. Tertio hoc probat̃ p duos caſus. primus eſt in d. §. proſcribere. aperte.n. ponit, ꝙ eo loco dēt eſſe ſubſcriptio reuocationis, vt intrãs tabernã nõ potuit p̄tēdere ignorantiã, vt inſpectio vnius demõſtrat alterũ. Et iõ iuxta bãnũ debuit inſeri ſolutio, vt bãnũ viſum ipſo viſo appareret eliſum, alius caſus eſt. ff. loc. l. ſi quis ignorãs. conſtat.n. ꝙ certa eſt militum matricula, q̃ omnes milites continet, vt l. ante p. C. qui teſtam. face. poſ. & l. ex eo. ff. de mili. teſt. licet.n. per quirendo potuit votum hr̃e, & eſſet miles, tñ excuſatur ignorãs, vt in d. l. ergo. ſic in propoſito. Quarto hoc probat̃, ꝙ in delictis, quib. ponderat̃ atrocitas, requirit̃ regulariter dolus. ſ. propoſitum, & aĩus delinquēdi, ita ꝙ lata culpa non æquiparat̃ dolo. ff. de ſic. l. ĩ le. vñ quilibet ignorantia probabili excuſat̃ ab oĩ pœna. ff. de li. cã. l. igitur. ff. de abigeis. l.1. in fi. C. ad l. Fal. de plagia. l. plagij. & præſumitur ignorantia. ff. de prob. l. verius. præterea licet offendere deſcriptum in libro bannitorum, ſed iſti ſunt huiuſmodi. Scriptura.n. facti eſt, vnde nõ attenditur fictio, ff. qui. ex cau. ma. l. deniq;. ff. de his, que in te. de. l.j. C. de edi. diui Adr. tol. l.5. & l. fi. Et præſumit̃ bannũ in ſuo eſſe durare, ex quo non apparet aboli. C. de pœn. l. ſeruus. ad idem põt induci. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. Quinto pro hac parte caſus le. ff. de adul. l. pen. accedit. C. de inceſt. nup. l. cũ ancillis & l. q cõtra. quib. rõnib. & quia debemus verbis ſtatuti ſeruire ſine extranea interpretatione, vel fictione, nos Iac. de Bellouiſ. & Ia. Bu. dicimus, & conſulimus, dictos inquiſitos totaliter abſoluēdos, quod conſiliũ fuit latũ p dictos illuſtres doctores 1330. mēſis Iunij manu Lamberti Meloni not. de Bon. quia igitur me tantorũ rõnes, & authoritates mouent. iõ in propoſita qõne dico idem. Facit ꝙ not. per Cy. C. de repudijs. l. vxor. per Dy. d. l.3. §. ſi ſeruus.

ſeruus.Bart.in l.pe.de adul.dicit hunc de culpa non de dolo pu-
niri,vñ extra ordinem multabitur,non tñ pœna corporali,quia
debuit eſſe curioſus inueſtigator, non iniurioſus percuſſor. Nã
ſi delator debet eſſe curioſus inueſtigator.ff. de iu. & fac.ign.le.
nec ſupina.ergo multofortius vulnerator,& ad hoc fortius ho-
micida:tñ ipſe loquitur,qñ bannũ nunq̃ habuit vires, ſed ſolam
figuram eſſe abſque eſſe. Sed vbi habuit vires fauore liberatio-
nis, perinde eſt pp ignorantiam,ac ſi in ſuis viribus ſubſiſteret.
Nec.n.debet aliquo modo puniri , ex quo ſtatutũ vult impunè
poſſe fieri.ff.de aleato.l.j.§. ꝙ ãt. Et hoc multũ fortificatur p §.
& nullum.pro exbannito,vel rebãnito habeo, niſi ſcriptum fu-
erit in cançellaria &c.nã vis, & ius in ſcriptura ſæpe eſt,ſic in ca
ſu econuerſo no.Cy.C.de teſt.l.ambiguitatis. & ff. de vſuf.l.l. ſi
alij.ff.de act.& obl.l.ex maleficijs.§.qui ſeruum mihi.nam & iu-
dex excuſaret̃,ſi faceret excuſationẽ, alias excuſationi prætextu
banni in libris bannitorum non oſtenſa ſibi abſolutione banni,
vel examinatione,quia apparentia cogimur ſeq̃,occultorũ aũt
nulla eſt nobĩs indicta neceſſitas diuina.ff.ad le.Aquil.l. ſi puta-
tor ex arbore.vltimo ꝙ aliud ſit cancellatio, aliud ſolutio,exp̃ſ-
ſum eſt.ff.de leg.1.l.huiuſmodi.§.ſi ita cui.Et ita dico,& conſulo
ego Bal.de Peruſio V.I.D. ad fidem me ſubſcripſi ſigno mei no-
minis ſigillaui.non p̃iudicãdo ſñiæ potiori,vt in l.Claudius Fœ-
lix.& licet ſubſtantia obligationis non conſiſtat in inſtrumẽto,
ff.de pac.l.poſtquam.tñ à pœna peccati excuſat,vt dictum eſt.

CONSILIVM CXLIII.

1 *Donationi,vel obligationi rerum factis alicui eccleſiæ licitum eſt apponere pacta.*

1 In Chriſti nomine, † Omnia p̃dicta pacta
valent, quia licitum eſt
apponere pacta in donatione,& obligatione rerum ſuarum, vt
C.de do.l.legem.C.de do.q̃ ſub modo.l.1.ff de dol.l.hr̃ditatẽ.&
licet obtulerit ſe,& ſua,tñ non eſt ꝓfeſſus religionem , cũ hẽat
vxorẽ,retinuerit aliq̃d ꝓpriũ, & reſeruauerit ſibi in aliq̃b. velle
ſtatuere,in auth.de ſan.epiſ.§.ſed hoc pñti. colla.9. & 36.q.5. eſt
vbi de hoc ergo pactum.c.vt lex continentiæ,ad ſeruandũ,ſalua
legitima filiorũ,quæ debet̃ filijs,vt in Auth.de ſan.epi.contra.ſi
qua mulier.ad q̃ confert hoſpitale, & oẽs alij prouiſionati ꝓ ra-
ta.ff.de bo.li.l.ſi libertus.§. libertus. quia legitima tanq̃ æs alie-
num concernit totum patrimonium, quicquid in eo conuenit,
minuit,& verbo venditionis, in confirmatiuo ſenſu oĩs diſpoſi-
tio cõtinet̃. de ſta.li.l.ſtatuliberis.l.à libertis. alias cæteris.§.q̃n-
tus. & ideo de dictis ducentis libris, & de toto, ꝙ reſeruauit te-
ſtari potuit tam de pecunia, quam de mobili. Ego Bal.

CASVS.

Factum ſic proponit̃, inter Titium agentem ex vna parte, &
Sempronium conuentum ex altera, vertebat̃ q̃dã controuerſia
coram iudice cõis Peruſij deputato p dñm ptãtẽ, ſeu capitaneũ
dictæ ciuitatis, q̃ cã dẽt cõpromitti ſecundum formã ſtatutorũ
dictæ ciuitatis.ꝓ parte agentis fuit petitũ dictam cauſam cõpro
mitti tpe debito , prout requiritur à ſtatuto cõis Peruſij, demũ
citatus fuit reus conuentus , vt compareret corã dño iudice ad
compromittendũ dictam cãm, & poſt multas, & varias citatio-
nes cum reus conuentus non comparet coram dño iudice cum
ſuo arbitro,iudex, cui ex forma ſtatutorũ cõpetebat eligere ar-
bitrũ ꝓ parte dicti rei conuenti , elegit in arbitrũ p̃dictũ electũ
eſſe conſanguineũ dicti rei conuenti,& eſſe abſentẽ,& petente
dicto actore dictũ arbitrũ reuocari , & alium arbitrũ pñtẽ eligi
p dictũ iudicẽ,poſt q̃ immediate dictus iudex videns dictũ arbi-
trũ non eſſe pñtẽ eligit in arbitrũ quẽdã aliũ tunc illic pñtem,&
acceptantẽ. demũ incontinenti poſt p̃dicta dictus actor ex vna
parte,& dictus iudex ꝓ parte dicti rei cõuenti cõpromiſit in ar-
bitrum ſecundo loco electum p dictũ iudicẽ & dicti arbitri fu-
erunt pñtes,& acceptantes. demum ea die , qua fuit factũ dictũ
compromiſſum dicti duo arbitri elegerunt in tertiũ quendam
noĩe Io.qua electione ſic facta dictus Io.ex interuallo, videlicet
poſt duos dies reuocauit ſecundam electionẽ factam p ſe , & de
nouo elegit in arbitrum alium, quem primo loco elegerat. poſt
hæc oĩa arbiter electus pro parte dicti actoris & præfatus tertius
arbiter electus ab arbitro actoris, & etiam ab arbitro electo ſe-
cundo loco per dñm iudicem dederunt laudum,& conſiderata
forma ſtatuti loquentis de compromiſſis,dr̃, ꝙ dictum laudum
nõ teneat: quia ex quo iudex , cui cõpetebat eligere arbitrũ pro
parte rei conuenti,ex quo ſemel elegit,non potuit variare, nec
alium arbitrum eligere. Prætereà iudex reuocauit ſecundam e-
lectionem p ſe factam,de ſecundo arbitro, & redijt ad primam
electionem p ſe factam de primo arbitro. ex aduerſo dicitur,ꝙ
prima electio arbitri facta per iudicem habet ſe tanq̃ interlocu
toria q̃ iudex potuit incontinenti reuocare , & incõtinenti fuit
reuocata p iudicem. p̃terea iudex in ptãte eligendi arbitrũ ſuc-
cedit loco partis,ſed conſtat,ꝙ ſi pars nominaret in arbitrũ quẽ
dam abſentem, poſſet recedere ab illa noĩatione , & electione,
& alium noĩare,& eligere,Nec obſ. ꝙ iudex poſtmodum ex in-
teruallo reuocauit ſecundam electionem p ſe factã, & redijt ad
primã:q̃a hoc non potuit facere ex eo:quia dicta reuocatio fuit
facta,poſtquam iudex compromiſit pro parte rei in arbitrum p
ſe ſecũdo loco electũ. Et etiam poſtquam arbiter ſecundo loco
electus per iudicem , vna cum arbitro actoris elegerat tertium
arbitrũ,& ſic res eſſet integra tum per compromiſſum factum à
iudice,tum etiam per electionem factã de tertio arbitro. Quæ-
ritur,quid iuris,viſo dicto ſtatuto.

CONSILIVM CXLIIII.

1 *Iudex cui ex forma ſtatuti eſt data poteſtas eligendi arbitrum , poſtquam elegerit,poteſt eum reuocare,& alium eligere.*

1 In Chriſti nomine. †Quod iudex non po-
tuerit variare, probat̃,
quia ſtatutũ ꝙ loquitur de electione , vr̃ loq̃ de prima , & vnica
electione,de ver.ſig.le.boues.§.hoc ſermone. & ipſa prima ele-
ctione ius eligendi cõſumptũ eſſe.ff.de proc.l.ſi is , qui ſtichum.
Item ſtatim deſijt eſſe cognitor litis,ex quo ipſa electio fuit trãſ
lata in arbitrũ cãæ cognitæ ſicut dicimus in arbitris, q̃ eligũt ẽt
ex cã ſuſpicionis,nã ſtatim clauſa eſt iuriſdictio iudicis. C. de iu.
l.aptiſſimi.& l.cum ſpãlis.de app.l.legitima.li.6. de of.dele.c. ſu-
ſpicionis.non ergo põt mutare conſiliũ , cũ iudex eſſe deſijt. ff.
de arb.l.qualem.§.dicere.& plenè no.in l.ꝙ iuſſit.de re.iu. ſicut
interloquendo ſe iudicẽ non eſſe, vel ſe nõ poſſe procedere, de
of.dele.c.ſignificantib.interlocutoria.n. quæ iuriſdictionem pe
rimit,reuocari non poteſt per eundem,qui eam protulit.ad idẽ
facit,quia quoties ex electione eſt ius alteri quæſitum,reuocari
nõ põt.extra de elec.c.publicato. ſed hic eſt q̃ſita iuriſdictio ar-
bitro,licet abſenti,& ignoranti.ff.de iud.l. cũ furioſus.ergo re-
uocari non potuit.Item per ſtatutũ à cuius forma non põt rece-
di,omnis forma eſt de ſubſtantia,de arb.l.diuus.§.1.ff.ad muni.l.
in conſtitutionib.C.de iur.fi. l.certa forma.l.10. Et eſt ſimile,ꝙ
tutorẽ habẽti non dat̃ tutor , ſed arbitrũ habenti p electionem
primã nõ dat̃ arbiter. nos.n.ſumus ĩ arbitro datiuo, & vnico. In
contrariũ, ꝙ iudex poſſit mutare electionẽ ſtatuti in ſuis ſimpli
cibus finibus,& ſic probat̃,quãdiu iudex aliquid de iuriſdictio-
ne retinet,põt electionẽ,q̃ de alio facit,reuocare, vñ delegatus
principis nõ ſubdelegat, ſi cœperit vti iuriſdictione,alias ſic,vt
in c.quãuis.de offi.dele.li.6. Aduertẽdũ eſt hic:quia ibi vr̃ caſus
iſtius q̃onis,nam ex ſola cõmiſſione non expirat reuocandi po-
teſtas q̃ expiraret re non integra.Itẽ eſſet ſuſpectus ille , ſicut &
iſte,& ita nota iuriſdictionis nõ explicite remanet huic,ſicut il-
li,vñ nõ eſt verũ,ꝙ ex ſola electiõe ſit functus officio ſuo.Quare
cũ adhuc duret iudex, non põt minimũ iuriſdictionis retinere,
cũ ſit indiuiſibilis,quin retineat poteſtatẽ reuocandi interlocu
toriam,vel quaſi,tex.eſt expreſſus in d.c.quãuis.Prętereà lex eſt
exp̃ſſa ꝙ pp abſentiã iudicis electi iubet̃ eligi.ff. de iudi. l. ſi lon-
gius.in princ.Expectãdo ipſum expectaret̃,pluſquã iudici vide-
atur æquum.Ita fuit in caſu noſtro:ergo ſcđa electio valuit,& ꝙ
alteri fuit commiſſum,videtur à primo reuocatũ.ff.de iu.l.cum
p̃tor.ff. de le.1.l.ꝙ in rerũ.§.ſi quis poſt teſtm̃. Itẽ quoties prim⁹
non fuit bñ,vel minus ſufficienter factus, verba intelliguntur đ
actu ſcđo,& donec efficaciter fiat.ff.de cõdi. & de.l.cõditio. vñ
perfunctoria electio non tollit iudicis poteſtatem: q̃a igitur iu-
dici fuit viſum abſentẽ non expectandũ,q̃a cõpromiſſa celerita
tẽ deſiderãt,potuit mutari electio re integra.facit, ꝙ no. Bar.ff.
de app.l.ad principẽ.Et ſi dicat̃,ꝙ fuit ſtatim quæſita iuriſdictio
electo. Rñdeo, ꝙ non fuit efficaciter, & irreuocabiliter q̃ſita,
nec intereſt ſua mutatione tali , vt not.in d.ca.quamuis. Vnde
iuriſdictio arbitri electi fuit initiata quadã deſtinatione : ſed nõ
confirmata,vel radicata ante compromiſſum , iõ reuocari po-
tuit.ff.de iud.l.iudicium ſoluit̃.ff.de iur.om.iudi.l.& quia. & ſic
ẽt nouus tutor datur,ſi primus ſit abſens.ff. de tute.l. q̃ſitũ.vel ſi
alia ratio æquitatis iudicẽ mouerit.ff.de teſta. tute.le.ſi quis ſub
conditione.



conditione.& eſt g̃nale in oĩbus,qui faciunt actum iure ꝓprio,
& ordinario,q̃a fieri debet , ne efficaciter fiat.ff.de iureiu.l.qui
per ſalutem.ff.de arbi.l.quid tamen vnum.ſecundum ea, q̃ p̃po
nit,abſq; dubio potuit alius eligi loco abſentis,p̃ſertim quia al-
legabat̃ ſuſpectus rõne cõſanguinitatis.d.l. apertiſſimi. & ꝙ no.
in d.l.non diſtinguemus.§.cum quidam.& le.licet.de arbi. non
ob.ca.publicato. q̃a ibi eligentes non habent niſi merũ ius eli-
gendi,& illo perfuncti ſunt? Sed iudex habet ius eligẽdi & vltra
procedendi ad vlteriora:vnde ſi expedit nouã electionem fieri,
põt eã facere.ff.de reg.iur.l.eius eſt nolle.Ego Bal.

CASVS.

Punctus q̃onis talis eſt, quidã noĩe Cechus Nicolai ſuum cõ-
didit teſtm̃,in quo inſtituit hr̃des vniuerſales Silueſtrũ, & Fran.
ſuos filios,& inuicem ſubſtituit,& inter alia reliquit Maſiæ eius
filiæ pro eius dote quingẽtas libras ceræ, & mobilia dotalia,&
regreſſus habitationis ſuæ,ſi vidua remaneret, q̃ Maſia nũq̃ fuit
nupta,imo eſt de tertio ordine cõtinentiũ beati Fran. profeſſa,
qui Cechus ſic condito teſtõ deceſſit,iam ſunt 33.anni,vel quaſi
ſuperſtitibus ſibi dictis Silueſtro,& Franciſco eius filijs,& Blõ-
della, Alenutia,& Aſſeduta, & dicta Maſia de dicto tertio ordi-
ne eius filiabus.poſtquam deceſſit dictus Fran. maior 14. annis
inteſtatus ſine aliquib.filijs iam ſunt 24.anni, vel quaſi ſuperſti-
tib.ſibi dictis Silueſtro eius fratre,& Blõdella, & dicta Maſia de
ordine prædicto eius ſororib.& filijs dictæ Alenutiæ eius ſoro-
ris. Poſt hoc deceſſit dictus Silueſter , iam ſunt decem anni,vel
quaſi ſuperſtite ſibi dicta Maſia de dict.ordine eius ſorore, & v-
nica eius filia,quam inſtituit hr̃dem in centũ ſolidis cord. dicto
condito teſtõ p eum quo inſtituit hr̃des vniuerſales Ioannellam
eius quõdam vxorem, quæ nunc defuncta eſt,& Maſiam p̃dictã
eius ſororem carnalẽ inſtituta dicta Maſia ꝓ dictũ Silueſtrum e-
ius fratrem cũ certis legibus & conditionibus,prout,& ſicut in
teſtõ dicti Silueſtri continet̃,& maxime quod incipit , dummõ
&c.ꝙ teſtm̃ ad vos tranſmittimus. eſt verũ ꝙ in ciuitate Narniæ
vigebat,& viget quoddã ſtatutũ,ꝙ ad vos mittimus, ꝙ ſi q̃s ſuc-
ceſſerit alicui ex teſtõ,vel ab inteſt. vel alicui fuerit hr̃ditas dela
ta ex teſtõ, vel ab inteſtato,teneatur,& debeat infra ſex menſes
cõputãdos tp̃e obitus defuncti per ſe adire , vel repudiare hr̃di-
tatẽ ipſam,prout in dicto ſtatuto continet̃,& d.Maſia non repu
diauit hr̃ditatem d.Silueſtri ſui fratris infra dictos ſex mẽſes : q̃a
nõ certa erat de d. cõdõnib.& legib. dicti Silueſtri , imo ignara:
videlicet,ꝙ incipit,dummodo &c: Quæritur,nunquid ipſa p̃-
ſumatur,adĩuiſſe. & poſito ꝓ conſtanti , nunquid poſſit petere
relicta facta rei p Cechum quondam prẽ di.Maſiæ,&petere ius
ſibi cõpetens in bonis quondam dic. Franciſci ſui quondam fra
tris decedentis,vt p̃mittit̃ inteſtati maioris 14.annis ſine filijs,in
quibus non potuit pr̃ ipſum grauare, & petere ẽt partẽ contin-
gentis dotis mr̃is ſuæ decedentis,iã ſunt anni 46.plus,vel quaſi.
& nunquid poſſint petere filij dictæ Alenutiæ ſororis olim dic.
Fran.decedentis ante mortẽ dicti Fran.ſui fratris decedentis,iã
ſunt 24.anni,vel quaſi,partem eis contingẽtẽ in bonis, in quib.
fuit liber dictus Franci.auunculus carnalis eorum ,& frater car-
nalis quondam dictæ Alenutiæ eorum mr̃is, & in q̃ta parte fuit
liber dic.Franc,& poſito,ꝙ dicta Maſia poſſit petere relicta per
pr̃em.vc3.6.lib.& mobilia, & habitationem domus. & q̃a reli-
quum dicit pro dote,& d.Maſia continens de dicto tertio ordi-
ne,nunq̃ fuit nupta,nunq̃d petere poſſit de iure dotis,vel debi-
tum iure naturæ.& poſito,ꝙ d.Maſia cenſeretur hr̃s dicti Silue-
ſtri ſui quondã fratris,poſſet teſtari de iurib. q̃ hẽret in bonis pa
tris,& matris,& alterius fratris. Quæritur etiam , ſi d.Ioannella
vxor,& hr̃s olim dicti Silueſtri,quæ nunc defuncta eſt, non re-
periretur feciſſe inuentarium , eſſent tamen confuſæ actiones,
quas hẽbat in bonis dicti quondam ſui vigore relictorum reſtit.
ei factæ per dictum ſuum virum in ſuo teſtõ, & viſa prima parti-
cula teſti dicti Cechi.& teſti dicti Silueſtri:& renuntia. in inſtrõ
hæreditatis dict. Silueſtri facta per dictam Maſiam in publicam
formam,& ſtat.dictæ ciuitatis, quæ omnia ad Dominationẽ ve-
ſtram tranſmittuntur.

CONSILIVM CXLV.

1 *Statutum diſponens,quod ille,cui eſt debita hæreditas ex teſtamento vel ab inteſtato,teneatur adire,vel repudiare infra ſex menſes , an liget ignorantes ſibi delatam hæreditatem.*

2 *Actio,quam habet hæres defuncti,confunditur,& pro qua parte : an poſſit fieri detra.*

3 *Vna ſucceſſio non confundit aliam,nec iura perſonalia.*

4 *Propter nõ confectionem inuentarij an teneatur vltra vires hæreditarias.*

5 *Filius ſororis admittitur vna cum fratre defuncti ab inteſtato.*

6 *Legitima,& Trebellianica non veniunt in fideicommiſſo.*

7 *Relictum factum filiæ,ſi nubat deficiente conditione, non debetur quatenus excedit legitimam.*

8 *Quilibet poteſt teſtari de bonis ſuis.*

1 In Chriſti nomine. † Super primo puncto
dico, ꝙ aut d.Maſia ſci-
uit teſtamentum firmum , & tunc eſt hæres neceſſaria ex forma
ſtatuti. Aut ignorauit teſtm̃: & tunc ſtatutum non facit eam hæ
redem: quia ſtatutum dẽt intelligi de hærede,qui p̃t adire,& re
pudiare , nam neutrum faciendo infra ſex menſes fit hæres : de
ignorante autem non põt intelligi ſtatutũ; quia qui nõ p̃t adire
vere,nec interpretatiuè, ſed ignorans non põt adire vere,nec in
terpretatiue:ergo nec fictè.ff. ſi ps hæred.pe.l.illud. de cond. &
dem.l.multũ intereſt.de ac.hære.l.is poteſt. & l. ſed & ſi de ſua.
2 C.de iure deli.l.cum antiquiorib. † Super ſecundo pũcto, dico,
ꝙ ſi eſt hr̃s pro dimidia,ꝙ actio,quam hẽbat contra fratrem, eſt
confuſa pro illa dimidia.ff.de ſolu.l.Stichũ.§.aliq̃n.C. de hr̃. ac.
l.ſi adulta,quia non fecit inuentariũ.C.de iure deliberã.l.fi. Sed
pro alia dimidia non eſt confuſa,facit lex, quę dotis.ſol.matr.cũ
glo.ſua.tamen licet confundatur actio,non confunditur detra-
ctio,quin tale debitũ poſſit detrahere , ſicut quilibet creditor,
3 vt ff.ad l.Fal.l.pater filium.† Super tertio puncto dico, ꝙ iura,ſi
qua habebat in hæreditate Franciſ.non perdidit. vt C. de peti-
tio.hæred.l.hæreditas materteræ. nam vna ſucceſſio non cõfun
dit aliam ſucceſſionem,nec cõfundit iura realia.ff.de hære.inſt.
4 l.3.§.qui fideicommiſſariam.† Super quarto puncto de dotibus
maternis idem reſpondeo, ꝙ dixi in ſecundo puncto. C. de bo.
aut.iudi.poſ.l.1.& l.ſi vxor tua. Nec ob. ꝙ ſit præſcriptum : quia
durat naturale debitum, quod poteſt detra.ff.de neg.geſt.l. at q̃
natura.& l.fi.ff.rem ra.ha.de fideiuſſorib.l.ſi quis poſtquam. tñ
in contrarium facit de admi.tu.l. ſi pupillus.in fi. Et quia ſumus
in terris eccleſiæ, ſeruandum eſt ius canonicum , quod licet in-
uentarium non ſit factum, non tenetur iſta hæres vltra vires hr̃-
ditarias: p̃ſertim quia hæres ficta, vt no.in c.q̃q̃.de vſur.lib. 6. &
in c.parrochiano.de ſepul.non aũt eſt in viribus hæreditarijs,
niſi reſiduum ſolutis debitis, vt C.de leg.l. ſi vniuerſæ. & de ver,
5 ſig.l.ſubſignatum.§. bona,de iure do.l. mulier. † Super quinto
puncto dicendum eſt,ꝙ filius ſuccedat ſimul cum fratre defun-
cti ab inteſtato,vt in auth.de hæred. ab.inte.§.2.& in auc.defun
6 cto.& in auc.vt fratrũ filij in rubro,& nigro. † Super ſexto pũ-
cto dicendum eſt,ꝙ in legitima,& Treb.fuit dictus Franciſc. vt
ita dixerim,liber:quia non veniunt lrĩma, & Trebellianica in fi
7 deicõmiſſo,c.Ray.&c.Ray.cum ſi.† Super ſeptimo pũcto dicẽ-
dum eſt,ꝙ ſi non nubit,nõ dẽt hẽre relictum pro dote:quia de-
ficit cauſa fin.vt in §.Titio genero,per Dy,nam cauſa dotis p̃ſu-
mitur fin.le,ſi ego. in prin. de iure do. tñ in legitima non potuit
conditio nuptiarum poni,vt l.quoniam in priorib.& ideo hanc
debet hẽre filia liberè.Nec quicquam facit,ꝙ ſit ſoror tertij or-
dinis:q̃a non eſt ppea ingreſſa monaſteriũ, vt in §. ſed hoc pñti.
8 & in c.in pñtia. † Super octauo puncto dicendũ eſt, ꝙ quilibet
poteſt teſtari de bonis ſuis,& l.1.C.de ſac.ſan.ecc.đ ver,ſig.l.ver-
bis legis,& in auth.de nup.§.diſponat Super nono puncto dicẽ-
dum eſt illud idem, quod in ſecundo, & quarto, per eaſdẽ leges.
Ego Bal.de Peru.vtriuſq; iuris doc.cõſulo, vt ſuperius continet̃
& ad fidem me ſubſcripſi,& ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CXLVI.

1 *Animal inuentũ in territorio alicuius ſi expellatur,& pereat tale animal, an,& quando teneatur ad emendationem.*

2 *Quando requiritur, quod aliquid ſit denuntiatum,ſufficit,quod fuerit denuntiatum per quancunque perſonam ad culpam impingendam.*

In Chriſti nomine. Alio die per amiciſſi-
mum meum, Io. Taugu
arini ſuper iſta materia fui interrogatus , & rñdi ſibi illud,ꝙ ip-
ſe dixit in ſuo laudo: videlicet † ꝙ Giliolus de ſcripto iure tene-
1 retur ad emendandũ,ſeu ad emendam bouis Andreæ, & non e-
mendam bouis Putij,cum ei dixerit,congruo loco, & tpe, ꝙ p̃-
dictum bouem redderet,ſeu prædictus bos rediret, nec voluit
reddere, ſeu redire, vnde dictus bos pditus fuit. nũc vero aliud
in facto ꝓponit̃, videlicet ꝙ dicto Andreæ fuit denuntiatũ per
filiũ dñæ Floris,ꝙ iret ꝓ dicto boue,&erat hora cõgrua, & ſimi
liter Andræas noluit ire, & hoc eſt mutatũ in facto , ꝙ alia vice

mihi non fuit narratũ: quare ſcđm ea q̃ in puncto ſupra ſcripto
continentur, dico, ꝙ d. Giliolus nec đ rigore, nec de æq̃tate dẽt
aliq̃d emendare, neq; d. Putio, nec dic. Andreæ. & hoc pluribus
rõnib. & primo ꝑ l. quintus. in §. Papi. q̃uis. ff. ad l. Aquil. vbi dr̃,
ꝙ ſi inuenio pecus tuũ in ꝑdio meo poſſum ipſum expellere: tñ
dẽo hẽre in me deſcretionẽ vt expellam ſine dãno tuo, vt expul
ſio mea non ſit occaſio dãni tui, vel vt denuntiẽ tibi, ꝙ tollas pe
cus tuum; quia ergo Giliolus denuntiauit hoc Putio, non tenet̃
Putio. item ꝙ fuit denuntiatũ Andreæ, non tenet̃ Andreæ. non
n. eſt dr̃ia, quis notificauerit Andreæ, q̃a ſufficit, à quocunq; no
2 tificet̃ ad cuplã † impingendã in pſonã dicti Andreæ. ff. de petit.
hæred. l. itẽ veniũt. §. à quo. ff. de vſuris. l. ſi q̃s ſolutioni. §. mora.
debuerũt. n. Putius & Andræas ire, & rẽ ſuã ſeruare, & ſi non fe-
cerunt, ꝙ cõmode, & facile facere poterant, ſibi imputet̃: quia
ſunt in maiori culpa, q̃ rẽ ſuã pire patiunt̃. ff. de leg. l. item q̃rit. §.
exerci. & l. ſi q̃s fundũ. §. imperator. ſecundum lecturam, quæ in
telligit, ꝙ ille. §. loquatur domino caprarum, nã ſi dñs eſt in cul-
pa amiſſionis caprarum, ſibi imputet, & quia ignoſcendum eſt
Giliolo, qui expulit à longe, ne reuerterentur ad bladum ſuum
iterum comedendum. ff. ad l. Aqui. l. ſi fundo. §. 1. Ego Baldus.

CONSILIVM CXLVII.

1 *Confectione inuentarij quot ſolennitates requirantur.*
2 *Scripturæ actorum creditur, ſicut alij ſcripturæ vallatæ teſtibus.*
3 *Teſtes acceptati per iudicem præſumuntur idonei.*
4 *Conceſſum ſi ſit, vt arbi. poſſit laudare, vbicunque intelligitur tamen in lo-
co idoneo, & non extra prouinciam.*
5 *Cauſa ſi compromittitur pluribus, acta coram primo, vel ſecundo compro.
valent coram tertio, ſi publica ſint.*

1 In Chriſti nomine. † Inuentarium hære-
dis ſcrupuloſa res ẽ, &
ſæpe etiam induſtrioſi falluntur. Requirit. n. multas ſolennita-
tes coniunctim ad eius perfectionem, & tria principaliter ſunt
attendenda, vcꝫ tempus, quo inchoatum ſit, vel menſis, & ter-
minetur infra alios 40. dies. materia, ꝙ poſitæ ſint res ponendę,
forma ſolennis, videlicet quod interueniat vnus tabellio ad ſcri
bendum, & ꝙ hæres ſe ſcribat, vel ſi neſcit ſcribere; adhibebit
ſecundum tabellionem ad hoc ipſum ſolum, ꝙ fiat ſignum cru-
cis, ꝙ ſint citati creditores, & legatarij, & ꝙ loco abſentium in-
teruenia͞t tres teſtes noti, & noſcentes, & poſſidentes ſubſtan-
tiam, ſicque duo teſtes adhibentur, vt probetur, & tres vt eorũ
pñtia repleatur creditorum, & legatariorum abſentia, ergo ſe-
cundum hoc ſunt neceſſarij. 5. teſtes. in iſto autem inuentario
deeſt ſignum crucis, tñ hoc non vitiat ſecundum docto. quia ce
rimonialis, vel quia inuocatio Dei in prin. inuentarij, & ſignum
crucis ſunt paria, ar. de auro, & ar. le. l. Titia. §. fi. item videtur ne
ceſſe citatio; quia ſolennis citatio in ſpecie fieri dẽt pſonaliter,
& ſi non inuenitur, fieri debet ad domum, vt in le. vt pfectus. C.
de an. exce. ꝙ hic non fuit factum. ſed pt̃ rñderi, ꝙ talis citatio
ſufficit, C. q̃uo, & qñ iudex. auth. qui ſemel. item in iſto inuẽta-
rio non ſunt niſi quatuor teſtes, ergo nõ valet. C. de teſtis. l. ſi v-
2 nus. nam ſcđm Bar. req̃runt̃ 5. Sed ad hoc pt̃ rñderi, † ꝙ ſcripturę
actorum creditur, ſicut alij ſcripturæ vallatæ teſtib. pp pñtiam
iudicis, & actorũ fidẽ, vt C. de do. l. in donationib. C. de teſtis. l.
oĩum. & l. ſancimus. item quia pñt duplici offõ fungi, arg. ff. de
adop. l. ſi conſul. item in iſto inuentario nõ eſt ſubſcriptio hęre-
dum, ergo non eſt pfectũ: quia ſubſcriptionẽ cõſummatã demõ
ſtrat. Ad hoc pt̃ rñderi, ꝙ qñ apud acta fit, nõ req̃rit̃ ſubſcriptio
teſtiũ, vel partium, vt no. in ſimili in d. l. in donationib. itẽ q̃a ꝑ-
ſumunt̃ oĩa ſolenniter acta, ex quo decretum iudicis fuit inter-
poſitũ: vt no. in l. 1. C. de fi. inſtru. & iure haſtæ fiſ. li. 10. ĩ gl. or. Itẽ
in terris eccleſiæ magis eſt attẽdẽda ſimplicitas veritatis, q̃ ni-
mia, & ſcrupuloſa ſubtilitas, de teſtis. c. cũ eſſes. & facit ꝙ no. in
c. q̃q̃. de vſur. lib. 6. in nouella. & ar. ff. de leg. 1. le. ſi ſeruus veti-
3 tus. ff. de cõdi. & de l. q̃uis. † Itẽ & ꝑ teſtib. ꝑſumit̃, ꝙ ſint idonei,
ex quo ſunt per iudicem acceptati, q ſatiſ. cog. l. arbitro. q̃dã di-
cũt, ꝙ nõ valet inuẽtarium, niſi teſtes ſe cognoſcãt non eſſe cõ-
ſcios alicuius malignitatis, vt in §. fi. no. l. abſunt. ſed illud nõ eſt
neceſſe dici tpe inuẽtarij, ſed poſtea ſi malignitas faciẽtis in ali-
quo allegat̃ in iudicio contradictorio, ꝙ patet pp id, ꝙ ibi dixi đ
iuro. Itẽ magiſter notariorũ dicit, ꝙ de gñali conſuetudine non
vtimur tot ſubtilitatib. ĩ iſtis inuentarijs. Nã authoritas tabellio
num de conſuetudine magis ĩualuit, q̃ de ſtricto iure, vt no. C. đ
fide. cõ. l. fi. in gl. ord. Omnib. igit̃ cõſideratis puto ꝑſumi dictũ
inuentariũ eſſe efficax, & eſſe ſolẽne. ad hoc facit, ꝙ no. in Spe.
de emp. & ven. §. nunc dicendũ. Et hæc de inuentario dicta ſint
4 &c. † Sequit̃ videre de laudo dñi Antonij attentis verbis cõpro
miſſi, in quo cauet̃, ꝙ poſſint laudare, vbicunq; intelligat̃, ꝙ poſ
ſit laudari extra ꝓuinciã, in quo fuit in eũ cõpromiſſum. & dicẽ
dũ eſt, ꝙ non põt partes ꝑ citationẽ trahere, multo minꝰ põt fer
re diffinitiuã, q̃ magis ꝑiudicat, q̃ citatio. ff. de iu. l. ſi longius. ff. đ
arbi. l. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. & l. diem ꝓferre. ĩ prin. & licet ſit di-
ctũ, ꝙ vbicũq; dẽt diſcrete intelligi, videlicet in loco tñ idoneo,
vt no. de cõſt. pe. l. ſi duo. ff. depoſi. §. Lucius. Præterea actũ erat,
ꝙ deberet iudicare de iure, ſed nemo poteſt iudicare de iure ni
ſi partib. auditis, & intellectis. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo.
Et quia fuit actum, ꝙ deberet ſñiare, apparet, ꝙ non fuit merus
arbitrator: vnde ſaltim ad diffinitiuã debuit citare partes, vt C.
quomodo, & qñ iudex. l. ea q̃. imo ẽt arbitrator tenetur ad hoc,
qñ alias compromittitur de re controuerſionali, & non conuẽ-
tionali ſimpliciter, imo Bar. dicit ꝙ ſemper. alias ꝑſumitur iniq;
laudaſſe: quia non audiuit iura partium, vt no. in l. ſi quis arbitra
tu. per Bar. & ideo eſt inualidũ arbitramentũ ope exceptionis,
vel replicationis, vel reductionis ad arbitrium boni viri. Sed pu
5 rum arbitrium eſt nullum ipſo iure. † Sequitur videre, qñ cauſa
eſt compromiſſa plurib. ſucceſſiue, an acta coram primo, vel ſe-
cundo compromiſſario valeant coram tertio. & dicendum eſt,
ꝙ ſi publica ſunt, & factum reſpiciunt, valent. C. de arbi. l. pe. C.
de teſtamentis. l. fi. C. de appel. l. qui ad ciuilia. & l. neceſſitas. & l.
à proconſulib. & l. ampliorem. ver. & ea, quæ. Ego Bald.

CONSILIVM CXLVIII.

1 *Prohibitus alienare intelligitur de omni alienatione.*
2 *Mors ab homine poſita in conditione intelligitur de naturali, non de ficta.*
3 *Inſtitutus ſub conditione, ſi adeat hæreditatem ante conditionis euentum,
an conditione adimpleta teneatur ratificare.*

1 Ab omni alienatione. † intelligitur pro
hibitus. le. pero.
§. fratre. de leg. 2. non continetur naturalis, niſi fiat legitimus. ad
Tre. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. le. is cõſequenter. §. 1. fa. er. l. co-
2 dicillis. §. pe. de le. 2. l. cũ rõ. in fi. de bo. dam. † In contrarium fa-
cit: quia ſi mors ab homine ponitur in condõne, intelligitur de
morte naturali, non inflicta & capita. l. ſi ab hoſtib. §. fi. ſol. ma. &
ſic excluditur. Et ẽt inofficioſa donatio valet, ſed opus eſt quere
la, l. 1. de inoffi. dona. Et facit, quod no. C. de pac. l. fi. Per hoc ſta
tutũ non datur eſſe, ꝙ nullũ eſt. C. de tranſa. l. vbi pactũ. in glo. 1.
quod vi, aut clam. per Bar. ſed hic valet pp rerum enumerationẽ,
vt no. in ſpe. de dona. ver. ꝙ ſi aliquid valet iure fideicommiſſi in
bonis teſtõris. l. cohr̃di. §. cum filiæ. Et detrahuntur duæ quartę,
& imputantur alienata. §. res, quæ. in l. Marcellus. ad Treb. etiã
per defunctum, vt no. C. de reſc. vend. le. 2. in repræſenta. ltimã
ætatem, & dicentur, cum ſcripturæ fori faciunt inſinuationẽ,
valet ergo, de ſacr. ſan eccl. per Gul. non ex vi clauſulæ, quod tot
ſint donationes, ſed ex vi inſinuationis, vt no. in Spe. de dona.
ver. quid ſi aliquis donat oĩa. & l. ſancimus. per Cy. geſſit ꝓ hær.
3 de acq. hær. inſti. de hæredũ quali. & dr̃ia. §. fi. † Et factus eſt hæ-
res, ſi ratificauit expreſſe, vt in teſtõ continetur, alias non. quia
non impleuit cõdõnẽ, & non impleta condõne non tenet adi-
tio, dubitat̃ ergo pp aduerbium, expreſſe, poſitũ in teſtõ, infra,
verbis expreſſis, de adoptio. l. ſi pater naturalis. in gl. an ſufficiat,
ꝙ ipſo facto ratificet, vel ex tacita conſequentia aditionis expꝑſ-
ſe. C. de inſti. & ſubſt. l. reprehẽdenda. in glo. de fideiuſ. l. non re-
cte. ſi cer. pe. l. cum quid. prima pars eſt tutior, vt in c. ſi quem. de
procu. li. 6. in ver. dicas expreſſe ĩ quolibet loco honeſto. poteſt
in iſto ſedere ordinarius pro tribunali, vt C. q̃uo, & quando iu-
dex. l. ſi. vt proponis. & l. præſes, item interrogationis actio va-
luit, in c. cum epiſcopus. de offi. ord. li. 6. per aditionem vnũ pa-
trimonium efficitur hæredis, & teſtatoris, de vul. ſub. l. ſed ſi plu
res. §. filio. aditio tenet, ſi aditio de iure non ſit vnio legalis ex a-
ctu inualido, & condito, parificatione non impleta per hæredẽ
non poteſt impleri per hæredem hæredis. quia condõnalis non
tranſmittitur. C. de cad. tol. §. in nouiſſimo. & §. ſub hac cõdõne
ſuccedentes. directo poſſum capere vacantem poſſeſſionem de
manu alterius. quorum leg. l. 1. §. alterius. cum ſi. & l. cum hr̃dis. đ
acq. poſ. & le. cum militis. qui. ex ca. ma. vtile eſt hẽnti plura cõ-
patibilia intentare omnia. C. de codi. l. fi.

C A S V S.

Hermanutius Lelli teſtm̃ condidit, in quo inter alia ſic diſ-
poſuit,



poſuit, item legauit, iuſſit, voluit, & mandauit, quod infraſcripti
fideicommiſſarij dent, & ſoluant, & diſtribuant de ſuis bonis il-
lis hominib. & perſonis & locis, qui & quæ eis videbitur, & pla-
cebit, non obſtante, ꝙ quantitas ſpecificata non ſit: poſt alia le-
gata concludit ſic. in omnib. autem ſuis bonis Paulum, Iacobu-
tium, & inſolidum eius filios in æqualibus portionibus hæredes
inſtituit, & ſi aliquis dictorum filiorum deceſſerit in pupillari
ætate, vel poſtea quandocunque ſine filiis legitimis, ſubſtituit
ſibi alterum ipſorum ſuperuiuentem, & ſi omnes prædicti filij
deceſſerint in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque ſine fi-
liis legitimis, ſubſtituit dictam inſolidum eius filiam in medie-
tate dictorum bonorum Pauli, & Iacobi. Aliam vero medieta-
tem bonorum ipſorum eo caſu iuſſit, voluit, & mãdauit vendi
per ſuos fideicommiſſarios, & eius pretium dari, & diſtribui per
eoſdẽ illis perſonis, & ĩ illas perſonas, quæ dictis fideicommiſ-
ſariis videbuntur, & placebunt. non ob. quod perſonæ hic per
nomina declarata non ſint: fideicommiſſarij fuerunt frater Ni-
colaus eius frater carnalis, & duo alij quilibet inſolidum, qui
fideicommiſſarij poſt mortem dicti teſtatoris per quinque an-
nos mortua Inſolda, poſtea ſubſequenter mortuo Iacobutio,
& ſuperuiuente Paulo fecerunt diſtributiones de certis poſſeſ-
ſionibus d. Pauli, dantes, & concedentes illas poſſeſſiones in-
ſolutum pro certa quantitate certis eccleſiis hac conditione, &
per iſta verba, videlicet & prædictas conceſſiones, dationes, &
traditiones, fuerunt ſub iſtis conditionib. videlicet, ſi, & in-
quantum Paulus filius d. Hermitij olim deceſſerit hinc ad qua-
tuor annos proxime venturos, infra dictum tempus ſine filiis
legitimis, & naturalibus, & aliàs non reſeruatis fructibus bono-
rum prædictorum dicto fratri Nicolao per totum tempus vitæ
ipſius fratris Nicolai, quando dictæ conceſſiones & diſtribu-
tiones fuerunt factæ, d. Paulus attigerat ad duodecimum an-
num, & vixit per tempus poſt prædictas conceſſiones, & diſtri-
butiones, modò quæritur, nunquid prædicti fideicommiſſarij
potuerint de iure facere prędictas conceſſiones rebus ſic ſe ha-
bentibus, &c.

CONSILIVM CXLIX.

1 *Executores relicti ſub conditione non poſſunt facere executionem ante
conditionem.*

1 In Chriſti nomine. † Iſti executores fuerũt
relicti ſub conditione,
& tanquam fatui ante conditionem, & ſic antequam eſſent in
officio, & contra formam mãdati fecerunt executionem, & id-
eo ipſo iure non tenet, quod nec conualeſcere poteſt quod cõ-
tra formam iuris, & teſtamenti factum eſt. Teſtator enim qui
conditionem apponit, eam prius exiſtere vult, vt no. de condi.
inſer. l. 2. ad Trebel. l. ſed ſi ante. facit de leg. 1. l. filius. §. diuus.
ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. in princip. & l. cum pater. §. à filio.
imo malo more verſati ſunt inducendo votum captandæ mor-
tis. C. de pac. l. fi. Ego Baldus.

CONSILIVM CL.

1 *Subſtitutio vulgaris comprehenſa ſub compendioſa moriente hærede inſti-
tuto, an teſtamentum habeat locum, vel deficiat. hic & in ſe. conſi. 5.*
2 *Ver. moriatur, & quandocunque contigerit, an includat vulgarem expreſ-
ſam, vel tacitam.*
3 *Frater teſtatoris, cui eſt relictũ aliquid iure inſtitutionis, & quod de bonis
ipſius teſtatoris plus petere non poſſit, an ſuccedere poſſit non obſt. huiuſ-
modi prohibitione, quando hæres vniuerſalis deceſſit in vita teſtatoris.*
4 *Syndicus ex perſona fratris, cui hæreditas erat delata, petijt ſe mitti in poſ-
ſeſſionem bonorum, cum reſeruatione iuris vnicuiq; habenti meliora
iura, ſi contingat, quod compareant poſt contradictores, an ſi petant co-
ram iudice ſeculari ſe mitti in poſ. ſubſtituti poſſit oppo. excep. incompe-
ten. per dictum ſyndicum.*

In Chriſti nomine. Factũ ſic ſe habet: quæ-
dam do. Butia de caſſia
ſuum vltimũ condidit teſtamentũ, in quo inter alia relicta reli-
quit fratri Marco ſuo nepoti duos florenos, & in ipſis duobus
flor. hæredem inſtituit, & fecit, & voluit, & mandauit, ꝙ de bo-
nis ſuis non poſſit plus petere, &c. In omnibus autem aliis ſuis
bonis mobilibus & immobilib. &c. Iacobum Ciolicolę de Caſ-
ſia ſuum nepotem generalem & vniuerſalem hæredem inſti-
tuit, & fecit hac conditione adiecta dictæ eius inſtitutioni, vi-
delicet ꝙ ſi d. Iac. mori contigerit quandocunque ſine filiis le-
gitimis de ſuo corpore deſcendẽtib. moriatur Lucio Io. Cole-
tæ, Ioanneti, Vannono, Nicolettæ, & mobile Tredoni, vel eo-
rum, & cuicunque eorum hæredib. de villa ſtrepetæ diſtrictus
Caſſiæ æquali portione, & hæc eſt vltima ſua voluntas, quam
valere voluit, &c. Poſt factum dictum teſtamentum, & ante
mortẽ dictæ teſtatricis ꝑ aliquos annos deceſſit d. Iac. hr̃s inſti-
tutus impubes, demũ deceſſit dicta teſtatrix ſuperuiuentib. ſibi
1 ꝑdictis Lucio Coletæ, & aliis ſ̃ nominatis. † Quærit̃ modò, an
vigore dictæ ſubſtitutionis factę per dicta verba, ꝙ moriat̃, de-
2 beãt ſuccedere dictæ dñæ ex teſtamẽto, vel ſit locus ſucceſſioni
ab inteſtato. † Et dubiũ facit, dictum verbũ, moriat̃, & qñcunq;
mori contigerit, quam ſubſtitutionẽ cõtineat, & in ſe includat,
an vulgarẽ expreſſam, vel tacitã, q̃a ſi expreſſã cõtineret, dubiũ
nõ eſſet, q̃a ſubſtituti admitterent̃, ꝑ §. in primo. C. de cad. tol.
attenta. l. Thais ancilla. §. filia impubes. ff. de fideic. lib. l. ſi pr̃ fi-
lium. §. vl. ff. de vul. & pup. cum ſi. l. lex Cor. in gl. eo. ti. ſi cõtinet
tacitã, & tũc doc. in hoc variant. Quidã tenent vnũ, vt non ad-
mittat̃, vt Lamber. de Rampo. ꝑ l. q̃d ſi filius. ff. de cap. & poſtli.
reuer. & l. ſi pr̃. in fi. eo. ti. Io. An. mouet iſtã q̃ſtionem in Nouel.
in c. ſi pr̃. de teſtamẽtis. & allegat dicta ꝑ dictũ doc. Dy. tenet idẽ
ꝑ tex. in d. l. q̃d ſi filius. vbi dicit, ꝙ nil eſt, quod de ſecũdis tabu-
lis tractandum ſit, Cy. in l. precib. in materia vulgari diſtinguit,
& Bar. in l. 2. de vul. & pup. in tractatu ſubſtitutionis pupillaris,
& in d. l. lex Cor. cum ſi. Super prædictis placeat conſultori ſcri-
bere veritatem, & quæ ſubſtitutio comprehendat̃ ex dictis ver-
bis, non ob. ꝙ verbum, moriat̃, ſit verbum directum, vt in d. c. ſi
3 pater. Et allegentur iura ſuper prædictis. † Secundum dubium
eſt, an frater Marcus, cui ſunt relicti duo flore. & in his fuit hæ-
res inſtitutus. & ꝙ de bonis ſuis plus petere non poſſit, & ſunt
quidam alij, quibus ſimilia legata ſunt facta, an poſſit ſuccedere
ex teſtamento, non ob. prohibitione teſtatoris, poſtquam hæ-
res vniuerſalis deceſſit in vita teſtatoris, eſt verum, ꝙ quãdiu eſt
locus ſucceſſioni ex teſtamẽto, &c. vt l. quandiu & l. antequam.
communia de ſucce. eſt verum, ꝙ volũtas teſtatoris refragatur.
accedat l. 1. §. ſi ex fundo. de hæ. inſt. & l. ex facto. eo. ti. l. quoties.
§. ſi duo. eo. tit. cum ſi. facit lex quoties. C. de hær. inſt. cum ſi. &
4 ſuper huiuſmodi etiam dare cõſilium. † Super vero alio dubio,
quo quæritur, & eſt in curia Caſſiæ, habeatur cõſilium, videli-
cet ſyndicus capituli, & conuentus S. Aug. fratrum Heremita-
rum ex pſona fratris Marci. cui delata erat hæreditas dictæ dñæ
ab inteſtato petiit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum dictæ
hæreditatis tanquam proximior in gradu, & factis citationibus
conſuetis, & etiã citatis quibuſdã, ad quos dicebatur poſſe per-
tinere, & etiam proclamationib. quia nihil fuit oppoſitum, vel
obiectum legitime per aliquem. per iudicem Caſſię fuit data li-
centia capiendi tenutam & poſſeſſionem dictorum bonorum
per dictam l. edicto. reſeruato iure vnicuiq; habenti meliora iu-
ra, &c. cum nullus apparuerit contradictor tunc, & fratres, &
ſyndicus ſunt in poſſeſſione dictorum bonorum, data eis, & cõ-
ceſſa. demum veniunt ſubſtituti in dicto teſtamento, & petunt
ſe immitti in poſſeſſionem dictorum bonorum dictæ hęredita-
tis, oſtenſo teſtamento non cancellato ſecundum formam le-
gis, edicto, & petunt per iudicem ſibi dari licentiam capiendi
tenutam, & faciunt citari ſyndicum dicti loci, ſyndicus compa-
ret coram iudice, & opponit exceptionem declinatoriam fori
incompetentis iudicis, cum ipſi non debeãt citari, neque con-
ueniri coram iudice laico, vt in auth. ſtatuimus. & in auth. cau-
ſa, quæ fit cum monacho. c. ſi diligenti. cum ſi. de fo. comp. Re-
ſpondeo, quod hoc eſt verum iudicio non ſopito coram iudice,
ſed dictum iudicium iam fuit finitum, ita quod ipſi non poſſunt
trahi à dicto iudice, & ad cauſam coram iudice incompetenti.
Quoniam ipſi ſunt legitimi cõtradictores, & poſſeſſores dicto-
rum bonorum, modò quæritur, an dicta captio habeat obſta-
re, vel non, ita quod iudex Caſſiæ ſit competens iudex per l hę-
res abſens. ff. de iudi. & an expediat, quod agatur reuocatoria,
vel diſceptetur de viribus dictæ ſubſtitutionis, quæ ſunt agen-
da prędictis, quæ erunt partes iudicis in agendis, & de prędictis
omnibus placeat conſultori ſeriatim particulariter conſulere
cum iuribus ad prædicta ſecundum ſubiectam materiam prout
eius diſcretioni videbitur fore expediens.

CONSILIVM CLI.

1 In Chriſti nomine. † Quanquã prudenter
ſit allegatum, & ſubti-
liter, tamen veritas eſt, quod in iſta ſubſtitutione compendioſa
continetur vulgaris, ex qua præmortuo inſtituto viuo teſtatore
ſuccedũt ſubſtituti. ita tenet Cy. in l. precib. & ego ſæpe cõſului

non eſt omnino tacita, cum ex verbis colligi poſſit, de libe. & poſthu. l. Gallus. §. 1. nam aduerbium quandocunque, ita verificatur ex ſua indiffinita, imo vniuerſali ſignificatione, ſi ſit inſtitutus mortuus ante teſtatorem, ſicut ſi moritur poſtea, non ob. l. quod ſi filius. quia loquitur in vulgari, quæ habet radicem à pupillari: & eſt omnino tacita, ita quod ex natura verborum teſtamenti non poteſt comprehendi compendioſa, & alterius eſt naturæ: & hoc apparet, quod res eſt in cauſa inteſtati, & ita eſt veritas, & ideo etiam ſuper vltimo puncto prudentius eſt non inſiſtere, ſed concordare honeſto, & cauto modo. Ego Baldus.

CASVS.

In Dei nomine amen. Inter alia, quæ reperiuntur in archiuo communis Peruſij, & in cataſtro veteri Pero Pironis Grini pol. ſol. & portæ, ſi. florentij reperitur ſic videlicet in primis in vna petia terræ, &c. item vnum aliud tenimentum terræ vin. & nõ vin. ſyluat. & non ſyluatum poſitum in pertinentiis villę S. Petri in parere, in vocabulo dicto parere, cuius ab vno Venturellus, ab alio filiæ Nicolæ, ab alio foſſus cum vno molendino deſtructo exiſtente in dicto foſſo, & cum areis, & plateis adhærentib. ipſi molendino, cuius pars eſt liuellaria canonicæ Pregi, quod eſt nomen communis quadringentis lib.

CONSILIVM CLII.

1 *Statur ſcripturæ repertæ in archiuo publico.*

1 In Christi nomine. † Huic ſcripturæ tanquam verę ſtari debet, probationem enim validã facit profeſſio cenſualis contra eum, qui ſcribi eam facit, vel conſentit. C. de don. l. cenſualis. & quod not. per Bart. ff. de do. l. nuda. C. de omni agro deſerto. l. rura. li. 10. & quia præſumuntur omnia ſolenniter acta. ſ. quod officialis publicus armarij, & tabellio receperunt illam confeſſionem nomine eius, cuius intereſt, vt ff. de vſu. l. 1. ff. de fide. tuto. l. cum oſtendimus. §. fin. C. de contrahen. & com. ſtipu. l. 1. ſimile not. ff. de arbitr. l. litigatores. §. quod ait. ad idem. C. de iudic. l. properandum. §. cum autem hermodicium. & C. de lib. cau. l. cum precum. & quod not. de non num. pec. l. generaliter. per Cyn. & ſic non obſt. de confeſſis. l. certum. §. ſi quis abſente. Ego Baldus.

CASVS.

Officiales communis Peruſij vendiderunt ſer Martino Franciſchini de Peruſio fructus, redditus, prouentus de poſta, & communantia trium bubulcarum de terreno ſituato in Cluſo Peruſino in partem villæ Abbatiæ Sancti Chriſtophori, in quibus vocabulis, & locis infra quoſcunq; confines idem ſer Martinus eligere, & accipere voluerit in partẽ dictæ villæ, ſ. de terreno ſodo, &c. per tempus 10. anno. & hoc fecerunt pro pretio, & ſolutione 26. flore. auri pro quolibet anno dictorum 10. annorum, quos dictus ſer Martinus promiſit: & conuenit dictis officialibus nomine prædicti communis dare & ſoluere anno quolibet dictorum 10. anno. in fine cuiuſlibet anni, & hæc venditio facta fuit ſub annis domini 1376. die 27. menſis Februarij, quod terrenum dictarum trium bubulcarum, fructuum, redditus, & prouentus ipſarum nunquam plus vendita fuerunt alicui, nec viſi fuerunt vendi aliquo tempore, poſtea ſub 1361. die 27. menſis Iulij officiales communis Peruſij vendiderunt Puto Buccholi de Peruſio omnes & ſingulos fructus, & redditus, & prouentus, iura, & prouentiones percipiendas, & qui percipi, & haberi potuerunt de poſta, ſeu communantia ſupradictæ villæ Abbatiæ Sancti Chriſtophori per tempus 10. anno. proxime venturorum, &c. pretio contento in dicto inſtrumento, & non fuit in dicta venditione certiorata dicta communãtia dictarum trium bubulcarum terrę vend. dicto ſer Martino prout fieri debuit ſecundum formam ordinamentorum communis Peruſij. modo quæritur viſis omnibus ſupradictis inſtrumentis, an dictus Martinus ſoluere debeat 26. flor. pro quolibet anno communi Peruſino, durante tempore emptionis dictæ poſtæ Abbatiæ ſancti Chriſtophori.

CONSILIVM CLIII.

1 *Ius habens in aliqua re, ſi vendiderit partem, vel locauerit, poſtea vendat totum ius in eadem re non facta mentione primæ partis alienatæ, an totum veniat in ſecunda alienatione.*

1 In Christi nomine. † Sub toto integrali comprehenditur quælibet eius pars, vt ff. de vſufr. le. l. ſi alij. Et ideo venditione poſtę includitur quicquid iure fiſcus habet intra poſtam. ff. de contrahen. empt. l. in modicis. ff. de acq. re. do. l. quædam. ff. de act. emp. l. fundum. pretium. n. correſpõdet toti poſtæ, & pro tota poſta datum eſt. ff. de ſuperfi. l. 1. §. 1. ergo quicquid iuris eſt intra poſtam, venit in venditione, quare venit redditus fiſco debitus nomine trium bubulcarum. ff. de ac. empt. l. creditor. in princ. nam l. cauetur, ꝙ ſi vendo fundum, quem, vel cuius partem locaueram, ꝙ pro rata temporis commoditas mercedis tanquam fructus agri debetur emptori, vt no. de act. emp. l. Iulianus. §. ſi locator. præſertim in fiſco, vbi emptor cogitur ſtare colono. ff. de iure fiſ. l. fi. vnde etiam ſi quis vendidit excepto iure colonorum, colonus non poteſt expelli: tamen penſionem ſoluet emptori. ff. de act. emp. l. ſi mercedem. §. fi. In caſu autẽ noſtro manifeſtum eſt per illa verba, ragione che la contumacia. nam indefinita æquipollet vniuerſali, vt ff. de pig. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. ff. de ſer. vrba. pręd. l. ſi ſeruitus. non ob. quod in eodem inſtrumẽto dicitur, quia non poſſunt per emptores poſtea grauari alij, qui conduxiſſent: quia hoc eſt dictum cauſa conſeruãdi ius illorum, non eſt cauſa inueniendi ius nouorũ emptorum. non. n. dicit̃ per hoc grauari: qa non intereſt, cui ſoluãt̃, p̃ſertim ſi ſponte ſoluunt, qa debitã ſoluũt, ſicut ſi dicitur ſaluo iure primorum: tamen pro rata temporis debetur penſio emptori generali, ſed non poteſt expellere ſpecialem conductorem, nec debet facto grauare: ſed ſibi debitum pœnæ poteſt petere, & multo fortius ſponte ſoluente. ff. de verb. obli. l. venditores. & hæc vera, niſi conſuetudo aliter eſſet, hanc clauſulam in ſimilibus interpretatam dico. C. de fideiuſſ. l. fi. Ego Baldus.

CASVS.

Habeatis conſilium à conſultore, & primò, vtrum teſtamentum conditum per Vincentium Magiſtri Iacobi tranſumptum, vt apparet in copia, quò ad relicta in ipſo contenta ſit validum de iure, non obſtantibus infra ſcriptis de fructibus, qui in eo apparere videntur: videlicet, & primo non declaratur in dicto teſtamento ciuitas, ſeu locus, vnde dictus teſtator ſit: nam dicit in principio, Vincentius Magiſtri Iacobi de Bancha Salomoni. ſecundò: quia in dicto teſtamento teſtes non ſunt rogati. tertiò, quia in eo non declaratur aliquis certus locus, vbi fuerit conditum teſtamentum, nec etiam eſt declarata domus, antequam appareat fuiſſe factum teſtamentum prædictũ, & habeatis memoriæ declarare conſultori, quod teſtes in dicto teſtamento deſcripti omnes ſunt mortui, adeo ꝙ voluntas dicti teſtatoris probari non poſſit: niſi per dictum teſtamentum tantum. Quęratis etiam, vtrum dicto tranſumpto ſit fides adhibẽda obſtantibus obiectis, prout patet in interpoſitione decreti prothocollo dicti teſtamenti regiſtrato in actis curiæ epiſcopatus mãdato vicarij dicti epiſcopatus. Secundo narratis, qualiter conditio appoſita in ſubſtitutione facta in dicto teſtamẽto iam aduenit, & impleta eſt. Quærat̃ igitur vtrum dicta ſubſtitutio, qa piam cauſam reſpicit, valeat non obſtãte, ꝙ per partem aduerſam in contrarium allegatur, quod dicta ſubſtitutio non tangit hoſpitale ſanctæ Crucis foris portam, cum in teſtamento cõtineatur, ꝙ bona dentur hoſpitali ſancti Petri foris portam, nec etiam tangit hoſpitale, quod eſt in capite pontis S. Petri duabus de cauſis. prima qa octoginta annis elapſis citra non viſum fuit in dicto hoſpitali aliquam eſſe hoſpitalitatem, nec veniunt homines qui recordentur vidiſſe hoſpitalitatem ſeruari, licet fama ſit, ꝙ illa domus olim fuit hoſpitale, quod vulgo olim dicitur hoſpitale ſancti Petri de ponte foris portam. Secundo: quia apparent certa priuilegia pontificalia de dicto hoſpitali, in quibus dicta domus non appellatur hoſpitale S. Mariæ in capite pontis Sancti Petri foris portam Spoleti, & etiam quia tempore dicti conditi teſtamenti in dicto hoſpitali hoſpitalitas aliqua non ſeruabatur antea, & poſt minime ſeruatur. Tertia vtrum priori, canonico, & capitulo eccleſiæ S. Petri competat actio in dicta hæreditate nomine dicti hoſpitalis in capite pontis ſancti Petri, non obſtat quod de ſucceſſione, vel vnione facta de dicto hoſpitali dictæ eccleſiæ ſancti Petri non conſtet aliter, quàm per poſſeſſionẽ dictæ domus, ſeu hoſpitalis, & domorũ ipſius, quam capitulum dictæ eccleſiæ ſancti Petri habuit iam diu, vel ſpectet hoſpitali ſanctæ Crucis foris portam Spoleti. quod hoſpitale vulgariter appellatur hoſpitale S. Petri foris portã Spoletanam. & appellabatur ante conditum teſtamentũ, & poſt & ante appellatur, & hoſpitalitas retinebatur in dicto hoſpitali S. Crucis, vtrum Vicarius epiſcopatus Spoletani tanquam executor vltimarum voluntatum defunctorum, & maxime ad pias cauſas poſſit, & pertineat ad officium ſuum, etiam non ad petitionem alicuius hoſpitalium aliorum ꝓcedere ad executionem dicti teſtamenti, ſeu vltimæ voluntatis, & bona dictæ hæreditatis applicari alicui dictorum hoſpitalium, vel ambobus ſimul, retenta, vel non, canonica portione. & ſuper hoc oſtẽdatis acta initiata per ipſum Vicarium ex dicto ſuo officio circa dictam executionem, & obiectiones partis aduerſæ.



CONSILIVM CLIIII.

1 *Nominatim dici quando quid dicatur.*
2 *Vulgo dici quando quid dicatur.*
3 *Teſtes non rogati an in relictis ad pias cauſas ſufficiant.*
4 *An credatur exemplo, cui pars contradixerit, & cauſa contradictionum examinata non fuerit.*
5 *Quando relinquitur hoſpitali, quod non reperitur, cui debeatur tale legatum.*

1 In Christi nomine. Super primo pũcto dicendum eſt, † ꝙ nominatim dicitur, quod ita dr̃, ꝙ congrue intelligitur. ff. de libe. &
2 poſth. l. nominatim. † quod enim vulgo dicitur, illud certiſſime exprimitur. nam ad intellectum vulgarem, & generalem recurrendum de ſimilibus eſt: quia genera ſingulorum dant intellectum ſingulis generib. de leg. 3. l. librorum. l. quod tñ Caſſius. de fun. inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinam. de ver. ſig. l. vt Alphenus. extra de ſponſa. c. ex literis. ſufficit ergo dixiſſe, Vincentius Magiſtri Iacobi de Banca, Salomon. qa per perſonã cõſtat de loco, & p locũ de perſona. facit, quod no. C. qui teſta. fa. poſ. l. hac cõſultiſſima. & C. de inge. & ma. l. ad recognoſcendos. & hoc de
3 primo puncto. † In relictis ad pias cauſas ſufficiunt teſtes etiam non rogati, extra de teſtamentis. c. cum eſſes. &c. relatum. tamen ex quo paſſi ſunt ſe in teſtamento ſcribi, etiam rogati, id eſt, adhibiti eſſe præſumuntur, facit, quod not. in auth. de tab. §. nos autẽ. ff. de verb. obl. l. ſciendum. de fideiuſſo. tut. l. cum oſtendimus. §. vlti. & hoc de ſecundo puncto. Et quia dixit ante domum talis, ſatis eſt: quia ſeipſum oſtendit, in authenti. quib. mod. nat. effic. legi. §. 4. colla. 6. & in procemio ſexti, & in procœmio cle. vt not. in c. Abbate ſane. de re iudi. lib. 6. vnde licet non ſit domus diffinita, tamen ſufficit, quod eſt per æquipollens declarata, quia dicit ante domum dicti Vincentij. Sufficit enim ſpecificatio, nec requiritur ſpecificatio ſpecificationis. ff. de do. præle. l. 1. in fin. & ita communiter ſeruatur conſuetudine, licet aliqui de abundantiori cautela continent locum loci. Et hoc
4 de tertio puncto. † An autem credatur exemplo, cum pars cõtradixerat, & cauſa contradictionum examinata non fuerit, dicendum eſt, quod cum non fuerit originale, illud debet produci, & exinde ſumi fides. C. de teſtamentis. l. publicari. & hoc de
5 quarto puncto. † Sequitur aliud dubium: quia non reperitur hoſpitale ſancti Petri. ad hoc ſic reſpondeo, quod aut reperitur, & ei debetur relictum: aut non reperitur, & tale relictum debetur pauperibus in genere, ſicut quando relinquitur eccleſiæ alicuius ſancti, ſi reperit̃ ei eſt debitũ, ſi non reperitur, debetur eccleſiæ generali. ſ. cathedrali illius ciuitatis, vt in authen. de ec. ti. §. ſi quis in nomine. colla. 9. In caſu autem noſtro reperitur hoſpitale ſancti Petri, quod eſt hoſpitale habitu, licet non eſſet actu, tamen non eſt capax, iuxta not. per Innoc. de no. ope. nun. cum ex iniuncto debet reperiri, quatenus eſt de facto capax, vt not. in l. ſicut. quod cuiuſque vniuer. no. vtrum autem epiſcopus ex mero officio non implorato poſſit in cauſa eccleſiarum, & pauperum procedere. & dicendum eſt, quod ſic, & eſt ſpeciale, vt no. Inno. de iureiur. c. ad noſtram. el ſecundo. Et ſic ad omnia puncta eſt clare reſponſum. Ego Baldus.

CONSILIVM CLV.

1 *Mortua matre, filia, & filio vno, eodem tempore ruina alicuius domus relicto alio filio, & nepote ex filia quomodo admittantur ad hæreditatem matris.*

1 In nomine indiuiduæ trinitatis amen. † Punctus ſuper quo conſilium petitur, talis eſt, domina Catherina, de ſancto Seuerino, & domina Vanna pubes, & Franciſc. impubes filij legitimi, & naturalis præfatæ dominæ Catherinæ ruina cuiuſdam domus nullo condito teſtamento pariter deceſſerunt ſuperſtitibus Seuerino filio legitimo, & naturali dictæ dominæ Catherinæ, & Nicolao nepote ex domina Vanna eius filia iam dicta, inter quos videlicet Seuerinum, & Nicolaum eſt quæſtio de hæreditate d. Catherinæ. Modò quæritur, quid iuris? ſuper quo dicendum eſt de iure, dictos Seuerinum, & Nicolaum ad dictam hæreditatem æqualiter admittendos, dictæ namque dominæ Catherinæ in hoc caſu eſt votum tranſmittendi hæreditatem, & in quo ex legis diſpoſitione quis ſe ad dictam hæreditatem petit admitti præfatæ dominæ Vannæ puberi, vt l. qui duos. §. fina. & l. cum pubere. ff. de reb. Et dictus Franciſcus impubes præfatæ eius matri, vt l. ſi mater. & d. l. qui duos. §. fin. eod. tit. præſumitur prædeceſſiſſe de iure. Et ſic habebit dicta Nicolina dimidiam dictæ hæreditatis delatam præfatæ dominæ Vannæ eius matri, quamuis ignoranti ſibi fuiſſe delatam, quantumcunque ipſam non adiuerit, vt l. vna. & doc. C. de his, qui ante apertas tabulas: quæ lex etiam quando ab inteſtato ſucceditur, vt in caſu noſtro, vẽdicat ſibi locum, & idem no. gloſ. quæ incipit, & no. in fine ipſius gloſ. quæ etiam locum haberet, ſi diceretur per dictum Seuerinũ dictum Franciſcum puberem deceſſiſſe, & ipſius hæreditatem ex forma ſtatuti dictæ terræ ſolidam vendicaret, cum inter ipſos ceſſet votum tranſmittendę hęreditatis, & per conſequens ſibi onus probationis incumberet dictam dominam Catherinam prædeceſſiſſe prę̨fato Franciſco. Et ſic ſuccumberet: quoniam eſt hoc caſu ille, cui onus probationis incumbit, de iure ſuccumbit, vt l. ex teſtamento. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. not. dominus Bart. in l. quod de pariter. ff. de reb. dub. Ego Petrus de Ripa. ll. doctor.

CONSILIVM CLVI.

1 *Subſtitutus pupillariter, vulgariter, & per fideicommiſſum, ſi inſtituti moriantur in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque ſine liberis, an admittatur ad hanc ſubſtitutionem mortuis omnibus inſtitutis ante teſtatorem, qui eſt mortuus cum eodem teſtamento.*

In nomine indiuiduæ trinitatis amen. Ex facto proponitur, quõdam dñam Simonellã vxorem quondam Colæ Grifurij de ſancto Seuerino ſuum condidiſſe vltimum teſtamentum, ſibique vniuerſales hæredes inſtituiſſe in eodẽ duos ſuos, & dicti Colæ tres filios, eiſdemq; ſubſtituiſſe pupillariter, per fideicõmiſſum, vulgariter p fideicommiſſum dictum Colam, ſed ambo dicti filij in pupillari ætate deceſſerint, vel poſtea quandocunque ſine filiis, demum è dicto Cola alium filium nomine Nicolaum ſuſcepiſſe, dictoſq; poſtmodum omnes filios deceſſiſſe dicta eorum matre viuente, poſtremo deceſſiſſe dictam dominam Simonellam matrem dicto teſtamento non mutato ſuperſtite dicto Cola. modo quæritur, quid iuris, videlicet vtrum dictus Cola ſubſtitutus admittatur ad dictam hæreditatem vigore dictæ ſubſtitutionis? & dicen-
1 dum † eſt de iure, ꝙ ſic, tam prætextu dictæ vulgaris ſubſtitutionis ſupra prolatæ, quàm etiam vulgaris quæ continetur in dicta pupillari facta per dictam matrem: vt no. doc. in l. fi. C. de hære. inſtitu. & in materia ſubſtitutionum, quã etiam vulgaris, quæ continetur in dicta compendioſa. ſ. quãdocunque deceſſerint, facta per dictum verbum commune, ſubſtituit. ſecundum Iac. de Aret. & Cyn. refert in l. precibus. quod etiam tenent dominus Ray. & dominus Bar. in materia compendioſæ: quia dictorum verborum ſignificatio dicit do. Bar. hoc importat: dicitur enim, ſi dicti filij, ſeu ambo dicti filij deceſſerunt ſine filiis, aliàs quandocunque: quia intelligitur, ſiue decedat in vita teſtãtis, ſiue poſt, vt in l. 3. ff. de adim. leg. cum ſimilib. Quam vulgarem dictus Cola eligere poteſt poſt legata, dicta fideicõmiſſaria, argum. l. Titio. ff. de vſufruct. leg. & eſt text. in l. recuſare. §. Titius. ff. ad Treb. & vtrobique per Bar. quæ vulgaris ſubſtitutio, quandocunque dicti filij inſtituti dictæ eorum matri teſtatrici prędeceſſerint, nõ extinguitur, quamuis in pupillari ſit ſecus: vt no. gl. notabilis, & ibi de caſu noſtro eſt tex. C. de cad. tol. in §. in primo. in gl. quæ incipit, imo. ibi, ſed illud. vbi illud dicitur, quid ſi pupillus hæres pupillariter ſubſtitutus, viuo teſtatore decedat, quod extinguitur ſubſtitutio pupillaris; nec ex ea ſuccedi poteſt. cuius cõtrarium eſt in vulgari, quia mortuo hærede teſtatoris authoritate illius legis ſuccedit vulgariter ſubſtitutus, ex dictis vocabulis, eſt; ꝙ p pupillarẽ ſucceditur pupillo, & dicit̃ teſtm̃ pupilli, vt l. patris, & filij. de vulg. & pup. l. Papi. §. ſi quis impubes. ff. de inoffic. teſta. Sed quando pupillus viuo teſtatore decedit, eſt in eius poteſtate, vnde non poteſt dici, ꝙ po-

ꝙ potuerit facere teſtm̃, meritò cum ſubſtitutio pupillaris te-
ſtamentum filij cenſeatur in poteſtate, viuo patre tollitur & ex-
pirat, ſecus in ſubſtitutione vulgari, quia per illam teſtatori ſuc-
ceditur, non hæredi: licet ergo hr̃des prædicti viua dicta teſta-
trice deceſſerint, ſubſtitutio vulgaris p̄dicta valida eſt, & durat,
& ex ea dictus Cola ſuccedit, vt ſupra dictum eſt. Nec ob. agna-
tio dicti poſthumi, quoniam dictæ agnationis effectus. ſ. nulli-
tas eſt ab illo inſtanti vſq; ad mortẽ dicti poſthumi, & nõ prius,
vt l.3.§.fi. ff. de lib. & poſth. & ibi no. gl. ceſſauit de iure prætorio
poſt mortem eiuſdem poſthumi decedẽtis viua teſtatrice præ-
dicta, vt l. poſthumus, & ibi no. Bar. ff. de iniuſto irrito, & rupto
teſtamento. & no. doct. in l.2. de lib. & poſth. quæ lex, poſthu-
mus, fauet inſtituto, & ſic dicto Colæ ſubſtituto: ſubſtitutus e-
nim inſtitutus dicitur, vt no. gl. in l.1. C. de edi. diui Adri. tol. nec
etiam ob. ſi dicatur, quod dictus poſthumus natus eſt poſt mor-
tem dictorum fratrum ſuorũ inſtitutorum, nil. n. ad rhombum,
poſtquã viua ſua matre teſtatrice deceſſit, vt ſupra allegatur,
& maxime ex dicto §. pro ſecundo. ad l. poſthumus. clara infer-
tur reſponſio, nec etiam obſtat ſi quis diceret, quia dictus Cola
fuit ſolum datus duob. hæredib. decedẽtibus ſubſtitutus, vt ibi,
ſi ambo dicti filij, &c. igitur non in caſu modo, vbi dictus poſt-
humus naſceret, & moreretur, nam vulgaris ſubſtitutio p̄dicta
facta in vnum caſum p̄dictum cõprehendit dictum alium eandẽ
rationem habentẽ, vt l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. &
poſth. & ibi no. Bar. accedat l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condi.
factis. nulli enim dubium, ꝙ in hoc caſu omiſſo, eadem eſt per
omnia ratio, quæ eſt in ſupra expreſſo, poſtquam dictum Co-
lam voluit in caſu decedentium filiorum ſuccedere, argu. l. tale
pactum. §. fi. ff. de pact. & l. ſi non. de inoffi. teſt. & ſic dictus Co-
la, etiam ſi diceretur ſubſtitutus pro parte, quatenus eius
ſubſtitutio prædicta reſpicit defectum dictorum inſtitutorum,
cuius contrarium ſupraſcriptum eſt in totum nihilominus ſuc-
ceder, vt l. cohæredi. §. 1. ff. de vulgar. & pupill. Ego Petrus de
Rip. ll. doct.

## CONSILIVM CLVII.

1 *Teſtamento facto, ſi natus ſit alius filius, neceſſaria eſt bon. poſſ. ſecundum tabul.*

1 In Chriſti nomine. Conſilium prædictum
ſubtile † eſt, & verum.
tamen hoc caſu eſt neceſſaria bo. poſ. ſecundum tab. quia nati-
uitate poſthumi nouiſſimo iure ciuili ruptum fuit teſtamẽtum
ipſo iure, vt in auth. vt cum de appel. co. §. aliud quoque capitu-
lum. & in ſubſtitutis de iure ciuili non ſuccedit, ſed de iure præ-
torio, ſic. d. l. poſthumus. de iniu. teſt. vt no. vnde legitimi. l. cer-
tum. in gl. & per doc. dies autem ſunt vtiles, & non cedũt igno-
ranti. ff. de iu. & fac. igno. l. 1. in fi. ff. de ſuc. edi. l. 1. §. largius. cũ ſi.

## CONSILIVM CLVIII.

1 In Chriſti nomine. † Quia Nic. cõuenitur
hypothecaria, non ex
ſua promiſſione, vel ex ſuo cõtractu, nec iure aliquo non dato,
vel ceſſo, vt l. nomen. C. quæ res pig. ob. poſ. cum ſi. Camerarius
non eſt iudex competens, quia non pertinet ad artem, no. C. de
iu. om. iud. l. fi. & probatur, nau. cau. ſta. l. 3. §. cæterum. & ibi eſt
tex. notabilior, qui ſit in iure.

## CONSILIVM CLIX.

1 *Iudicem habens ratione alicuius artis, an ſi conueniatur ratione artis, debeat conueniri ſub eodem iudice.*

1 In Chriſti nomine. † De iuriſdictione ca-
merariorum quæritur
an poſſunt cognoſcere contra artifices tenentes res obligatas,
ſeu hypothecatas aliis creditorib. & dicẽdum eſt, ꝙ reali actio-
ne quis conuenitur tanquam poſſeſſor, non tanquam debitor,
vt ff. ad exhi. l. de eo. §. fi. & ideo hypotheca quæ non deſcendit
ad negocia artis, nõ pertinet ad artifices, vt no. C. de iu. om. iud.
l. fi. & eſt tex. no. ff. nau. cau. ſtab. l. 3. §. cæterum. Quare ſequitur,
ꝙ Nic. Guelfi non poteſt coram camerio albergatorum conue-
niri in cauſa, in qua nunc conuenitur coram eo. Ego Baldus.

## CONSILIVM CLX.

1 *Statutum loquens, & puniens percuſſorem, non habet locum in eo, qui dentibus momordit.*

1 In Chriſti nomine. Morſus, eſt actus ani-
malium dimicantium,
ſeu concertantium dentib. vt canes, vrſi, & leones. in homine
autem eſt actus præter conſuetudinem, & præter naturam ho-
minis, ſicut manifeſtum eſt. Percutere autem eſt proprium ho-
minis, videlicet ictum in alium inferre, ſicut patet in legib. quæ
de percuſſione faciunt mentionem, quæ ponunt exemplum ꝑ
ictum illatum in alterum mediante aliquo inſtrumento apto ad
hoc, puta, manu, pede, & ſi. vt patet. ff. ad l. Aquil. l. ſed & quæ-
cunque. §. fi. ibi, forma calcei, ecce inſtrumentum. Ceruicem
percuſſit, ecce actus. l. item Mela. §. ſi plures. nam dum dixiſſet,
percuſſerint. ſubijcit vocabulum, ictus, vnde percuſſio non eſt
aliud, niſi ictus, dentes autem hominis non ſunt organa natu-
raliter ad hoc tendentia, nec ex conditione. Sermones autem
legum, & ſtatutorum debent intelligi iuxta naturam, iuxta cõ-
ſuetudinem, iuxta aptitudinem, & iuxta modum communis v-
ſus loquendi. facit, quod no. in l. 2. ſi cer. pe. & in §. quod tamen.
Caſſius. quapropter percuſſionis nomine ꝓprie, & intellectiue
loquendo non ſignificatur morſus, licet cutis tangatur & fran-
gatur, & quia leuiſſima eſt iactura, quæ per morſum hominis
venit, & ideo concordiam dico tollere totam pœnam. Et ita di-
co, & conſulo ego Baldus.

## CASVS.

Angelus quondam Bon. Ioan. Raynutij de Cortonia ciuis
Peruſinus portæ Eburn. & parochiæ S. Mariæ de mercato infir-
mus corpore, &c. præſens teſtamentum nuncupatiuum, quod
ſine ſcriptis dicitur, facere procurauit. & fecit in hunc modum.
videlicet, quod in primis iudicauit, & reliquit corpus ſuum ſe-
peliri, &c. Item iudicauit omnibus, & ſingulis ſuis creditorib.
& aliquid ab eo recipere, & habere de iure debentibus ſecun-
dum rei veritatem quantitates quaſcunque pecuniæ, vel alias
res ex quacunque dicta eis ſatisfieri voluit, & iuſſit, &c. Item re-
liquit, & iudicauit filiis magiſtri, qui conſueti ſunt morari, &
habitare in ciuitate Caſtelli ſuis nepotibus, iure inſtitutionis
200. lib. dena. Item reliquit, & iudicauit do. Iaco. Andrutij Pe-
tri de Peruſio portæ ebur. S. Angeli. 300. flor. auri. & Rauarulio
Andrutioli Petri ipſius do. Iac. fratri carnali de dictis porta, &
parochia 200. flor. auri. in omnibus autem aliis ſuis bonis, &c.
dominam Blaſiam eius ſibi vniuerſalem hæredem inſtituit, at-
que fecit in vita ipſius do. Blaſiæ, & donec honeſte vixerit, & ad
ſecunda vota non tranſiuerit, &c. poſt mortem vero dictæ do.
Blaſiæ, aut ſi d. D. Blaſia honeſte, & caſte non vixerit, vel vitã vi-
dualem non ſeruauerit, tũc in quolibet dictorũ caſuum ſubſti-
tuit eidem D. Blaſię prężfatas ſuas filias, &c. & eidem D. Blaſiæ in
dictis caſib. cuilibet eorũ reliquit, & iudicauit dotes ſuas, quas
confeſſus fuit fuiſſe, & eſſe quingentorum flor. auri, & vltra di-
ctas ſuas dotes reliquit ſibi de ſuis bonis 200. flo. auri, & omne
aredium. & omnia arneſia, & panem, & lignum, & lectum, quæ
tempore mortis dicti teſtatoris erant in camera, non tamen di-
cto proximo legato intelligatur venire factum pro dictis ſuis
filiabus, quod eſſet in dicta camera, ſed pro eis poſitis reſeruatis
eiſdem detur, &c.

## CONSILIVM CLXI.

1 *Stante ſtatuto, quod inſtituta hæres à marito ſoluat gabellam, & an ſi vxor fuerit hæres inſtituta in vita ſub condi. &c. teneatur ſoluere dictam gabellam.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur de gabella
viſo ſtatuto, quo ſimpli
citer cauetur, ꝙ quando vxor eſt hæres inſtituta, ſoluatur ſecũ-
dum æſtimationem immobilium, prout in cataſtro. ſ. æſtimo
publico reperitur, & videtur, ꝙ gabellæ pręciſe ſoluantur, ſicut
ſtatu. loquitur: quia non debet attendi, quod poteſt reſolui, ſed
quod interim eſt. ff. de in diem adiec. in l. 2. ff. de rei ven. l. non id-
eo minus æſtimatio rerum taxata eſt: vñ non debet conſiderari
ipſum ius hæreditarium quãtum valeat, ſed ipſa rerum æſtima-
tio. l. ſi mulieri. quod met. cau. vnde ſi hæreditas eſt damnoſa ꝓ-
pter debita perſonalia: tñ pro æſtimatione rerum eſſet ſoluen-
dum. ff. de iudi. l. ſi fideicommiſſum. §. 1. Præterea verba legis in
contractu deducta ſunt, ſicut iacent obſeruanda, nec per dimi-
nutiuã interpretationem lædi debet ius emptorum, qui largiſ-
ſime cõtraxerunt. ff. de ver. ob. l. quicq̃d aſtringẽdę. 3. reſpõſo. In
contrariũ, ꝙ nõ ſic p̄ciſe ſoluat gabella, ſed arbitrio boni viri ta-
xetur, ꝓbatur. idem iu. eſt de parte rei, & de parte temporis. ff.
de teſt. mil. l. miles ita hæredes. §. 1. ſi inſtitutus in parte hæredi.
non ſoluit, niſi pro ea parte, ergo idem ſi inſtitutus ſit ad tem-
pus, cõſiderato effectu emolumẽti, eatenus ſoluat, & non vltra.
præterea



præterea cum ad æſtimationem rei habeatur reſpectus, conſi-
deranda eſt, non res ſimpliciter, ſed res cum ſua qualitate, & cõ-
ditione, vt l. mortis cauſa. §. fi. ff. de do. cau. mor. conſtat autem,
ꝙ minus valet dominium temporale, q̃ perpetuum. l. ſancimus.
§. fi. C. de do. & C. de ſac. ſan. eccl. l. iubemus. §. fi. ff. ad l. Fal. l. nõ
habetur ꝓ puro. & ibi Bar. inducitur lex illa ad quæſtionem ga-
bellarum. C. de ſacr. eccl. l. iubemus. §. fi. non eſt igitur conſide-
randa res in ſe ſimpliciter, ſed prout eſt in acquiſitione. Præter-
ea temporaliter conditio poteſt intelligi inceptiue, ſecundum
autem cui relictum de incidi. vi, & hoc tenet gl. in l. fi. eod. titu.
vnde ſine cautione Mutiana non eſt hæres, & ſic ante conditio-
nem non tenetur ſoluere, ſed illa gl. communiter non appro-
batur. ſecundo modo diſtributiue, vt primo anno ſit relictum
purum, pro aliis conditionale. hoc tenet Bar. in legatis, & fidei-
commiſſis in l. Titia. §. fi. de lega. 2. & ſic diuidentur gabellæ per
annos. l. ſi ſeruus communis Mæuij, & caſtrenſis peculij. §. fin.
ff. de ſtipu. ſeruo. & nondum ceſſiſſet dies, niſi pro primo anno:
ſed hoc eſt contra naturam, ſed non contra effectum inſtitutio-
nis. l. hæreditas ex die. de hæred. inſtitu. Tertio modo, quod ſit
conditio priuatiua, tamen & hæc minuit ei pretium, vnde mi-
nus valet ſtatulib. quàm ſimpliciter ſeruus, vt l. ſi ſeruus. de con-
di. fur. Quapropter gabellæ debentur æſtimatis rebus cum ſua
cauſa & ſpe. non ſimpliciter, ar. l. hæreditas. ad l. Fal.

## CONSILIVM CLXII.

1 *Vno teſte de viſu, & pluribus de fama probatur impreſſio, & violenta intentio.*

1 In Chriſti nomine. † Viſis actis apparet, ꝙ
per vnum teſtem de vi-
ſu, & per plures de fama probata eſt impreſſio, & violenta intẽ-
tio: vt extra quod me. cau. c. fi. vbi eſt caſus quæſtionis.

## CONSILIVM CLXIII.

1 *Prohibita alienatione generaliter per teſtatorem prohibita eſt hæredis extranei inſtitutio.*
2 *Stante huiuſmodi prohibitione, an hæredes poſſint inter ſe donare.*
3 *Cautela quod tot ſint donationes, quot ſunt res, an faciat valere dona. ſine inſinuatione.*
4 *Filius generaliter rogatus de reſtituendo poſt mortem poteſt alienare legitimam, & trebellianicam.*
5 *Inſtitutus ſub conditione mortis per fideicommiſſum ſi interficiatur grauatus, non facit conditionem mortis exiſtere.*
6 *Inſinuatio an poſſit coram iudice quocunque exiſtente fieri.*
7 *Filij non tranſmittunt querelam inofficioſæ donationis non præparatæ ad extraneos hæredes.*

1 In Chriſti nomine. † Super eo, quod quæ-
ritur conſilium, an ge-
neraliter alienatione prohibita per d. Nannem teſtatorem vi-
deatur prohibita inſtitutio hæredis extranei, dicendum eſt, ꝙ
ſic, vt l. peto. §. fratre. de le. 2. & ideo dicitur domus pertinere ad
deſcendentẽ legitimum. ſ. ad Barnabouẽ, ad baſtardum autem
non pertineat. ff. ad Treb. l. ex facto. §. ſi quis. ibi, ſed hoc ex di-
gnitate, &c. Et poteſt d. Barnabos ſua authoritate poſſeſſionem
accipere: quia teſtator hoc permiſit. de leg. 2. l. Titia. §. 1. nec eſt
vis, ꝙ domus ſit diſtincta: quia remanet diſpoſitio teſtatoris fir-
ma in area, & cemẽtis, qualia nunc ſunt. ff. de leg. 1. l. domos hæ-
2 reditarias. † Super eo vero, quod quæritur, an non obſtante di-
cta prohibitione inter ſeipſos poſſint donationes facere, dicẽ-
dum eſt, ꝙ ſic, vt C. de fideicõ. l. voluntas. tamen ſi excedit quin-
gentos aureos, ſeu argẽteos legales, quorum ſeptuagintaquin-
que faciunt libram auri, opus eſt inſinuatione: quia non eſt li-
citum ſupra donare abſq; inſinuatione, vt C. de do. l. ſancimus.
3 & l. ſi quis argentum. † Sed dubitatur de illa cautela, ꝙ tot ſint
donationes, &c. an propter hoc non requiratur inſinuatio, &
dicit Cy. ꝙ iſta confuſa diſtributio nihil operatur, & ideo inſi-
nuatio requiritur. Idẽ dicitur ſpe. niſi res eſſent ſpecialiter de-
ſignatæ: ſeu ſpecificatæ, & numeratæ non ſub nomine colle-
ctiuo, de verb. obl. l. ſcire debemus. & no. in Spe. de do. in verb.
quid ſi aliqs. nam tunc tot ſunt inſtrumẽta, & tot ſunt donatio-
4 nes, quot ſunt res numeratæ: & ita teneo. † Et poteſt filius ge-
neraliter rogatus de reſtituendo poſt mortem alienare legiti-
mam, Trebellianicam portionem, vt in auth. de reſt. & ea quæ
5 pa. §. quamobrem. † Item quæritur an frater inſtitutus per fi-
deicommiſſum ſub conditione mortis, conſequatur illud fidei-
commiſſum, ſi eum interficiendo faciat conditionem mortis
exiſtere. & videtur, ꝙ ſic, extitit enim conditio, & videtur caſus:
ff. fa. erciſ. l. is conſeq. §. 1. & l. cum ratio. in fin. de bo. dam. Con-
trarium dico, ne dolus ſuus ei proſit. ff. ſolu. ma. l. ſi ab hoſtib. §.
ſi. ver. vxorem: quia non videtur teſtator honorẽ ei dediſſe hoc
caſu, ar. de leg. 2. l. codicillis. §. pen. & ſic homicida perdit ſubſti-
tutionem de eo factam poſt mortem fratris ab eo occiſi, & ac-
creſcit hæc portio aliis fratribus: excluſus enim habetur pro
6 mortuo. † Item quæritur, an donatio facta per Gualterium co-
ram Capitaneo terræ Burgi valuerit, & dicendum eſt, ꝙ ſic: quia
fuit inſinuata, & potuit quolibet loco fieri, ibidem iudice ſẽ-
dente pro tribunali: quia inſinuatio eſt voluntariæ iuriſdictio-
nis, de interro. ac. l. voluit. §. 1. de offi. proconſul. l. 2. de offic. ord.
7 c. cum epiſcopus. lib. 6. † Non obſt. ꝙ d. Gualterius haberet fi-
lios tunc natos, qui dicti filij non egerunt querela, nec tranſmi-
ſerũt non præparatam ad hæredem extraneum, vt no. in l. poſt-
humus. in fi. de inof. teſt. q̃a elapſi ſunt 30. ann. C. de inof. do. l. fi.
Et ideo hęredes extranei non agũt querela, ſed ſtat donatio fir-
ma, & eadem ratione, videlicet præſcriptionis iur. donantis ex-
cluditur, niſi poſſederit, quia poſſeſſio non ſinit præſcriptio-
nem currere poſſeſſori. ff. quib. ex cauſ. ma. l. ſi is, cuius rem. hoc
debet intelligi ſecundum no. in l. fin. C. de pact. vbi dicitur do-
nationem valere, niſi eſſet donatio ſimulata, & probaret de ſi-
mulatione: nam in dubio præſumitur vera. Quæritur etiam de
teſtamento Gualterij, qui ſubſtituit Chriſtophoro Vigonem,
& Matthæum, vel eorum filios in ſtirpem, & per teſtamentum
Chriſtophori non potuit auferri id, quod debet ex teſtõ Gual-
terij. ff. ad l. Fal. l. pater filiũ. detracta Trebellianica, & debita iu-
re naturæ, & in c. Ray. & in c. ſi pater. lib. 6. & alienata ꝑ dictum
Chriſtophorum in ſua legitima imputantur, vt ff. ad Trebel. l.
Marcel. §. res, quæ. & d. §. quamobrem. & quando fideicommiſ-
ſarius vniuerſalis repetit ſe in poſſeſſione, ſine vitio poteſt reti-
nere, & excipere. ff. ad Treb. l. filiam fratrib. vt no. in l. edicto. C.
de edict. diui Adr. tol. & precaria poſſeſſio non pertinet ad illud
edictum: quia extinguitur morte precarij rogantis. ff. de preca.
l. cum precario. §. 1. Et ideo Bernabos duabus ſupradictis ratio-
nibus eſt legitimus contradictor: quia poſſidet ſine vitio, &
quia teſtator poſſidebat precario, non pro ſuo, vnde hæres eius
ſucceſſit in vitium defuncti, vt plene no. ff. de pub. l. eum, in §. in
hac. & frater tranſmiſit hæreditatem non aditam, tamen ſi ali-
quid pro hærede geſſit, vt quia vltra partem ſuam facit, adijſſe
videtur, & tranſmittit hæreditatem, de acq. hære. l. duo fratres:
& nunc donat, & iurat non venire contra donationem, niſi in-
teruenerit aduerſarij dolus, & ſimulatio, vt no. in auth. ſacramẽ-
ta puberum. etiam ſi non fiat mentio de minori ætate, vt no. in
l. 2. C. de reſc. ven. Ego Baldus.

## CASVS.

In Dei nomine amen. Factum ſic proponitur, ſuper quo
conſilium poſtulatur. videlicet Do. Nera filia olim dicti ſer O-
donis ſer Conis de Caſtro vltimũ ſuum fecit teſtamentũ de hæ-
redis inſtitutione & ſubſtitutione, & inter alia legauit, videlicet
item reliquit, voluit, & mandauit iu. inſt. & legati Marrucinæ
ſuæ filiæ legitimę, & naturali pro dotibus ſuis ſeptingentas lib.
de Peruſio, quas dicta Do. Nera teſtatrix tenetur, & debet ha-
bere, & percipere tanquam filia legitima, & hæres ab inteſtato
dominæ pręfatæ ſuę matris, & vxoris olim Matarucij Marruci-
næ de monte Politiano aui paterni ſupradictæ Marrucinæ à d.
Matarutio, & à filiis, vel ab hæredibus olim d. Matarutij, vel
à poſſeſſoribus bonorum d. Matarutij pro reſtitutione dotis di-
ctæ dominę Perfectæ ſuę matris, vel prædictarum, vt per pu-
blicum inſtrumentum manu ſer Manuelis Victalurij de Barthi-
no, vel alterius cuiuſcunque not. apparet dando, & conceden-
do eidem filiæ ſuę Marrucinę omne ius, omnemque actionem,
petitionem realem, perſonalem, vtilem, & directam, tacitam,
& expreſſam, pręroriam, & ciuilem, & omnem aliam, quod, &
quam ſperat habere in prædictis, & quod habet, & habere de-
bet contra dictum Matarutium, & filios, & hæredes, vel bono-
rum poſſeſſores eidem Marrucinę vigore reſtitutionis dotium,
& quantit. prædictæ, & in d. quãtitate, & poſſeſſionib. & actio-
nib. ſit tacita & contẽta, & ꝙ plus de ſuis bonis petere non poſ-
ſit, & ſi plus peteret, cadat à dicto legato, & ab omni ſucceſſio-
ne ipſius, in omnib. autem ſuis bonis hæredem vniuerſalem in-
ſtituit, & fecit Baptiſtam eius filium legitimum, & naturalem.
Quæritur, eo ꝙ reuocatur in dubium, an dictũ legatum valeat,
an ſit

an ſit legatum nomen debitoris vel quale ſit, & contra quem
competat actio dictæ dominæ ad petitionem dictæ quantita.
an contra hæredem, & bonorum poſſeſſorem dicti Matarutij
viri olim dictæ dominæ Perfectæ matris dictæ teſtatricis, vel
contra hæredem teſtatricis.

### CONSILIVM CLXIIII.

1 *Teſtator ſi reliquerit pecunias, quas debet habere ab aliquo, contra quem aget legatarius, an contra hæredem, an contra debitorem.*

1 In Chriſti nomine. † Quòd hæredes dictæ
Neræ poſſint conueni-
ri ad ſoluendum dictum legatum, videtur caſus ad literam. ff. de
leg. 1. l. quidam in teſtamento. in contrarium, ꝙ iſtud ſit legatũ
nominis debitoris, videtur text. ad literam in l. ſi mihi Seius de-
bet legatum, nominis eſt, ergo ab hęrede non debet peti quan-
titas: licet ſatis eſt, ꝙ hæres mandat actiones, vt C. de leg. l. ex le-
gato nominis. ſolutio, in caſu noſtro eſt, ꝙ legauit nomen pro-
pter illa gerundia, dando, & concedendo, &c. nam per iſtud ge-
rundium ſignificatur, & deriuatur, ꝙ aliquid legauit modo le-
gandi, quia teſtatrix dicit, lego dando, & concedendo. non au-
tem ſimpliciter dicit, lego. & quia ſubſtantiæ legati nomen de-
bitoris inſeruit, q. d. relatiuum, quod, hic ſignificat: ſed in l. qui-
dam teſtamento. non ſubſtantiæ, ſed præceptioni nomen debi-
toris adiunxit demonſtrando, non limitando, &c.

### CONSILIVM CLXV.

1 *Statutum ſi diſponit, quod teſtamenta executioni mandentur, de quibus teſtamentis intelligatur huiuſmodi ſtatutum.*

1 In Chriſti nomine. † Statutum diſponit, ꝙ
teſtamenta executioni
mandentur: quod intelligitur de liquidis ſtatim, vel de liquidã-
dis poſt liquidationem. C. de compen. l. ſi. de condit. & demon.
l. quæ ſub conditione. & ſic in ſententia: qa liquida ſtatim fit, ſi
habet in ſe conditionem, mandatur executioni poſt liquidatio-
nem. C. de ſentẽtiis. l. cũ iudex. & l. cum eorum. in l. 1. §. biduum.
quando appellandum ſit. & ſententia in reali mandetur execu-
tioni officio iudicis, eodẽ modo teſtamentum, ſic eſt hic per re-
ſtitutionem verbalem, de iureiur. l. nam & poſtea. §. ſi. & hoc. ff.
de iud. l. ſed & reſtituatur. & quod ibi no. vbi placeat videre glo.
Ego Baldus.

### CONSILIVM CLXVI.

1 *Libellus generalis admittitur per proſecutionem, declarationem, & coadiuuatiuam, & probatam ad propoſitum concludendi.*
2 *Vxor ſi aliquid emerit poſt mortem viri, ex ſuis pecuniis præſumitur emiſſe.*
3 *Titulum habens & poſſidens, an intelligatur poſſidere ex eodem titu.*
4 *Propter præſumptionem ſcripturæ litigans excuſatur ab expenſis.*

1 In Chriſti nomine. † A libello incipiendũ
eſt, & libellus, in quo
fuit petitum declarari, ſpectare, pertinere, &c. eſt generalis, vt
no. ff. de iudi. l. ſi quis intentione ambigua. & natura libelli ge-
neralis eſt, ꝙ poteſt declarari in proſecutione. C. de iud. l. licet.
tamen illa ſpecificatio debet concludere contra reum ad con-
demnationem rei, aliàs cæteris paribus reus vincit, de pu. l. ſiue
autem. §. ſi duobus. ſunt igitur circunſpicienda fundamenta v-
triuſque intentionis. ſcilicet tam actoris, quàm rei. incipiamus
à capite ſcilicet, ab actore, actor intendit conditionale fideicõ-
miſſum vniuerſale, & conditionem eius extitiſſe, & concludit
ad rem ſpecialem, nec dicit ſibi reſtitutam hæreditatem ab ho-
mine, nec à lege, quia non intentat caſum legis. C. ad Treb. l. pe.
& ſic libellus eſt inſufficiens: niſi coadiuuetur per proſecutio-
nem declaratam, & coadiuuãtem, & probatam ad propoſitum
concludẽdi. vnde ſequẽtia videamus, & ſciendum, ꝙ iſte libel-
lus non eſt ſuper edicto diui Adri. tol. maxime quando non eſt
in libello allegata poſſeſſio, tempore mortis, nec concludit in
rei vendicatione: quia non allegant dominium, nec in pub. qa
non eſt allegatum quaſi dominium, ſed concludit in fideicom-
miſſaria hæreditatis petitione, quæ excluditur per titulum rei,
niſi titulus rei eneruetur. l. nec vllam. in §. omnibus. de pet. hær.
oportet tamen, ꝙ actor prius fundet ſe, & ideo acta loquuntur
2 de iſtis fundamentis, & percunctemur ea. † In primis quæritur
de iure teſtantis, an ſit probatum, an vero contrarium. & quidẽ
de emptione apparet per publicum inſtrumentum, quod eſt in
actis in fol. 79. & quia apparet, ꝙ ſint empta poſt mortem viri
propter aduerbium, quõdam: vt no. in l. eius, qui in prouincia.
ſi cert. peta. non præſumitur de pecunia viri, aliàs præſumere-
tur mulier eam ſubtraxiſſe ſe viro, & præſumeretur dolus, quod
eſt falſum. l. Marcellus. ff. rerũ amotarum. Sed viuente marito
mulier non dicitur ſubtrahere: ſed adminiſtrare. ff. de do. inter
vir. & vxo. l. quintus. & tanquam per adminiſtratorem quæritur
viro in ſubſidium nõ ſimpliciter, vt l. multum. ſi quis alteri, vel
ſibi. ar. ti. de inſt. C. de rei ven. l. ſi vt ꝓponis. & l. vxor marito. de
dona. inter vir. & vxor. ſuper dicto tamen inſtrumento dubito,
quod inſtrumentum dicit à Ciolo Gilij, & magiſter Beltramus
Angeli. ff. quemadm. teſtam. ape. l. 1. in ſi. ſed ibi loquitur de te-
ſte ſubſtantiali, & de ſcripto, hic de extraneo teſte. ſequitur vi-
dere de poſſeſſione, & magiſter Beltramus probat de poſſeſſio-
ne: tamen hic eſt conſiderandum, ꝙ vnus teſtis non probat ſuf-
ficienter: tamen alio veriſimili adiuncto vehementer admini-
3 culatur, de ſucceſ. ab inteſt. c. fin. † ſed veriſimile eſt, habentem
titulum poſſidere ex eo. tit. vt ff. pro ſocio. l. merito. ff. de acqu.
poſ. l. 2. l. prædia. ff. de rei vendic. l. quædam mulier. ſed hic dubi-
to, ꝙ tunc hoc eſt verum, quando probatur ordo temporis, ſci-
licet, ꝙ titulus præcedat poſſeſſionẽ, nam econtra poſſeſſio eſt
iniuſta, vel inefficax ad iudicij vigorem, ſed hic non probatur
ordo temporis, argum. ff. de geſt. l. eum actum. l. at qui natura. §.
Scæuola. facit, quod no. cle. vltima. de reſcrip. Item, quia toties
hoc eſt, quando poſſeſſio cadit ſub eodem authore. ff. de vſuca.
l. non ſolum. ſed hic viderentur diuerſa corpora Ciolus Gilij, &
Ciolus Angeli, & non correſpondet ſibi vniuoce: ergo nec in
corpore. C. de inge. manu. l. ad recognoſcendos. poſſeſſio enim
debet eſſe relatiua ad titulum ſuum, & qualificata per titu. aliàs
remanet poſſeſſor pro poſſeſſore, non pro emptore, de petitio.
hæredit. l. ſi rem, & pretium. per Odo. C. eo. l. cogi. per doct. de
poſſeſſione Cioli deponit Biſchia fo. 60. Sed hic eſt aduerten-
dum, quia per precarium transfertur poſſeſſio, ſi tunc habeba-
tur, ſecus ſi ante, & non tunc, vel poſtea, & non tunc: qa ꝙ non
poteſt vere tradi, non poteſt tradi per fictionem. ff. ſi cer. pe. l. ſi
filius. vnde in ſociis videmus fieri communia præſentia: futura
autem non fieri communia, ſed agi ad communicandum, quia
vbi non cadit vera traditio, non cadit ficta. ff. pro ſocio. l. 2. & 3.
ff. ſi cer. pet. l. ſi ſocius. ſed hic non eſt probatum, ꝙ tempore cõ-
tractus, nec potuit probare iſte teſtis, quia non cognoſcebat v-
num ex contrahentibus, videlicet dominam Vannam, nec in-
fert neceſſario: ſed ad hoc poteſt reſponderi: quia dicit, donec
vendidit. & ſic ſatis depoſuit, licet in genere, quæ extraneum
tempus ſubſtantialibus incluſit, ſed quia vnus teſtis ſolus eſt, &
non habet conteſtem, non ſufficit. C. de teſti. l. iuriſiurãdi. do-
minium autem non probatur: licet non fuerit interrogatus in
cauſa ſcientiæ, vt no. Inno. de teſti. c. cum cauſam. quia non per-
cipitur dominium ſenſitiue, ſed intellectiue. & in iſto intellectu
teſtis poſſet decipi, vnde oportet, ꝙ exprimat cauſas per ſenſus
corporis, qui non decipiuntur circa propria obiecta, ſicut non
decipitur viſus in coloribus, & ideo per inſtrumẽtum, & dictos
teſtes non eſt ſufficienter probatum pro actore, & reus debet
abſolui propter inopiam probationum actoris, & titulum rei,
4 & poſſeſſionem eiuſdẽ. d. §. ſi duobus. † Tamen actor, quia fuit
ſcriptura motus, non debet in expẽſis condemnari, quia excu-
ſatur à temeritate propter præſumptionem ſcripturæ, de in-
terro. ac. l. de ætate. §. ex cauſa. Ego Baldus.

### CASVS.

In Chriſti nomine amen. Factum ſuper quo conſilium peti-
tur, tale eſt, quidam nomine magiſter Petrus de Artono diſtri-
ctus Spoleti in annis domini 1454. ſuum vltimum condidit te-
ſtamentum, in quo inter cætera iudicauit, reliquit, & diſpoſuit,
ꝙ ædificetur, ſiue ematur vna domus ante portam Caſtri mon-
tis Franchi, ſiue indiuiſa dicto Caſtro, in cuius pretio expẽdan-
tur 200. flor. auri, in quam committantur, & manu teneantur
in perpetuum quatuor lecti fulciti, ad recipiendum pauperes
peregrinos, & alios bonos viros, & in qua fiat continuo in per-
petuum eleemoſyna ſaltem vnius coppæ frumẽti pro qualibet
hebdomada, & ꝙ de dicto pretio emantur poſſeſſiones conſti.
& valoris mille flor. auri pro manutenendo prædicta. item iu-
dicauit, & reliquit D. Annanutiam ſororem ſuam gubernatri-
cem, ac patronam dictæ domus, & poſſeſſionum omnium bo-
norum pertinentium ad eas toto tempore vitæ ſuæ: & poſt obi-
tum ſuum ſubſtituit ſibi filium maſculum primogenitum, & v-
bi maſculi deficerẽt, ſint fœminæ, & in omnibus ſuis aliis bonis
Iacob.



Iacob. Benedicti nepotem ſuum, & Do. Annanutiam ſororem
ſuam æquis partib. ſibi hæredes inſtituit, & fecit. poſt dicto te-
ſtatore mortuo domi. Annanutia dictam domum ante dictam
portam ædificauit, & ædificari fecit, & de dictis mille flore. auri
nonnullas poſſeſſiones emit, & in omnibus dictam teſtatoris
voluntatem adimpleuit, & in dicta domo. 4. lectos fulcitos re-
tinuit, & pauperes, & peregrinos hoſpitata fuit ad mortem ſu-
am. demum deceſſit dic. do. Annanutia ſuperſtite Petro ſecun-
do genito eius filio, & do. Chriſtiana eius filia, & Federico eius
nepote infra ſcriptis condito vltimo teſtamento, in quo d. Pe-
trum & Federicum eius nepotem, & filium olim Gilij filij olim
ipſius Annanutiæ primogeniti ſibi vniuerſales inſtituit hære-
des. dom. Chriſtianæ eius filiæ vnam domum reliquit, in ea ip-
ſam do. Chriſtianam inſtituit hæredem, qui Petrus in dicta do-
mo ſimilem hoſpitalitatem retinuit, & omnia alia fecit, & ob-
ſeruauit ſecundum voluntatem teſtatoris vſque ad mortem ſu-
am. vltimo deceſſit d. Petrus ſuperſtite ſer Benedicto eius filio
legitimo, & naturali, & ſuperſtite dict. do. Chriſtiana eius ſoro-
re, & filia olim dict. do. Annanutiæ, quæ d. dom. Chriſtiana poſt
mortem d. Petri naſcitur, tamen iuridice in domo hoſpitalita-
tem retinuit, & bona de dictis mille flore. empta, & per plures
annos geſſit, & retinuit, & adminiſtrauit, nuper deceſſit dic. do.
Chriſtiana ſuperſtite Morico eius filio, & ſuperſtite Federico fi-
lio olim dicti. Gilij filij olim primogeniti d. do. Annanutiæ, &
nepote carnali d. dom. Chriſtianæ, & ſuperſtite d. ſer Benedicto
filio olim d. Pet. filij olim ſer Geniti d. do. Annanutię, & nepote
carnali d. do. Chriſtianæ. modò quæritur de duob. & primo, ad
quem de prædictis Federico, ſeu Benedicto, & merito, ſpectet
gubernatio, & manutentio dictæ domus, & bonorum prædi-
ctorum vigore ſupra dictæ ſubſtitutionis. an ex eo quòd ſunt
hæredes ſupra dictæ Annanutiæ, vel ex inſtitutione hæredis à
d. Petr. cum ſupra dictum Iacob. non conſtet adiuiſſe hæredita-
tem dicti magiſtri Pet. & deceſſit. Secundo ſi ſpectat ad diœce-
ſanum, vel epiſcopum ordinare, ſeu cõſtituere aliquem guber-
natorem ad retinendum hoſpitalitatem prædictam in domo
prædicta, cum dicta domus de licentia, ſeu prouidentia epiſco-
pi diœceſani conſtructa, ſeu deputata non fuerit ad hoſpitalita-
tem prædictam: licet nõ tanquam executor relictorum ad pias
cauſas prouidere poſſit, & mandare, quòd dicti teſtatoris pia
voluntas adimpleatur, ſuper quibus omnibus placeat veſtrũ ſa-
num conſilium exhibere, ſi ſentitis, quòd gubernatio prædicta
de iure ſpectet ad prædictos Federicum, & ſer Benedictum, ſeu
alterum ipſorum.

### CONSILIVM CLXVII.

1 *Conſtructo hoſpitali de mente teſtatoris an epiſcopus poſſit de eo ſe intromittere.*

1 In Chriſti nomine. † Ordinatio teſtamen-
ti ſequenda eſt, vt in au-
then. de eccl. ti. §. ſi quis. ver. & ſi quidam. colum. 9. & ad autho-
ritatem, & officium epiſcopi pertinet, etiam ſi teſtator vetuiſ-
ſet epiſcopum intromittere, vt ibi, & C. de epiſco. & cler. auth.
licet teſtator. ſufficit, quòd vt hoſpitale diuini iur. fiat ꝙ proui-
dentia epiſcopi accedat: licet non præcedat. Sufficit enim pia
acta authoritate epiſcopi confirmari, & approbari, extra de reſt.
c. nos quidem. & in c. cura. de iure pat. quapropter dictum ho-
ſpitale eſt locus pius, & eccleſiaſticus, non profanus. circa ip-
ſum autem duo ſunt conſideranda. ſcil. ius patronatus, & regi-
men hoſpita. iſta enim ſunt diuerſa, nam ius patronatus eſt ius
pręſentandi, regimen autem eſt ius regendi, primum ius tranſit
etiam ad impuberem, ſecundum non committitur, niſi diſcre-
tis & idoneis. ff. de cura. fu. l. cuius bonis. de iure patr. c. 2. in cle.
quæſtio autem noſtra, quæ erit tam de iure patronatus, quã de
iure regiminis; quia teſtator connexe diſpoſuit de vtroq;, cuius
teſtm̃ eſt ſeruandum, niſi quò ad regimen ſucceſſor nõ eſt ido-
neus. ff. vbi pu. edu. de. l. 1. de confir. tu. l. vtilitatem. de relig. do.
c. de zenodochijs. inueſtigandum eſt ergo teſtm̃, & conſideran-
dum eſt: quia teſtm̃ habet tres ſubſtitutiones, primã & vltimam
expreſſas, mediam vero tacitam: prima fuit de filio primogeni-
to, eius aũt appellatione nõ continetur nepos: qa teſtõr diſcre-
tiue locutus eſt de primogenito. nam iſte eſt terminus diſcreti-
uus. C. ad Trebel. l. iubemus. in fin. Secunda ſubſtõ expreſſa fuit
poſt maſculum, & iſta ceſſat: qa extant maſculi. Tertia autẽ fuit
de alijs maſculis, & primogenito, & iſta locum habet. ff. de le. 2.
l. Titia Seio. §. Seia. quoties lex non prouidet, vt ff. de vulg ſub. l.
vel ſingulis. teſtõr interim prouidiſſe vr̃, eoſq; ſubſtituiſſe, quos
prætulit vltimo ſubſtituto: quapropter iudicio teſtõris inſpe-
cto, ex tacita ſubſtitutione defertur nepotibus, filijs maſculo-
rum autem ius, & omnis adminiſtratio teſtamenti: ſaluo iure
diœceſani in examinando, & approbando idoneiorem ex præ-
dictis Federico, & ſer Benedicto adminiſtratorem dicti hoſpi-
talis, & bonorum ſuorum, & in exigendo rationem, ſi male ad-
miniſtrarent. tutori enim pupillorum Orphanotrophus com-
paratur, vt l. Orphanotrophos. C. de epiſc. & cle. in c. quia con-
tingit. de reli. do. in cle. Iſtud hoſpitale habet rectorem teſtan-
tium, ſi idoneus eſt, aliàs venitur ad datiuum, ſicut in tutore di-
cimus, de excu. tu. l. non ſolum. §. ſi libertus. nec ergo hęres, nec
epiſcopus poteſt infringere, qđ teſtator facit, vt in auth. de nup.
in §. diſponat. ff. de pe. hæ. l. hr̃ditas. in l. 1. ff. de ãnuis leg. l. Quin-
tus. in fine. ſaluo eo, quod dictum eſt de inſufficientia, vel de ne-
gligentia, vt in d. §. ſi quis. verſi. & ſi quidam. de eccl. tit. col. 9. Et
in dubio ſenior ex iſtis duobus præfertur, vt l. vlt. ff. de fide inſtr.
& de maio. & obe. c. 1. per Inno. & maſculus fœminæ.

### CONSILIVM CLXVIII.

1 *Locus dubius poteſt declarari ex immediate coniuncta materia.*
2 *Relictis ad pias cauſas non eſt opus alia confirmatione, quam mors teſtatoris.*
3 *Conductor quod non poſſit referre quæſtionem dominii.*
4 *Legata proprietate in emolumentis non eſt neceſſaria ceſſio.*
5 *Duobus in reis ſufficit renunciatio beneficii ſine certioratione.*
6 *Hæredes an poſſint petere diuiſionem debiti teſtatoris.*

In Chriſti nomine. Allegationes hincinde
factæ ita ſunt ꝓfundæ,
& notabiles, quòd vlterius non expedit allegare, ſed venire ad
1 deciſionem punctorum ſolenniter tactorum. † Et primo circa
locum dico, ꝙ locus idem intelligitur, qui in præcedenti, & im-
mediate coniuncta materia continetur, vnde in §. ſi initium ta-
bularum. ſumit à tempore arg. ad locum, & facit. C. ſi cer. pet. l.
2 eo, qđ à multis. † Circa ſecundum dico, ꝙ in relictis ad pias cau-
ſas non eſt neceſſaria alia confirmatio, q̃ mors teſtatoris: quia in
legatis in quibus ceſſat fal. non requiritur aditio hæreditatis, vt
no. Iaco. Bel. in auth. de hær. & fal. §. hinc nobis. & Bar. in l. 1. ff. ſi
quis omiſſa cauſa teſti. melior ratio eſt; quia officio ep̃i manda-
3 tur executioni. ff. de pet. hæ. l. hr̃ditas. in fi. † Ad tertium dico, ꝙ
conductor non poteſt referre qõnem dominij: quia eſſet quæ-
dam ſpoliatio. Cyn. in l. 2. C. ſi cer. pet. in §. qui ad agendum. &
eſt caſus. C. de agri. & cenſi. l. litib. & no. C. loca. l. ſi quis condu-
4 ctionis. cum ſimilib. † Ad illud, an ceſſio ſit neceſſaria, dicen-
dum eſt, quòd qui legat proprietatem, videtur legare cum ſuis
commodis. C. de leg. l. monumẽta. & l. vxor patrui. emolumen-
ta autem ſunt ipſi redditus, vnde non requiritur ceſſio quò ad
5 vtiles actiones. eod. tit. l. ex legato nominis. † Ad aliud de duo-
bus reis dicendum eſt, quòd ſufficit renunciatio, nec requiritur
certioratio, niſi in muliere, & minore. & no. ff. de verbor. oblig.
l. ſciendum. & l. 2. §. ſi. de iu. fiſ. & in c. 2. de pac. lib. 6. per Io. And.
item qui ſoluit, præſumitur ſcire, quare ſoluit. C. ſi cer. pet. l. pe.
in ſi. & inſuper ratificare vr̃. C. de cond. indeb. l. indebitum. §. 1.
6 † Circa aliud de diuiſione inter hr̃des allegatio eſt interdicta.
ſi in facto eſt vera: quia actiue, & paſſiue diuiditur, de hær. act. l.
pro hr̃ditarijs. vnde in hoc acta loquantur. Circa aliud de cura-
tore ſtandũ eſt decreto, vt ff. de poſtu. l. itẽ quib. & ſola p̃ns peti-
tio nõ adiuncta dolo, ſicut exactionis nõ efficit, de le. 2. l. qui ſo-
lidum. Inſt. de act. §. tripli. & hoc dico, & loquor prudẽtiæ tanti
viri, qui hẽt iudicare in cã, & cui ſtabitur, tu magis ſcire potes, ꝙ
reliqua puncta iſtius qõnis ſunt intacta, & ſubtilia. Series aũt fa-
cti eſt; qa dict. Dñicus eſt hr̃s vnius reorum debendi inſolidum
obligati, & ideo ſi eſt hr̃s inſolidum, qũo pręſumitur, niſi de co-
hr̃de doceatur. l. 2. ſi pars hær. pe. teneatur inſolidũ, alioqn pro
parte hæreditaria tm̃, vt dictũ eſt, vt patet. ff. ad l. Fal. l. in l. fal. &
hoc obſeruandum. de Marcello nõ eſt dubitandum, ꝙ legando
adiuit, vt l. ſi auia. & ſi filius fuit infans, potuit ẽt poſt mortẽ in-
fantis, vt l. ſi infanti. Si aũt eſſet maior, & idem viuente filio, vt l.
non ſolum. de bon. quæ lib. ſed eo mortuo dicunt multi magni
doc. ibi, quòd nõ poteſt adire, & per conſequens iura dñæ Nan-
næ legare non potuit, extra de teſtis. c. filius, & ſic Dñicus ſcdm
iſtam opi. veniret abſoluendus: qa non eſt articulatũ de infanti-
li ætate, imo nec de p̃rimonio, & pa. poteſt. quę exigitur hic, niſi

quia hoc præſupponitur per allegantes, niſi velimus tenere, ꝙ indiſtincte pater poſſit adire, vel ꝙ hæreditas matris tranſmittatur ad aſcendẽtes per gl. in l. apud hoſtes, quę vr̃ contra caſum legis. l. non pro numero. C. ad Orfi. & ſcd̃m doc. iſtud ius nõ potuit ad hoſpitale deriuari per maritum: qa iura hr̃dis nõ meruerunt, ſcd̃m gl. qa vel ex tranſmiſſione ex bñficio legis, cũ non ſolũ potuit adire, qñcunq; pro certo in iſta cã aduocatus actoris fuit paratus in capitulando, & ex actitatis non bñ colligitur, ꝙ Marcellus per mediam perſonã filij hr̃s do. Nannæ fuerit, & ꝙ de iuri. do. Nannæ potuerit teſtari de quarta parte, vñ eſt probatũ per ceſſionem dom. Cechæ: & ideo præterq̃ in iſta quarta ex iure ceſſionario veniente relicta Dominicus debet abſolui: quia ius non ſuum quò ad ipſum iure tranſlationis non potuit legare Marcellus, non nego, qn puncta ſint valde dubia, & quot capita, tot ſententiæ, & antiquorum, & modernorum, tamen ſententia prædicta eſt vera, per l. ſi infanti. §. ſi vero vel non ſit tutor. & ita cenſet Barto. in le. cum non ſolum. & Rayn. & Cyn. & facit dicta lex, non pro numero.

CASVS.

Egregie Pater, & dñe mi, quædam noĩe dña Catha. minor 25. an. ſub ptãte Iacobi ſui pr̃is conſtituta nupta cuidam Angelo de Fulginio donauit cã mortis Girardo eius patruo cũ conſenſu, & voluntate di. Iacobi ſui pr̃is 100. flo. auri, & viſo inſtr̃o dictæ donationis, viſo ſtatuto cõis Fulginij, cõſuluiſtis dictã donationem valere, & confirmatã fore morte dic. do. Margaritæ ſolius, vt in nr̃o conſilio, qd̃ lator p̃ſentium portat, continetur, qd̃ Barcorio cancellario Magnifici dñi mei Cotrandi de Trincis conſanguineo di. Girardi reddatis. nunc aũt reuocatur in dubium dictum inſtr̃m, & dr̃, ꝙ talis donatio nõ valet, ex eo ꝙ in dicta donatione non fuit ſeruata forma conſtõnis Romanæ eccleſiæ ſub Rubrica, q̃ forma ſit ſeruanda in alienationib. rerum, & cõtractib. minorũ. cuius copia vobis tranſmittit̃, & copia dic. donationis. q̃ conſtõ vult, ꝙ donationes, vendões, alienationes, &c. nõ valeant nõ ſeruata forma dictę conſtõnis. pro qua opin. vr̃ caſus in l. alienatum. §. donationis. ff. de ver. ſig. & ibi no. per gl. in diſtinctione, quã ibi ponit, videlicet aut verbũ, donationis, ꝓfertur à lege, & dẽt comprehendere oẽm donationẽ, aut ab homine, & tunc non. facit ẽt pro eo gl. in l. 2. ff. de do. præle. & l. cã mortis. §. filiusf. ff. de do. cã mor. cum ſi. In eo, quod dicit, ꝙ accedit magis contractui inter viuos, q̃ vlt. vol. &c. In contrarium dicebã per gl. p̃dictam in d. §. donationis. reprobatur cõiter per doc. & maxime per Iac. de Are. & per Bar. in l. filiusf. ff de don. qa verba le. dent accipi in propria ſignificatione, vt l. nõ aliter. ff. de leg 3. & in l. 1. §. ſi is, qui nauem. de exerc. ſed do. cã mor. non eſt proprie do. vt l. 1. ff. de do. igitur talis conſtõ nõ porrigitur ad impropriam donationem. ſc. ad donationẽ cau. mor. ſed ad propriam, videlicet puram, & irreuocabilem. ſ. inter viuos, vt d. l. 1. & hoc vr̃ velle conſtõ prædicta, bñ eam inſpiciendo. & verba coniuncta dicto verbo donationis, &c. & cã finalis ipſius conſtõnis, videlicet ne eorum in cõtractib. & negotijs damnificari valeant ſeu lædi, &c. aliàs ſequeretur, ꝙ etiam paterf. minor 25. an. nõ poſſit facere legatum, cũ ſit donatio q̃dam, &c. qd̃ eſſet abſurdum, & nunc ſit intellecta, & iõ placeat conſulere, vel vr̃o conſilio addere, qd̃ dñationi veſtræ vr̃, minimus veſter ſeruitor Io. Milutij de Triuio Fulginij die 18. Nou. Copia cõſtõnis Romanæ eccleſiæ, q̃ forma ſit ſeruanda in alienationib. rerũ & contractib. mi[…]um, &c. vt minorũ facilitati modis omnib. conuenientib. & [..]ipientib. ſuccurratur, ne in eorũ cõtractibus, & negotijs le[..]er damnificari valeant, ſiue lædi, ſicut in pleriſq; factum eſſe [..]erimus, ſtatuimus, ac p̃nte conſtõne firmamus, ꝙ donatio[..], venditiones, remiſſiones, ceſſiones, & quietationes qua[..]cunque rerum, actionum, vel iurium ſub quacunq; forma [..]tracta verborũ à minoribus, ſeu adultis ſine iur̃o corporali præſtito, & etiã abſq; conſcientia duorum, vel trium proxi[..]orum conſanguineorum, ſi exiſtant, vel ſaltem affinium, ſi [..]ſanguinei non exiſtant, quòd ſine decreto competentis iu[..]is, & inſinuatione facienda in actis cũ quibuſcunq; vniuerſibus, collegijs, cõitatib. & quibuſcunq; perſonis ſpecialibus [..]i non valeant, nec aliquatenus celebrari, & ſi facti, vel cele[..]ti fuerint non obſeruatis ſolennitatibus ſupradictis, præſu[..]atur, & fingantur doloſe exacti, & nullam obtineant firmi[..]m, & nihilominus cõtrahens cum minore, contra formam [..]erius annotatam iudicis arbitrio puniatur.

CONSILIVM CLXIX.

1 *Donatio cauſa mortis, an comprehendatur ſub ſtatuto diſponente de donatione.*

1 In Chriſti nomine. † Iſta conſtitutio non p̃t intelligi de don. cau. mor. quia cum loquatur de iur̃o, per quod actus irreuocabiliter formatur, non congruit huic donationi cauſa mortis: ſed inter viuos, de do. cauſa mor. l. vbi ita donatur. Item iſta conſtitutio, quæ venit correctiue ad ius cõe, debet reſtringi, non ampliari ad donationem cauſa mor. quæ non eſt donatio ſimplex, licet contractus quaſi innominati. de don. cauſa mor. l. ſenatus. §. nec dub. Caſſian. & ad hoc. ff. de don. l. filius. Item quia do. cau. mor. non indiget inſinuatione. C. de do. cau. mor. l. fi. in his ẽm ſolennitatib. non curandis accedit vltimæ voluntati, vt ibi patet. Et hoc eſt declaratum per ſtatutum ſub Rub. de do. quod p̃t interpretari alteram conſtõnem inter ſuos ſubditos, & etiam quia conſuetudinalis obſeruantia eſt, ꝙ ſeruentur ſtatuta, vt l. omnes populi. cum ſi. Non ob. verbum generaliſſimum, alienationes, & c. quia per dicta formalia reſtringitur ad ea, quæ ſunt compatibilia formę. l. ita autem. in prin. de admi. tu. hic eſt conſideranda conſtõ, ſed ſtatutum non eſt dubium, ſed poſita valentia ſtatuti, ꝙ iſta do. cã mor. valet, quia ſic verba ſe habent, quibus eſt ſtandum. l. 1. §. ſi is, qui nauem. & l. fratres. de pœnis. cum ſim. ſecundum conſtitutionem eſt dubium pp verbum generale, donationes, pp verbum generalius, alienationes. pp verbum generaliſſimum, ſub quacunq; forma, vel contractu verborum, donatio ẽm cauſa mor. accedit contractui innominato, vt ff. de don. cau. mor. l. ſenatus. in §. nec dubitat Caſſian. Tamen cõtrarium dico, nam certi contractus autoritate patris non firmantur. ff. de verb. obl. l. fi. ff. de muner. l. 1. ſed do. cau. mor. firmatur authoritate patris. ff. de dona. cau. mor. l. tam is. §. 1. in quo caſu ceſſat illa rõ, vt imbecillitati, &c. quia maiorẽ authoritatem dat ei vti ſuo conſilio, & non imbecillitatem: quia in conſtitutione fit de iuramento merito: qa in donatione cau. mor. nõ cadit, vt de do. cã mor. l. vbi. Non ob. verba gñalia: qa per dictã formam reſtringuntur ad ea, quæ ſunt compatibilia formæ, vt l. ita aũt. in prin. de admi. tu. de re mili. l. milites agrum. & quia don. cau. mor. quantum ad priuilegia accedit vltimæ voluntati, Inſtit. de dona. §. 1. & l. fin. C. de donat. cau. mor. Et ideo dicta conſtitutio non intelligitur de ipſa. Ego Baldus.

CASVS.

Quidam Bern. de monte Pulciano, & Luculus Suragij de Peruſio fuerunt confeſſi obligando ſe inſolidum habuiſſe mutuò à domina Angela centum quinquaginta flor. & habuerunt, & receperunt in præſentia notarij, & teſtium, vt dicit inſtrumentum, quos centum quinquaginta flore. promiſerunt reſtituere dictæ dominæ ad omnem eius petitionem. tractu temporis dictus Bernar. obligando ſe, & ſua bona promiſit dicto Luculo ipſum liberare ab obligatione prædicta, & de obligatione extrahere, & indemnem conſeruare ad ipſius Luculi petitionem, & terminum, & hoc ideo fecit: quia dictus Bernardus & eius precibus, & mandato dictum Luculum aliàs Nicolaum ſe obligaſſe, & ad dictam quantitatem 150. flore. perueniſſe ad manus dicti Bernardi, & integram, nihil ad manus dicti Luculi, quia confeſſus eſt dictus Bernar. ſe recepiſſe cauſa operandi ad artem cambij in ciuitate Peruſij, & dictos centum flor. conuerſos eſſe in ipſius Bernardi propriam vtilitatem. contingit, quòd dictus Bern. fide rupta abijt, modo quæritur, nunquid dictus Luculus agere poſſit: quia actum à dicta domina Angelina in curia capitanei habere regreſſum contra fideiuſſores Bernardi, exercere artem cambij in ciuitate Peruſij, quòd teneatur dare fideiuſſores, bene, & legaliter exercere dictam artem, ex quo dictus Ber. in inſtrumento conſeruationis confeſſus eſt dictam quantitatem accepiſſe pro exercenda arte cambij. Item quæritur ſecundo loco, an auditores cambij habeãt ſuper hoc iuriſdictionem, & dictus Luculus poſſit regredi contra ipſos fideiuſſores, & coram dictis auditoribus.

CONSILIVM CLXX.

1 *Fideiuſſores pro aliqua arte dati tenentur omnino, &c. & ſi ſe ſummiſerunt iuriſdictioni dictæ artis poſſunt ibi conueniri.*

1 In Chriſti nomine. † Quia fideiuſſores obligauerunt ſe in omnem cauſam notario recipienti pro omnibus, quorũ intererit, ſine



ſine dubio poſſunt conueniri, cũ iſtud ſit occaſione artis cambij. ff. loca. l. quæro. in auth. de fideiuſſ. in §. ſed neq;. ff. de adop. l. his verbis. & facit quod not. ff. de arbi. l. litigatores. §. quod ait. Idem ſi iſti fideiuſſores ſubiecerunt ſe iuriſdictioni auditorum cambij, poſſunt ibi conueniri. C. vbi cauſæ fiſc. l. cum vende. de iur. om. iud. l. eſt receptum. in auth. de fideiuſſ. in §. argentariorum. C. de conſtit. pe. l. ſecund. in fin. facit, quod not. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. l. 1. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXI.

1 *Stante ſtatuto prædicto, quod poſſit inquirere de violentiis, &c. an poterit inquirere de raptu virginum, nuptæ & viduæ.*
2 *Adulterium differt à raptu.*
3 *Hæredes defuncti occiſi poſſunt cogi ad vindicandam mortem occiſi.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrum de raptu virginis poſſit inquiri, ſimiliter an de raptu nuptæ, vel viduæ cõſiderato ſtatuto
2 p̃dicto. † Qõ ſtat in hoc, an raptus ſit violẽtia, an p ſe ſit vnũ, an p ſe ſit aliud, ſeu reliquum. Et certum eſt, ꝙ adulterium differt à raptu, & non ſunt idem, vt not. C. de tranſa. l. tranſigere, vel paciſci. violentia ẽm raptui ineſt. Sic igitur raptor dicitur violator. ff. ad l. Iul. de vi pu. le. qui cætu. §. qui vacantem. & ff. ne quis eum. l. ſed eximendi. C. ad leg. Iul. de vi. l. ſi confidis. & ideo dico, quòd de raptu non poteſt inquiri, nec etiam ſi inquiratur ſimul de adulterio, & raptu, quia principium ſtatuti copulatiue loquitur, & poſtea ſubdit, & dicit, quòd poteſtas, &c. & ſic non obſt. l. 1. C. de rap. virg. ff. de adul. l. vim paſſam. §. præſcriptione. Item verba ſtatuti ſeruanda ſunt, vt ff. de pœn. l. diui fratres. nec poteſtas poteſt cogere ad accuſandum, &c. per regulam, vt ne-
3 mo inuitus agere, vel accuſare cogat̃, † licet in homicidio quidam dicant eſſe ſpeciale, vt poſſint ſucceſſores cogi ad vindicandam mortem defuncti propter commodum ſucceſſionis, quia tenentur. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXII.

1 *Infamatus reſtitutus ad famam poteſt conficere inſtrumenta.*

1 In Chriſti nomine. † Ex quo dominus Papa reſtituit ad famam, & tunc ſer Herius non obſtante conditione potuit conficere inſtrumenta: ante autem infamia durante non valent: quia ad famam, & honores qui iur. Romano deferuntur, ſolus princeps Romanus, ſcilicet apoſtolicus, vel Cæſar reſtituit. ff. de poſtu. leg. 1. §. de qua autem reſtitutio. de re iudica. cap. tenore. per Innoc. Et quia iſta eſt veritas, non extendo me in prolixioribus verbis, nec ad ea, quæ dicit Barto. in l. infamem. ff. de pub. iudic. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXIII.

1 *Duplex ceſſationis ſpecies.*
2 *Delicto continuabili qui intentat vnum menſem cum continuatione in alium menſem, non intentat niſi vnum delictum numero, itaque ſi non probat de initio temporis, id eſt, de menſe principali, non probat maleficium.*
3 *Tempeſtates, pluuiæ, & languores excuſant à pœnis legalibus.*
4 *Nimia pluuia, & inſolita connumeratur inter caſus fortuitos.*

1 In Chriſti nomine. † Duplex eſt ceſſationis ſpecies, vna culpabilis, vt quando quis ceſſat: quia eſt in mora. alia ſine culpa, vt qñ quis ceſſat propter impedimentum à le. quod eſt iuſtum: aliàs pp rerum naturam, quia natura ceſſat producere, ſcilicet non producit, quod producere ſolet, in materia pœnali non dr̃ ceſſatum: niſi qñ culpabiliter eſt ceſſatum ab eo, qui ceſſare voluit. ff. vt in poſſ. leg. l. is, cui. §. ceſſatum. ff. de coll. bo. l. 1. §. ſi cum duobus. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in gl. deſeritur.
2 † Item præmitto, ꝙ in delicto continuabili, vt in non faciendo, ille, qui intentat vnum menſem cum continuatione in alium menſem, non intentat niſi vnum delictum numero. Itaq; ſi non probat de initio temporis, id eſt, de menſe principali, non probat maleficium ſecundum gl. quæ eſt in l. eum, qui. §. in popularib. de iureiu. non enim probat tempus, ad quod ſe aſtringit. ff. de neg. ge. l. eum actum. & l. at qui natura. §. Scæuola. iſtud enim qd̃ probat, non eſt tps commiſſi delicti, ſed tempus perſeuerantiæ eius, quod tps non eſt intentatum, vt ex tunc detur actio ſe-
3 cundum olim. † Item præmitto quòd tempeſtates, pluuiæ, & languores excuſant à pœnis legalib. ff. de publ. l. Cæſar. Itẽ præmitto, ꝙ dum ſub iudice lis incerta pendet, debitor non eſt in mora. ff. de vſur. l. in fideicommiſſi. Item præmitto, ꝙ ſi iudex inhibet, interim quis non eſt in mora. l. mulier. de l. commiſſo-
4 ria. † Et ꝙ nimia, & inſolita pluuia eſt inter caſus fortuitos. ff. de contrah. emp. l. fiſtulas. §. frumenta. ff. ſi quis cau. l. 2. §. pen. viſo ergo proceſſu, & ponderata actionis forma, & materia, & quia ex natura negotij ad pœnam imponẽdam requiritur culpa non leuiſſima: quia vt dicit Cy. in l. ſi quis non dicam rapere. culpam leuiſſimam criminaliter non puniri, ſed ſaltem leuem, & hæc culpa excluditur pp ineptiam. ſc. incongruitatem temporũ per metũ hoſtium, & qa non erant maturi pp pluuias, & pp conſuetudinem, quæ dat menſem Auguſti pro termino reportandi, & p̃cepto iudicis inhibentis, proculdubio iſti accuſati ſunt omninò abſoluendi, & pro obſeruantia conſuetudinis: optime facit. C. de agri. & cen. l. domini prædiorum. lib. 11. Ego Bal.

CONSILIVM CLXXIIII.

1 *Prohibitionibus debet ſeruari lex localis.*

1 In Chriſti nomine. † Quicunq; vult facere aliquid p̃hibitorium, vt molere panem, coquere, mercari, negotiari, immittere, vel extrahere mercantias, ſiue terrigena ſit, ſiue de Vngaria, debẽt ſeruare legem localem, maxime conſuet. roboratam. lex enim non ligat ratione perſonæ, ſed ratione actus, quem facit. ff. de offi. præt. l. 3. & ideo forenſes includuntur exceptis clericis ſub iſto generali verbo. Ego Baldus.

CASVS.

Punctus talis eſt. Statuto terræ Gualdi cauetur, ꝙ nullus habens domum in dicta terra poſſit vendere eam alicui aliquo colore quæſito, & ſi vendetur, venditio non valet ipſo iure, &c. Modò quidam Maſſarellus, & Maſſutius Thomæ de dicta terra habentes quandam domum in dicta terra cum titulo permutationis, conceſſerunt cuidam Petrutio Cecharelli de dicta terra, & ipſe Petrutius minor 25. an. conſenſu ſui curatoris pro dicta domo conceſſit eiſdem Cecharello, & Maſſutio quaſdã petias terrarum, & ſyluarum valoris vltra dimidiam pretij, quod valebat dicta domus tunc tpis, & plus. Item dictus Petrucius iurauit contenta in dicto contractu obſeruare, & non contrauenire. modò pręfatus Petrucius in legitima ætate conſtitutus videns ex dicto contractu ſe enormiter læſum vult reſtituere dictã domum, & reaccipere ſuas poſſeſſiones, & corã vicario ſui diœceſani producit libellum ſuum, & petit relaxari à dicto iuramento, vt ex dicto libello videbitis apparere. Modò quæritur viſo dicto ſtatuto, & viſo dicto cõtractu, & dicto libello primo, vtrũ dictus contractus ſit nullus pp dictum ſtatutum: an dictum iur̃m debeat relaxari, & quæ ſit forma pronunciandi. Secundò vtrum ſi non eſſet nullus, propter dictum ſtatutum veniat annullandus probata dicta lęſione. Et an illa ſit ſufficiens cauſa relaxandi dictum iuramentum. Tertiò & vltimò, qua via ſiue qua actione poſtea dictus Petrucius agat coram iudice ſeculari, & vtrum ſit in integ. reſtitutio neceſſa.

CONSILIVM CLXXV.

1 *Statutum prohibens venditionem non prohibet permutationem.*
2 *Iuramentum non ligat errantem.*

1 In Chriſti nomine. † Statutum prohibens venditionem nõ comprehendit permutationem. l. fi. de condi. ob cauſam. ff. ita dicit Spe. per illũ tex. in Spe. de emp. & vend. §. nunc dicendum. ver. ſed pone ſtatutum. iur̃m etiam minori poteſt relaxari prætextu ætatis: quia iur̃m facit eum maiorem, ſed ſi ſit circunuentus ſagacitate, vel dolo maioris, tunc in auth. ſacra puberum. ſagacitas ad circumueniendum minorem dolus eſt, & ideo iuramentum relaxandum: quia iuramentum non debet patrocinari doloſis, & delinquentibus. iur̃m de non veniendo contra ratio-
2 nem minoris pretij valet, † ſi à ſciente valorem eſt præſtitum, ſed ſi ab errante minore ſubueniendum eſt: quia errans non conſentit. facit, quod no. in l. 2. C. de reſcind. vend. hoc conſtito iuramentum eſt relaxandum. Ego Bald.

CASVS.

1 Punctus q̃õnis talis eſt. Quędam do. Catharina habens litem cum quadam do. Baria eius ſorore coram arbitris, produxit petitionem, quã vobis tranſmitto: in qua in effectu dicit, ꝙ Franciſcus pater earum deceſſit ſuperſtite Mattheo, & Chriſtophoro filijs ſuis legitimis, & naturalibus fratribus dictæ dominæ

Cath. vtrinq; coniunctis, & dictæ dominę Bariæ ex latere patris tantum. & per hoc vult concludere, ꝙ tota hæreditas di. Franc. deueniat ad dictam dominam Cath. hæredem, vt in ſe. dixit dictorum ſuorum fratrum, prout videbitis contineri in petitione. reſponſum fuit per dictam do. Bariam, quòd tunc Franciſcus deceſſit nullo filio maſculo remanente: nunc quæritur, cum mors dictorum filiorum propoſita ſit in dicta petitione, licet poſt mortem patris per dictam dom. Cath. & negatum fuit per dictam dom. Bariam, quid de iure præſumendum eſt de morte dictorum filiorum Fran. & ſi habeat probare ipſos ſuperuixiſſe poſt dictum Fran. dicta do. Catha. vel dicta do. Bariq, quæ negat ipſos deceſſiſſe, præſupponitur, quòd dicti fratres tempore vitæ patris eorum fuerunt in partibus longinquis, tempore mortis eorum patris, quòd ipſi erant mortui, & ſic hodie habetur, & tenetur, & dictæ ſorores habuerunt hæreditatem dicti eorum patris nulla facta mentione de dictis filijs, tanquam non eſſent in rerum natura.

CONSILIVM CLXXVI.

1 *Ceſſante fama, vel coniectura filius non cenſetur mortuus ante patrem, vel matrem.*

1 In Chriſti nomine. † Si per famam, vel per aliquas coniecturas põt probari, ꝙ filij præmortui fuerunt, ſtabo famæ, & coniecturis, C. ſol. ma. l. ſi quidem. per gl. & doct. in l. qui ex liberis. in princ. de ſecũdum tab. aliàs præſumam naturam ſuam ſeruaſſe & non turbaſſe ordinem, & ſic filios ſuperuixiſſe, cum eſſent puberes. ad l. Fal. l. hæreditatum. l. qui duos. §. fi. de rebus dub. licet illæ ll. alio caſu loquantur: videlicet quando ſimul ruina ſunt oppreſſi, hic quãdo apparet celeritas mortium: ſed per abſentiam dubitatur, quis prior deceſſerit. C. de cap. l. nec nos. vel poteſt dici, quòd incumbit onus ei, qui contra poſſeſſorem intentat ordinem mortuum, vbi ordo poteſt probari per teſtes, vt hic: ſed vbi non poteſt probari per teſtes, vt in ruina, & naufragio, tunc ſtatur præſumptioni, quę circa factum pręſumit. & iſtud eſt verius, per d. l. nec nos. nec obſtat d. l. qui ex liberis: quia ibi ſpeciale fauore teſtamenti, ne pereat in dubio ſubſtõ. Ego Bal.

CONSILIVM CLXXVII.

1 *Statutum prohibens perpetuales eſſe alienationes, excludit omnes ſpecies alienationis voluntaria.*

1 In Chriſti nomine. † Iſtud ſtatutum, quòd prohibet perpetuales eſſe alienationes, manifeſte omnem ſpeciem alienationis voluntariæ excludit. C. non licere habi. me. l. 1. C. de iur. fiſ. l. certa forma. & licet vocabulum venditionis quò ad pœnam ſtatuti ſtricte ponatur, vt not. in Specu. de empt. & vendit. §. nunc videndum. ver. ſed pone ſtatutum. tamen quò ad alienationem impediendam propter publicam vtilitatem large ponitur, vt etiam permutationem prohibeat, nec vallatur iuramẽto, quoties eſt contra publicam vtilitatem principaliter, & epiſcopus debet in hoc ſequi ius municipale, & relaxare iuramentum. C. de agric. & cenſ. l. quemadmodum. præſertim quia minor fuit deceptus, & in re euidenti pręſumitur ſagacitate aduerſarij circumuentus, quo caſu de iure communi etiam reſtitueretur in integrum relaxato ſacramento per epiſcopum: ſed quia ſtatutum vetat, contractus eſt nullus, & relaxatio ſacramenti reo nondum competit, quòd irritum eſt, quod contra leges ſit, de pact. l. iuriſgent. §. pactorum. & facit ad prædicta. ff. de ſtatu. lib. l. ſtatuliberum à cæteris. §. quintus. & in l. 2. ff. de vſuca. pro empto. & ſic teneo, & quia iuramentum dolo, vel nimia prauitate extortum non repræſentat eum maiorem, quam etiam erat, facit. l. 2. de reſcin. vend. in gl. Ego Baldus.

CASVS.

In Dei nomine, amen. Factum ſic proponitur, Matthiolus Petrioli, & Vitalis Petrioli fratres carnales deceſſerunt omnes ex dom. Matthiolo: remanſerunt duo filij legitimi, Seruiolus, & Thomas. Ex dicto Thoma remanſerunt quatuor filij, videlicet Stephanus, Cagnutius, Herculanus, & Pac. Ex dicto Vitali remanſit vnus filius, videlicet Antonius, ex dicto Ventura nullus remanſit filius, neque filia. Poſt mortem dictorum fratrum omnes præfati filij remanſerunt in commune, & omnia eorum bona ſimul communicauerunt, & participauerunt, & lucra eorum, & etiam lucra aliorum filiorum deceſſorum, & etiam ex dictis filijs. modo veniunt ad diuiſionem dictorum bonorum tam patrimonialium, quam quæſitorum. Quæritur ergò, quæ diuiſio ſit fienda per eos de dictis bonis, an per capita, vel ſtirpes, præſuppoſito, quòd bona per eos quæſita, fuerunt quæſita ex proprijs laboribus, & non ex fructibus bonorum patrimonialium: quia nõ ſufficiebant ad ſuſtentandum vitam ipſorum, nedum quod ſupereſſet.

CONSILIVM CLXXVIII.

1 *Lucra ex ſocietate acquiſita diuiduntur per capita, ſiue numerum perſonarum, etiam ſi non ſint æqualis induſtriæ.*

1 In Chriſti nomine. † Lucra ſocialia æqualiter inter ſocios diuiduntur in capita, ſeu numerum perſonarum: quia iſta eſt natura ſocietatis in dubio, vt partes ſint æquales. ff. pro ſoci. l. ſi non fuerint. 1. reſponſo, etiam ſi non eſſent æqualis induſtriæ, vel valetudinis: quia ſpecies fraternitatis eſt ſocietas, & ſicut inter fratres res ſunt æqualiter diuidendæ, niſi aliud actum ſit: ita inter ſocios. ff. pro ſoc. l. verum. & ſicut vnus frater naturaliter debet ꝓcurare cõmodum fratris. l. creditor. §. fi. ff. mand. ita & ſocius communi lucro ſtudere debet. ff. de nego. geſt. l. ſi negotia. cum ergo iſti fuerint ſocij laborum, ſint etiam lucrorum æquo iure diuidendorum, & de facili præſumitur ſocietas accidentalis, vbi reperitur naturale conſortium. & ſic cõmercium ſequatur conſortium naturale, adiunctis tamen actib. indicantibus ſocietatem. ff. pro ſoc. leg. cum duobus. §. ſi fratres. Quare concluditur, quòd dicta diuiſio fieri debet in capita. Ego Bal.

CONSILIVM CLXXIX.

1 *Aſſerens ſe inter liberos certo modo teſtatum, per hac verba, apparet illud feciſſe teſtamentum.*

2 *Filia, quæ recipit legatum, & poſſidet illud, quod aliàs eſſet commune omnium hæredum, inſolidum autem proprium, præſumitur ſcire teſtamentum.*

1 In Chriſti nomine. † Quando ſapiens conſulit, mirabile eſt, ſi in caſibus legum conſulit directe contra caſum legis. Ego dicebam, quòd ſi aliquis aſſerit ſe inter liberos certo modo teſtatum, quòd per hæc verba apparet eum feciſſe teſtamentum: quia iſta principaliter abſolute prolata habent vim diſpoſitionis. ff. de donat. l. ex hac ſcriptura. maxime inter liberos, in quibus ſufficiunt indicia voluntatis extra me. C. fam. er. l. fin. dicit amicus meus, illa iura loquuntur, quòd verba proferuntur in vltima voluntate, ſecus ſi inter viuos, vt in capit. fin. de ſucceſſ. ab inteſta. in gloſſ. quæ incipit, videtur, quòd talis, credo ſalua pace ſua, & honore, quòd pactum cogitauit, & in iſta ſua reſponſione non ponderauit gloſſ. paruam eiuſdem. cap. quæ incipit, quaſi dicat. nec etiam notauit ſui rationem, quare monaſterium vincit fauore non probato per epiſcopum ab inteſtato venientem nomine eccleſiæ ſibi ſubiectæ. ideo enim vincit monaſterium: quia probat teſtamentum plene, oblationem non plene, & ideo non fundat ſe Papa ſuper oblatione, ſed ſuper teſtamento; quod probatur per indicia confeſſionis, quæ indicia vocat ibi adminicula. & ideo Ioann. Andr. ſuper dicta gloſſ. dicit, quod gloſſ. male opponit, cum idem velit iſtud capitulum, quod dicunt leges, quas. l. gloſ. allegat vt contrarias: non enim ſunt contrariæ, ſed concordant; quia per iſta verba enunciatiua ſit teſtamentum, ſi habent cæteras cohærentias: ſed hęc verba fuerunt probata de teſtamento: quia ipſa verba iur. interpretatione ſunt teſtm̃, ſicut autem verba quæ proferuntur de contractu, tunc non eſſet teſtm̃. l. verba geſſerunt. vnde in d. c. eſt caſus, ꝙ talis confeſſio facit decedere quẽ teſtatum, & non

2 inteſtatum. & ita tenet Inno. & omnes. † Item dicebam, ꝙ filia, quę recipit legatum, & poſſidet illud, ꝙ aliàs eſſet cõe omnium hr̃dum inſolidum, & vt proprium, p̃ſumitur illud ſcire teſtm̃, & cognoſcere vltimũ iudicium. patet per no. in l. cum hæres, de li. leg. ff. de tranſ. l. nõ eſt ferendus. C. ſi cer. pe. l. 1. in fi. ſcd̃m patet. ff. de inof. te. l. ſi vt proponis. §. 1. & l. nihil intereſt. & l. filius, cum ſi. ſed ille valens homo dicit, ꝙ illud eſt verum, qñ ſcit vires teſtĩ, ſecus ſi ignorat. eo. tit. l. mr̃ decedens. §. præterea. mulier aũt errare præſumitur in iure, qñ ius ſuum non proſequitur: ſed recedit à iure conſtituto, puta à querela, vel iure defendendi nullũ, & fortius eſt hic, qa errauit in facto: nã credere teſtm̃ factum, cũ non ſit, vel credere ſolenniter factũ, & aliquid inſertum, qđ non eſt, puta relictum filiæ iure inſtitutionis, cũ ſit relictum iure legati, eſt error facti. l. 1. de iu. & fa. igno. aduerte in eo, quod dicit,



dicit, errore facti. verum dicit allegato errore: aliàs non præſumeretur error facti, de adult. l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. 2. Sed hic non fuit allegatus, vñ male ſe fundat in errore iuris, non eſt verum; qa nocet in quaſi lucro, p̃ſertim fauore teſtĩ, vt C. de iu. & fa. ign. l. 2. & 3. Et vtrobiq; non, ꝓpea non eſt verum, ꝙ errauit in facto, in quo agnouit bonam fidem, ad quam pertinet veritatem fateri: & non diſputare de apicibus. ff. de mand. l. ſi fideiuſſor. §. quędam. Pręterea eſto, ꝙ ſcriptura non eſſet ſolemnis. tñ iuncta cũ confeſſione teſtatoris, quæ ad ipſam ſano intellectu ex veritatis conſonantia referenda eſt, plene probat. ff. de condit. & dem. l. ſi ita ſcripſero. præterea iſta verba enunciatiua ex ſe probando diſponunt, vt dictum eſt. ita dicebam, ꝙ fratres tuentur bona fide cum longa poſſeſſione amicus meus dicit, ꝙ non eſt bona fides, vbi erratur in iure ad p̃ſcriptionem. Sed aduerte, ſi p̃ſcriptio eſt contra ius gentium, error iur. nocet, ſed ſi hẽt æquitatẽ naturalem, vt ex teſtõ non ſolenni: tunc quia præſcriptio eſt bona, & æqua, & non dicitur errare in iure: ſed bonam fidem, quæ à iure gentium cauſatur, habere præſumitur. facit, quod no. de iu. & fac. igno. l. ſi poſt diuiſionem. ita crederem, ꝙ notarius, qui dicit ſibi commiſſum, dicat verum, iſte non eſt error, ſed bona fides credere honeſto, & approbato homini. ff. commo. l. argentum. & ideo amicus meus conſuluit contra veritatẽ facti, & iur. non potuiſſe: quare reus dẽt abſolui, & proxime conſultum abſq; eo, quod tangam illud, quod dicit de immiſſione: quia nõ dicit verum, vt no. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſol. mat. in gloſ. ordi. &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXX.

1 *Pupillus læſus, quia non ſoluit in termino, poteſt petere reſtit. in integ. excipiendo.*

1 In Dei nomine. † Quia pupillus eſt læſus, põt in integrum reſtitui, quòd nõ ſoluit in termino: quam reſtitutionem in integrum tanquam poſſeſſor poterit implorare excipiendo. ff. de iureiurã. l. nam & poſtea. §. ſi minor. & no. Inſtit. de act. in §. rurſus. per Dy. Et hoc modo poſt terminum ſoluet, & contractus valebit. ff. de mino. l. Emilius Largianus.

CONSILIVM CLXXXI.

1 *Verbis iſtis generalibus, & alio quocunque modo, & cauſa. an includantur omnia onera vndecunq; quæſita, etiam extra rem donatam.*

1 In Dei nomine. † Poſito ſine pręiudicio, quòd probatum ſit, dictam donatricem prius fraternam hæreditatem adijſſe oritur dubium, propter illa generalia verba, & alio quocunq; modo, & cauſa: ſunt enim verba valde lata, ſi nõ eſſent poſita in conſequentiam hæreditatum donatarum: includunt omnia onera vndecunq; incumbentia donatrici. ſed quia poſita ſunt in conſequentiam ſalua reuerentia recti ſermonis, non videntur poſſe intelligi, niſi de hęreditarijs oneribus prouenientib. cauſa teſtatorum, vel contractuum, vel delictorum, vel quaſi, dummodo ſint onera illarum hæreditatum, vñ præcedentium natura declarat mentem in ſequentibus. de ſol. l. ſi ex pluribus. ff. de pact. l. emptor. §. Lucius. ff. de euict. l. Lucius. §. fi. cum gl. ff. de condi. inde. l. fi. §. idem quæſijt. ff. de tranſact. l. cum Aquiliana. C. de except. l. ſi ex maiore. ff. de vino legato. l. Aurelio. §. Sticho extra hæreditates: ergo nec de onere cauetur: onus autem hæreditarium dotis legatæ. ff. de act. & oblig. l. hæreditarium, ſolutione impletum eſt. Separata igitur onera non dicuntur permiſceri. C. de hæ. ac. l. ſi adul. §. fi. cum ſimilib.

CASVS.

Dubium, ſuper quo conſiliũ petitur, hoc eſt. In terra Fabria. occaſione guerræ eſt facta quædam reformatio in fauorem debitorum, qui debita contraxerunt guerra durante. Modo euenit, ꝙ quidam Vannutius debitor volẽs probare debitum contractum ante guerram in hac forma. Item di. Vannutius dictos 40. flo. mutuauit di. Perrozo ante guerram inceptam inter cõe Fabriani, & dom. Rodulfum. interrogatus teſtis dicit ſe tantum hoc ſcire de contentis in d. c. videlicet quòd audiuit dici dictam guerram inter prædictos inceptam eſſe, & quòd ante dictam guerram ipſe teſtis vidit, quando dictus Vannutius mutuauit dicto Perrozo dictam quanti. flor. vlterius non fuit interrogatus, nec vltra dicit. nũc quæritur, an hic teſtis probet debitum contractum ante guerram, vt reformatio, de qua ſupra, non habeat locum in tali caſu, &c.

CONSILIVM CLXXXII.

1 *Teſtis, qui deponit aliquid factum ante guerram, an ſi dicat, quod audiuerit eam inceptam eſſe, probet, quod illud ſit ante guerram factum.*

2 *Teſtis, qui interrogatus non reddidit cauſam dicti, non probat ſecundum communem opin.*

Quia tps non habeo, vt late loquar, & cã eſt parua paucis verbis me expediam. ſi recte cõſidero circa propoſitum thema, duo inſurgunt dubia ex eodem fonte, licet vnum

1 habeat plus dubitationis, q̃ reliquum, † dubium ſurget ex l. ſolam, C. de teſti. Solam enim teſtationem prolatam nec alijs adminiculis cãm approbatam nullius eſſe momenti certũ eſt. Sic ergo in propoſito, nec mutuum cõtractum, nec ante guerram contractum teſtis vr̃ probaſſe. Præterea & alia ratione non vr̃ probaſſe mutuatum ante guerram: quia quotieſcunq; aliquod tps eſt de ſubſtantia actus, illud tale punctualiter eſt probãdum, de neg. geſt. l. eum actum. C. de prob. l. actor, quod aſſeuerat. ff. ſol. ma. l. de diuiſione. cum ſi. ſic in propoſito de ſubſtantia actus eſt probare mutuatũ ante guerram: ſed de guerra nihil eſt probatum, niſi per auditum; quia teſtis dicit ſe audiuiſſe: dicit igitur breuiter. His non obſtantib. dico hunc teſtem probaſſe intentionem productam. teſtis enim non dẽt eſſe verboſus, nec vltra, q̃ exquiratur eloquium dare, ſi dicto non addit rationem, cum ab examinante non exigitur ſtamus dicto abſq; alia ratione, vt extra de re iu. c. ſicut nobis. hoc notabiliter dicit gl. in d. l. ſolam. allegata. In contrariũ, nemo enim pręſumitur immemor ſalutis æternæ, 1. q. 6. c. ſcimus. ponit Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver.

2 † Item interrogatus non reddit cauſam. eſt cõis opin. omnium, de qua in d. l. ſolam. & in l. teſtium. eo. tit. de iur. fiſ. l. in fraudem. de iureiu. l. iuſiurandum. §. qui iuſ. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. qui opus. Et ſi dicatur, prædicta vera, qñ teſtis nullam reddit cãm, non qñ reddit, ſed minus idoneam, vt fuit in caſu iſto, dicit. n. teſtis, ꝙ audiuit dici. certe ſi diligenter aduertentur, quæ hic teſtis dixit, ipſe duo principaliter aſſerit: nec vnum eſt ratio alterius, imo vnumquodq; dictũ eſt de per ſe prolatum. patet, qđ dixit ſe hr̃e in plurali, & ſic plura. & non vnum dicere intendit, item inter primum dictum, & ſcd̃m admittit copulam (&) de cuius natura eſt diuerſa iungere, nõ per modum rationis aduertere. præterea ex forma cõi eſt dictum ſequi, nõ autem præcedere, aliàs ſequeretur prius in eſſe produci, q̃ producens, & cãtum, quia cauſa eſt contra naturam, non ob. l. de diuiſione. & aliæ allegatæ ſuperius pro contrarijs; quia ſecundum intentionem ponentis punctualiter tps eſt probatum. Si enim non fuit neceſſe probari ad excluſionem prædictę reformationis certo, ac limitato tempore mutuum fuiſſe contractum, ſufficit, quandocunq; ante guerram non exigitur plus vno anno, quam alio: vel vno menſe quam alio, vel die, & requirentur, vt eſt videre in caſib. legum contrariarum, bene faterer, ꝙ menſis, vel dies punctualiter probari debent. nam cum fructus vltimi anni ſoluti matrimonij diuiduntur pro rata temporis, eſt neceſſe ſcire, quo tempore ſolutum eſt matrimonium: quia ex rata temporis ſit diuiſio fructuum, & ſic ante diuiſionem, vel poſt diuiſionem: vt ſciamus, an partus ſit editus liber. eſt ſciendum, quòd tempore depoſiti partus iur. fuerit liber, vt d. l. matrem, ſic eſt in l. eum actum. de neg. geſt. vbicunque de punctuali tempore probando agitur, ſed (vt dixi) in caſu ꝓpoſito non ſortitur effectum actus, in quo agitur plus vno tempore, quam in alio. puta, quòd ante guerram eſſet per mille milliaria annorum. fateor enim quòd debuiſſet: qa tunc videtur excludere, quod non alijs temporibus, ſed caute agit, nõ aſtringens ſe, ſed generaliter ponendo, quòd generale dictum teſtis recte reſpondit, nec propterea minus probat, cum non fuerit vlterius de rationibus ſine cauſa ſcientiæ requiſitus, vt ſupra dixi.

Idem, quod in præcedenti conſilio.

CONSILIVM CLXXXIII.

In Dei nomine. Mutuum probatum eſt per redditionem cauſę viſus, vt C. de teſti. l. teſtamentum. ſed tempus probatum non eſt: qa ignorans non probat. dictio taxatiua, tantum oſtendit: quia neſciebat per veritatem, quando fuit guerra, & ideo non poteſt probare, quod ante guerram fuit, qñ probat, quòd ante illud tps, in quo audiuit, dicitur, ꝙ erat guerra, quia tamen qñ audiuit, non explicatur. remanet probatio temporis confuſa, quia non valet quò ad probatum certum tempus: factum autem probat, ſicut

ſi diceret, vidi mutuari, ſed non recordor de tempore, vt not. Inno. extra de accuſa. c. qualiter.

CONSILIVM CLXXXIIII.

1 *Refutatio, quando ſine cauſa fit, intelligitur eſſe donatio, & ideo ſi eſt inofficioſa, habet locum querela.*
2 *Filius hæres poteſt venire contra factum patris ratione fraudis commiſſæ.*
3 *Refutatio nullis terminis coarctata refertur ad omnia.*

1 In Dei nomine. † Refutatio facta abſq; cauſa intelligitur eſſe donatio, vt ff. de iu. l. ſi quis abſente. & ff. quib. mod. pig. vel hypo. l. 1. §. 1. ff. de pact. l. tale pactum. ff. de prob. l. Procula. Et ideo ſi tpa largiuntur, & de inofficioſo habeat locum querela. C. de inoffi. teſt. in auth. vnde ſi parens, & iſta tempora non currunt minoribus ipſo iure. C. in qui. cau. in integ. re. non eſt neceſſ. l. fin. domina ergo Chriſtophora habet in hoc ius: dum tamen ſit hr̃s vniuerſalis: nam ſi repudiaret hr̃ditatem pr̃nam non poſſet agere ad legitimam: quia repudianti hæreditatem non debetur legitima de ipſa hæreditate: licet aliquo caſu hoc inueniatur. ff. de bon. li. 2 l. ſi partis. l. ſi libertus patrono. §. 1. † & ſi dicatur, ſi hæres eſt patris, quomodo poteſt venire contra factum patris? Reſpondeo ratione fraudis commiſſæ contra ipſum hæredem. C. ſi in frau. patroni. l. 1. Si tamen in bonis patris non erat aliud, quam id, qd donatum eſt, non eſt neceſſe, q aliter adeat hęreditatem patris: niſi q petat legitimam, quæ ſola ſibi competit, dicta auth. vnde ſi parens. tamen ſi dicta do. Chriſtophora eſt hęres patris, tenetur ad dotem fratris ſui qui dotauit ſororem. ſc. dominam Ant. nomine patris communis: nam hoc ipſo vr̃ in rem patris vertiſſe. ff. de in rem ve. l. & ideo. §. fi. cum l. ſe. dum tñ frater remittit in ſe collatam de reſtituendo ſtipulationem. ff. de le. 3. l. vxorem. §. pater naturalis. legitima autem intelligitur deductis debitis. & per conſequens deducto dicto debito dotis. l. Papin. in quarta. ff. de inoffic. teſt. vñ ſi vltra debita ponamus, ſunt 12. centenaria. & ſi ſunt fratres, & dicta ſoror, ps ſororis pro legitima ſua eſt vncia. C. de inoffi. teſta. auth. nouiſſima. quia quarta tertiæ. ſc. de quatuor vnam ſecundum neutrum quaternarium liberorum. ſi petatur reſtitutio per minorem aduerſus ſentẽtiam latam in querela, debet probare ſe minorem, & iniuſte ſuccubuiſſe, de min. l. minor autem magiſtratus. Nam ſi ſententia eſt iniuſta, non dicitur læſa: licet ſuccubuerit. ff. de aur. & arg. leg. l. 3 Titiæ amicæ, † generalis refutatio nullis terminis coarctata refertur ad omnia. ff. de pact. l. emptor. §. fi. ſecus ſi habeat terminos arctationis. ff. de ſo. l. ſi ex pluribus. C. de excep. l. ſi ex maiore. C. de tranſ. l. ſi de certa. iſta nr̃a refutatio gñaliſſima eſt dos data pro filia à matre conſtante ma. p̃ſumitur de bonis mariti: niſi quatenus ipſa hẽret bona parafernalia, quod per iudicem diſcuti debet, de do. inter virum. l. Quintus.

CONSILIVM CLXXXV.

1 *Alienata occaſione ſoluendi banna, & condemnationes imputantur in legitima, & Trebellianica.*

1 In Dei nomine. † Res alienatæ per dictũ Marcutiũ occaſione ſoluendi banna, & condemnationes, imputantur in legitima, & Trebell. dicti Marcutij, vt not. ff. ad Trebellia. l. Marcellus. §. res quæ. & in authen. de reſti. & ea quæ parit. §. ob rem. licet non potuit alienare viuente marito, quia erant mariti, tamen quia primo ſuc. maritus, & confirmantur alienationes. ff. de vſucap. l. cum. ver. prædium. & ff. de pigno. ac. l. rem alienam. Citentur ergo, ſi qui volunt eſſe hæredes Marcutij, quòd veniant ad reſtituendum hæreditatem ſubſtituto in teſtamento domini Ioan. & ſi nemo compareat, vt hæres habeat hæreditatem pro reſtituta verbo, & tunc petatur miſſio ex edicto diui Adria. vt C. ad Treb. l. pen. C. de codi. l. fi. Ego Baldus.

CASVS.

Punctus, ſeu caſus eſt talis. Agneſa habebat quendã fratrem vterinum nomine Venturam, qui Ventura habebat filium nomine Andream, qui And. habebat filium nomine Vannutium, qui Vannu. habebat filiũ nomine Ioannem, Agneſa iſta veniens ad mortẽ fecit teſtm̃, in quo teſtõ inſtituit hr̃dem vniuerſalem virum ſuum, videlicet in vita ſua, poſt mortem dicti ſui mariti ſubſtituit ſibi prælatũ Venturam, & And. filium dicti Venturæ, ſi vixerit tpe mortis d. ſui mariti, & ſi nõ vixerit, ſubſtituit dicto viro filios ltimos di. And. demũ hoc facto moritur d. Agneſa, & adita fuit hr̃ditas per dictũ ſuum virum. demũ iſte vir hæres inſtitutus à d. Agneſa volens euitare votũ captandę mortis deuenit ad pactũ, & tranſactionem cum dic. Ventura ſibi primo loco ſubſtituto, videlicet q d. Ventura remiſit ſibi omne ius, qd habebat in hr̃ditate d. Agneſæ, & obligauit ſe, & ſuos hr̃des non venire contra dictã tranſactionẽ ſub pœna mille. & hæc tranſactio inita fuit pro minori quantitate in triplo, quam valeret dicta hr̃ditas Agneſæ, demũ accidit, q viuente dicto viro hr̃de inſtituto à d. Agneſa eius vigore moritur primo d. And. præfatus, idemq; filius dic. Venturæ, & ſubſtitutus dicto viro. demũ moritur d. Ventura, qui Vent. inſtituit hr̃dem vniuerſalem prædictum Vannu. eius nepotem, & tertio loco ſubſtitutum, lapſu tpis moritur præfatus vir dictæ Agneſæ, qui erat hæres inſtitutus in vita ſua à d. Agneſa. modo venit p̃fatus Vannut. idemque tertio loco ſubſtitutus præfato viro videns ſe eſſe obligatum ad non adeundum dictam hr̃ditatem dictæ Agneſæ vigore dictæ tranſactionis factę per p̃fatum Venturam ſuum auum primum, qui cum inſtituerat hr̃dem vniuerſalem, adiuit hr̃ditatem prædictæ Agneſæ, modo venit præfatus Ioan. & vult petere dictam hæreditatem ab hæredibus dicti viri, opponitur ſibi, quod iſte non poteſt petere; quia non fuit ſubſtitutus, explicatur pro parte d. Ioan q imo fuit ſubſtitutus, hoc modo, videlicet quod d. Agneſa prima ſubſtituerat Venturam fratrẽ dictæ teſtatricis, ſecundo ſubſtituerat And. filium dicti Venturæ, & ſi talis non ſuperuiueret, ſubſtituit filios Vannis And. modo dicit ipſe, ego ſum filius d. Andr. & ſic nepos. d. And. & appellatione filiorum comprehenduntur nepotes, ego debeo admitti ex ſubſtitutione facta de filijs dictæ Andreæ, cum ſim nepos ex filio dicti Andreæ. Secundò obijcitur ſibi, q iſte non poteſt petere hæreditatem dictæ Agneſæ, quia ipſe nõ adimpleuit conditionem appoſitam in teſtamento, quæ conditio erat in dando. Replicatur pro parte d. Io. quia cum ipſe ſit minor, & infans, debet reſtitui aduerſus omiſſionem implementi cõditionis. modo quæritur, nunquid d. Io. poſſit petere pręfatam hęreditatem vigore dictæ ſubſtitutionis factæ de filijs dicti Andreæ non obſtante tranſactione facta per dictum Venturam cum dicto viro: & etiam vtrum poſſit petere ſine præiudicio dicti Vannutij ſui patris, & hæredis vniuerſalis dicti Venturæ, &c.

CONSILIVM CLXXXVI.

1 *Appellatione filij an in ſubſtitutione veniant nepotes.*

1 In Dei nomine. Quidam † magni doc. dicunt, vt Andreas de Piſis, & alij plures, quòd in ſubſtitutionibus nomine filij non continetur nepos: ſicut nec in ſubſtitutionibus noĩe filij non continetur nepos. l. Gallus. in princip. & §. 1. de liber. & poſthu. Bar. dicit contrarium in l. liberorum. ff. de verb. ſignific. per l. Lucius. de hær. inſtit. & hæc opin. eſt vera, cum vſque in infinitum intelligantur deſcendentes, omnes videntur ſubſtituti, quod eſt falſum, non obſtat. l. Lucius: quia intelligitur de liberis, ſcilicet primi gradus. C. ad Treb. l. iubemus. in fin. & iſta eſt veritas, niſi coniecturis appareat latitudo voluntatis, vt quia nepotem vocabat filium. Præterea quæſtio quærit de nepote tranſuerſali, imo de nepote, quinimo de poſthumo: & ideo puto non contineri in ſubſtitutione ex vi nominis appellatiui. ff. de his, qui ſui iuris. l. filium diffinimus, de lega. 1. l. q filiab. de teſt. tu. l. ſi quis ita. Sed dubitatio eſt, vtrum ex vi pluralis numeri, & hoc, ſic. vt pluralis numerus aliquid operetur. ff. ad Treb. l. fi. & ar. ff. de fund. inſtr. l. fundus, qui locatus. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXXVII.

1 *Fideiuſſores dati in aliqua arte generaliter, tamen non inſtructi ad illam artem an teneantur pro delictis contractis extra illam artem.*
2 *Dictio, ſecundum, quid importet.*

1 In Dei nomine. † Generalitas verborum periculum ſæpe generat. C. de do. promiſ. l. fi. nonnunquam tamen reſtringitur ad cogitatum. ff. de tranſact. l. Aquiliana. ff. de pact. l. tres fratres. ff. de teſta. tu. l. ſi quis ita. ff. de ſol. l. ſi ex plurib. & multum refert inter neceſſariam, quæ ſtricte interpretatur, licet latiſſime proferatur reſtringendo eam ad naturam neceſſitatis. ff. de damn. infect. l. inter quos. §. & quod in ſtipulatio. & voluntariam promiſſionem, quæ non habet terminos reſtrictiuos. ff. de pact. l. emp. §. fina. & l. fin. C. quæ res pign. ob. poſ. l. fi. de lega. item interdum ſpecies ſequitur genus, & habet arctare. ff. de verb. ſignifi. l. ſi cum fundum. interdum ſpecies præcedit. ſequitur tunc genus, tenentur ampliatiue, niſi ratio reſtrictiuè tam generi, quam ſpeciei congruat. ff. de acq. poſſ. l. ſi is, qui animo. ff. de pac. l. quod dictum: quia igitur fideiuſſor non debuit dari, niſi occaſione artis cambij: quia extranea cauſa non continetur ſub hoc quidẽ, ſi exceptionẽ prædiorum ſcripſiſſet in libris cambij, an fideiuſſores tenerentur: certe nequaquã: vnde ſermo licet profundus, reſtringitur, imo verius declaratur ex cauſa. Item iſtud intelligitur factum, qd conſueuit fieri. C. de fideiuſ. l. fi. & licet in libro cambij, continetur, non ex libro, ſed ex cauſa, cenſenda eſt obligatio, vt C. ſi cer. pe. l. eo q à multis. ratio igitur pactũ informat, & arctat. Præterea hic aperte reſtringitur genus, ibi dum 2 dicit, ſecundũ formã ordinamentorũ dictæ artis. † nam dictio, ſecundũ, poſt ſpeciem hẽt naturã demonſtrationis. l. eum, qui. §. Iul. de conſt. pec. ſed poſt genus habet naturam limitationis, de verb. ſig. ca. Abbate. cum ſi. q enim extra campſoriam geritur, non pertinet ad campſores. ff. de trib. l. 1. §. ſi plures. & l. fi. de iu. om. iu. Et propterea dicti fideiuſſores de debitis non ex campſoria naſcentib. conueniri non poſſunt. ff. de annuis leg. l. fi. apparet ergo pro dictis pannis fideiuſſores prędictos non teneri viſo inſtrumento prædicto.

CONSILIVM CLXXXVIII.

1 *Conſobrinus, vel patruelis eſt idoneus teſtis.*

1 In Chriſti nomine. † Conſobrinus, vel patruelis, an ſit idoneus teſtis: dubitandum non eſt, niſi alia ratio ſubeſſet, vt no. C. de teſti. l. eos. per gl. & doc. Eſt enim perſona integra iuris pręſumptione, de p̃batio. c. ab ea parte. & quantitas parua. Et ideo iudex, qui detulit iurm, fecit, quod debuit. l. in bonæ fidei. & l. admonendi. nam vbi agitur de paruo præiudicio, leuiores probationes ſufficiunt. Et hoc tenet Nic. de Mat. nedum in conſobrino, ſed in carnali per ſe habitãte, & negotiante. C. de p̃ba. l. ſciant cuncti. & licet fuiſſet arbitrarium primo iudici, tamen arbitrio rectè vſus eſt: quia ita debuit: p̃pter gradum enim ſolennitatis ſolum reperitur perſona alias fide digna. eſt caſus in l. lege Iul. ff. de teſt. à contrario ſenſu, nam licet non cõpellatur præciſè in criminali, vel ciuili: tamen ſi deponit, valet, alias lex non diceret, non cõpellantur: ſed diceret, repellantur, & bonum eſt arg. à cõtrario ſenſu. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. mulier. per hoc eſt expreſſum econtra de pręſum. c. literas. non ob. gl. dictæ leg. Iul. quia loquitur in inuito, cuius dictum non valet nec pro, nec econtra, nec in cauſa ciuili, nec in cauſa criminali. Et dicitur inuitus, quando citatus allegat ſuum priuilegium: ſed ſi non allegat, dicitur volũtarius, vt no. expreſſe. ff. de his, qui. vt indig. l. poſt legatum. §. is no. & de excu. tu. voluntaria. & patet aperte. ff. de iudi. l. 2. in prin. cum ſi. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXXIX.

1 *Commodatarius non tenetur de caſu fortuito, niſi aliqua culpa interuenerit.*

1 In Chriſti nomine. † Non venit caſus fortuitus, nec de iure communi. ſ. ex natura contractus, vt ff. cõmo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. & ff. de re. iu. l. contractus. nec pactum aliquod loquitur de caſu fortuito. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. C. commo. l. 1. Res ergo combuſtæ d. dominæ, quæ erant in d. domo, fuerunt combuſtæ periculo dictæ dominæ, niſi in incendio interueniſſe probetur, aliqua culpa ipſius Nicolai, vel eorum, quorũ tunc opera vtebatur. ff. qd vi, aut clam. l. ſi alius. §. eſt & alia. C. ad l. Aquil. l. 1. ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. de incẽ. rui. & naufra. l. qui ædes. dictæ dñæ locatricis exiſtentibus in ipſa. Ego Baldus.

CONSILIVM CXC.

1 *Legatum factum alicui proprio vſui, ſi illi non deſeruit, debet conuerti in alios vſus.*

In Chriſti nomine. Intentio teſtatoris eſt p̃pria ex generali intentione, paritione, & ſpeciali prouiſione, & determinata pro- 1 uiſione cõtra facientis. † Et ideo ex capite generali propria legata, quæ proprijs vſibus non deſeruiunt, in alios vſus conuerti debent, de vſufru. leg. l. legatum. ff. de admi. rerum ciui. per l. legatum. & in clẽ. quia contingit. de religio. do. licet enim ſit priuata perſona à legato, non eſt remota generalis intentio à legato, quapropter quod non habent fratres, habere tamen debet litera teſtatoris cooperante diœceſano: quia pro luce conſcientiæ ſuæ non debet ſibi imburſare, ſed in pios vſus erogare. Ego Baldus.

CASVS.

Factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt. Quidam nomine Ciriſſiolus habuit duos filios, videlicet Mannutium, & Roctium, Roctius deceſſit ante mortẽ dicti Ciriſioli ſuperuiuente ſibi Andreola eius filia. poſtea iſte Ciriſiolus condidit teſtm̃, & inſtituit ſibi hæredẽ dictũ Mannutium ſuum filium, & dotauit dictã Andreolã eius neptẽ. & deceſſit. demũ deceſſit dictus Mannutius ab inteſtato ſuperuiuentib. ſibi Maſſarello, & Paulutio & do. Io. ſuis filijs. tunc iſta Andreola remanſit vidua, & reuerſa eſt in domũ p̃dicti Paulutij: vltimo iſte Paulutius cõdidit teſtm̃, & inſtituit ſibi vniuerſales hr̃des dictã do. Io. ſuam ſororẽ carnalẽ, & dictã do. Andreolã ſuam ſororẽ cõſobrinam pro æquali portione, nulla facta mentione de matre viuente. & in fine d. teſtamenti Paulutij eſt appoſita illa clauſula cõſueta, videlicet, ſi non valeret iure teſti, valere voluit iure codicillorum. & mortuus eſt. poſt mortẽ vero dicti Paulutij dicta d. Io. & dña Andreola ſteterunt, & vſufructuauerunt ſimul, & poſſederunt per duos annos, vel circa bona hæreditaria dicti Paulutij, poſtea Mactiotius cepit in vxorẽ dictã do. Andreolã, & Franc. filius dicti Mactiotij cepit in vxorẽ dictã do. Io. & hr̃ditatẽ p̃dictã dicti Paulutij, & bona hr̃ditatis p̃dictæ dictus Mactiotius vt paterfamilias poſſedit, tenuit, & recollegit: & ipſa Andreola vna cum dicta Ioan. vſq; ad mortẽ dictæ Andreolæ tenuerunt, & poſſederunt, & adhuc dictus Mactiotius ſic poſſidet. & iſta dña Andreola mortua eſt ſuperuiuente ſibi Naſſarello eius filio, & hæres poſtea dictus Mactiotius vt pater, & legitimus adminiſtrator dicti Maſſarelli, ſui filij, & filij, & hr̃des dictæ Andreolæ ſuæ matris hr̃dis dicti Paulutij pro medietate, & do. Io. p̃dicta cum p̃ſentia ſui viri, & aliorũ conſanguineorũ hæres dicti Paulutij, alia pro medietate fecerunt quandã quitationẽ cuidã nomine Mactuitio. 60. l. de curren. Quæritur modo, vtrũ per ea, quæ dicta ſunt, ſit adita hr̃ditas dicti Paulutij, vel videatur eſſe adita per dictã Andreolã, & per conſequens per eius hr̃des hoc primo. vel ſi dictũ teſtm̃ p̃teritionis matris infirmetur in totũ, vel in partem, & pro quota parte, cum dicta mater vixerit poſt mortẽ dicti Paulutij ſui filij per ſex annos, & vltra, & nihil dixerit de hæreditate p̃dicta dicti ſui filij, hoc ſecundo, vel ſi hr̃des dictæ Andreolæ ſuccedant in aliquo in hr̃ditate p̃dicta iure codicillorũ, & vltimo, vtrũ quitatio facta per dictã do. Io. hr̃dem dicti Pauluti. pro medietate, & per dictũ Mactiotium, & patrẽ, & legitimũ adminiſtratorẽ dicti Maſſarelli ſui filij, & hr̃dis dictæ Andreolæ hr̃dis dicti Paulutij pro alia medietate faciat aliquid ad factũ, cum fuerit facta poſt mortẽ dictæ Andreolæ hæredis dicti Paulutij, & vtrũ tẽpus decurrit in aliquo dicto Maſſarello, cum dicta do. Io. adierit, & apprehenderit poſſeſſionem dictæ hr̃ditatis anno p̃terito mandato iudicis curiæ communis Tuderti, aliquo non citato, vel requiſito.

CONSILIVM CXCI.

1 *Sorore carnali, vel conſobrina hærede inſtituta, ſi mater ſit præterita, teſtamentum eſt nullum.*
2 *Tacente matre præterita pluribus annis de æquitate teſtamentum valet, ſi ex eo petatur bo. poſ. ſecundum tab.*

1 In Chriſti nomine. † Si frater ſororem carnalem & conſobrinam inſtituit matre præterita, teſtm̃ hodie eſt nullum ipſo iure: ſed olim. ſ. iure veteri erat aliquod: ſed dabatur querela matri, vt inſti. de inof. teſta. §. mater. & in §. aliud quoq; capitulũ. Authen. vt cum de appel. cogno. & no. in Auth. de hr̃di. & fal. §. ex hære- 2 datos. col. 1. † ſed ſi mater plurib. annis ſuperuixit, & non dicit nullum teſtm̃, de æquitate valet, ſi ex eo petatur bo. poſ. ſecundum tab. de iniuſto teſt. l. filio præterito. nam de iure prætorio confirmatur: ſed ante de iure ciuili confirmetur, vt ex eo poſſit adiri hr̃ditas: & certum eſt, q de rigore iuris non confirmatur, ſed de æquitate ſcripta per reſponſa prudentium, quæ ſunt de iure ciuili, vr̃ confirmari, vnde de ęquitate tale teſtm̃ nõ eſt nullum. Item mater obijcit poſt plures annos, & non dixit nullum vt no. C. de co. l. poſt. iſte paſſus eſt de apicib. iuris, nam quando teſtm̃ non valet, quia ſuus eſt p̃teritus, nõ reconualeſcit vnquã de iure ciuili, ſed eſt neceſſaria bo. poſ. ſecundũ tab. de iniuſto teſtõ. l. poſthumus. ad Carbo. l. ſi impubes. §. fi. ſi autem non

valet præteritione matris, videtur de ęquitate iuris ciuilis conualeſcere, quia mater tacitè vr̃ approbaſſe non reprobando. & eſt ratio differentiæ inter ſuum, & matrẽ, quia ſuus præteritus eſt ipſo iure hæres neceſſarius de iure ciuili. l. in ſuis. de liber. & poſt. & ideo alius non põt eſſe hæres de iure ciuili, de reg. iur. l. quod contra. §. vni duo. quia ſuus omnes alios ex vi ſuitatis excludit de iure ciuili, vt C. vnde liberi. l. qui ſe patris. per Iac. & Cy. & cõmuniter per omnes doct. ſed iure non eſt ſuus, & ideo non officit alteri, quin de iure ciuili poſsit ſuccedere, ex theorica doctorum, in d. l. qui ſe patris. Item in matre ius dicendi nullum ſuccedit loco querelæ, vnde non eſt nullum, niſi dicatur nullum per ipſam matrem: ſed hic non fuit dictum nullum, ſed tacitum videtur accõmodaſſe cõſenſum. ff. de proba. l. Procula. alia opi. eſt, ꝙ in iſtis caſibus inſtitutus, cum legitima iuris obſeruantia defecerit, non ſuccedat niſi per bonorum poſſeſſionem, vt no. C. vnde legitimi. l. certum. ſed reſponde, iſta ratio concludit de rigore, non de æquitate, ar. ff. de hæred. inſti. l. qui ſoluendo non erat duos Appollonios. Concludendo dico, ꝙ ſi oppoſitio gl. eſt vera, vtraq; ſoror eſt hæres pro dimidia: ſi autem eſt vera opi. aliorũ, ſoror carnalis eſſet hæres in totum, ſed teneretur reſtituere ſorori conſobrinę dimidiam partẽ ei vi fideicõmiſsi, nec enim deducit quartam ante partẽ: qa non apparet grauata, niſi in ſemiſſe, & ſic non habet locum Trebellianica: & iſta ꝓbantur ex eo, ꝙ no. doc. vltra gl. in auth. ex cauſa. & iſta videtur ipſa veritas.

C A S V S.

Quidam nomine Ioannes, & Franciſcus de Spoleto vendiderunt quaſdã poſſeſſiones cuidam nomine Corrado pro pretio, & quãtitate 130. flo. vt patet publico inſtr̃o &c. tractu temporis dicti venditores dicunt contractum in forma venditionis celebratũ fore, & eſſe ſimulatũ, & ſimulatè factum loco pignoris, dicentes, ꝙ tempore cõtractus, & ante contractũ conuentum eſt inter eos, ꝙ dictæ poſſeſſiones venditæ eſſent loco pignoris, & quandocunq; dicto Corrado emptori redderetur precium antedictum, Corradus redderet, & reſtitueret dictas poſſeſſiones venditas, & ita in petitione deducunt dicti Ioannes, & Franciſcus venditores p̃dicti coram iudice eccleſiaſtico, petentes fructus medio tẽpore perceptos cõpenſari cum quantitate pretij, & ad eorum intentionẽ probandã inducunt teſtes, qui deponunt, ꝙ cum p̃dicti venditores eſſent obligati d. Corrado in certa quantitate bladi, reduxerunt ad cõcordiam p̃dictos venditores, & emptorẽ, ꝙ pro dicto blado dẽnt recipere, 130. flo. au. & ꝙ pro dicta quantitate, 130. flo. deberet celebrari quidã cõtractus emptionis, ꝙ in rei veritate dẽret eſſe pignus, qđ in cõtractu deuenit, ꝙ ſi infra certum terminũ redderet dictum precium dicto emptori dictus emptor teneretur reddere, & reſtituere dictas poſſeſſiones venditas. & dñt, ꝙ acceſſerunt ad celebrandũ dictum contractum, & ſtatim poſtea redierunt, & dixerunt ſe dictũ contractũ celebraſſe in forma venditionis: cum in rei veritate eſſet pignus: dicunt tamen teſtes p̃dicti, & aſſerunt ſe cõtractui minimè interfuiſſe. Modo q̃ritur de duob. primo cum pars in petitione deducat contractum inter eos, ꝙ quandocunq; pretium redderetur, deberent poſſeſſiones reſtitui, & teſtes dicant, ꝙ infra dictũ terminũ tunc declaratum inter partes conuenit, item cum teſtes non deponant de tempore cõtractus, imo aſſerunt tempore celebrati cõtractus nõ interfuiſſe, ſed dicunt, quãdo in cõtractu cõuenit, ꝙ eſſet pignus, an ſit ſufficienter ꝓbatum de intẽtione agentium, cum reperiatur contractus venditionis purus, & ſimplex, & liberè celebratus &c.

CONSILIVM CXCII.

1 *Qualitas aliqua ſi requiratur, niſi ea ſit probata, non valet.*

1 In Chriſti nomine. † In libello eſt intentata qualitas doli. ſ. quod in fraudẽ vſurarum hæc qualitas non eſt probata, niſi per vnum teſtem, ergo non eſt probatum: qa dicto ſe aſtrinxit, l. prætor. §. docere. ff. vi bo. rapt. & iſta qualitas dat iuriſdictionẽ epiſcopo. nam pignus ſine vſura non pertinet ad epiſcopũ: tunc eſt vſura, quando eſt actũ de fructib. lucrandis, alias non, licet valeret qđ agitur plus, de emp. & ven. c. ad noſtra. de pign. ca. illo vos. hæc diuerſitas ſubſtantialis apparet, quando vnus dixit nõ credere, ꝙ in fraudẽ vſurarũ, niſi pignus includat vſurã aliter dicti pretij ſe eſſe vſurarium, nam pignus nõ includit vſuram, ſicut nec hypotheca, & licet eſſet cõuentum, quod eſſet pignus, non ſequitur, ergo ꝙ eſſet contractus fœneratitius. & hoc expreſsè ponit Innoc. de for. compe. c. cum ſit generale. in gl. quæ incipit, not. captores. oportet tamen quod ſemper &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCIII.

1 *Iuramentum quando habet tacitam conditionem, ſi non fuerit ſeruata, non eſt neceſſaria abſolutio à tali iuramento.*

1 In Chriſti nomine. Iuramentum † quandoque habet tacitam conditionẽ, vt hoc caſu, ſi æquè fuerit arbitratum, vt ff. de ope. lib. l. ſi libertus. & ita tunc nõ eſt neceſſaria abſolutio iuramenti, ſi arbitrium eſt adeo iniquum, ꝙ reductio peti poſsit. ff. pro ſoc. l. vnde ſi Neruæ. de iniu. ca. quintauallis. vbi dicitur, ꝙ iuramentũ licitum non refertur ad mandatũ illicitum. & hoc facit, ꝙ no. ff. de reg. iur. l. non vr̃. §. qui iuſſu. & per hoc vr̃ prima facie, ꝙ epiſcopus non poſsit ſe intromittere ratione iur̃i, cum de hoc caſu nõ ſit iuratũ, alias epiſcopi poſſent aſſumere totam iuriſdictionem temporalẽ ratione iur̃i, ꝙ eſt abſurdum. In contrarium facit, nam ſicut licitum eſt Fortunato petere reductionem, ita & Catulutio eſt licitum petere declarari Fortunatum eſſe periurum, eo ꝙ laudum ſit æquum. & hæc qõ erit præiudicialis, & maior, & ſpectans ad eccleſiam ratione iuramẽti, quæ iuriſdictio præueniri, vel impediri non poteſt à iudice ſæculari, nam iuriſdictio beati Petri maior eſt, quam iuriſdictio ſecularis ratione ſpiritualitatis. & ideo epiſcopus poteſt ſummatim, cognito & iuſtificato laudo coram ſe mandare iudici ſeculari, ne audiat venientẽ, contra proprium iuramentum, executor autem non debet inhibere. ca. fin. de for. competen. lib. 6. quia iſtud iuramentum non fuit purum, ſed cum tacita conditione, oportet ergo, vt cauſa apud epiſcopum terminetur, ꝙ ibi petatur ꝓnuntiari Fortunatum venire contra proprium iuramentum, & inhibere. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCIIII.

1 *Onera quis non cogitur ſubire, niſi pro parte hæreditaria, quando hæreditas eſt pluribus delata pure, vel purificata per aduentum conditionis.*

1 In Chriſti nomine. † Quando hæreditas eſt pluribus delata purè, vel purificata per euentum conditionis, nõ cogitur vnus ſubire onera: niſi pro parte hæreditaria. C. de hæredi. act. l. pro hæreditarijs. Nec ob. ff. de l. fal. l. qui fundum. §. ſi tu ex parte. qa ibi non erat omnib. delata. ex hoc concluditur, ꝙ do. Ioanna non tenetur, niſi ex parte hæreditaria: ex eo ꝙ eſſet probata exiſtentia conditionis ſubſtitutionis, vel confeſſata. ſupereſt videre de conditione inſerta legato alimentorum, cuius exiſtentia non eſt probata, nec eſt probans caſus impediens, & ideo nulla ex parte alimenta debentur, vt plenè legitur, & not. C. de le. l. 1. & de conditio. & demonſtra. l. illis libertis. & per hoc non expedit tractare de ritu proceſſus, ex quo obligationis ſubſtantia deficit in totum.

CONSILIVM CXCV.

1 *Donatio facta non reuocatur, licet donatarius moriatur, & eius hæreditas deuoluatur ad extraneos.*

2 *Nec reuocatur per furorem ſuperuenientem notario rogato.*

1 In Chriſti nomine. † Viſa donatione facta per Santellã fratri ſuo de bonis paternis, & maternis, manu proprij notarij, nõ eſt dubium, dictæ donationi ſtandum eſſe, & eam reuocari non poſſe, licet dictus frater ſit mortuus, & hæreditas eius deuenerit ad extraneos, vt C. de do. l. ſi auia veſtra. & ſufficit, ꝙ notarius
2 erat ſanæ mentis tempore, † quo ſcripſit: licet poſtea effectus fuerit demens, vel furioſus; quoniam non nocet mors notarij, ita nec furor, iſtud certo certius eſt, facit, ꝙ not. in ca. vt officium. de hæret. libr. 6.

CONSILIVM CXCVI.

1 *Mortuo inſtituto ante teſtatorem quis veniat ad hæreditatem, an ſubſtitutus, vel venientes ab inteſtato.*
2 *Genus differt ab vniuerſali, nam genus ſaluatur in vna ſpecie, vniuerſitas non.*
3 *Relictum ſi eſt alicui altari, an ſacerdos debeat habere fructus &c.*
4 *Bona pro vtilitate altaris alienari non poſſunt, ſecus pro neceſsitate.*
5 *Proximior gradus admittitur ad præſentandum.*
6 *Quæſita poſt teſtamentum veniunt in ſubſtitutione directa.*
7 *Renuncians ſucceſsioni an intelligatur renuntiaſſe legitimæ.*
8 *Bona teſtatoris qui non reſtituit altari, ſubſti. an cadat à legato.*





1 In Chriſti nomine. † Super eo, quod quæritur, mortua Tucta domina in vita Butij eius filij teſtatoris, quis ſit hæres vniuerſalis dicti Butij, an altare ſubſtitutum, an venientes ab inteſtato ipſi Butio, non immerito dubitatur, & videtur, quod alias venturi ab inteſtato ſuccedant pluribus rationibus. prima: qa quoties deficit inſtitutio, & ſubſtitutio, ſumus in cauſa caduci, & veniunt venientes ab inteſtato, vt C. de ca. tol. l. 1. §. cum triplici. & §. quod pro ſecundo. aperitur enim via cauſæ inteſtati per defectum cauſæ teſtati. C. de fideicõmiſſ. l. eam, quam. ſed hic deficit in teſtamento præmoriente hærede vniuerſali, ergo totum ius teſtamenti ſoluitur. ff. de re. iu. l. ſi nemo. nimirũ cum relicta in teſtamento tacitam conditionem habeant, ſi ex teſtamento adeatur hæreditas. ff. de le. 1. l. hæc verba, ergo non aliter valitura ſunt. ff. quando dies leg. cedat. l. hæredis aditio. ſecunda; quia omnis ſubſtitutio fideicõmiſſaria ſuſtentatur ſub inſtitutione, ſed iſta eſt fideicõmiſſaria, vt probatur, ergo caducitas inſtitutionis inducit caducitatem ſubſtitutionis, ꝙ ſit fideicõmiſſaria, ſic ꝓbatur, ſubſtitutio facta per verba cõmunia in reb. certis fideicõmiſſaria eſt cẽſenda. l. cogi. §. & gñaliter. ad Tre. & ibi per Dy. ſed iſta ſubſtitutio de altari fuit facta de reb. certis; quia in reb. ſtabilib. & per verba cõmunia indiſcreta, & differẽtis ſignificationis, qa per verbum, ſint altaris. ꝙ poteſt intelligi iure directo, & iure fideicõmiſſario, ergo adiectũ certis reb. fideicommiſſum ſapit, & per cõſequens cauſam inteſtati nõ excludit, vt ff. de vul. ſub. l. cohæredi. §. cum filiæ. & prodeſt hoc; qa in ſubſtitutione fideicõmiſſaria non veniunt mobilia, qa teſtõr voluit, fructus ſeparari, notatur in ſimili in l. precib. & in l. Centurio. Tertia ratio eſt: qa dicere cõtrarium eſt facere violentiam voluntati teſtatoris, qui ſola bona ſtabilia decreuit in ſubſtitutione venire, ergo voluit directo ſubſtituere: qa tunc traheretur ad vniuerſum. de vulg. ſub. l. cohæredi. §. fi. Quarta ratio eſt: ꝙ teſtõr voluit ſubſtituere matri ſuæ poſt aditam hæreditatem, eam enim prędilexit altari, licet omnis huiuſcemodi ſubſtõ obliqua eſt, excepta pupillari, & exemplari, quæ natura ſui requirunt aditionẽ hæreditatis, de vul. ſub. l. morib. & l. verbis ciuilib. & ff. de captiuis, & poſtlim. reuer. l. ꝙ ſi filius. Quinta ratio eſt: quia ſecundum puritatẽ conſcientiæ id & eatenus formaliter dẽt fieri, quatenus teſtator iuſſit, vt ff. de verb. ſig. l. verbis lega. Sexta ratio: qa non dẽmus in dubio excludere iura ſanguinis ex interpretatiuo diuinato, atq; incongruo ſenſu. C. quando, & quib. quar. pars debetur. l. 1. C. de codicil. l. fi. cum ſi. & in auth. de teſtis imperfectis. in prin. nam ſi teſtator non excludit, nec nos dẽmus, vel poſſumus excludere. vt l. cum quidam. de lib. & poſt. qa excluſiones ſunt odioſæ, & ſtricti iuris, vt l. maximum vitium. Septima, & vltima ratio: quia immobilia minuendæ obligationis maternæ cauſa inſerta ſunt, & omnis obligatio ad fideicõmiſſariam ſubſtitutionẽ reſpicit: qa directa non tranſit ad obliquatorias regulas, ſed per ius adeundi. ff. ad l. Fal. in l. in rationes. §. ꝙ vulgo. ſiue igitur naturã verborũ, ſiue mentem teſtatoris, ſiue mentẽ iuris inſpiciamus, vr̃, ꝙ altare fuerit ſubſtitutum per fideicõmiſſum in bonis ſtabilib. & non directo in tota latitudine hæreditatis. ff. de ver. ſig. l. mouentium. ff. de pecu. l. quã Tuberonis. §. 1. l. ĩ peculio. de re iud. l. à diuo Pio. nulla porro ſubſtitutio, in qua iura, & actiones non veniunt, ſed tantum corpora rerũ ſtabilium, ergo directa non eſt amplius: non operatur plus diſpoſitũ alio hærede inſtituto, quã ſi nemo eſſet prior inſtitutus, nota. in l. his verbis. de hær. inſt. ſed ſi dicerent ita omnia mea bona immobilia ſint Petri, nemo dicit Petrum inſtitutum hæredẽ, qa verba hoc non ſonant, nec iuris ratio dictat, ergo multo minus alio p̃lato hr̃de, & hæc ratio vr̃ demonſtratiuè concludere pro hac parte. In contrarium arguitur exemplo, ac rationib. ꝓbatur, ꝙ dicta ſubſtitutio ſit cenſenda directa, & ex natura directa trahatur ad omnia bona, nec falcidiam patiatur, vel aliam diminutionẽ. pone enim teſtõrem dixiſſe, quandocunq; mater deceſſerit, mea bona ſtabilia ſint Ioannis, decedit mater ante teſtõrem, & ſic nõ adita hæreditate, niſi dicamus vulgari locũ fore, corrumpimus ſignificationẽ aduerbij, quandocunque. qđ eſt dictũ ſiue ante aditã hæreditatẽ, ſiue poſt, & ideo in iſta compendioſa includitur vulgaris, vt no. in l. precib. nam in locũ caducæ inſtõnis ſupponitur ſubſtõ non caduca, vt d. §. pro ſecundo. idcirco enim ſubſtituit, vt non remaneant bona in cauſa caduci, nec eſt hoc abſonum, ꝙ particulare directum trahatur ad totale directum. d. l. cohæredi. l. fi. & l. 1. §. ſi ex fundo. cum ſimili. & licèt teſtõr hic nõ dixerit, quandocunque deceſſerit: tamen intelligitur, de cond. & dem. l. quib. dieb. §. quidã Titio. C. de inſt. & ſub. l. ante pe. Præterea hic teſtõr fuit vſus verbo, ſint. ꝙ eſt verbum directi dominij ſignificatiuum: igitur eſt directũ. l. 2. §. in locum. ff. de relig. l. 2. §. qui in perpetuum. ſi ager vecti. vel emp. & d. l. his verbis. Tertia ratio, quæ tangit cor iſtius quæſtionis, eſt, quia teſtõr dicit ita: à laquale ditta dona, quando moriſſe, ſubſtituiſſe vniuerſale hærede lo ditto altare de S. Iacobo, ſ. melo dicto ſtabole fecit cifra, ſicut eſt ex quo generatur incertitudo. an dicat, id eſt, an ſit punctus ſimplex, an ſit punctus per copulã, ſed arguo, ꝙ non hẽat figuram literæ, ꝙ non ſit curandũ. qd dicat, ſed qd dẽat dicere veriſimiliter. & certè, cum teſtõr dixit, ſubſtituo vniuerſalẽ hæredẽ: nemo dubitat ad omnia in dubio dẽre extendi ſaluo iure ma-
2 terno. † eſt enim dr̃ia inter vniuerſale, & genus. nam genus ſaluatur in vna ſpecie, vniuerſitas non, vt no. in l. ſicut. qđ cuiuſq; vniuer. no. vnde hanc defuncti cogitationẽ imaginor, ꝙ voluerit ſtabilia preciſè venire ad altare, aliqua vero quatenus extarent, arg. ff. de pet. hæ. l. vtrũ. ibi, & puto &c. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & l. cum pater. §. cum imperfecta. de le. 3. vbi ergo non certificat oculus, certificet intellectus. l. 1. ff. de his, quæ in teſt. delen. idcirco enim teſtõr bona mobilia detraxit, quia matrem p̃dilexit in poteſtate diſtribuendorũ mobilium, cæterum vbi mater non eſt, ceſſat ratio deducta, & ſcriptura claudit omnia, arg. ff. ad Treb. l. Titius rogatus. ar. ff. de hæred. inſt. l. ſi quis ita fuerit inſtitutus excepto fundo. item dictio, hæres, eſt ciuile verbũ, & directiſſimũ voce, ſignificatione, & ptãte. d. l. his verbis. & ff. de vul. ſubſt. l. verbis ciuilibus. & no. inſ. de pupil. ſubſt. §. qua ratione. dũmodo caſus, & tẽpus patiatur directũ ſenſum cum ſubſtitutionis effectu, ſicut eſt in caſu noſtro, & non intelligibilis cifra non vitiat id, qđ alias intellectum: eſt autẽ propriè cifra id, ꝙ nulla pars orationis eſt, id eſt, nec nomen, nec verbum, de bo. po. l. ſed cum patro. §. notis. ex his euidentiſſimè apparet, dictã ſubſtõnem ad vulgarẽ trahi, & omnia cõplecti, & hæc eſt ipſa veritas. ecce ergo ſecũdus gradus factus eſt primus propter caſum contingentẽ in perſona dictæ Doniiæ per fideicõmiſſariam ſubſtitutionẽ, ſubmotis terminis arctatiuis ex defectu finalis cauſæ relictiuæ, id conſequeretur altare in effectu, ſed hoc non eſt neceſſe hic inquirere, quia (vt dixi) ſubſtõ eſt
3 directa. Modo vlterius procedamus, & videamus † de altare, & bonis eius. & conſiderandũ eſt, ꝙ ſiue iſta dicatur dos altaris, ſiue præbenda altaris, periculum pertinet ad curatorẽ, ſiue ſacerdotẽ altaris, nam ſiue eſt dos ſiue ſtipendiũ altaris, ſiue præbenda annexa altari, non dẽt ſcindi, vt in c. maiorib. de præb. & hoc ſi iſte ſacerdos hẽt altare in titulum: qa eſt inſtitutus per ſuperiorẽ in perpetuum curatorẽ altaris: nam tunc bona altaris ſunt diuiſa ab alijs quo ad proprietatem, & quo ad regimen, & etiam vtilitatẽ, & tunc altare hẽt periculum ſui iuris in diſpoſitione rectoris, tex. eſt no. in c. 1. de ſucceſ. ab inte. ſed ſi non hẽt altare in titulũ, & ſic nõ eſt ꝓprie rector, ſed ſolũ eſt ibi deputatus ad officiandũ altare, & alimenta recepit in ſtipendiũ, tunc quicqd ſupereſt ab alimentis, eſt eccleſiæ, in qua altare ſitũ eſt: vnde multũ refert inter dotẽ, & p̃bendam, & ſtipendiũ, facit de p̃ben. c. cum ſecundũ Apoſtolũ. Itẽ facit illud Apoſtoli, victum tantum, & tegumentum hñtes his cõtenti ſimus. facit, quod no. in c. p̃nti. de off. ord. lib. 6. & ꝙ no. Innoc. de iud. c. cum deputati. veritas eſt, quod de fructibus debet ali ſacerdos, reſiduum remanet apud altare, & qa altare eſt ſub eccleſia, ad eccleſiam pertinet, de alimentis leg. l. annua. §. 1. ſuperior enim bona inferioris diſponit tanq̃ legitimus adminiſtrator iure ſuperioritatis, vt C. de bonis mater. l. 1. & C. de ſen. paſ. l. fi. de reſcr. c. edoceri. Non ob. ff. de don. l. donationes in cõcubinã. §. ſpẽs. qa ibi relicta fuit ꝓprietas in alimẽta viri, & eidẽ pſonę, ff. de vſufr. leg. l. Proculus. hic vero vni pſonæ fuit relicta proprietas, id eſt, altari. quia fungitur vice perſonæ, in auth. de eccle. tit. §. ſi qs in nomine. ff. de fideicõ. l. mortuo. vt aleret aliã pſonã, id eſt, præſbyterũ, de vſuris. l. in fideicõ. §. cum Pollidius. itaq; p̃ſbyter pręter alimenta, & victus nil põt petere, qa (vt dixi) eſt potius merus officiator altaris, quã merus curator eiuſdẽ. & hoc ex ordinatione defuncti, quę licita eſt, tex. eſt no. extra de pręb. c. ſigni-
4 ficante, & c. epſ. & de cle. non reſiden. c. conquerente † ſequitur videre, an bona pro vtilitate altaris p̃nt alienari, nõ dico pro neceſ-

neceſſitate, & certum eſt, quod non, vt in auth. de alienati.& emph. §. ſanctiſſimas. niſi cum authoritate Papæ. vt in cle. quia
5 contingit. de religio. domi.† ſequitur videre, an ad ꝑtitandum admittatur auunculus cum nepotibus defuncti. & videtur, ꝙ ſic, quia ſunt pari gradu, teſtator videtur reſpexiſſe gradũ, dum dixit, ꝙ remaneat ꝓximiorib. tutior opi. eſt præferre gradum, qui præfertur à iure ex ſui qualitate priuilegiata, vnde nepotes ſunt potiores: quia verba debent ciuiliter intelligi. C. de legi.
6 hær. auth. poſt fratres ex vtroq;. † dubitatur de bonis quæſitis poſt teſtamentũ, an veniant? & certum eſt ꝙ ſic in ſubſtitutione directa: & qa in vniuerſali veniunt futura. l. Lucius. de fund.
7 inſtr. † dubitatur de renuntiatione dictæ Donnæ, & certè de legitima non eſt quærendum: quia deceſſit viuo filio: ſi autẽ ſuperuiueret, qõ iſta diſputata eſt in gl. in l. ſi quãdo. §. fi. C. de in-
8 off. teſt.† Ad aliud queſitũ, an D. Maſſia, & Catharina non reſtituendo quædã bona teſtatoris dicto altari ceciderunt à legato ipſarum: dico, ꝙ non: qa non quæritur ex teſtamẽto, ſed vt quilibet poſſeſſor, vnde non veniunt contra teſtamentũ, nec contradicunt legatis factis per teſtatorẽ, nec ſibi eas res contra teſtamentũ prætendunt competere, igitur ceſſante cauſa pœnali ceſſat pœna, de his, quæ pœnæ no. l. 1. & l. quæro. §. 1. locati. de verbo. obl. l. quidam cum filium. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCVII.

1 *Stante ſtatuto, quod ſi quæ perſonæ ſine filijs, vel filiabus deceſſerint inteſtatæ, proximiores cõſanguinei ex parte patris ſuccedant in patrimonio, & ex parte matris in matrimonio, ſi quis ſuperſtite matre, & quibuſdam conſanguineis deceſſerit, quis ſuccedat in bonis patrimonij.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto cauetur, ꝙ ſi quæ perſonæ ſine filijs, vel filiabus deceſſerint inteſtatę proximiores conſanguinei ex parte patris ſuccedant in patrimonio, ita tamen, ꝙ maſculi fœminis præferantur. Et accidit modo, quod quidam Teus deceſſit ſuperſtite D. Mellotana eius matre, & ſuperſtitib. quibuſdam conſanguineis dicti Tei ex parte matris. modo quæritur, quis ſuccedat dicto Teo in bonis patrimonij, vtrum ille ex parte matris attinens, an domina Mellotana. Et vr̃, ꝙ illi attinentes tantum ex paterno capite: quia ſunt attinentes ex parte patris, quam etiam ex ſecundo capite: quia extat maſculus, qui fœminæ præfertur: quia etiam ſtatutum loquitur, & lex licet dura, ſeruanda tamen eſt, vt l. proſpexit. qui, & à qui. nec debemus recedere à verbis legis, vt l. 1. §. ſi his qui naue, de exercito. cum ſi. in contrarium euidenter apparet; qa iſtud ſtatutum non põt intelligi de excluſione matris: quia iure non eſſet proximior ex parte matris, nemo enim eſt proximior ſeipſo, qa in iſto ſubiecto nõ cadit gradus, ipſa enim eſt principium deriuationis non deriuata. ſtatutum autẽ deriuatur à matre, loquitur de ipſa matre, nõ loquitur de iure cõmuni, quo ſumus ceſſante ſtatuto, l. ſi vero. §. de viro. ſol. mat. ad hoc facit dictio, ex, quæ eſt ſeparatiua. de incen. rui. & nau. l. 1. §. ex incendio. Nec ob. vltima pars quæ dixit, ꝙ maſculi fœminis præferentur: quia intelligitur ſecundum principium ſtatuti, quando venit fienda diuiſio inter proximiores ex parte patris, & proximiores ex parte matris. l. regula. §. fin. de iuris, & fact. ignor. ideo concludo, matrem ſuccedere in omnibus bonis.

CONSILIVM CXCVIII.

1 *Habens ex ſe arbitrium ex mandato ſuperioris, ſi vigore mandati procedit, debet ſeruare præciſe formam mandati.*

1 In Chriſti nomine. † Præſuppoſito, quod dictus Dominus Cauus ex ſe habeat arbitrium, tamen ex ſe non proceſſit, vt ex ſe, ſed vigore mandati ſuperioris ſtatuentis eidẽ formã præciſam, & determinatã, vnde non intelligitur vſus arbitrio, ꝙ liberum eſſe debet, ille, qui certum habuit in mandatis, nec intelligitur grauaſſe, qui facit id, ꝙ ſibi mandauit, vt hoc ꝓbatur. ff. de arbitris. l. qualẽ. 2. reſponſo. ff. de le. 2. l. vnum ex familia. §. 1. & ꝙ no. Innoc. de off. deleg. c. ſi pro debilitate. & extra de appel. c. nouit & ideo ſi apud mandantes non erat ius mandandi, ꝓceſſus fundatus ſuper mandato ſiue reſcripto ipſo iure eſt nullus. C. qui pro ſua iuriſdi. l. 1. ff. de iuriſd. om. iud. l. eum qui, omni modo, non obſtant illa verba ſubiuncta, videlicet via, & iure, quib. melius poſſumus, & dẽmus. qa ſemper ſubaudiendũ eſt vigore reſcripti: nam ſuper titulo reſcripti fundatus eſt titulus caſus huius, de imponen. lucra. deſc. l. 1. libr. 10. hoc etiam liquet, quando illud reſcriptum fulminat ſententiam, & eſt canon latæ ſententiæ, dũm dicit, ꝓnunciare debeatis ſuſpenſum. de ritu nupt. l. palam. §. fi. hunc igitur diſcretio notare voluit: ergo ſi de iure nequiuit, nihil valet decretũ. ff. qui. & à qui. l. ſi priuatus. & ff. de pollicita. l. toties. extra de elec. c. Oſius. & ille, qui non põt priuare in totũ, non põt ſuſpendere ad tẽpus ſaltim longum, præſertim non inſerta cauſa, quæ requiritur in ſententia, vt no. ff. de infamibus. l. 2. §. ignominiæ. Ego Bald.

CASVS.

Ioannes Marini Bancherius recepit, & habuit penes ſe à Cechotali certã quantitatẽ flo. fuit dicta quantitas ſequeſtrata d. Ioanni pro parte auditorũ cambij ad petitionẽ Manuelli Hebræi, & pro parte dñorum priorũ, & pro parte Manſueti, & ſociorũ officialium cõmunis Peruſij. Deinde d. Cechus fecit refutationem d. Ioanni de dicta quantitate manu publici notarij, & conſenſit, ꝙ dicta quantitas daretur per dictum Io. D. Mattheo filio ipſius Cechi. & ſic dictus Io. ꝓmiſit dictam quantitatẽ D. Matth. de voluntate ipſius Cechi, ſi, & inquantum dicta ſequeſtratio tollatur, poſtquã factum fuit ſequeſtrũ do: Ioan. de dicta quantitate per dominos Conſules ad petitionẽ Manuelli Hebræi creditoris dicti Cechi: comparuit dictus Io. & narrauit factum, vt ſuperius ſcriptũ eſt. modo pro parte dicti Manuelli dicitur, ꝙ dicta refutatio fieri non potuit obſtantibus primis ſequeſtrationib. factis, quæ tunc ꝑcedebant, & ꝙ ſequeſtrum pro parte dictorũ conſulũ pro parte ipſius Manuelli tenet, ꝙ factũ fuit alijs ſequeſtrationibus ſtantibus, quibus poſtea leuatis remanet ipſum ſequeſtrũ firmũ. pro alia parte dr̃, ꝙ dicta refutatione obſtan. non tenet dictũ ſequeſtrũ, qa dictus Io. tunc non erat in aliquo obligatus dicto Cecho, & etiam dr̃ pro alia parte, ꝙ dicta prima ſequeſtratio erat ſublata.

CONSILIVM CXCIX.

1 *Sequeſtrum ſi fiat apud aliquem de pecunia, quæ apud ſe reperitur, quo ſequeſtro ſtante fiat refutatio per creditorem, poſt quam refutationem ſequeretur aliud ſequeſtrum, an primum tollatur per ſecundum, vel ſecundum valeat poſt refutationem.*

1 In Chriſti nomine † Poſt refutationem ſuperuenientẽ ſequeſtrationes nihil operatur: qa apud ſequeſtrũ nil eſt, ꝙ ſit debitoris in tantum ſequeſtrandũ: dictus enim Ioannes iam erat liberatus à Cecho ſub conditione, quæ exiſtere retrofingitur, & dictus dñs Matthæus, licet ſit debitor, eſt tamen clericus, de quo domini Conſules ſe intromittere non valent. & licet eſſent vera ſequeſtra tẽpore refutationis pendentia: tamen illa ꝓponuntur eſſe ſublata, & non tractat de illis ſequeſtris, ſed de nouis, quæ non habent fundamentum: qa eo tempore facta ſunt, quo nihil debeat iuris fictione dicto Cecho, tamen qa conditio fingit retro. ff. de ſol. l. conditio. tamen qa delegatio conditionalis debitum conditionale facit, qđ prius in perſona delegantis erat purum, vt l. pactũ. ff. ſi cer. pe. iſtæ igitur nouæ ſequeſtrationes non valuerunt de iure, ſicut nõ valet miſſio nomine Ioan. de re iud. l. à diuo Pio. §. fi. & facit. ff. de bo. author. iudi. poſ. l. cũ vnus aliter. in ver. poſt, à contrario ſenſu ibi eſt caſus illius queſtionis quo ad vtrumq; mẽbrum: ſ. de ſequeſtris antiqs, qui nõ tolluntur per refutationẽ ſequentẽ, & de nouis, quæ non infringunt liberationem præcedentem, & delegationem in alium factam. Ego Baldus.

CASVS.

Quicunq; inſolidum duobus, vel pluribus vnam rem vel plures vendiderit, donauerit, ſeu aliquo modo alienarit, nõ dicendo vltimo emptori, ſeu cui ſit alienatio de alienatione prima tanq̃ falſarius puniat, & alias pœnas ſuſtineat, quas ſuſtinet ſecundũ formã ſtatuti, qui inſtrumentũ fecerit in perſona. Ac illa alienatio ſit firma, & potior ille ſit, qui primo ipſius rei alienatæ traditionẽ habuerit verã, vel poſſeſſionẽ corporalẽ acquiſiuerit voluntate alienantis, non autẽ fictã per præſumptionem iuris. ſ. conſtituendo ſe ſuo nomine poſſidere, vel præcario, vel contractando, ſiue locando rem alienã. ſi autẽ venditor poſt factam primã venditionẽ fuerit in vera, & corporali poſſeſſione dictæ rei venditæ, ſeu donatæ per vnum annũ, volumus dictam pœnã incurrere etiam debere &c. Suppoſito igitur ſtatuto prędicto. Quidam Mentõdus de Racanato donauit proprietatem cuiuſdã petiæ terræ dño Antonio, & Colæ filijs magiſtri Vannis de



Racanato, generaliter proprietatem omnium retinuit ſibi dictus donator, quã diu viueret, vſumfructũ in & ſuper dictis rebus ſic donatis, factaq; inſinuatione legitimè ſecundum formã ſtatuti ciuitatis Racan. per dictos donatarios, Mentondus dedit inſolutum Claricto, Panello, Pannulpho dictam petiam terræ donatã prædictis dño Antonio, & Colæ, nec apparet, ꝙ in datione inſolutũ facta per dictum Mentondum dicto Claricto, & fratrib. aliqđ fuerit dictum de dicta donatione primo facta ꝑdictis An. & Colæ. nec apparet, ꝙ traditionẽ habuerint dicti donatarij dictæ petiæ terræ, vel ꝙ eius poſſeſſionẽ acquiſiuerint voluntate donantis aliter, quã per actũ retentionis vſusfructus. Modo q̃ritur attenta forma dicti ſtatuti, qui ſunt potiores in ꝓprietate, & poſſeſſione dictæ petiæ terræ, an prædicti donatarij, an prædicti, quibus ipſa poſtea inſolutum data fuit.

CONSILIVM CC.

1 *Stante ſtatuto, quod ſi pluribus vna res fuerit vendita inſolidum, vel donata, ille, qui habet corporalem poſſeſſionem illius rei, ſit potior, ſi non fuerit certioratus.*
*Re vna per aliquem donata retento ſibi vſufructu, eademq; iterum data inſolutum non facta mentione donationis, quis debet præferri, an donatarius, an ille, cui fuit data inſolutum.*
2 *Subiunctio ſpecierum an arctet regulam, ſeu præcedentia verba.*
3 *Dictio, ſcilicet, quid ſignificet.*

1 In Chriſti nomine. † Iſtud ſtatutum habet duas partes, prima eſt punitiua, & generalis vſq; ibi. 2. eſt prælatiua, quæ ſubdiuiditur in duas partes, in realem traditionẽ vſq; ibi. ſ. ſpecialem ſubiunctionẽ. vſq; ad verſi. ſi autem illud. verſic. non tango: qa non fa-
2 cit ad ꝓpoſitum. Quæſtio ergo ſtat in hoc, † vtrum ſubiunctio ſpecierum coarctet ꝑcedentia verba, an non. ſi quidẽ enim ſpecies intelligantur per exempla, conſtat, ꝙ exempla non arctant regulam, vt ff. de exc. tut. l. ſcire oportet. §. oportet. ſi vero intelligatur in ꝓpria vt ſpecierum generi ſubiectarum, reſtringunt genus. ff. de verb. ſig. l. ſi cum fundũ. pro prima parte facit ratio generalis ſtatuti. ff. de teſta. mil. l. in fraudẽ. §. fin. ita enim eſt eadem ratio, & perfectio in retentione vſusfructus, ſicut in ꝑcario. C. de don. l. quiſqs. Item principium legis eſt generale, ergo tota lex eſt generalis. l. regula. §. fi. de iur. & fac. ign. habemus ſimile in aduocato. l. 1. C. de ſuffragio. in omnib. contractib. qui ſuſpitione non carent, vt no. Bar. ff. de don. l. poſt contractũ. In
3 contrarium facit, † qa dictio. ſ. eſt dictio reſtrictiua, & declarando ſpecies arctat genus, vt inſtit. de le. ag. ſuc. §. ſed qa ſanè. ff. de optione le. l. 3. & ff. de conſti. prin. l. beneficium. inſti. de re. diui. §. inſula. de le. 2. l. cum ita legatũ. §. fi. in gl. nec eſt ſimilis caſus in retentione vſusfructus, ibi enim nõ cadit traditio vera corporalis poſſeſſionis, ſed apud fructuarium remanet. ff. de act. poſ. l. naturaliter. & ideo iſte caſus omiſſus à ſtatuto remanet in iure cõmuni, vt l. ſi vero §. de viro. ſol. mat. Et hoc teneo, qa lex municipalis fertur, qui certas ſpecies à iure cõmuni remouet, in alijs ſpeciebus ius cõmune conſeruaſſe, non violaſſe videtur, vt ff. de mili. teſtamento. l. tribunus. §. Iuli.

CONSILIVM CCI.

1 *Si quis nomine alterius pignoret &c. ſi non conſtat de mandato, an poſſit pignus reuocari, vel vendicari.*
2 *Pactum de reuendendo facit cenſeri pignus.*
3 *Res aliena pignori data ſi poteſt vendi, ſtante ſtatuto &c.*

1 In Chriſti nomine. Tria poſſunt in dubio reuocari, † primo, an dictus præfectus poſſit reuocare, alias vendicare dictas res pignoratas non conſtando de mandato dicti Turini. Secundo, an dictæ res ſint obligatæ, vel retineri poſſunt pro debito ipſorum 150. flor. auri. Tertio, an pignoribus promiſſis reſtitui Peruſino ciui, poſſit poſtea Hebræus ea vendere, & an priuilegium generale, & municipale Hebræorũ habeat locum, vbi Hebræus ſcienter recipit pignori rem alienã. Circa primũ dicendum eſt, quod ſi conſtat de ratificatione, non poſſunt vendicari niſi debito ſoluto, vt ff. de pig. l. eius, qui bona. idem ſi conſtat in rem domini præfecti verſum, vel in negocia eius, puta in gentes armorum, vt C. qđ cum eo. l. ei, qui. ſi autẽ nihil iſtorum probatur, tunc ſi dominus præfectus vtitur adminiculo iſtius ſcripturæ, totam amplecti debet. ff. depo. l. Publi. in fin. ff. de manumiſ. l. Caius. ſi vero aliter fundaret dictum ſuum, tunc de iure cõmuni poſſet vendicare. ff. de condi. inde. l. ſeruus cuiuſdam, ſed per priuilegium Hebræorum oportet vendicantẽ reddere pu-
2 ram ſortẽ, & hoc de primo puncto † Super ſecundo dicendum eſt, ꝙ per pactum de reuendendo dictas res videntur pignoratæ fuiſſe etiam pro dictis 150. flo. tex. eſt notabilis. ff. qui po. in pi. ha. l. creditor. §. poſt diuiſionem. & licet de iure cõmuni hoc non poſſit procu. ſ. obligare res domini pro debito ipſius ꝓcuratoris, vt ff. man. l. creditor. §. fi. tamen ſtatutũ concedit reis retentionẽ pro pura ſorte, & ſic etiam pro dictis 150. flo. habet re-
3 tentionẽ. Super tertio puncto dico, † niſi ſatisfiat, vendi poſſe obſeruato tempore ſtatuti Hebræorũ, vt ff. de manu. l. Emilius Largianus. & ar. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorẽ. Reſpondeo ex prædictis, vt de vſufru. le. l. fundi Trebatiani.

CONSILIVM CCII.

1 *Si quis inſtituat filium, & ei compendioſè ſubſtituat, mortuo filio ante teſtatorem an admittantur ſubſtituti, & an nepotes ex filio inſtituto excludant ſubſtitutos.*
2 *Poſthumus ſi naſcitur, & moriatur viuo teſtatore, tale teſtamentum reconualeſcit de iure prætorio, & opus eſt bonor. poſſeſ. ſecundum tab.*
3 *Mortuis primis hæredibus an veniant eorum filij.*

1 In Chriſti nomine. Super his punctis † dico, ꝙ inſtitutio Hippoliti facta fuit in cauſa caduci, quia mortuus fuit Hippolitus poſt teſtm̃ viuo teſtatore. C. de ca. tol. §. pro ſecundo. & qa compendioſa ſubſtitutio includit vulgarẽ. vt no. Cyn. in l. præcib. C. de impu. cœpit eſſe locus ſecundo gradui, id eſt, ſubſtitutioni vulgari in perſonis ſubſtitutorũ tunc viuentium: tamẽ qa poſtea natæ ſunt poſthumæ, ruptus eſt ſecundus gradus ſubſtituto-
2 rum. ff. de iniu. teſtamento. l. poſthumorũ. verum † qa poſthumæ viuente teſtatore deceſſerunt, reconualuit ſubſtitutio de iure prætorio, quo caſu bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas neceſſaria eſt. ff. de iniu. te. l. poſthumus. quæ debet agnoſci coram iudice infra 100. dies vtiles, de ſucc. edicto. l. 1. §. quibus. poſtea agnoſci non poteſt. ff. ad Tre. l. facta. §. ſi quis bonorum. & ideo eſt videndum, an tẽpus ſit tranſactum, nec ne, & an inſtitutas excuſat, nec ne. ff. de bo. poſ. l. in bonorũ: de fideicommiſſaria ſubſtitutione non eſt hic tractandum, quia morte inſtituti intercidit, nõ præteritione, nec clauſulam inteſtati ſub-
3 iunxit. C. de fidei. l. eam, quam. † de illo probabiliter dubitatur, an mortuis primis hæredibus, veniant eorum filij propter nomen appellatiuum, quod eſt extenſiuum vſq; ad tempus mortis. ff. de re. dub. l. ſi cognatis. & vr̃, ꝙ non. de vul. ſub. l. qui liberis. §. hæc verba. & verum eſt, qa non veniunt vi tranſactionis. ff. de ſuis, & leg. l. 2. §. ex plurib. ſed ex propria perſona ex ſignificatione latiſſima, ar. de hęr. inſti. l. Lucius. ſicut in inſtitutione hæredũ alicui ſeruatur, vt primo filij, his deficientibus tempore mortis teſtatoris ordine ſucceſſiuo veniant nepotes, arg. ff. de lib. & poſt. l. Gallus. §. 1. in contrarium facit: qa ſtatim mortuo inſtituto caſus mortis deſignauit perſonas ſubſtitutorũ ſubſtitutione cõprehenſas. ſi ergo deſignatæ ſunt, caduca fit moriente ſubſtituto, vt d. §. pro ſecundo. ſed reſpondeo, ꝙ deſignauit eas in genere iuxta nomen appellatiuum, non autẽ ſigillatim in proprijs perſonis. ad hoc facit. ff. ad Treb. l. ex facto. §. fin. de vſufr. accre. l. ſi qs noſtro. C. de condi. inſertis. l. 1. & ita teneo, quia nomine hæredis ex vſu loquendi ſignificatur filius, & nomine filij ſignificatur nepos in ſignificatione legali. ff. ad Macedo. l. filium habeo. Ego Bald.

CONSILIVM CCIII.

1 *Pronuntiatio, quod hæres ſcriptus mittatur in poſſeſſionem, de rigore iuris ciui. appellari non poteſt, ſecus tamen de benignitate canonica.*

1 In Chriſti nomine. † Pronuntiatum fuit ſcriptũ hęredẽ in poſſeſsionem mittendum, quæritur, an appellari poſsit. videtur, ꝙ non, primo ex generali regula, quæ ſtatuit in poſſeſſorio non appellari, vt C. de momen. poſ. l. 1. ſecundo ex fauore ſpeciali exequendorum teſtatorum, vnde lex ſpecialiter, & nominatim hoc caſu prohibet appellari, & iubet appellationẽ non recipi, & punit litigatorẽ contra legis interdictum appellantẽ, & iudicem procedentẽ. C. quorum app. non reci. l. quiſquis. ff. de app. reci. quæ leges ſunt canonizatæ, ſecunda q. 6. ſunt & quorum. vnde videtur, ꝙ nec de iure ciuili, nec de iure canonico appellari poſsit. ad hoc facit; quia ſententia lata in poſſeſſorio magis accedit interlocutorio, q̃ diffinitiuæ. C. de ſententijs, & interlo. omni.

omni. iudic.l. poſt ſententiam.cum poſſit in petitorio verifica-
ri. Pręterea iſta pronunciatio fuit ex notorio, vt C.de edicto di-
ui Adri. l. fin. ſed in notorijs fruſtratoria eſt appellatio, quæ fit
contra improbam vocem temere appellantis, non reuocatur
per viam attentati, vnde executio facti fit in dilatione poſt.|C.
quorum appe. non reci. l.fi. C. de app.l. quoniam nonnulli.de
app.c.Rdm.lib.6.de neg.geſt.l.at qui natura.§.cum me.In con-
trarium videtur de æquitate canonica, & primo: q̃a ſecundum
canones à ſententia lata in poſſeſſorio tam miſto, quam mero
appellatur: quia multum grauat, ꝙ experientia docet, de reſt.
ſpol.c. ex conqueſtione. ſecundum Inno. qui ita decidit in c.ſi-
gnificantib. de no.ope. nuncia. Præterea expreſsè eſt de mente
Innoc. ꝙ ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, tunc non
poſſit appellari, quando nulla cauſa aſſignatur, quæ ſit de ap-
probatis à iure, ſecus ſi cauſa iuridica aſſignatur, de offi.delega.
c. paſtoralis. per Inno. quid enim conſtat per acta, ꝙ teſtamen-
tum eſt ruptum, irritum, vituperatum, vel non ſolenne, vnde
iudex non poteſt niti fauore conceſſionis, quare enim notori-
um eſt, ꝙ ex actis non procedat appellatio, imo ſi non tenet vi
appellationis, debet tenere vi generalis recurſus, & ad ſuperio
rem miſericordiam implorari, ar. de offi. pręſi.l. illicitas. in prin.
de arb.l. non diſtinguemus.§.cum quidam. Concludendum eſt
igitur de iuris rigore appellari non poſſe, per cõmunem enim
appellantium malitiam legum duritia hoc introductum eſt: ſed
de æquitate canonica ex euidenti, & iuſta cauſa, quæ ex actita-
tis appareat, appellari poteſt. hoc tenet Ioan. And. in capitu. pa-
ſtoralis. in not.

CONSILIVM CCIIII.

1 *Acceptatio legati ignorati ſerie teſtamenti in totum, vel partem, non præ-
iudicat legatario eodem modo facta ante aditam hæreditatem.*

1 In Chriſti nomine. † Si domina agnouit legatum factum ani-
mo compenſandi tempore, quo agnoſcere potuit, & ex certa
ſcientia eſſet excluſa à repetitione dotis, vt ff.de le.præſt.l.viri-
lis.§. non ſolet. & C.de rei vxo.ac.l.1.§. ſciendum. ſed ſi ignora-
ret ſeriem teſtamenti in totum, aut in partẽ, non videtur agno-
uiſſe, vt ff. de reg iur.l. in totũ omnia. ff. de inoffi. teſt. l. iure de-
cedens. §. præterea. Item ſi ante aditam hæreditatem agnouit,
non valet agnitio, nec ſibi præiudicat, vt ff. quorum lega.l.1.§.
ait prætor volun. nam cum tacitam habet conditionẽ, ſi hære-
ditas adeatur. ff. de leg.1.l. hæc verba. pendente conditione ac-
ceptari non poteſt, vt ff.de leg.2.l. ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub condi-
tione. Item legatum, ꝙ habet onus annexum, non poteſt pro
parte acceptari, quin trahatur ad totum, de lega.2.l.ſed ex duo-
bus. & l.1.& 2. de acqui. hær. vnde requiritur ſcientia totius, ali-
as non poteſt valere acceptatio; quia ergo adita hæreditate an-
te prætenſam acceptationẽ non eſt articulatum, & de ſcientia
non eſt probatum, huiuſmodi acceptatio in dotis repetitione
non officeret, ſi eſſet ita probata. quapropter domina ius habet
viſis actis præfatis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCV.

1 *Succeſſio matris eſt de iure ciuili.*
2 *Stante ſtatuto, quod frater fratri ſuccedat ab inteſtato excluſa matre, &
fratre ex parte patris tantum, excludit matrem.*
*Adde, quod primo conſuluit in tertia parte conſil. 2. incipit, quidam Pau-
lus.*

In Chriſti nomine. Præmiſſis verbis ſtatu-
ti ciui. Cortonæ, quo
cauetur: item ſi quis mortuus ab inteſtato fuerit filijs ſuperſti-
tibus ex eo, & aliquis ex dictis ſuis filijs, vel filiabus deceſſerit
ſine filijs legitimis, alij fratres ſuperſtites, ſiue ſorores, ſiue fra-
ter, ſiue ſoror ſuccedat eiſdem fratribus ſuis, vel ſororibus mor
tuis, ſiue eidem fratri ſuo mortuo, vel ſorori mortuę, & eorum
liberi deſcendentes ex his fratrib. & ſororibus ex legitimo ma-
trimonio. & non mater eorum, neq; auia, vel proauia materna,
neq; auus, proauus maternus, ſaluo ꝙ ſi ipſi defuncto ſupererit
aliquis frater maſculus, vel filius fratris, vel aliquis deſcendens
maſculus per lineam maſculinam ex fratre ipſius defuncti, vel
liberi deſcendentes ex ipſis ſororibus minimè ſuccedant: ſed
tantum ipſe frater maſculus, & deſcendentes ex eo maſculi per
lineam maſculinam ſuccedant non autem mater, neq; auia, vel
proauia materna, & nec auus, vel proauus maternus. proponi-
tur, ꝙ quidam Pau. ſer Lacidi de Cortona duos habens filios,
vnum ex prima vxore nomine Matthæum, alium ex ſecunda v-
xore vocatum Orlandinum, deceſſit ab inteſtato: deinde de-
ceſsit dictus Orlandinus in pupillari ætate, nunc de hæreditate
d. Orlandini dubitatur, an ad matrẽ ipſius pertineat, an ad fra-
trem ex latere patris tantum: ſuper quo puncto alias conſultus
fratrem ſuccedere dixi excluſa matre: motus ex verbis, & men-
te ſtatuti. quidam vero alius doctor conſuluit cõtrarium: vt er-
go veritas pateat, rationes, & iura in medium proponamus. re-
ſpondendo cõtra ius valde clarè, & diuido ſtatutum in tres ſen-
tentias. prima differt. ſecunda aufert. 3. præfert, & aufert. prima
fauet fratrib. ſecunda obſt. matrib. 3. fauendo fratrib. obſt. ſoro-
rib. & matrib. 2. ibi, & non mater eorum. 3. ibi ſaluo. & præmit-
1 to ad euidentiam, † ꝙ ſucceſsio matrum eſt de iure ciuili: q̃a ex
ſenat. prodijt, originẽ, & cauſam efficientẽ habuit non per in-
tentionẽ naturæ: vnde in primitiua natura, quæ iura naturalia
produxit, talis ſucceſsio ab origine naturalis intentionis aber-
rans minimè erat, vt patet. ff. & C. ad Tert. & inſti. ad Tert. ſicut
igitur à iure ciuili iſta ſucceſsio nata eſt, ita per ius ciuile, & per
conſuetudines, & ſtatuta locorum tolli p̃t, ſaltim in certis ca-
ſibus, & non ſemper, puta extante perſona, quam ſtatutũ præ-
fert, vt in c. 1. de natura ſuc. feu. col. decima. & arg. C. ad orfi.l.
non pro numero. iſtud enim ſtatutum licet ſit cõtra pietatem.
ff. de inof. teſt.l. nam & ſi parentib. non tamen eſt contra publi-
cam vtilitatẽ, cum reipublicæ interſit magis familias cõſeruari.
ff. de ven. inſpi.l.1.§. publ. & per Cyn. C. de adul.l. pub. & l. ſanci-
mus. ergo contra.l. voluntatẽ iure nõ ſuccedat. opus eſt in ſuc-
ceſsionib.l. deferente, non l. prohibente, vt ff. de ver. ſig.l. lege
obuenire hæredi. & ff. de pe. hær.l.2.& 3. item notandum eſt, ꝙ
triplex eſt virtus: quia connexa in materia ſucceſsionum. ſ. vir-
tus incluſiua diuerſarum perſonarum: virtus excluſiua, & vir-
tus prælatiua. ſufficit enim legiſlatori includere quoſdam tan-
tum, vt alium excluſiſſe videatur, & cenſeatur, ar. de leg.1.l. ꝙ in
rerum.§. ſi quis poſt. nam vt ita dixerim: iſtud eſt teſtm̃ legis, in
quo præteritus à lege cenſetur exhæredatus à ſucceſsione, ar.
ff. ſol. mar.l. ſi vero.§. de viro. militant enim leges, vnde teſtõ mi-
litis comparatur. ſi enim milites militant per leges, ergo multo
magis militant leges, quia propter vnum quoq; & illud magis.
& in hoc apparet primus error illius conſulentis, qui dicit vir-
tutẽ incluſiuam fratrum ad ius cõmune referendam eſſe iuxta
interpretationẽ, quod non eſt verum: quia in materia, & for-
ma nõ conſonantib. iuri cõmuni, ſed in virtute aduerſatiua for-
matis. vt in c. Albertus. de feudi cognitione. col. 10. ergo inclu-
ſio vnius, tantum eſt excluſio alterius ex virtute includentis de-
terminato modo. ff. de leg.2.l. cum ita.§. in fideicom. & hoc te-
net Bart. in l.2. ff. ad tre. ſed tamen hic lex vltra procedit expri-
mendo, quod ſentit, & hoc dupliciter, primo dicendo, & non
cõmuniter eorum, vbi ponderatur iſtud verbum, eorum, quod
eſt pluralis numeri, & complexiuæ ſignificationis, vt ff. ad Tre.
l. Iulius Pheb. ex quo verbo dixit dictus conſulens, ꝙ intelligi-
tur mater eorum. ſ. fratrum, vt ſic exigatur, ꝙ ſicut coniuncti ex
vtroq; latere q̃a fauorabilior eſt gemina coniunctio, alias con-
iunctio à dextris, & à ſiniſtris, quam dextera tantum, quæ à pa-
tre, vel ſiniſtra tantum, quæ à matre tanquã debilior procedit:
& licet ipſe loquatur, & non probet, tamen hoc vr̃: quia adie-
ctiuum determinat ſubſtantiuum magis immediatũ, & ꝓpin-
quum ſibi in conſtructione orationis, cum habeat ſimul regi in
partib. orationis, vt C. de fideicom.l. eam, quã. C. fa. er.l. filium
quẽ habentẽ. vnde illa dictio adiectiua, & relatiua, eorum, refe-
2 ratur ad illud verbum fratrib. ſuis. ſed † contrarium eſt ipſa ve-
ritas, nam ſicut dẽmus ſeruare rationẽ recti ſermonis, de auro
& ar. leg.l. Plautius. ita multo fortius rationẽ rectę intentionis,
quę eſt fauor ſanguinis. ff. de ſuc. edicto.l.1.§. largius. vnde intel-
ligitur, & non cõmuniter eorum. ſ. morientium, & excluditur
nouerca à priuigno, non quia priuignus, ſed quia frater defun-
cti, vt bona, quæ à paterno ſtipite fluxerunt, refluant ad illum,
ar. C. de bonis, quæ lib.l. ꝙ ſcitis. vnde hæc ſucceſsio ſuum re-
ſpicit ſtipitem: quia à ſtatuto imaginatur ꝙ iſta fuiſſet intentio
patris, ſi teſtatus obijſſet, ar. ff. de pac.l. tale pactum.§. fin. & ita
quo ad ſecundam virtutẽ ſanè intellectam malè dixit ille con-
ſulens: ergo frater excludit matrẽ mortui nouercã ſibi: ſi enim
matri obſtat filius ſuus, & ei aduerſatur, multomagis priuignus
obſtabit, q̃a cum nouerca nihil tenetur participare: & cui ma-
gis eſt honeſtum aduerſari: & non ponderatur hic duplicitas,
ſed



ſed ſanguis & agnatio, vt dixi. ff. de leg. tu.l. inteſtato. ſecundò lex
vltra procedit excludẽdo ſorores, & matres ſimpliciter, aduer-
te ratione copulæ datur intellectus vterq; extremorũ. ſ. pat in-
tellectus. de vulg. ſubſ.l. nã hoc iure. C. de ſent. & interlo.l.fi. ſed
certum eſt fratrẽ conſanguineũ excludere quamcunq; ſororẽ:
q̃a ita ſtatutũ loquit̃: ergo & quãcunq; matrẽ obeuntis. Præter-
ea ſi ſtatutũ p̃fert ſororẽ conſanguineã matri, & fratrẽ ſorori: er-
go multo fortius p̃fert matri, vt l. Claudius Fœlix. & ff. ad Ter-
tu.l. æquiſſimum. iſtud.n. ſtatutũ radicẽ verborũ, & rationis ha-
bet in linea p̃ma: excludit matrẽ p aptã naturã verborũ, & ideo
cõtra verba, rationẽ, & mẽtẽ cõſuluit ille pperã: conat̃ gloſſare
imo deſtruere ſtatutũ: vnde veritas eſt, ꝙ mater nõ ſuccedit, q̃a
generalis eſt determinatio. ff. de teſt. mili.l. in fraudẽ.§.fi. de acq.
hære.l. ſi ſeruũ.§. non dixit. ex ipſa ergo generalitate verborum
patet reſponſio ad rationẽ eorũ. Pręterea principiũ legis eſt ge-
nerale, & finis indefinitè poſitus: ergo tota lex generalẽ ſenſum
habet. ff. de iu. & fa. ign.l. regula.§.fi. & licet media clauſula eſſet
ſtrictè poſita, quo ad nuntiationem terminorum, non reſtrin-
geret latitudinẽ finalis, & cõcluſiuæ clauſulæ, ad l. Aqui.l. ſi ſer-
uũ.§. inquit lex. quia genus poſt ſpeciẽ ampliat, non reſtringit:
& ad hoc facit, q̃d ſæpe lex repetit, vt addat, q̃d ex natura gene-
ris patet; cuius latitudo refrenari nõ debet. ff. de ſeru. vr. præd.l.
ſi ſeruus. de exerci.l.§. generaliter. ff. de con. & demõ.l. q̃ condõ.
ff. de pe. leg.l.fi. & l. placet. ff. de lib. & poſt. in ver. ex quacunq;
vxore. inſpicimus ergo quo patre, non qua matre ſunt, ſicut &
aliàs habemus. ff. de admi. tu.l. cum plures.§. cum tutor. & quod
legitur, & no. C. de admi. tu.l. non omni. Cõcludo igitur, fratrẽ
prædictũ prædictæ matri præferri, hoc nempe beneficiũ, quod
lex in honorem ſanguinis tribuit, interpretatione iuuandum
eſt, & cum ratio ſtatuti cõmunis ſit, verborũ latitudo hunc ſen-
ſum exprimat manifeſtè. Ego Bald.

CONSILIVM CCVI.

1 *Recepta in monacham & monialem per iſta verba, talis eſt, an intelliga-
tur facta profeſſio, vnde, teſtari poterit.*

1 In Chriſti nomine. † Proponitur, ꝙ curren-
tibus annis 1362. die 24.
Ianua. dña Catherina fuit recepta in monialem monaſterij ſan-
ctæ Agnetis de Aſſiſio per hæc verba, receperunt in monachã,
& monialem. quęritur, nunquid per iſta verba intelligatur pro-
feſſio. & dictum eſt, ꝙ non: quia non promiſit tria ſubſtantialia
vota tacitè, nec expreſſe: vnde intelligitur recepta ad annũ pro-
bationis, non ad cõcluſionem profeſſionis: nam cum iſte annus
ſit inſtitutus à iure fauore monaſterij, & fauore ingredientis,
neuter in dubio videtur renuntiaſſe fauori ſuo, hoc patet ex-
preſſe in c. beneficium. de re iu. lib. 6. poſtea vero dicta D. Cath.
dicitur ſtetiſſe in dicto monaſterio vltra annum cõtinuum ipſa
ſemper dicente, ꝙ nolebat eſſe monialis, & quia cõtradictio eſt
contraria conſenſui, etiam ſi coram ſororib. vel vicinis dixiſſet
ſuam voluntatem de non fieri monachã, nunquam lapſu tem-
poris videretur profeſſa, quia abeſt animus, & Deus, & eccleſia
non recipiunt inuitũ, ſed precib. exorantem: iſte enim eſt actus,
in quo liber requiritur cõſenſus, ſicut in matrimonio, extra q̃d
me. cau. c.1. de ſponſa. c. cum locum. & de regulari. c. ad apoſtoli.
& c. conſulti. & propterea ſecundum ea, quæ mihi narrãtur, iſta
non eſt monialis: quia nunquã habuit animum profitendi, neq;
voluntatẽ, ſed deſiderium fugiendi: pręcepta ei facta non faciũt
eam monialẽ q̃ non eſt. Scd̃m igitur ea quæ proponuntur, nõ
eſt monialis, & liberũ habuit volatũ ad ſeculũ, à quo nunquam
receſſit corde, & ſignis ſequẽtib. voluntatẽ, & de ſuo põt liberè
diſponere, & teſtari, q̃a nõ eſt profeſſa, no. in aut. ingreſſi.

CONSILIVM CCVII.

1 *Si mulieri alicui ſit factum legatum, ſi pudicè & honeſtè vixerit, conuer-
ſando turpit. licet non committat ſtuprum, dicitur impudice viuere, &
cadit à legato.*
2 *Vbi agitur de probando delicto in genere, delictum probatur per teſtes ſin-
gulariter deponentes, ſecus ſi actu ſpecifico.*

1 In Chriſti nomine. † Quia dicta D. Paga-
noſſa vixit impudicè, &
inhoneſte, conſtat eam cecidiſſe ab vſufructu legato, ipſumque
conſolidatum proprietati. quòd autem ſit probatum eam im-
2 pudicè vixiſſe, ex tali doctrina patet, † nam interdum agitur de
generali delicto probando, vt de hęreſi, & tale delictum proba-
tur per teſtes ſingulariter deponentes, ſed in genere conſonan-
tes: puta quòd vnus dixit, ꝙ negauit Chriſtum natum ex virgi-
ne. alius dixit, quòd negauit Chriſtum crucifixum, vt not. C.
de hæret.l. quicunque. per Iac. But. interdum agitur de proba-
tione actus ſpecifici, & tunc debent teſtes ſpecificè concurre-
re in eodem actu probando. de fi. inſtr. c. cum Ioannes. modo ad
propoſitum honeſtas, & pudicitia eſt actus generalis, econtra
inhoneſtas, & impudicitia, quia multis modis committitur. nã
etiam ſine ſtupro vidua poteſt inhoneſtè viuere, eo enim ipſo,
ꝙ turpiter conuerſatur, lædit pudicitiæ nomen, nedum ſtuprũ.
patet, vt ff. de vſu & ha.l. non al. & per locum à cõmuniter acci-
dentib. cognita præſumitur, ad quã paſſus iteratur. C. de prob.
l. neque natales. per Iac. But. & alios. quapropter non eſt dubi-
tandum viſis actis, & teſtimonijs vitam impudicã in genere eſſe
probatam. facit, quod no. Inno. de accu. c. qualiter. & per Arch.
3. q. 8. c. nihilominus. ff. de teſt.l. ob carmen.§.fi. in glo. & C. quæ
ſit longa conſue.l.2. per Cy. ſuper intellectu dictæ gl. concludo
igitur, ex dictis actis dictam Paganoſſam cecidiſſe à dicto vſufr.
ipſamq; ad ſuam proprietatem reuerſam. Ego Bald.

CONSILIVM CCVIII.

1 *Ratione generalis arbitrij an poſſunt rebanniri exbanniti.*
2 *Dictio, demum, quid ſignificet.*

1 In Chriſti nomine. † Quæſtio eſt, vtrũ ra-
tione generalis arbitrij
poſſunt rebanniri exbanniti. & videtur, quòd non, niſi ſimpli-
citer fuiſſet in arbitrio declaratũ, nam iſtud eſt de iure reſerua-
tum principi, vel populo principanti. ff. de pœn.l. relegati. & q̃d
no. per Inno. extra de re iud. c. cũ te. pro hoc facit, quod ſcribit
Bar. in l. ambitioſa. de decre. ab or. fa. In contrariũ videt̃, nam iu-
ſta cauſa ſuadente poſſunt hoſtes publici reduci ad gratiam, &
eis ignoſci, vt l. non omnes.§.fi. de re mili. & ff. ad l. Iul. de ambi.
l.1. ver. quia lege damnati. Præterea reſtitutio famæ licet ſit re-
ſeruata principi, tamen tranſigere nõ eſt reſeruatum principi;
omnis enim habẽs generale mandatũ, cum libera poteſt tranſi-
gere. ff. de procu.l. mandato generali. in gl. C. de tranſa.l. præſes.
ff. de pact.l. item magiſtri. dicet aliquis, iſtud eſt verum ſuper de-
bito, quod non tranſiuit in rem iudicatam, ſi per ſententiam eſt
liquidum, vt no. ff. de pac.l. contra iuris.§.fi. ff. quod vi, aut clam.
l. prohibere.§. planè. eſſet enim potius dilapidatio, quàm tranſ-
actio, quæ in nulla generali cõmiſſione clauditur, vt ff. pro em-
ptore.l. qui fundum.§. ſi tutor, & ff. de trãſac.l. poſt rem. ff. man.
l. creditor.§.fi. Pręterea ratione generalis commiſſionis aliquid
poteſt fieri differendo non prohibendo. ff. de verb. ob.l. qui Ro
mæ.§. Calimacus. in fi. ff. de pac.l. Imperatores. & ſicubi inueni-
tur contrarium, eſt ſpeciale, nec debet trahi ad cõſequens. item
ex quo ſententia tranſiuit in rem iudicatam, non poteſt reſcin-
di niſi per ſupplicationem: ſed ſupplicari non poteſt inferiori à
principe, vel populo principanti. auth. quæ ſupplicatio. Itẽ ner-
uus iuſtitiæ debilitatur, ſi inconſulta facilitate reis parcitur. C.
de priui. ſcholarium.l. hac lege. & ius, & virtus ciuitatis deſtrui-
tur, ſi prouincia nõ purgatur. de offi. præſi.l. congruit. C. de de-
fen. ciui.l. per omnes. Sed ad iſta ſic reſpondetur, ꝙ in caſu no-
ſtro ceſſant huiuſmodi allegationes, quia adunantia generalis
ſtatuit quicquid iſti declarant, vnde iſti non tam reſtituunt, quã
declarant. ff. de reb. dub. l. vtrum. §. 1. quod cuiuſq; vniuer. no-
mine.l. item eorum.§. ſi decuriones. adunantia igitur generalis
eſt auctrix veri miniſtri, & iſti ſunt declaratores iuſtitiæ: nõ ta-
men reſtitutio magiſtri Ioannis ab inn. ſubſit, deinde pruden-
ter & optima ratione fecerunt. vt ff. de quęſtio.l.1.§. qui vltimo.
nam ex hac cauſa iuſtiſſima eſt reſtitutio, vt d.§. de qua. ibi. niſi
cui offõ, &c. cumulatur rationi & alia ratio. ſ. bonum pu. cũ ra-
tione pacis ſoluta tamen ratione perſonæ ex parte, vnde reſti-
tutio magiſtri Ioannis fuit poſſibilis, authentica, & æqua vtili-
tate, quæ ſunt duæ radices rationum fiendarum, & diſpenſatio-
num iſtarũ, igitur compoſitionẽ valere dico, & dictũ magiſtrũ
Ioannem cancellandum ſecundum dictum ordinamentũ. Non
obſt. ſi dicatur, ꝙ in dicta adunantia eſt ſpecialiter prouiſum de
certis rebanniendis, quibus quædã facta fuerat impoſita, quaſi
2 per hoc detur intelligi, ſecus in alijs: quia indiuidua genus re-
ſtringere ſolent, vt ff. de leg.3.l. hæres meus.§. duæ ſtatuæ. † Item
dictio, demum, videtur dictio taxatiua, vt C. de procu.l. ita de-
mum. ff. de arbitris.l. ita demum. Si enim omnia includebantur
implicitè ad quid, quædã diſponebantur certè ad nihil operan-
dum, q̃d videtur abſurdũ. ſed reſpondeo, ꝙ illa ſpecificatio non

reſtringit arbitrium generale, liberum, & publicum exercendũ de futuro, licet cõprobet exercitiũ de præterito: & illa indiuidua ſpecificata ſunt nõ cauſa reſtringẽdi, ſed ne videatur à legis ꝓuidentia neglecta illis, quib. erat ſpecialiter conſulendũ. ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. hoc edictũ. & licet ibi iã facta approbentur, & in hoc ſit ſpecialitas ꝓuidentię, tñ futura non vr̃ prohibita, q̃ verbis includi, & ſignificari, colligiq; pñt, ar. ff. de leg. præſt. l. 1. §. & generaliter. Nec ob. dictio, demũ: qa nõ ſignificat reſtitutionẽ pſonarum, ſed ſoluen. modũ. Ita. n. demũ priores, quib. erat facta impoſita, ad libertatẽ pducuntur, ſi ſoluunt impoſitã, & aliter non. ff. de fideic. lib. l. Thais ancilla. §. iura caſſanda. eſt igitur dicta condẽnatio inſerta cauſa leg. de eo latæ. ff. de leg. l. fi. Pro trãquillo, & pacifico ſtatu hominũ ciuitatis, & communitatis Aſſiſij, & ad conſeruationẽ iuriũ ipſorum ſtatuerunt, & ordinauerunt, ꝙ nulla mulier ciuitatis Aſſiſij, vel comitatus eiuſdẽ, cuiuſcunq; conditionis exiſtit, poſſit, nec debeat modo aliquo teſtari, vel codicillari, donare, ſeu aliquam vltimã voluntatem facere, vel diſponere, ſeu venditionẽ, permutationẽ, donationem, conceſſionem, tranſlationem, vel aliquã alienationem, ſeu obligationem, cuiuſcunq; generis ſeu conditionis exiſtant facere ſine præſentia & conſenſu ſui viri, & patris, ſi virũ & patrẽ habet, & ſi patrem tm̃ haberet, & non virũ, ſine pñtia, & conſenſu patris. & ſi virum haberet, & non patrem, ſine præſentia & conſenſu viri, & ſi virum & patrem non haberet: & filios maſculos, vel filium, ꝙ poſſint vel poſſit conſenſum præſtare, & eſſent, vel eſſet prope ciuitatẽ Aſſiſij per 30. milliaria ſine præſentia & conſenſu dicti ſui filij, vel filiorum legitimi, & legitimorum maſculorum, ſiue plures haberet. & ſi careret viro, filijs, vel filio ſine præſentia fratris carnalis legitimi modo prædicto. Et ſi careret fratre carnale, ſine præſentia, & conſenſu modo prædicto nepotis deſcendẽtis ex filio, vel fratrib. ſorore, vel ſororib. carnalib. modo prædicto, & ſi plures nepotes, q̃ vnum ſine pręſentia, & cõſenſu modo prædicto filij, & filiorũ omniũ, & filiæ ſuæ, ſi plures haberet, & ſi prædictæ perſonæ, vel aliquæ earũ præſtare non poſſent modo pdicto pñtiam, vel cõſenſum cõmodè, ꝙ illi, vel illis liceat præſtare præſentiã, vel conſenſum per procuratorẽ per eos ad hoc ſpecialiter conſtituendum, liceat tñ dictis mulieribus ſine præſentia, & cõſenſu dictarũ perſonarum teſtari, codicillari, & vltimam voluntatem diſponere, & facere de bonis ipſarum, & dotib. earundem vſq; in quantitatem 10. lib. de. pro quolibet cẽtenario dot. talis mulieris bonorum omnium, quæ habent ſupradicta prohibitione in aliquo nõ ob. & ſi fieret teſtatio, venditio, ſeu alienatio, pmutatio, ſeu ceſſio, & trãſactio, & obligatio alia, q̃libet obligatio forma prędicta non obſeruata, ſit caſſa, irrita, & nullius valoris, & pdicta omnia, & ſingula locũ habeant in præſentibus & futuris. liceat etiã ipſis mulierib. ſi libeat procuratorẽ vnum, vel plures, conſtituere, ac etiã curatorẽ, & actorem vnum, & plures ad agendũ, & defendendũ ſupradicta prohibitione in aliquo non obſtãte, ꝙ vir intelligatur ille ad præſtandũ præſentiã, & cõſenſum modo prædicto, qui cum muliere cõtraxerit matrimoniũ, vel conſummauerit, & cum ea ſteterit publicè tanq̃ vir in vna eadẽ domo ſaltim per duos menſes, & ad probandum de cõſummatione matrimonij ſufficiat iur̃m viri & vxoris, & ſi contra prædictã formã aliqua alienatio, venditio, ceſſio, donatio, vel conceſſio, vel aliquis alius contractus factus, ſeu facta fuerit, ſeu dominiũ de poſſeſſione in alium, vel alios transferatur, nõ valeat, nec teneat ipſo iure, & poteſtas, & capitaneus, & officialis vtriuſque ipſorum, coram quo petitum fuerit, ſeu contra prædictã formã fuerit, teneat, & debeat ſuccedentem vel ſuccedentes legitimã tali mulieri ponere, mittere, & manumittere in poſſeſſionẽ, & bonorum dictæ mulieri obligatarum, ſeu alienatorum contra prædictam formam, & ipſum, vel ipſas in dicta poſſeſſione, ſeu poſſeſſionibus manutenere, & defenſare ad pœnam 5. lib. den. & nulla perſona taliter, ſeu talis conditionis audeat, vel præſumat moleſtare, nec inquietare, nec ipſas poſſeſſiones, ſeu poſſeſſionẽ laborare, nec aliquo iure vti ſine licẽtia dicti ſuccedentis, ſiue ſuccedentium, pœna pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice centum lib. den. & quicunq; opponeret aliquam exceptionem, ꝙ dictum ſtatutum nõ valeret quacunq; de cauſa, non audiatur per aliquem officialem, & nihilominus ex tali oppoſitione exceptionis condẽnetur in centum lib. den. per poteſtatem, vel capitaneũ dicti cõmunis, & cõmuni prædicto applicandorum. Dominus Petrus, & dom. Gulielmus conſulti tenent, ꝙ dicta cancellatio non opitulatur, nec habet tollere teſtamentum propter illã clauſulam appoſitam in inſtr̃o reuocationis, cancellationis, quæ incipit, ad hoc, vt d. D. Vicutia eius filia eidẽ ſuccedat, &c. quæ eſt diſpoſitio, & fieri non potuit non ſeruata forma huius ſtatuti. Punctus eſt, nunquid teſtamentum factum cum conſilio conſanguineorum ſecundum formam ſupradictam poſſit cancellari, vel incidi abſq; prædicta forma, & ſic quæſtio eſt, nunquid ille, qui cancellat, videatur diſponere, & ſic forma, quę requiritur in diſponendo, ſ. conſenſus propinquorum, requiratur in cancellando. & ſuper hoc eſt conſilium infraſcriptum.

CONSILIVM CCIX.

1 *Stante ſtatuto, quòd mulier non poßit teſtari ſine cõſilio conſanguineorum, ſi mulier teſtetur ſeruata forma, poterit cancellare huiuſmodi forma non ſeruata.*

2 *Cancellatio teſtamenti non eſt diſpoſitio.*

1 In Chriſti nomine. † Licet conſulẽtes ſint magnæ authoritatis: tamen non recedo ab eo, quod ante conſului. dixi enim, & dico, quòd cancellatio teſtamenti non eſt diſpoſitio hominis, ſed amotio rei diſpoſitæ, aliud enim eſt remouere obſtantia venientibus ab inteſtato, præſertim filiæ, niſi ſucceſſio ſuæ naturę redditur. aliud diſponere, proprie enim diſponere idem eſt, quod ordinare, non ordinari, illi autem, qui ab inteſtato decedit, magis ordinatur, quam ordinet, diſpoſitiuũ dat, extra de teſt. cum tibi. facit, quod no. de iuſtitia & iure. l. manumiſſiones. non obſtat de iure codi. l. 2. & l. conficiuntur. de leg. 2. l. codi. §. pen. quia illud eſt ex quadam fictione, quæ non habet locum in ſtatutis contra ius cõmune: vt patet omnib. & vulgare dictum eſt, cum ergo de iure communi poſſit cancellari, nec dicatur teſtari. C. de teſtamentis. l. noſtram. & per ſta. nil dicatur de cãcellatione, ergo ſumus in iure communi: quia potentius eſt factum, quàm dictum: cancellatio enim voluntatem & probationem præteritæ voluntatis infringit, & illud inſtrumentũ erat teſtatricis, vnde potuit incidere, de mi. teſt. l. tribunus. §. vl. de his, q̃ in teſtamento delentur. l. cancellauerat. nemo. n. cogitur decedere teſtatus vel inteſtatus: quia liberi arbitrij eſt hoc. ff. de inoffi. teſt. l. poſthumus. nec ob. illa verba, ad hoc, &c. quia veniunt cõſtructiuè, non diſpoſitiuè. l. pe. & fi. de his, quæ in teſtamento delentur.
2 † Et ꝙ non ſit diſpoſitio, patet: quia nõ naſcitur inde, ſi epiſcopus nõ dicitur diſponere de beneficio diſpoſitum reuocando, ſed conferendo, illud etiam conſtat legata peti non poſſe, niſi ſint aditione confirmata, q̃ non ſunt debita. l. ſi ſeruus communis Meuij. in fi. principij. ff. de ſtipula. ſeruorum. C. de fideicommiſ. lib. l. 2. de hær. inſt. l. qui filio. §. ſeruus. & ideo nõ poteſt peti executio, quia habent tacitam conditionem, ſi hæreditas adeatur, vnde obſtat conditio. ff. quando dies leg. ced. l. quod purè. §. fin. Ego Baldus.

CONSILIVM CCX.

1 *An, & quando dos inter liberos ſit conferenda.*

2 *Legitima non tenet grauamen, ſed bene ſupra legiti.*

1 In Chriſti nomine. † Sciendum eſt, quod inter liberos cũ de collatione do. tractatur, aut aſcendens, de cuius ſucceſſione tractatur, de collatione diſpoſuit, aut ſub ſilentio pertrãſiuit, aut partim diſpoſuit, partim omiſit. primo caſu voluntas teſtatoris ſeruanda eſt. Secundo caſu ſeruãda eſt voluntas legis, quæ talis eſt, videlicet ꝙ data vel promiſſa dos cõfertur, ſed dos relicta in teſtamento non confertur, vt C. de colla. auth. ex teſtamento. & l. ſi donatione. 1. reſpon. nam legatũ à patre poſt mortẽ patris capitur, & ideo non confertur, ſed principium retinetur; quia legata percipiuntur, non conferuntur, iura ſunt vulgaria. Tertio caſu quando teſtator onus collationis vni tm̃ iniunxit alijs, ſoluit coniectura tacitæ voluntatis, videtur dicendũ, ꝙ alij non teneantur conferre vt expreſſio vnius non ſolũ ius cõmune exprimat, ſed aliquid ex ſe tacita operetur, nã tacita & coniecturata voluntas facit ceſſare collationem, ſicut voluntas expreſſa. ff. fam. ercisſ. l. ex parte. §. in teſtamẽto moriens quenquam. poſſet argui in contrarium, ſcilicet quòd caſus omiſſus verbis præſupponat omiſſionem mentalem, & ſic ſtetur legis diſpoſitioni, de libe. & poſthu. l. commodiſſimè. præſertim inter liberos pro ſeruanda collatione æqualitatis, C. communia vtriuſq; iud. l. fi. quãtum ad caſum noſtrum, de quo quæſtio proponitur, ſcilicet an Benuenuta poſſit petere collationem. aut quæritur de relictis, & nõ poteſt, aut de datis, vel promiſſis ſororibus. Et hic eſt conſiderandum, an ipſa ſuccedat vniuerſaliter patri, collatio non habet locum, niſi inter vniuerſales ſucceſſores, vt C. de inoffi. teſt. l. vnde ſi parens. & videtur, ꝙ ipſa non ſuccedat: qa ipſa ceſſit iura ſua, vnde ſi qua collatio immineret, fieret ceſſionario. Sed cõtrarium eſt verum: quia hæreditas patris viuentis cedi non potuit: pater enim poſtea teſtando voluit filiã ſuccedere non ceſſionarium, vnde non perſeuerauit in primo propoſito, vt C. de pac. l. fi. & quia pater ceſſionario ſucceſſit, vnde totum factum eſt vnum patrimonium, ſcilicet dicti Matthęi, vt l. ſed & ſi plures. §. filio. de vulg. ſubſti. de quo potuit teſtari ſalua legitima, & per hoc ſubſtantialiter eſt reſpõſum ad omnia dubia, quę de collatione mouẽtur quo ad dictam Benuenutam, & ſorores, videlicet, vt dicta Benuenuta cõferat occaſione ſucceſſionis paternæ dotem ſuam: quia teſtamẽtum ita loquitur, à ſororib. autem non debent ei conferri dotes relictæ in teſtamento ipſis ſororibus, quod dixi in dote, idem dico in alijs datis ab eo, de cuius ſucceſſione quæritur, niſi quando talis datio habet vim relicti, vt no. in d. auth. ex teſtamento. quæ tamen cõferuntur, ſi inde inæqualitas inter liberos ſequeretur. nam reciproca collatio inter eos fienda eſt ſecundum Dy. & Cy.
2 Super † alio puncto de grauamine maſceptæ dicendum eſt, ꝙ in legitima nõ tenet grauamen, ſed ſupra legitimam ſic, vt l. quoniam in priorib. de inoffi. teſt. & plenè no. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ſol. mat. Super alio puncto de dote reuerſa ad Matthæum ex ſucceſſione domini Angeli dico, quòd communis eſt omnium hæredũ: quia proprium patrimonium patris eſt ex dicta ſucceſſione. C. de dona. l. ſi auia. Franciſcæ ſuccedunt ex pupillari ſubſtitutione propter verbũ directum, moriatur, ſubſtitutæ ſibi, vt in c. 1. de teſtamentis. lib. 6. forma laudi debet eſſe, ſecundum quòd ex ſuperioribus patet. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXI.

1 *Stante ſtatuto, quòd ſi quis aſſociauerit, & fauorem dederit tempore homicidij, puniatur, ſi quis præparauerit venenum, et miſerit, an incurrat pœnam ſtatuti.*

2 *Occidens veneno dicitur proditor.*

1 In Chriſti nomine. † Illud malum de iure communi eſſet capitaliter puniendum per l. Corn. de ſicar. ff. ad legem Corn. de ſica. l. 3. in princ. & §. legis Corneliæ. ſed per formam ſtatuti eſt conſiderandum, vtrum iſte dicatur feciſſe, vel fieri feciſſe mandando, an non, & certum eſt, quòd nõ fecit, nec mandauit, nec fuit particeps delicti: ſed opem, & materiam dedit, vt per alium fieret, vt ff. ad legem Aquil. l. item ſi obſtetrix. in prin. tamen iſte caſus non eſt ſtatuto comprehenſus, quia ſtatutum loquitur de auxilio ſub alio tenore, ſcilicet aſſociando, & fauorem dando tempore homicidij, quanquam poſſet dici, quòd iſte fauorem dedit, qui materiam veneni præparauit, & miſit, non credo, ꝙ ſtatutum de iſto terribili caſu cogitauerit. C. de male. & mat. l. 1.
2 † nam in veneno eſt proditio cum homicidijs iuncta, & ſcelus eſt grauiſſimum, ſi ita eſt in facti veritate. cæterùm ſi facti veritas leuior eſſet temperanda, eſſet inquiſitio ante reſponſionem rei, ſed poſtquam reus eſſet ſponte confeſſus, nihil poſſet detrahi: & ideo iudex veritatis amator ſit: nam cum iſte caſus ſit non cogitatus à ſtatuto, ipſe iudex ſecundum conſcientiam ſuã procedat aſſimilando, prout ſibi videtur: quia arbitrarium eſt, vt ff. de leg. l. non poſſunt. ff. de crimin. exp. hæred. l. 1. & l. hodie. de pœnis. & maior pars conſilij hominum eſt in conſcientia, quam Deus formauit iudicem interiorem; quam iudex poteſt ſequi, vbi lex dat iudici electionem. C. de iud. l. rem nõ nouam. poteſt itaque etiam pecunialiter punire, ſi ſibi videtur aſſimilando opi. ſeu fauori, quia fauor eſt generalis ſignificationis nomen, nec in iſto caſu habet locum appellatio, quia malum eſt enormiſſimum, & notorium. C. quorum app. non reci. l. obſeruare. poteſt etiam ad mortem punire; quia meruit, puniatis ergo, ſecundum quod dictat conſcientia veſtra, & de appellatione non curetis. ff. de appel. l. conſtitutione. & c. Romana. de app. li. 6. in glo. ord. & bona cautela eſt, quòd faciatis eum renuntiare appellationi, & defenſioni tanquam friuolæ.



CONSILIVM CCXII.

1 *Dilatio quando eſt appoſita contemplatione annuæ præſtationis, vel promiſsionis, non valet.*

In Chriſti nomine. † Eundo ad veritatem iuris, & facti dicta dilatio fuit appoſita contemplatione annuæ præſtationis, ſiue promiſſionis, quæ ſi de iure tenent, ſors interim peti non poſſet, vt ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. in princ. & ff. ſi cert. petat. l. lecta. ſed quia non tenet, quod eſſet vſura, vt nor. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petat. ceſſante finali cauſa dilationis ceſſat dilatio, & ſtatim agi poteſt. ff. ad Treb. l. filia. §. alumno. ff. eod. §. final. l. aliquando. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXIII.

1 *Proteſtatio ſecundi creditoris in præiudicium primi non valet, nec tenet.*

1 In Chriſti nomine. † Non obſtante proteſtatione Sauini debet procedi ad vlteriora ad petitionem Æmilij, cuius ratio eſt: quia Æmilius habet obligationem cum hypotheca priorem tempore, vnde per poſteriorem creditorem non poteſt excludi prior creditor, immo nec procu. ff. de bonis auth. iud. poſſ. l. cũ vnus. vbi plenè de hoc. C. eod. l. fi. ff. de dam. inſe. l. ſi finita. §. ſi plures. & ff. vt in poſ. leg. l. is, cui. §. ſi plures. & idem ex quibuſcunq; creditoribus, pignus enim prætorium vnius non excludit proceſſum alterius, & non in concluſione finali prior tempore in pignore conuentionali potior erit in iure, vt dicit regula vtriuſque iuris.

CONSILIVM CCXIIII.

1 *Contracta ſocietate ſi vnus ponit pecuniam; alius operas, primo debet rei veritas inſpici, priuſquam præceptum guarentigiæ ponatur in executionem propter caſus, qui poſſunt euenire.*

1 In Chriſti nomine. † Vt apparet ex tenore, iuſtè fuit cõtracta ſocietas vno ponente pecuniam. i. 400. flor. altero operam, ad partẽ lucri, & dãni, vnde tres caſus poſſunt euenire, primus quod nõ eſt lucrum, nec damnum, & tunc integra quãtitas debet reddi, & ſterilis erit opera, & pecunia. Secundus, quòd ſit lucrum, & tunc illud eſt commune ſaluo capitali: quia actum, & conuentũ fuit de parte lucri fienda, non de ſorte partienda. Tertius, ꝙ ſit damnum, & tunc minuitur ſors pro medietate damni. & hęc omnia leguntur, & no. per gl. & doct. ff. pro ſocio. l. 1. apparet igitur primo rei veritatẽ inquiri, quàm pceptum guarentigiæ ponatur in executionẽ: quia caſus poſſet eſſe, qui minueret quantitatẽ, ad hoc, qui. ex cauſis in poſ. eatur. l. huius autẽ. §. 1. ibi, conſtare debet liberè prætori. ff. de cond. & dem. l. cum ſeruus. & l. qui ſub conditione redden. ff. de ſtatulibe. ratio pretoria iure in dubio nõ debet incipere ab executione, vt l. nimis properè Macelle. illud etiã certum eſt, ꝙ vbi eſt data certa forma citandi, nõ poteſt procedi omiſſa forma, & ſi pcedit, ex inualida citatione, proceſ. eſt nullus, vt leg. & no. C. de accuſ. l. 4. Item vt dixi, indiſcuſſus proceſſus eſt inualidus, & officio iudicis reformandus. ff. ſi mulier ventris nomine. l. 1. §. debet. Ego Bald.

CONSILIVM CCXV.

1 *Duo ſi receperint emphyteuſim, vt maſculis mortuis veniat in vnam fœminam, ſi alter eorum moriatur cum maſculo, alter cum fœmina, an admittetur fœmina, an maſculus tranſuerſalis.*

1 In Chriſti nomine. † Emphyteuſis, quã receperũt Angelus & Petrus pro ſe, & eorum deſcẽdentib. maſculis, & eis defunctis veniat in vnam fœminam, mortuo vtroq;, videlicet vno cum filijs maſculis, & poſtea altero mortuo cum fœmina, portio illorum vadit ad illam fœminam, & non ad collaterales. tex. vnicus valde no. in 10. col. de duobus fratrib. à capitaneo inueſtitis. c. duo fratres. & ideo non potuit refirmari alteri in pręiudicium dictę filiæ. Item maritus poteſt ire ad habitandum cum vxore ad domũ in qua vxor habitat, & vti bonis vxoris, & de eius voluntate, nõ obſtante, ꝙ alij ſint in poſſeſſione vnã cum ea, vt ff. de vſu, & ha. l. certum. §. mulieri. & non permittens tenetur de vi turbatiua. ff. de verbo. obl. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri, quo minus. vbi hoc probatur expreſsè. Ego Bald.

CASVS.

In Chriſti nomine, amen. Factum proponitur in his ſcriptis. Angelus Gabrielis à cõmuni Bono. Deglaſt. ſancti Pe. ciuitatis

Eugubij ſuũm nuncupatiuũ in 1348. de mẽſe Septembris condidit teſtm̃, in quo inſtituit, & ſubſtituit, prout infra continetur, videlicet, in omnib. autem ſuis bonis alijs mobilib. & immobilibus, iuribus & actionib. vbicunq; ſunt, & inueniri poſſunt, & potuerunt de iure, & de facto, Auguſtinum filium eius ſibi ſuũ hæredem inſtituit vniuerſalem, & ſi dict. Auguſtinus eius filius qñcunq; deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalib. ex ſuo corpore legitime naſcituris, ſubſtituit ſibi Marinum Gabrielis eius fratrem, ſi vixerit, aliàs filios d. Marini: hac conditione appoſita, ꝙ dict. Auguſtinus poſſit & valeat in caſibus ſuæ neceſſitatis pro debitis tam communibus, quàm aliarum ſpecialium perſonarum, ſi contigerit ipſum incurrere, recurrere ad bona prædicta, & de ipſis facere ſicut neceſſitas fuerit, &c. & in eodẽ teſtamento ſubmiſit, ſeu inſeruit talem clauſulam, & hanc vlt. ſuam volũtatem aſſeruit eſſe velle, quam valere voluit iure teſtamenti, & ſi iure teſtamenti non valeret, aut nõ valebit, valere voluit iure codicillorum, & vltimæ voluntatis, & omni modo, iure, & forma, quibus melius poteſt. Poſt conditum dictum teſtamentum in quo nulla eſt facta mentio de poſthumo aliquo, ſeu filio naſcituro, d. Angelus filium, & filiam dicitur procreaſſe, & ex matrimonio ipſius filium, & filiam natos eſſe, qui. ſ. filius, & filia nati poſt dictum teſtamentum deceſſerunt in infantili ętate. eſt tamen varietas inter partes, vtrum viuo d. Angelo patre deceſſerint, vel poſtea, ex eo, quia aſſeritur d. Angelum deceſſiſſe in remotis partibus, ita ꝙ non potuit, nec poteſt verè ſciri de certo tempore ſuæ mortis, proponitur tamen d. Angelum, & eius filios infantes, de quibus ſupra fit mentio, poſt conditum dictũ teſtamẽtum natos deceſſiſſe, iam ſunt octo anni, vel circa, prout de morte d. Angeli dictum fuit, per famam, aliter neſcitur, & dicti filij infantes deceſſiſſe aſſeruntur, iam ſunt decem anni, vel circa, qui prius, & qui poſterius, quòd hoc conſiſtit in facto, ex probationibus apparebit: tamen d. Martinus frater dicti teſtatoris ipſo teſtatore viuente. Nouiter ab vno menſe citra deceſſit d. Auguſtinus in dicto teſtamento inſtitutus condito per eum teſtamento, & ipſo exiſtente in perfecta ætate, qui in ſuo teſtamento D. Catherinam eius matrem ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, & condito dicto eius teſtamento ſine filijs deceſſit. Modo quęritur, vtrum filij Marini Gabrielis ſupraſcripti, qui in teſtamento d. Auguſtino ſubſtituti dicuntur, poſſunt petere iure fideicommiſſi, vel alio hęreditatem dicti Angeli teſtatoris, vel partem, & quo iure. & ſi verum eſt, ꝙ dicti filij nati poſt teſtamentum prædictum viuo dicto Angelo teſtatore deceſſerint, non videtur dubium, ꝙ dictum teſtamentum dicti Angeli valet, & ſaltem reconualeſcit de iure prætorio: vt l. poſthumus præteritus. ff. de lib. & poſth. C. de poſth. hære. inſti. l. 2. & quod ibi no. ſi verò dicti filij nati poſt dictum teſtamentum deceſſerint poſt Angelum patrem, nõ videretur dubium, ꝙ dictum teſtamentum ſit nullum, niſi dicatur, ꝙ defendi poſſit. vel quia teſtamentum prædictum non fuit dictum nullum, vel quia fuit appoſita clauſula, ſi non valebit, &c. vt ſupra, ita ꝙ in ipſo teſtamento vendicet ſibi locum auth. ex cauſa. cum materia ſua. ſed quo ad primum, ſcilicet vtrum teſtm̃ videatur ſubſiſtere, ex eo, ꝙ non fuit dictum nullum, vt l. filio præterito. ff. de iniu. teſt. videtur reſponderi in contrarium, quòd dicti filij deceſſerint in infantili ætate, per l. vxoris abortu. C. de poſt. hære. inſti. ꝙ habeat locum auth. ex cauſa. cũ materia ſua. fecit me dubitare opi. doc. qui volunt, ꝙ dicta auth. nõ habeat locũ in p̃teritione filij viuo teſtatore nati: & etiam opi. illorum, qui voluerunt, ꝙ dicta auth. ex cauſa. nõ habeat locum in præteritione paterna, ſeu facta à patre, ſed in præteritione à matre facta, vel à linea materna. Cõſidero etiam alteram altercationem, quæ lis fuiſſet inter doc. vtrum auth. ex cauſa. locum habeat in præteritione poſthumi, vel eius, qui eſt loco poſthumi, ſcilicet nati viuente teſtatore poſt conditũ teſtamentũ, qui ita demum non rumpit teſtm̃, per l. Velleian. ex primo ca. ſi reperitur inſtitutus, vel nominatim exhæredatus, vt l. poſthumus. verſi. ſed hi, qui. ff. de iniuſt. & irri. teſt. & l. Gallus. §. nunc de l. Velleia. Vlterius q̃ritur, ex quo dictum teſtamentum non fuit dictum nullum per dictos filios præteritos, an rebus ſic ſe habentib. fideicommiſſum in dicto teſtamento relictum per filios ſupraſcripti Marini vigore ſupraſcriptæ ſubſtitutionis factæ dicto Auguſtino peti poſſit ab ipſius Auguſtini hæredib. qđ videtur per dictã l. filio. ibi, ſi præteritus à patre à fratrib. partẽ hæreditatis aduocarit. Quæritur etiam an ſit verum, ꝙ teſtm̃, ex quo dictum nõ fuit nullũ p ipſos filios p̃teritos, de iure ſubſiſtat, nec ne. & ſi eſt neceſſe, ꝙ dicatur nullũ ad impugnationẽ ipſius teſtamenti, an ius dicendi nullum tranſiuerit ad matrẽ dictorum filiorũ præteritorũ. Quæritur etiã, vtrum ius dicendi nullũ ſit ſublatũ per lapſum tpis decennij, vel octennij, quod tranſiuit à tẽpore mortis dicti Angeli teſtatoris. Vltimò quæritur, quomodo dictis filijs Marini conſulatur circa teſtamentum ſupradicti Angeli, &c. Ego Bald.

CONSILIVM CCXVI.

1 *Teſtamentum, in quo poſthumus eſt præteritus, rumpitur, & conualeſcit, ſi moriatur ante teſtatorem de iure prætorio, & opus eſt bono. poſſ. ſecundum tab. qua non petita redit ad cauſam inteſtati.*

1 In Chriſti nomine. † Teſtamẽtum, in quo poſthumus eſt præteritus, rumpitur natiuitate poſthumi, vt l. Gallus. §. in omnib. & §. nunc de lege. & l. inter cætera. de libe. & poſth. & ff. de iniu. teſt. l. poſthumorum. & l. 3. §. ex his apparet. & l. nam & ſi ſub conditione. §. rumpendo. & inſti. de exhæreda. liberorum. §. poſthumi. cum infinitis ſimilib. conualeſcit tamen de iure prætorio, ſi poſthumus viuo adhuc teſtatore decedat. ff. de iniuſt. teſt. l. poſthumo. quod eſt ſic intelligendum, ſi inſtitutus petat bonorũ poſſeſſionem ſecundum tab. infra tempus diffinitum in l. 1. §. largius. de ſuc. edicto. cæterùm ſi non petat ſecundum tab. res redit ad cauſam inteſtati. bonorum ergo poſſeſſio ſecundum tab. hoc caſu eſt neceſſaria, nam adiri hæreditas non poteſt ex teſtamento, cum ius ciuile refragetur, vt plenè leg. & nota. C. vnde legitim. l. certum. & ff. de iniuſt. teſtam. l. qui vxore. & no. in l. cũ in ſecundo. & in l. filio præterito. & ff. de vulga. ſubſtit. l. ſi quib. cum §. vl. dato igitur, ꝙ dicti poſthumi viuo patre deceſſerint, ſi tamen Aug. non agnouit ſecundum tab. teſtamentũ ad cauſam inteſtati reducitur, quo ad inſtitutionem hæredis ſubſtitutionẽ vulgarem: quãtum verò ad ſubſtitutionem fideicommiſſariam non intercidit teſtamentum, imo valet per auth. ex cauſ. vt ff. ad Trebel. l. ita tamen. §. quoties. vbi eſt glo. ord. & Iac. de Are. in auth. ex cau. ſub illo verbo, cætera namque firma permanent. comprehendit fideicommiſſum vniuerſale, vel ſaltem ex repetitione codicillari, quæ repetitio habet locum etiam in præteritione poſthumi. de hoc eſt tex. ſingulariter notat⁹ à Iac. de Are. ff. de fideicom. liber. l. generaliter. §. teſtamento. ſi igitur dicti poſthumi viuo patre deceſſerunt, & tandem deceſſit pater, & certum eſt de morte patris, dicta mater deducta legitima, & Treb. alteram medietatem reſtituit. c. Ray. c. ſi pater. cum ſi. Si verò in obſcuro eſt, an pater adhuc deceſſerit, ex eius teſtamento agi non poſſet, tex. eſt. C. de cap. l. nec nos. niſi per indicia, & famam probetur mors. vt l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſt. ape. ſi verò poſthumi deceſſerunt patre mortuo, hic non conualuit teſtamentũ, vt C. de poſth. hæred. inſti. l. vxoris abortu. ſed fuerunt iſti poſthumi hæredes ab inteſtato, vt l. 1. in fin. ff. ſi tabulæ nullæ extant. & tranſmiſerunt ad patrem & matrem. ff. de mili. teſt. l. ex militari. §. ſi. cum l. ſequen. de caſtren. pe. l. hęredes. §. filius. & l. apud hoſtes. ff. de ſtip. ſeruo. l. liber homo. §. vlt. & hoc caſu quia iſti poſthumi non fuerunt grauati in aliquo, ſed nominatim fuit grauatus ſolus Auguſtinus, portiones iſtorum poſthumorum non veniunt in fideicommiſſo, vt ff. de iure cod. l. ſi is, qui. ff. de le. 2. l. cum pater. §. cum æſtimaret. nam per auth. ex cauſa. nec proprio, nec appellatiuo nomine grauatur, ſed in fideicommiſſo venit portio Auguſtini, quia fuit nominatim grauatus ſub nomine ꝓprio per illa verba, & ſi dictus Auguſtinus eius filius, &c. Iſta no. inſti. de pup. ſubſti. §. extraneo. & in l. precib. & in l. Centurio. ſi verò in obſcuro eſt, an poſthumus, an pater prius deceſſit, dicendum eſt, ꝙ regulariter qui fundat ſe in ordine temporis, debet probare tempus, vt not. ff. de ne. geſt. l. eum actum. C. de prob. l. matrem tuã. vnde videtur melior compoſitio rei, nam in re obſcura fauẽdum eſt potius reo, quã actori. tñ iſta regula videtur fallere fauore fideicõmiſſi, vt in dubio præſumatur pro fideicommiſſo quo ad ordinem mortalitatis, vt ff. ad Tre. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ver. cum aut ſuus. vbi eſt tex. peregrinus. & ad idem optimè facit. ff. de ſec. tab. l. qui ex liberis. in prin. ſed tutior videtur p̃cedens opi. ꝙ agẽs debeat fungi probationis munere. ff. ad Treb. l. eũ, qui nouiſſimus. cũ hic mater ſe opponat, & eã habeat fideicõmiſſarius, reſiſtẽtẽ, & obijcientẽ. alia puncta non ſunt neceſſaria, & ſufficit remittere ad l. poſthumo. C. de cõtra ta. ꝑ gl. & Cy. Et ita dico, & conſulo ego Bal.



Bald. de Peruſ. vtriuſq; Iur. doct. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CASVS.

Reperitur ſentẽtia lata, in qua dicitur, partem fuiſſe citatam ad ſententiam audiendã, nec de citatione in proceſſu aliter apparet. quæritur, an mereatur executionem, cum per ſtatutũ nõ poſſit opponi de nullitate, & poſſit procedi ſummariè, & ſine conteſtatione. Iſte eſt punctus in effectu.

CONSILIVM CCXVII.

1 *Stante ſtatuto, quòd non poſsit opponi de nullitate, & poſsit procedi ſummariè, & ſine conteſtatione, ſi reperiatur ſententia lata, in qua dicatur, partem fuiſſe citatam ad audiendam ſententiam, generaliter, ſi de citatione non appareat in proceſſu an mereatur executionem talis ſententia.*

2 *Citatio perſonalis æquiparatur præſentiæ.*

1 In Chriſti nomine. † Citatio cum ſit facti, & ſit ſolennitas extrinſeca, quia eſt actus per ſe, non præſumitur, niſi probetur, & vbi nulla emanauit citatio, vel minus legitimè, non tenet ꝓnuntiatio, vt no. C. de accu. l. 4. cum enim citatio ordinetur ad defenſionem, & defenſio ſit de iure naturali, nulla conſtitutione põt in cõtrariũ ſtatui, vt in c. paſtoralis. de re iud. in cle. tñ in ſententijs multum antiquis propter carentiã probationũ dicũt doct. ꝙ præſumitur, ꝙ ſententia fuerit lata ſeruatis medijs tam ꝓbatorijs, q̃ citatorijs: quam refert Cy. C. de fid. inſtr. l. emãcipatione. & per Inn. de off. dele. c. cum in iure. & Spe. de fid. inſtr. §. reſtat. ver. in ſumma. tñ pro hoc non ſumus in caſu noſtro; qa tp̃s viginti ann. nõ eſt multũ antiquũ, & de facili memoria hominũ continetur, probationes claræ ſcđm naturalẽ curſum pñt haberi: ſed illud reputatur multũ antiquum, de quo memoria ſcđm cõem hominũ retentiuã, vel vitã hñri non facile poteſt, vt ff. de prob. l. ſi arbiter. & in auth. hæc conſtitutio innouat cõſtitutionẽ. in prin. col. 9. & licet notarius atteſtetur citationi, nõ atteſtatur relationi, q̃ eſt de ſubſtãtia, vt no. Bar. in l. multũ. de condi. & dem. Itẽ eſt potius renũtiatoriũ q̃ ſolẽne id, qđ tabellio dicit; qa quo ad citationẽ nõ continet locũ vel tp̃s, & ſic nõ habet ſolennia inſtrã, vt no. in c. qm̃ cõtra falſam. in Nou. Bar. dicit, ꝙ ille, q petit ſentẽtiã exequi, debet ꝓducere ſñiam, & acta. ff. de re iudi. l. ſi cũ nulla. niſi ſentẽtia ſit lata inter p̃ntes cũ cõmemoratione actorum, & nõ ſit appellatũ. ff. de re iudi. ar. C. de relation. l. 1. ff. qñ appel. ſit. l. fin. Præterea licet poſſit de facto procedi, tñ non põt nõ auditis ꝓbationib. iudicari, de conſti. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ſed hic non conſtat aliquid probatũ, & iudex, cui nil eſt probatũ, nil mandare põt. C. de cõpenſa. l. ſi. de ſent. excõi. c. ſolet. per Inno. imo plus, quia hic non conſtat de petitione, ergo, &c. de fidei. liber. l. ſi. cum nõ cõſtet de die ꝓductionis, vt in auth. offeratur. eſt verum, ꝙ Inn. in c. Albericus. de teſtib. dicit, ꝙ ſi in inſtrõ ſit mentio ſolennitatũ, & citationis, ꝙ omnia p̃ſumuntur ſolenniter acta. & idẽ dicit ibi Io. An. & facit, qđ no. C. de fid. inſtr. & iur. haſtæ fiſca. l. 1. lib. 10. & põt hoc ſuſtineri quantum ad citationẽ; quia potuit fieri tunc, ꝓ tũc, ex quo citabatur perſonaliter, iuxta no. per Inno. de accu. c. ad peti. ſed quo ad ac. quia eodem contextu fieri nequeunt, nõ creditur inſtrõ, vt no. in d. c. qm̃ contra falſam. per Inn. & Hoſt. & Io. An. ſtatutũ em̃ licet non exigat iudiciariũ ordinẽ & ſtilum, tñ exigit, ꝙ mandatũ ſit cõmiſſum, vel ſaltẽ taliter, qualiter ꝓbatũ, vt l. 1. §. illud. ff. ad Sil. alibi dicit Inn. ꝙ in arbitrarijs p̃ſumitur ꝓ iud. de eo, qui furti. ordi. ſuſce. c. innotuit. ſed iſtud eſt cõmiſſum arbitrio iudicis nõ ſolum æquo, ſed mero, & abſoluto, ergo ſtandum eſt iudicis mandato. ff. de offic. præſi. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. ꝓcu. Cęſa. l. ſi. & licet nõ conſtet de ꝓba. non vitiatur diffinitiuũ mandatũ. ff. fa. er. l. cum putarẽ. ff. de pecu. l. eo tẽpore. nõ dico, ꝙ circa probationes aliquid p̃ſumatur, quia non poteſt p̃ſumi citatũ, cum ſit diuerſorum generũ: ſed p̃ſumitur circa exiſtentiã ſentẽtię: qa ſtatutum dicit, ꝙ nõ poſſit opponi de nullitate. hic eſt ſatis cogitandũ pro, & contra, nã iſta ſententia ex ſui ſerie habet formã ſentẽtiæ. C. de ſen. ex breuic. reci. l. 2. de falſis. nec exemplum iuuatur ſtatuto, quod excludit obiectum nullitatis: ergo exequenda. ſed difficile eſt reſpõdere cõtrarijs. finaliter puto ſalua ſemper ſubſtãtia veritatis, ꝙ
2 † cum fuerit p̃ſonalis citatio, q̃ æquiparatur p̃ſentiæ, vt in Auth. qua in prouincia. & quia ſtatutum multũ p̃ſumit pro iudice, ꝙ ſicut p̃ns, qui non contradixerit, videtur confirmaſſe aſſerta, ita iſte veriſſimus cõtumax, & ſic ſit ſententia aliqua præſumenda, & executioni mandanda iure cõmuni, & diſpoſitione ſtatuti ſimul iunctis. dicet aliquis, non præcedente proceſſu citatus perſonaliter ad audiẽdã ſententiam, citatur ad impoſſibile, ergo non tenetur cõparere, nec eſt contumax pp expreſſum vitium citationis. ff. iudi. ſol. l. vir bonus. & in c. 1. de dilationib. per Inn. ſed rñdeo, verũ eſſet probata negligentia, ſed hic nõ apparet nõ p̃ceſſiſſe, & p̃ſumitur præceſſiſſe, vt patet ex iam dictis, ne aperiatur via dicẽdi nulla, quæ via p̃cluſa eſt per ſtatutũ, qđ ex forma alterius ſtatuti debet ſeruari, vt iacet, ſecus eſſet de mero iure cõmuni. vnde ſciendũ eſt, ꝙ aut per ſtatutũ cõceditur arbitriũ, & ſtatutũ vltra nõ ꝓcedit, & tunc p tale ſtatutũ nuntius partis læditur, nec cõtra iuſtitiam p̃ſumitur, de don. l. filius. p Bar. de admi. tu. l. impuberi filio centurio. aut cõceditur arbitriũ, ſtatutũ p̃ſumitur pro ipſo, & tunc in alterã partẽ transfertur onus ꝓbandi, ar. de le. 1. l. licet Imperator. aut cõceditur arbitriũ, & ſtatuitur ꝓ ipſo, & tũc dũmodo ſeruentur verba ſtatuti, & eius forma, acquieſcendũ eſt tanquã ſñiæ legis, cõtra quã nullus eſt recurſus. l. proſpexit. q & à quib. ſi autẽ in q̃ſtione conceditur arbitriũ, p̃ſumitur ꝓ eo, & ſtatuitur pro ipſo intm̃, vt nõ liceat dicere iniuſtũ, vel irritum, ſic. ff. de manu. teſt. l. qui habebat. de exce. c. cũ eccleſiaſticæ. in c. 1. de ſequeſt. poſ. & fruct. in cle. & confirmantur p̃dicta exemplo eorum, in quib. cõceditur ſine ſcriptis, in quib. dicit Bar. credi iudicis aſſertioni. C. de ſentẽtijs, ex breuic. reci. auth. niſi breuiores. Item exemplo decretorum, vt ecce, dat magis hoc pręceptũ de decreto, quàm diffinitiuè, & in decretis interpoſitis ſolẽnia præſumuntur, vt no. in Spe. de empt. & ven. §. nunc dicendum. ver. & habetur. & l. ſi quis miſſus. ne vis fiat ei.

CONSILIVM CCXVIII.

1 *Statu. eo ipſo quod diſponit de ſucceſsione, an etiam de tutelis diſponat.*

1 In Chriſti nomine. † Statutũ, quod ego vidi, loquit̃ de ſucceſſionibus, de tutelis autem non loquitur expreſsè, quod legerim, vnde quæſtio eſt de tacito intellectu ſtatuti, nunquid eo ipſo, ꝙ diſponit de ſucceſſione, diſponat & de tutela. & videtur, ꝙ ſic ex regula generali. ff. de reg. iur. l. quo tutela. ex interpretatione neceſſaria, & probabili, vt inſti. de legi. patrono. tute. §. ſed quia ex expreſſo caſu legis. quia etiam lex correctiuè veniens corrigendo iura præcedentia in ſucceſſionibus corrigit in tutelis, vt in Auth. de hære. ab inteſt. §. ex his. ex ſumma prouidentia, vt qa ſperat ſucceſſionem, tueatur, ne bona dilapidentur. ff. de legi. tut. l. 1. & quia quoties aliquid corrigitur, ex quo aliud dependet, & illud, quod dependet, videtur corrigi, vt C. de lati. liber. tol. l. 1. in prin. ſed tutelæ ſunt quaſi appendices ſucceſſionum. contrariũ credo verius, nam hoc eſſet interpretari ſtatutũ extenſiuè, correctiuè, & abuſiuè, quod non eſt fiendum, caſus eſt, & tex. not. in d. §. ſed quia. ſed ꝙ iſta eſſet interpretatio extẽſiua, patet, ꝙ fit ad aliud. Item ꝙ eſſet interpretatio correctiua, patet, qa corrigitur ius cõmune, quia ſubſtulit differentiam agnationis, & cognationis, ſed iſtud fieri non debet, vt not. in auth. quas actiones. Non ob. §. ex his. quia ibi lex vltra procedit corrigendo etiã in tutelis ſentiẽdo, vt patet in verbo, ſancimus. Itẽ ꝙ etiã interpretatio ſit abuſiua, patet, nã ſi tutela eo modo defertur, vnus eſſet tutor rerum paternarũ, alter maternarum, qđ eſt abſurdum, vt l. certarũ. de teſt. tut. C. de nup. l. in copulandis. quapropter in tutela ius cõmune ſeruabimus, & proximior in gradu ex quocunque latere tutor erit, ſi aliàs eſt idoneus, vt d. §. ex his. cõputando gradum ſecundum ius ciuile, quo iure quot ſunt pſonę dempto ſtipite, tot ſunt gradus tranſuerſalium, & in hoc errari non põt. qui ergo proximior, ille potior, quocunq; nomine nuncupetur, & ex quocunq; latere ſumat exordium. Et ita teneo, & concludo, quamuis diſertiſſimi aduocati allegationes hincinde more eorum fecerunt valde pulchras.

CONSILIVM CCXIX.

1 *Minor ætas quibus modis probetur.*

2 *Ratio & cauſa ſcientiæ limitat, modificat, & reſtringit dictum teſtis.*

3 *Teſtimonium auditus proprij admittitur.*

1 In Chriſti nomine. † Teſtes, & atteſtationes teſtiũ ꝓductorum pro parte Angeli Maffioli de Fulgineo examinatorum tam primo, quàm ſecundo loco productorum ad probationem minoris ætatis do. Catherinæ, &c. conſultus, an probent dicti teſtes
2 minorem ætatem allegatã, pro parte dicti Ange. † Præmitto, ꝙ ratio, & cauſa ſcientiæ limitat, modificat, dictumq; reſtringit. l.

quod dictum.de pac.l.adigere.§.quãuis.de iure patronatus.no.
in l.ſolam.C.de teſti.cum ſi.& ideo iudex teſtẽ de cauſa interro-
gare debet,& teſtis interrogatꝰ cauſam ſui dicti reddere debet,
aliàs non valet teſtimonium.tex. eſt not.extra de teſti.c.cũ cau-
ſam,ibi.de cã &c.& ibi bona gl.& in auth.de teſti.in corpore.§.
& licet.& ibi gl.& eſt no.ff.de tranſ.l.cũ hi.§.nihil aũt. ver.in cã,
&c.& habetur in d.l.ſolã.hinc eſt, ꝙ ſtamus potius rõni, q̃ dicto,
vt dictis iurib.& eſt tex.ff.de teſ.l.3.in fi.ibi,ad ea,q̃ interrogaue-
ras.vt l.ob carmen.§.ſi teſtes.in fi.eo.ti.his præmiſ.dico de iure,
ꝙ quanq̃ teſtes debeant reddere cauſam ſui dicti ꝑ ſenſum cor-
poreũ,dico congruentẽ, & neceſſariò concludentẽ, vt l.teſtiũ.
C.de teſti.& in auth.de hę.& fal.§.ſi verò abſunt.col.1.& d.c.cũ
cãm.in tex.ibi.auditu,viſu,& credulitate,&c.& teſtimoniũ cre-
dulita.nõ faciliter admittitur in teſte, vt d.§.ſi verò. cũ ibi no.attñ
illud eſt verũ in his,q̃ verè ꝑ ſenſum corporeũ teſtis ꝑcipi poſsũt
& ꝓbari,ſecus in his,q̃ ſolũ iudicio intellectus ꝑcipiũtur,& dif-
ficiliter ꝓbantur,vt eſt in caſu,de quo q̃ritur, videlicet in ætate.
l.minor 25.ann.ex aſpectu.ff.de min.& licet Bar. in l.de ætate.ff.
de mino.ponat plures modos probandi ætatem:tñ quantum ad
propoſitum dico minorẽ ętatẽ d.D.Catharinę fuiſſe probatam
per teſtes d.Angeli.deponũt enĩ teſtes primi quaſi omnes, ꝙ d.
D.Catharina tempore in articulo contento erat minor 25.ann.
interrogati in cauſa ſcientiæ dicunt, ꝙ viderunt eam tpe dedu-
cto,& ante,& ꝙ eorum viſu,iudicio, & aſpectu corporis ipſius
ipſa erat minor.q̃ probatio ſufficit in cauſa ſcientiæ. ff.de min.l.
minor 25.ann.ex aſpectu.& ibi tex.& licet loquatur in iud.tñ gl.
ibi in l.de ætate.eo.ti.& ibi doc.& Bart.tenent, ꝙ idem in teſte.
nec ob. ꝙ aliqui ex dictis teſtib. in prin.dicti ſui dñt, ꝙ credunt
&c.quia poſtea exprimunt qualificationem, & declarant dictũ
eorum ꝑ rationẽ ꝑmiſſam,cui ſtatur. & principaliter iſtum mo-
dũ probandi ponit,& tenet Bart.in d.l.de ætate. imo plus, quia
d.D.Bella,& plures alij teſtes ſuper tertio ar.dicit, ꝙ ſi hodie vi-
ueret,non eſſet ętatis 18.ann.nedum 25.& ſic optimè probat;qa
ponit deſcenſum tpis notatum ad probandũ quem minorẽ 25.
an.per Bart.magiſtraliter in d.l.de ætate.videlicet quinq; annos
ſubiungunt primũ dictum.l.etiã matris profeſſio. & ibi glo.ibi,
vel dictum,&c.ff.de teſtib.& idem gl.in l.parentes.C.eo.&Bar.
3 in d.l.de ætate. nec ob. eius teſtimoniũ auditus, † quia licet te-
ſtimoniũ auditus alicuius reprobetur, niſi in certis caſib. teſti-
moniũ tñ auditus proprij admittitur, & valet, vt d.c. cum cãm.
in tex.l.de auditu.& glo.de quo ꝑ Bar.plenè ibi.l.1.§.idẽ Labeo.
ff.de aqua plu.ar.& ꝑ Cy.C.de teſti.l.teſtiũ.& ibi etiã ꝑ Ia. de A-
re.& ꝑ Inn.in d.c.cũ cauſam. & Spe. in ti.de teſte.§.vnde.&c.&
qa talis depoſitio admittitur in teſte,potiſſimè iſto caſu,vbi dif-
ficilis eſt ꝓbatio,& non bene ſcire põt de veritate,vt l.1.in prin.
de vẽtre inſpi.& ibi ponit Bar.de tali teſtimonio no.in d.§.ſi ve-
ro abſunt.de hæ.& fal.per doc. & in d.l.teſtium. tenet Bar. in d.
§.idẽ Labeo.ꝓ hoc,ꝙ valeat,induco gl. paruã notabilẽ in l.ſi qs
fumo.circa princ.ff.ad l.Aqui. ſup verbo, videbatur.& gl.in l.v-
trũ.in prin.ff.de re.du.& de exc.tu.l.1.in prin.& ibi per Bar.aliàs
Bal.qui mirabiliter faciũt.Præterea ſaltẽ tale dictũ inducit præ-
ſumptionem,vt d.gl.in l.ſi quis fumo.cui ſtetur, donec ꝓbetur
contrariũ per tex.l.non eſt veriſimile.cũ ſua gl. ff.quod me.cau.
de lib.exhi.l.3.§.fi.cum ſi.iſta pręſumptio coadiuuatur alijs pre-
ſumptionib.quia præſumitur minor,ex quo aliàs fuit, vt no.gl.
in l.de ætate.Præterea ꝙ dicta domina fuit minor, ꝓbat D. Ma-
rina ex teſtib.ſecundo loco receptis, & neceſſario & directo nõ
dicit,ꝙ vidit eam lactari,& nutriri per nutricem, & ꝙ tunc erat
ætatis duorum annorum,qđ ſequitur. quia tali lactantur tẽpo-
re.C.de pat.pot.l.nec filium.ff.de neg.geſt.l.vel alimenta.inter-
rogata de tẽpore dicit,ꝙ fuit poſt annum mortalitatis, qui fuit
in 1363.& ſic facta calculatione annorum ad annum mortis di-
ctæ dominæ ſequitur neceſſario,ꝙ ipſa erat minor 25.anno.iſte
eſt modus probandi ætatem neceſſario magis indubitatus, de
quo per d.Bar.in d.l.de ætate.vbi plenè per eum. dictis ergo te-
ſtium,& atteſtationib.reductis ad vnum dico minorem ætatem
ſufficienter eſſe probatã per dictos teſtes,de quib.etiã per Bart.
in l.1.ſi cer.pe.addito etiam, ꝙ pars ad ſupplemẽtum probatio-
nis iurauit,quod licitè fieri potuit per iudicem deferendo tã ad
partis petitionem,q̃ ex officio,vt no.in d.l.admonendi.ff.de iu-
reiu.& etiã publicato ꝓceſſu:& idẽ per d.Bar.& Bal.no.Et ita in
ꝑmiſſis conſulo de iure ego Pet.de Aſt. leg. doc.ad cuius fidem
propria manu ſubſcrip.& ſigno ſolito ſignaui. Et ita, vt ſupra
conſultum per egregium ll.doc.D.Pet.idẽ dico, & conſulo ego
Iulianus Bini de Peru.legũ doct. in quorum teſtimoniũ prædi-
ctorum me ſubſcripſi,& meo ſiguo ſignaui.

CONSILIVM CCXX.

1 *Teſtes dicendo aliquem minorem poſſunt reddere rationem ex aſpectu.*

1 In Chriſti nomine. † Ex habitu corporis
pueri, qui multũ diſtat
à viro perfecto,bene cognoſcitur puer,cognitiõe perſpectiua,
ſeu intuitiua.& ideo per partes poteſt reddi ratio de aſpectu, q̃
naturaliter demonſtrat minorẽ ætatem, nec dicitur iudicium,
ſed viſus, ſi qualitas aſpectus naturaliter hoc demõſtrat, vt inſt.
quib.mo.tu.finitur.in prin. vel annorum dinumeratio hoc de-
clarat.& quia ſufficientiſſimè allegatum eſt per conſultores,nõ
allego amplius,quia verum dicunt viſis actis. Idem conſulo ego
Bald.de Peru. V.I.D.& ad fidem me ſubſcripſi,& ſigno mei no-
minis ſignaui.

CASVS.

In Chriſti nomine,Amẽ.Matriſq; eius glorioſæ Virginis Ma
riæ.factum ſic debet ꝓponi, videlicet ꝙ Iac. de Faitano nobilis
de ciuitate Arimi.hñs filiũ ex primo mřimonio.ſ. Mugiolũ ma-
iorẽ:& filium Annibalẽ pupillũ, & filias fœminas ex tertio ma-
trimonio cõtracto inter eũ,& nobilẽ D.Meã,ſuum vltimũ con-
didit teſtm̃:in quo ſuos vniuerſales hr̃des inſtituit ꝑdictos filios
ſuos,Mugiolum & Annibalẽ,& dictas filias ſuas inſtituit in cer-
tis quantitatib. & ꝑfatæ D.Meæ talia fecit legata in hac forma,
videlicet.Itẽ reliquit dictæ do. Meæ vxori ſuæ iure legati dotes
ſuas,q̃ fuerunt 5.duc.Itẽ reliquit d.D.Meæ vxori ſuæ legati 100.
duc.auri quos ab ea habuit,& recepit de dotib. quond. do. Iſa-
bellæ quon.mr̃is d.D.Meæ.itẽ reliquit d. D. Meæ vxori ſuæ ali-
menta decentia de ſuis bonis,donec vidualẽ vitam, & caſtã ſer-
uauerit,& ſteterit,& habitauit cũ dictis hæredib.ſuis, & ſi ſtare
& habitare noluerit,vel ꝙ nõ potuerit cum dictis hæredib. ſuis
viuere,voluit dictus teſtator ipſam habere,& percipere dicta le
gata à dictis ſuis hæredibus,& deceſſit dictus teſtator, poſt eius
mortem.d.D.Mea vxor,prout tenebatur,fecit inuentariũ,pro-
ut in poſitionib.& reſponſionib.continetur.Poſtquã d.Mugio-
lus per ſe,& d.Annibal pupillus cum authoritate tutoris in te-
ſtamento dati adiuerunt hæreditatẽ paternã ſine inuentarij be-
neficio. Poſtq̃ tutor d.Annibalis fecit inuentariũ manu ꝓpria,
ſcdm ꝙ in poſitionib.continetur.& etiã inuentariũ tutorũ,ꝓut
de iure tenetur.& poſtea diuiſit dictã hæreditatem dictus tutor
cum d. Mugiolo fratre dicti pupilli: poſtea ꝙ do. Mea petijt di-
ctas dotes ꝓ dimidia à d.Mugiolo,& ſimiliter legatorũ quanti-
tatẽ,& prædicta etiã alimenta contra d.Mugiolum, ꝓut in eius
petitione,quã mittimus intercluſam, cõtinetur.Poſtea ꝓ parte
dicti Mugioli factæ fuerunt exceptiones,quas etiã mittimus cũ
his allegatis.& poſtea in proceſſu pro parte d.D.Meæ inter cæ-
tera fuit oppoſitũ his capitulis alleg.apparet,& pro parte aduer
ſa fuit reſponſum dictis poſitionib. ꝓut in eius reſponſione ap-
paret.poſt ꝑdicta pro parte d.Mugioli fuerunt deductę poſitio-
nes,& capitula in hac forma, & eius reſpõſiones ꝑ d.D.Meã,vt
in fine eorum cõtinetur,& factæ fuerunt probationes ꝑ teſtes,
quorum dicta & atteſtationes ſimiliter vobis tranſmittimus in-
cluſa.Modo reſtat cõntentio ſuper alimentis prædictis,tantùm
quæritur,quæ ſunt partes modo in ſententiando.

CONSILIVM CCXXI.

1 *Hæres non confecto inuentario cum ſolennitate legali an teneatur ad ſoli-
da legata,& num.2.*
3 *Inuentarium legatarij non prodeſt hæredi.*
4 *Si teſtator legat vxori alimenta,qualia debeantur, ſi hæres nõ confecit in-
uentarium.*

1 In Chriſti nomine. † Conſiderandũ eſt, ꝙ
quædã ſunt legata, q̃ ha
bent certã quantitatẽ, vel ſpeciẽ, vt cum legãtur 10.vel fundus,
vel Stichus.& in iſtis non eſt dubiũ,ꝙ hæres,qui nõ facit inuen
tariũ ſolenniter cũ ſolennitate legali, tenetur ad ſolida legata,
ſaluo ꝙ filius, vel alius, cui debeatur legitima, detrahit legitimã,
vt no.in Auth.de hær.& fal.§.ſi quis aũt non implens.ſuper ver-
bo,auferri.& in §.ſancimus.& ideo eſt, vt grauatis hæredib. au-
feratur materia delinquendi,& celandi res, & facultates hære-
ditarias in pręiudicium legatariorũ,vt dicit ibi tex.in verbo,ſu-
ſpiciunt.vnde contra nõ facientem inuentariũ ꝑſumitur dolus,
& ſubtractio,& malignitas:& quia ſuper hac pręſumptione lex
fundat



fundat ſuum ſtatutũ,põt dici pręſumptio iuris,& de iure.& licet
iſta ſit ratio literæ,tñ ceſſante ratione iſta adhuc hæres, qui non
fecit inuentariũ,punitur ex ſua negligẽtia, & cõtemptu benefi-
cij legis.pone enĩ ꝙ per abſentiã rerum hæreditariarũ hæres nil
potuit ſubtraxiſſe:tñ lex arctat eum ad inuentariũ faciendũ: qa
qui nõ facit inuentariũ,nõ põt hr̃e beneficiũ inuentarij. C.de iu.
2 delib.l.fi.§.ſi aũt cum aliquis.† Quædã ſunt legata, quæ non hñt
certã quantitatẽ, ſed debent certificari ſecundũ quantitatẽ bo-
norum,& facultates teſtatoris,ex mente tam legis, quam teſta-
toris,ſicut eſt legatũ alimentorum,de quo quæritur,vt ff.de ali.
leg.l.cum vnus.§.alimentis.hoc æſtimabitur ex facultatibus, di
gnitate,& numero liberorũ,ar.ff.de leg.3.l.ſi filię pater.& ſalua
rerũ ſubſtantia,id eſt ex fructib.& obuentionib.hęreditatis.Nã
ſi legatũ vſusfructus, ꝙ eſt pinguius, intelligitur ſalua rerũ ſub-
ſtantia:ergo multo fortius legatum alimentorũ. ff. vbi pupillus
educari de.l.ius alimentorũ.Nam & hęc erat conſuetudo teſta-
toris ſcil.ex fructib.viuere,quæ dẽt attendi. ff.de ali.leg. l.Mela.
§.1.ff. de vino leg. l. ex vſu. eſt ergo vxor honorabiliter tractan-
da.ff.de leg.3.l.itẽ in legato.§.parui.tñ iuxta poſſe, & nõ dr̃ face-
re poſſe,nõ ob.de ven.in poſ.mit.l.1.§.mulier.& §.diminutio. &
de carbo.edic.l.3.§.an defendi. quia ibi in eo, qui de proprio nõ
de alieno viuere intelligatur.nec ob.de prędijs minorũ.l.ob æs.
in gl.quia ibi permittitur,nõ vrgetur,ſi oportet ſubſtantiã alienare,
& remanere denudatus.ff.qui bo.ce.poſ.l.qui bonis.quę eſt lex
ad hoc no.& ibi per Bar.igitur in propoſito,nã dicit hæreditatem
opulentã ad ſolidã alimentorũ præſtationẽ id, ꝙ probat ꝓpter
3 præſumptionẽ,& diſpoſitionẽ legalẽ,vt d.§.ſancimus. † nec ꝓ-
deſt Mugiolo inuentariũ mulieris, quia in dubio requiritur for-
ma ad inuentariũ debita hęredis,& perfunctoria inuentaria nõ
proſunt,ſed demũ ſolennia. C.de iu.delib.l.fi.§.& ſi præfatã, in
verbo,ſolidauerunt.item põt mulier bona fide feciſſe, & tñ Mu-
giolus ſubtraxiſſe,vt ff. de pac. l. tres fratres. itẽ res & confeſſio
inter alios acta. ff. de int.act.l.fi. Et licet non appareãt bona ſta-
bilia,tñ multa poterãt eſſe mobilia & in reb. occultabilib.vt l.2.
C.qñ,& qui.quar.pars debetur. lib.10.l.iniuriarũ.facit æquitas
naturalis, quia dña cõtra ſuũ inuentariũ non debet audiri alle-
gans plus eſſe in re quã deſcriptione.ſuũ enĩ mendaciũ,& occul
tationẽ prætendit ad hoc. C. arb.tut.l.fi. C. ad Velle.l.antiqua.
nõ enĩ ſine rubore hoc deſiderat. ff. de vſur. l. in fideicõmiſſi.§.
fi.& licet lex præſumat furtũ,tñ põt probari per cõceſſionẽ dñæ.
C.de do.ante nup.auth.ſed iam neceſſe.& no.in auth.de æqua-
litate dotis. §. aliud. ſuper verbo,ſcribit. & teſtator voluit plus
præſtari,quã facultates patiantur,de quib.ẽt filios alendos decre-
uit,dũ mulieri alimenta cũ ipſis reliq̃t.nec eſt aliud credibile pa
trẽ voluiſſe, & maximè qa nouerca nõ dẽt eſſe melioris condõ-
nis,q̃ priuignus,vt l.hac edictali cã. C. de ſec. nup. & licèt teſta-
tor,qui hẽbat dotẽ,præſtaret alimenta pinguiora,iſtud erat, qa
dotẽ poſſidebat,nũc aũt minus eſt in bonis:& ideo alimẽta gra-
ciliora erant.ff.de pet.hær.l.ſed ſi lege.§.ſi quis.& §.ꝙ autẽ id,ꝙ
totum,totis penſatis facultatib.iudex arbitrabitur,vt nec oneroſa
mulier,nec delicatus hæres audiatur. ff. de pig.act.l.ſi ſeruos pi-
gnoratos.nõ dico, ꝙ hic habeat locũ edictũ de alterutro, vt C.
de rei vxo. act.§. ſciendũ.ſed ꝙ alimenta ſint pinguia,vel macra
ſcdm facultatẽ patrimonij veri,& nõ ficti, habendo reſpectũ ad
redditus, & prouentus ſalua proprietatis ſubſtantia, quemad-
modum ſi reliquiſſet vxori plenũ vſumfructũ,vt l.1. ff. de vſufr.
magis enĩ tenue reputatur legatũ alimentorũ, quã gñale legatum
vſusfructus. C.ſi ſec.nup.mulier.l.1.ff.de vſufr. leg.l.vxori. & ita
diximus nos ſcripti conſultores æquitatẽ rigori iungẽtes ꝓpter
tria principaliter,primo ex cõdõne perſonæ,quia nouerca.vt l.
hac edictali.vñ nõ põt prætextu nõ facti inuentarij abſorbere to-
tum patrimonium: ꝙ eſſet leue in linguis debilibus. ſecũdo ex
quantitate patrimonij alimenta taxantes. nam ſi teſtator man-
dauit præſtari legata vltra vires patrimonij, nunq̃ vltra tenebitur
hæres,licèt nõ faciat inuentariũ,ar.ff.de neg.geſt.l.qui aliena.§.
libertos.ſed iſta taxatio tacitè ineſt in legato alimentorũ, de iu-
dicijs. l.fideicõmiſſum. §. tractatũ. tertiò ex ipſa rerum veritate
dictatur per inuentarium vxoris,cui eſſet ſtandum.eſt gl.ord.in
4 d.l.2.quãdo,& qui.4.pars de.lib.10.ſuper verſ.iurata fide. †Cõ-
cluſio hæc eſt, ꝙ ſecundum ſuppetentiam facultatum veritate
penſata alimenta præſtantur temperato modo:vnde ſi hæredi-
tas fructificat tria oua, quia ſunt tres perſonæ, de quarum per-
ſonarũ alimentis teſtator ſenſit, vxor debet habere vnũ ouum,
de quo priuignus debet ſoluere dimidiam: non autẽ debet ipſe
viuere,& nouerca mori:quia nõ conſiderantur: ſed circunſcri-
buntur quæcunq; alia bona, quæ habet nouerca: nec econtra
debet nouerca fœliciter viuere,& graſſari,& filius teſtatoris fa-
me mori, ſi cum pater fuiſſet de hoc interrogatus, voluiſſet: &
illud præſumitur, quia voluiſſet, ꝙ interrogatus reſpondiſſet.
ff.de pact.l. tale pactum.§.fi. vbi de hoc, ergo, vt dictum eſt,di-
uiſio fiat inter dictos inſtitutos, & nouercam, etiam ſi eſſet v-
num ſolum ſextarium frumenti, & ſi non poteſt tenere famu-
los, non teneat, & priuignus ſi habet filios ſudet pro eis alen-
dis,ſicut ſtuduit gaudijs.ff.fam.erc.l. ſi maritus.

CONSILIVM CCXXII.

1 *Aes alienum,& legitima detrahuntur ante omnia legata.*
2 *Legitimam habens debet habere & fructus legitimæ.*
3 *Pœnam impoſitam facienti inuentarium non incurrit faciens inuenta-
rium propter legitimam.*
4 *Teſtator non poteſt facere,quin fructuarius teneatur,ſi malè vtatur re.*
5 *Statuto non poteſt quis natalibus reſtitui.*

1 In Dei nomine. † Super primo puncto dicen-
dum eſt, ꝙ ante omnia legata
debeat detrahi æs alienum teſtatoris, & ſic dos dictæ do.Nido-
lutiæ C.de leg.l. ſi vniuerſæ. Item ante legitimã.ff. de inoff.teſt.
l. Papinianus. §. quarta. Et ideo dicti Euangeliſta & Ioannes di-
ctam dotem curatoris eorum debent habere ante omnia. Item
debent habere legitimam, & fructus legitimæ, expreſsè no.ff.
2 de vſuf.leg. l. vxori. † nunquã enim legitima debet eſſe ſine fru-
ctu,etiam ſi ſolidam improprietatem bonorum ſuus hæres ha-
beat.non obſtat ſtatutum quia non loquitur ex teſtamento,ſed
ab inteſtato. Item nõ obſtant fratres. Et hoc de primis punctis.
3 †Super ſecundo dico, ꝙ non inciderunt in pœnam petendo fi-
eri inuentarium. Nam hoc faciunt prætextu legitimæ, in qua
non potuerunt grauari, nec pœna potuit apponi.ff.ad leg.fal.l.
4 Seius & Augerius.vbi eſt expreſſum. † Super tertio dico,quod
ſi domina tenetur, non poteſt facere teſtator, quod fructuaria
non teneatur,ſi malè vtatur, tex. eſt expreſſus. C.vt in poſ.leg.l.
5 ſcire. † Super quarto, dico ſtatutum quo ad ſpuriam non vale-
re.de hoc per Iac.But. C.de iure annulorum aureo.l.1. Nam iu-
ra natalium ſolus princeps cõcedere poteſt, ibi eſt caſus ſecun-
dum eum,& ita tenet Bart. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXIII.

1 *Subſtitutio facta verbis directis in re certa,vel quantitate, an, & quando
trahatur ad vniuerſum.*

1 In Chriſti nomine. † Subſtitutio facta ver-
bis directis in re certa,
vel quãtitate trahitur ad vniuerſum, ſicut inſtitutio. ff. de vulg.
ſubſt.l.cohæredi.§.fi.iſtud verum eſt,quando ex hoc non ſequi-
tur abſurditas. Nam quod eſt abſurdum, non videtur eſſe de
mente teſtatoris,nec de mente iuris,ar.ff.de pac.l.tale pactum.
§.fi.non enim ideo de neceſſitate trahitur ad vniuerſum, ꝙ vo-
luntas teſtatoris non præualet, vt ff. de hær. inſt. l. quoties. §.ſi
duo.ſed abſurdum eſſet,ꝙ tot eſſent hæredes pariter ſubſtituti,
præſertim cum non pariter ſint dilecti, nec pariter honorati.
vnde coniecturam voluntatis dicendum eſt ad vniuerſum non
trahi:alias ſequeretur, ꝙ omnes eſſent hæredes æquis partibus
licet in prælegatis eſſent inæquales. ff.de hær.inſt. l. ex facto. ꝙ
non eſt credendum fuiſſe de mente teſtatoris.Præterea hoc te-
neo ex natura verborum quia verba dicunt,inſtituitur ſibi. li-
cet enĩ in vniuerſali ſubſtitutione adiectio non reſtringat eam.
ff.de ſecundum ta.l.ſi ita.§.ſi filio.& no.in l.1.ff.de vul.ſub.tamẽ
ſecus eſt,quando in re certa, vt C.de hær.inſt.l.quoties. Et quia
miſtim vſus eſt verbo directo, & communi,ſcilicet ſuccederẽt.
ff.de eden.l.quædã.§. is autem. quod verbum commune appli-
catum ad rem certam non trahitur ad vniuerſum. ff. ad Treb.l.
cogi.§.generaliter. & ibi per Dy. Item verbum commune om-
nibus præmiſit,dum dicit,talẽ fecit ſubſtitutionẽ, & ſucceſſio-
nẽ.Item dũ voluit in vniuerſo ſubſtituere,illud expreſſit:vbi ve-
ro noluit,non dixit C.de cad.tol.§.ſin autẽ ad deficientis.quare
cõcludendũ eſt, dictis pupillis ab inteſtato ſororem vtrinq; cõ-
iunctã ſuccedere. eſt verũ, ꝙ mater quæ renupſit, habet dimi-
diã vſusfr.vt in auth.ex teſtamẽto.nõ ob.ſtatutũ: qa hæc eſt ſuc-
ceſſio fratris,non patris, de vul.ſub.l.ſed ſi plures.§.filio. ſimile
eſt.ff.de inoff.teſt.l.Papin.§.ſed nec impuberis.ſtatutum enĩ de
immediata ſucceſſione,non de mediata debet intelligi. E.Bal.

CONSILIVM CCXXIIII.

1 *Donatio propter nuptias in æquali quantitate dotis non præſumitur tradita vxori à marito.*

1 In Chriſti nomine. † Quia ſi donatio propter nuptias conſtitueretur vera, & plena traditione facta à marito: In vxore in ęquali quantitate dotis ſequeretur abſurditas: quia nullam vtilitatem dos afferret marito. intelligenda ſunt verba inſtrumēti ſanè ſcilicet ꝙ donatio fuit facta conſtitutione, non traditione, & deſignatiuè, & non traditiuè, & ideo ſol.matr. ſufficit marito exceptio, non eñ debet petere, ꝙ intus habet nec ipſe, nec hæredes eius, hoc pp gl. or.inſt. de do.§. eſt & aliud. in gl. ſuper ver. exæquatur. ibi eñ no. expreſsè, ꝙ talis donatio remanet in poſſeſſione viri, & ipſe fruitur: ergo in pecunia etiã dominiũ apud ſe tenet: quia vſufructus pecuniæ dominium ſapit. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXV.

1 *Iudex appellationis declarans malè proceſſum, & ſententiatum, quia cum minus legitimo reſponſali reddit ſententiam & totum proceſſum nullũ.*

1 In Dei nomine. † Viſa ſententia iudex appellationis, qui declarat malè proceſſum, & ſententiatum, quia cum minus legitimo reſponſali. & ſic non ſolum ſententia eſt nulla, ſed totus proceſſus, neceſſe habet actor agere à capite, vt C.de proc.l. licet & C. quomo. & quando iudex.l.ſi vt proponis. nam non ſolũ in ſententia eſt vitium, ſed in act. & proceſſu. vnde à domino nõ poteſt ſuper irritato proceſſu fieri fundamentum: ſed libellus oportet à capite, nec habet beneficium inuentarij, quem poſſidet per annũ non facto inuentario, quia poſſidendo, & fruendo geſſit pro hærede, & elapſum eſt tempus inuentarij, vt l.ſi. C.de iu.delib.& ff. de act.hær.l.per hæredem. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXVI.

1 *Confeſſio inter patrem, & filium in poteſtate valet, præſertim in dote.*

1 In Dei nomine. † Iſta confeſſio valuit, licèt inter patrẽ, & filium in poteſtate, vt C.de bo.quæ lib.l.cum oportet.§.ſi autem re.ſed quia fuit facta ad vitam, non excedit, ſed poſt mortem in modum cõceſſionis.ff.de pac. l. epiſtola.§.ſi. tamen per iſtud inſtrumentũ inducitur quædam confeſſio, & per confeſſionem inducitur probatio.ff.depoſ.l.Publia.§.ſi. Et valet iſta confeſſio inter patrem, & filium, præſertim in dote.ff.fam.erc.l.Pomponius.vnde probatur, ꝙ caſalenum fuit dotale: tamen neceſſarij ſumptus, & vtiles reddendi ſunt hæredibus Nucij. ff. de impen.l.i.& l. quod dicatur. item probatur, ꝙ vinea fuit empta ex pecunia dotali, cuius quantitas apparet viſo inſtrumento emptionis. & illa quantitas debet refundi filiæ Luici, niſi in ſubſidium res etiam facta ſit dotis.C.de rei vend.l. ſi.vt proponis. quia tunc vnita eſſet dictæ filiæ, & hæredis Luici. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXVII.

1 *Stante ſtatuto quod contractus, de quibus gabella non fuerit ſoluta, ſint nulli, ſi quis vendiderit, & rem tradiderit, poterit eam vendicare prætextu gabellæ non ſolutæ.*

2 *Contractus vbicunq; eſt nullus ratione pub. vtil. poteſt tamen dici nullus agendo, licet par culpa ſit actoris, & rei.*

3 *Delicta quando reſpiciunt nullitatem, poteſt allegari communis culpa per modum nullitatis.*

4 *Nullitas contractus eſt quædam pœna, quæ in totum committitur ratione partis non ſolutæ.*

5 *Notario non deputato non creditur, vbi cauſa eſt talis qualitatis, quæ requirit certum, & deputatum notarium.*

6 *Res alienatæ contra prohibitionem factam fauore publicæ vtilitatis præſcribi non poſſunt.*

1 In Dei nomine. † Quod nõ poſſit allegari agẽdo gabellã non ſolutã, videtur clarũ: quia in pari cauſa culpæ, vel mortis deterior eſt cauſa agẽtis, quam rei. ff.de verb.obl.l.ſi ſeruũ.§.ſequitur.& ff.ſol.mat.l. cum mulier.&l.viro, atq; vxore.ff.ne quis eum.l.nam cũ vterq;. ff.de exce.doli.l.apud Celſum.§.Marcellus. ff.de dolo.§. ſi duo. ff.de re.iur.l.cum par.§.illi.& extra de pri.c.petiſtis.& c. ꝙ nonnullis.& extra de vſuris.c.quia fruſtra.C.de inoff.teſt.l.in arenã. In contrariũ videť, quia cõtractus eſt irritus ipſo iure, & l. prohibente non potuit transferri dominiũ, itaq; res vendicari tanquã à quolibet poſſeſſore pt: licèt actor, & reus ſint in pari culpa, re extante nõ excludit rei vendicationẽ. ad hoc facit, ꝙ no. in ſimi.ff.de cond.ob tur.cauſam.l.2.§.1. ergo nec iſtud præambulũ, & præparatoriũ rei vend.in quo petitur declarari contractũ nullũ, ſicut ẽt teſtm̃ pt dici nullũ petendo declarari nullum, ita cõtractus. accedant, quæ no.per doc.in l.quæ ſub conditione.§.ſi.de cond.inſt.ita eñ declaratio à iuriſdictione partiũ dependet, & ideo peti pt in iudicio, facit, ꝙ no. Inn.in c.2. de con-
2 fir.vtili, vel inutili.C.de decur.l.ſi quis.li.10.Sol. † vbicunq; cõtractus eſt nullus ratione publicæ vtilitatis, pt dici nullus agendo, licet par culpa ſit actoris, & rei.ff.de contrah.emp.l.ſenatus. ver. planè. Et ita eſt hic: quia iſtud ſtatutũ factum eſt fauore gabellæ: nec eſt hic turpitudo, ſed prætermiſſio formæ, & cuiuſdã præambuli ſubſtantialis. & ſic nõ obſt. iura, quæ loquuntur de
3 cõpenſatione delictorũ. † Præterea qñ delicta reſpiciunt nullitatẽ, pt allegari cõis culpa per modum nullitatis. ff. de contrah. emp.l.domus.in fine, licet ad pœnam nõ poſſit agere ille, qui in eam incidit, & ius contempſit in contrario. & ſic eſt reſponſum
4 ad primum dubiũ. † Ad ſecundũ dubium reſpondetur, ꝙ cõtractus eſt nullus in totũ, quia iſta nullitas eſt quædam pœna, quæ in totũ committitur ratione partis non ſol.ff. fa. erc.l. hæredes.
5 §.idem iuris. † Ad tertiũ dubiũ reſpondetur, ꝙ nõ creditur alij notario, quàm deputato, ad hoc de iure fiſci.l.in fraudẽ.§. neq;.
6 & quia iure non fuit ſolitũ, de prob.c.qm̃ per Inn. † Ad quartũ reſpondetur, ꝙ cum alienatio ſit prohibita fauore, & reſpectu publicæ vtilitatis.i.gabellæ percipiendæ, ꝙ tales res nõ poſſent præſcribi, vt l.quemadmodũ.C.de agri.& cen.li.11. preciũ tamẽ perceptũ reſtitui debet.ff. de reſcin.ven.l.fund.& d.l.ſenatus.

CONSILIVM CCXXVIII.

1 *Gratia an, & quando per acceptationem expiret.*

1 In Dei nomine. † Per ſanctiſſimum in Chriſto patrẽ dñm noſtrũ dñm Vrbanum diuina prouidentia Papam 6. prouidere mandatũ fuit certis executorib. deputatis do.Io. Maſcij de Peruſ. pauperi clerico rectori eccleſiæ S.Nicolai de Peruſ. quæ eccleſia fructus habet exiles, vt in literis continetur: de beneficio ſpectãte ad col. &c. ꝙ ĩ menſem duxerit acceptandũ à die noticiæ vacationis cũ clauſulis cõſuetis ſcd̃m formã capituli, cũ ei, quẽ.§.ſecus aũt. de cõceſ. præben.in cle.vt in literis apoſtolicis ſerioſius cõtinetur: tandẽ vacante eccleſia S.Luciæ de Peruſ. pertinente ad collationẽ prædictam dictus Io. acceptauit eandẽ neſciens, ꝙ erat collata interim cuilibet alteri ſacerdoti per ordinarios collatores, factoq; proceſſu per executores extitit ad ſedem apoſtolicam appellatum: videns itaq; dictus impetrator, quod dicta acceptatio non erat habitura finalem effectum, tum propter ſuã paupertatẽ, tum propter potentiam collatoris, dictæ acceptationi renunciauit: aſſerente vnà cum capitulo cõferente ſe nullum ius habere. executor ita declarauit: vacanteq; de nouo alio beneficio ipſum acceptauit. quęritur, an poſſit, an verò ſua gratia ſit funditus expirata. & certum eſt, ꝙ interdum acceptatio prima eſt irrita de iure, & tunc gratia non expirat, ar.ff.de iureiur.l.qui per ſalutem, & no.ff.de leg.1.l.ſerui electione. & plenè per Inn.de off.deleg. c.in literis. interdum de iure valet, ſed facti executio quaſi impoſſibilis eſt. & tunc quidã dicũt, ꝙ poteſt iterato acceptare, quia Papa nõ intendit facere gratiã ludibrio, & de nihilo. Alij dicunt, ꝙ expirat electio, vbi de iure tenet opt. Io.And.dicit, ꝙ prima opinio eſt æquior, ſecunda verior, vt in d.c.in literis. & in nouella. ego dico, ꝙ aut ſciebat tm̃ difficultatem ingerentem, & ſibi imputet, aut ignorauit, alias non acceptaturus, ſi ſciuiſſet: & tunc iterato eligere poteſt, ar.ff.de fidei. l.qui ſatiſ.& l.quæſitũ. quando actio de pec.eſt anna. & in dubio præſumitur ignorantia. ff. de prob.l. verius. interdum acceptatio prima eſt dubia, & ſub iudice lis eſt, vtrum valeat, nec ne. dico tũc, ꝙ bonus vir maximè pauper pt litẽ execrare, & ea dimiſſa confluere ad nouã electionẽ pacificã, nec eſt de hoc culpandus: ſed laudandus, ar. ff. de alie.iud.l. itẽ ſi res.§. ſi. præterea ex quo de voluntate partium fuit pronunciatum acceptationem non tenere, merito ſtandum eſt inter partes pronunciationi.ff. de re iud. l. ſi conuenerit. nec obſtat renunciatio, quia non fuit generalis, ſed de beneficio acceptato: vnde vlterius non porrigitur, vt C. ad Velleian. l.iubemus. & quia durat gratia, etiam durant executores.

CONSILIVM CCXXIX.

1 *Mater poteſt dicere teſtamentum nullum, quando eſt præterita: quod ius ſuccedit loco antiquæ querelæ: & ideo acceptando legatum teſtamentum valet.*

2 *Teſtamentum factum in rure non valet cum minori numero teſtiũ, quando reus eſt propè locum iuris.*

In Dei



1 In Dei nomine. † Mater præterita poteſt dicere teſtamentum nullum, vt in Auth.vt cum de appel.cog.§.illud quoq; capitulum. tamẽ iſtud ius dicendi nullũ ſuccedit loco antiquæ querelæ inofficioſi teſtamenti prætеritione matris: licet habeatur pro exhæredatione. & ideo ſi legatum agnouit, teſtamentum valet, ſi habet legi-
2 timũ numerũ teſtiũ: † ſed in iſto teſtamento nõ ſunt niſi quinq; teſtes, & ideo non valet iure teſtamenti. nec obſtat, ꝙ ſit factum in rure.C.de teſtamentis.l.ſi. ſi locus ruris eſt prope locũ iuris, vt ibi, nõ valet tamẽ vt codicillus, quia matri debetur legitima, & Treb. ab inteſtato omnibus computatis. inſtitutio not.ad fideicommiſſum conuertitur. C.de fideicom.l.eam, quam, &c.

CONSILIVM CCXXX.

1 *Mater data tutrix filijs æquè cum teſtatore, quod teneatur facere inuentarium, nec reddere rationem: dummodo teneatur, & debeat adminiſtrationem dictam facere bona fide, & cum conſenſu fratrũ carnalium ipſius teſtatoris, an prætermiſſa dicta forma mater poſſit tutelam ſuſcipere, & actorem ſuo periculo conſtituere.*

1 In Dei nomine. † Viſo teſtamento Gentilis, in quo reliquit dominam Languerã eius vxorem tutricẽ Druſianæ cõmunis filiæ, ſtatuens, ꝙ non teneatur facere inuentariũ, nec reddere rationẽ, dummodo ꝙ ipſa teneatur, & debeat dictã adminiſtrationẽ facere bona fide cum conſenſu, & voluntate fratrũ carnaliũ teſtatoris, quos vniuerſales hęredes inſtituit. quęritur, an prętermiſſa dicta forma Languera poſſit tutelã gerere, & actorẽ ſuo periculo conſtituere, nec ne. & præmittendũ eſt, ꝙ mater eo ꝙ non eſt tutrix, nõ poteſt actorẽ conſtituere.ff.de neg.geſ.l.qui alie.§.quãquã. quia ius legitimæ adminiſtrationis nõ habet. ff. de ſol. l. filiæ. & nõ ſolum oportet, ꝙ habeat ius tutelæ.l.ſi. ſed etiã poſſit adminiſtrare, vt C.arb.tut.l.ſi.ff.de ſol.l. ꝙ ſi forte.§.1.ff. de aut. tut.l ſed ſi pluribus. oportet igitur, ꝙ hanc tutelã accipiat cum adminiſtratione, tutela enim ſine adminiſtratione non ſufficit. Nunc videamus, nunquid dicta Languera non requiſito, nec habito conſenſu dictorum fratrũ habeat adminiſtrationem dictæ tutelæ, nec ne. & videtur, ꝙ ſic, vt ff.de admin.tut.l. quidam decedens.§.Papi. in contrariũ videtur, ꝙ non, vt eo.tit. l.Titiũ, & Mæuium. in prin. veritas iſtius puncti dependet à diſſolutione dictarũ legum, & gl.in d.§.Papi.dicit, ꝙ ideo ibi nõ eſt neceſſariũ matris conſiliũ: quia in ea nõ cadebat tutela, nec conſiliũ: cum ipſa non poſſet eſſe tutrix, dico de cõſilio authoritatis, ergo ſecus in iure, in quo cadere pt conſiliũ, & conſenſus: quia & tutela cadere pt, & hãc opi. tenet Iac. de Are.Pe. & Cyn.de hoc no.in l.id, ꝙ pauperib.C.de epiſ.& cle. ſed in l. Titiũ, & Mæuiũ. dicit, ꝙ aut requirendus in adminiſtratione eſt collega, & particeps periculi, & tunc debet requiri, & fieri ſecundũ dictã formã à teſtatore. Aut nõ eſt collega, & tunc cum integraliter officium in tutore reſideat, nil vltra neceſſe eſt, vñ requirere, vel ſequi vrbanũ eſt, nõ aũt eſt de forma iuris. & hoc tenet Bart.ff.de exerci.l.1.§.ſi plures. vñ conſiderandum eſt, ꝙ forma antiquitus cõſtituta, & proprij fines tutelæ nõ pñt alterari per teſtatorem: quia ſunt publici iuris: vñ nõ debet permiſceri cũ poteſtate priuata, nec nõ officialis cum officiali, nec debet pendere legitima ptãs ab homine priuatæ authoritatis: ſed à collega, qui facit inuentariũ, & eſt particeps periculi, vñ pt rationabiliter petere: nõ eñ eſt in ptãte teſtatoris formare publica officia ſuo motu. ff.de teſt.tut.l. terrarũ. ſed in collegis eſt ſecus, quia in hñtibus ſymbolũ facilior eſt tranſitus, & coniunctio, & ſcd̃m hoc apud iſtã matrẽ eſt adminiſtrationis libera plenitudo, vt no.de app.l. cũ in vna.§.tutor. & valent geſta fratrũ neglecto conſenſu. non ob.§.ſi plures. quia ibi loquitur de inoff. ꝙ ſola volũtate dñs hẽt fines.ff.man.l.diligenter. ſed officiũ tutoris hẽt finẽ legis ptãte, vt inſt.de tut.in prin. itẽ non ob.de elec.c.cũ in veteri: qa ibi fuit forma præfixa à ſuperiore. itẽ nõ ob.ff.de acq.hær.l. ſi quis mihi bona.§. coram: quia ibi in aditione hæreditatis, quæ regulatur iuxta voluntatẽ mandantis, hic in off.tut. ꝙ regulať iuxta volũtatẽ legis. Itẽ nõ ob.extra de arb. c.cũ olim. & ꝙ no. Inn. de off. del.c.ſi pro debilitate. nã aliud eſt in arbitro, qui extra compromiſſum nil facere pt, de arbitris.l.nõ diſtinguemus.§. de off. qd ergo dicendũ, nunquid matri relictæ tutrici, cuius conſiliũ nõnunquã lubricũ eſt, nõ poterit teſtator mãdare de ſequẽda voluntate hr̃dũ? tutela eñ matris eſt irregularis, & anomala, & iuſta cauſa, & ratione teſtator hoc prouidit: tũ quia mulier, tũ qa propinqui, tum qa hr̃des.ff.de leg.tu.l.1.ff.vbi pupillus educ... dẽt l.1.§.1.ff.de vſu.l.in fideic.§.cũ pollidius. credo, ꝙ in iſta adminiſtratione nõ plus iuris habeat mater, q̃ voluerit pater.ff.de admi.tu.l.Titiũ, & Mæuiũ.§.quæſitũ aũt. ſicut eñ ſociũ diſpenſabit, vt nõ teneať ad inuentariũ, ita ecõtra refrenabit eius potẽtiã iuxta rõnẽ, & in fauorẽ pupillæ. vñ fines teſtãtis mãdari diligenter oportet ſeq., & ꝙ cõtra fit, niſi fieret ex cã, non valet: qa ideo eſt ſeruãda forma, ex cã autẽ bñ pt ei pmittere ptor facere vtilitatẽ impuberis.d.l.1.in prin.vbi pu.educa.debeat. ibi, nonnunq̃ ratio, &c. intelligiť quoq; pater, cũ ſic loquutus eſt ad fratres quaſi cũ tutorib. locutus, licet verè nõ ſint tutores. & eſt ſimile.ff de au.leg.l.liberto. ergo pater duas, & ideo nõ mirũ ſi requiri debuerũt, & ſi eorũ nõ requiſitio vt fiat qñcũq; ge. & hoc de iſto pũcto aliud dubiũ eſt, vtrum ſi proteſtatio eſt inepta, & dato termino ad eã probãdum iudex interim procedit in eã, an valeat proceſſus & vř, ꝙ nõ. C.de dilation.l.ſiue pars. cõtrarium eſt verum, ſi ita eſt in facto: quia pendet in vtili dila. vtilis proceſſus nõ debet impediri, no.Inn.extra de elec.c. quia propter.

CASVS.

In Chriſti nomine. Quidã Rigutius promiſit Bartholutio facere, & curare ita, & taliter, ꝙ do.Cathe. eius filia contraheret mat.cum Io. filio dicti Bartholutij, & pro ipſo mat. cõtrahendo promiſit eidẽ Barthol. pro dote, & dotis nomine centũ. & dict. Barth. promiſit eidẽ Rigutio facere, & curare ita, & taliter, ꝙ d. Io. cõtraheret.leg.matr. cũ d.Catherina eius filia, & habita ipſa dote ipſam ſecurã facere in bonis ſuis valentib. quantitatẽ prædictã ſcd̃m formã ſtatuti terræ Gualdi. hoc fuit in 1339. ita quodãmodo ſunt elapſi 44. anni ex quib. facta fuit dicta promiſſio: poſt hæc dicto anno dictũ matri. fuit cõtractũ. poſt hæc in 1341. d.Barth. deceſſit d.Io. eius filio, & dicta eius vxore ſuperſtitibus poſt hoc in 1345. deceſſit d.Io. vir dictæ D.Carhe. remanente dicta D.Cather. eius vxore, & Martino, & Barthol. eius filijs, & d. Rigutio patre dictæ Cath. poſt hæc deceſſit d.Barth. & dicta eius mater remanente d.Martino. poſt hæc in 1355. deceſſit d.Rigutius, qui ſuum vltimũ condidit teſtm̃, qui inter cætera reliqt iure inſtitutionis Martino ſuo nepoti olim filio Io. Barthol. & dictæ d. Cather. filiæ ſuæ præmortuæ omne id, & totũ, ꝙ ſibi Io. & Barth. dediſſet in dotẽ, & nomine tpe cõtracti matrimonij inter Ioannem, & dictam D.Cather. manu Philippi Arrutij notarij, vel manu cuiuſcunq; notarij appareret: & vltra ipſam dotem in 10.lib.& in ipſis dotibus, & dictis 10. libris ipſum hæredẽ inſtituit, inhibens, & mandans, ꝙ plus de bonis eius petere non poſſit, & iure falcidiæ & Treb. vel alio quoquo iure, & in alijs ſuis bonis inſtituit ſuũ hæredem vniuerſalem Simonem eius filiũ, & hoc fuit 1355. poſt hæc dictus Mart. recepit dictum leg. & quietauit dictum Simo. hæredem dicti Rigutij. poſt hæc dictus Simon deceſſit in 1363. & ſuũ condidit teſtm̃, & inſtituit ſuos hæredes Angelum & Nicolaum: & ſi deceſſerint, inſtituit D.Franceſchinam eius vxorem, qui filij deceſſerunt dicto anno remanente dicta eorũ matre, quæ dña hæreditatẽ adiuit prædictorũ cum benefi. legis, & inuenta. citato dicto Martino legatario in dicto teſtamento Simonis, & demum miſſa fuit in poſſ. ſciente dicto Marti. & hoc fuit in 1364. & abinde tenuit dictam hæreditatẽ pacifice, & ſine cõtradictione Martini per tempus 16. annor. eſt ſtatutum in terra Gualdi, ꝙ quicunq; poſſederit aliquã rem immobilẽ cum ſuo introitu per 10. annos, habeatur pro vero dño, & poſſeſſore. Quæritur modo, ſi dictũ inſtrumẽtum promiſſionis dotis, quod fuit factum, iam ſunt 44. anni. & diſſolutũ fuit matr. iam ſunt 24. anni, ſi eſt præſcriptũ. Item quęritur, ſi dictũ leg. factum per dictũ Rigutium, eo ꝙ inſti. dictum Marti. in dotib. datis Barth. prædicto, vel dicto Ioan. & vltra dictas dotes 10. lib. quia hoc fuit in 1360. ſi rumpit præſcriptionẽ prædictã. Item quæritur, ſi dictus Marti. nepos dicti Rigutij, & filius filiæ poteſt agere ad ſupplementũ legitimæ in bonis aui, qui deceſſit, iam ſunt 38. anni elapſi. Item quæritur, quia dicta domina poſſidet res, & bona hæredum Simonis hæredis dicti Rigutij per tempus 16. anno, pręſente dicto Mar. & patiente, & ſine cõtradictione, ſi di. Mart. non obſt. dicto ſtatuto poteſt aliquid in hæredẽ dicti Rigutij, & hæredẽ dictæ dominæ. Eg. Bal.

CONSILIVM CCXXXI.

1 *Actioni de dote præſcribitur ſpacio 30. annõ. eodem modo, & hypothecaria contra debitorem, vel eius hæredem.*

2 *Suppletio legitimæ, quæ petitur ab inteſtato, an tollatur præſcriptione.*

In Chri-

1 **In Chriſti nomine.** † Actioni de dote præſcribitur ſpacio 30. an. C. de iu. do. l. in reb. §. fi. hypothecariæ autẽ contra debitorẽ, vel hæredẽ eius præſcribit̃ ſpacio. 40. an. C. de præſcr. 30. an. l. cum notiſſimi. & hoc verũ, niſi præſcriptio ſit interrupta. nam tunc ex die interruptionis incipit noua præſcriptio. ea l. §. ſed & ſi qs. §. vñ euenit. credo, ꝙ ſi debitor interim legat debitum, videatur ꝙ ſit præſcriptio interrupta, quia in vltima volũtate fuit debitũ agnitũ, & eſt quaſi ſua cautio, & ſi hoc nõ eſſet, tñ ex teſtamẽto agi poſſet. ff. de leg. 1. l. ſi creditori meo. 1. rñ. dicet aliquis, in cauſa præſentis teſtamẽti teſtator legauit datũ non dandũ nomine dotis, & ſic nihil venit in iſto legato de eo, ꝙ debeat dari: ſed de eo ꝙ dictũ erat, & iſtud eſt verum ſcd̃m ſtrictã naturã verborũ: ſed ſecus vr̃ ſcd̃m mentẽ teſtatoris præſumptã: quia alias dicit̃ dos data promiſſione. C. de do. ante nup. auth. dos data, & hoc verũ eſt, qñ verbũ, data, refertur ad mulierẽ: quia intelligit̃ dos data. i. mulier dotata. ſed vt refertur ad ſocerũ, vel maritũ, nõ dicitur ei data. C. de do. cau. l. 1. & fi. in hoc attendi debet cõſuetudo loquentis, ſi de ea apparet, aliàs de iure ſtricto ſtandũ eſt verborũ proprie. nõ impropriæ ſignificationi. ff. de le. 3. l. nõ aliter. & per hoc non videt̃ præſcriptio interrupta in caſu noſtro, viſis verbis teſtamẽti: quia nõ recognouit ſe debitorẽ: quia cõtrariũ
2 aſſeuerauit ſcil. ſe liberatũ ſolutione. † Super alio puncto de legitima non credo, ꝙ ſuppletio, quæ petit̃ ab inteſtato, tollatur præſcriptione quinquẽnij, ſi tãto tpe durat, q̃to durat pet. hær. ſecus ſi agit ad ſupplemẽtũ p̃teritus à linea mr̃na: qa tũc ſuppletio ſuccedit loco q̃relæ. C. de inof. teſt. l. ſi qs filius. & ideo cõtra titulo poſſidẽtẽ nõ dat̃ poſt lõgũ tp̃s, niſi ſit obligatus pſonali actione ad tale ſubſidiũ, ſicut eſt in l. ſcimus. & l. omnimodo. qa pſonalis actio eſt ppetua, niſi qñ ſuccedit loco q̃relæ, vt dixi. facit. C. de reu. do. l. fi. poſſeſſio ſcd̃m formã ſtatuti prodeſt, vt res non poſſit euinci, non vt debita perſonalia non debent ſolui.

CASVS.

In Dei nomine. Tale factum, ꝙ iam ſunt 17. anni elapſi, vel circa, ꝙ factum fuit quoddã compromiſſum inter maiorem, & minorẽ 25. annis de iure, & de facto in arbitriũ boni viri, & fuit cum iuramento lata ſententia cõtra minorẽ ipſo abſente, & nõ citato dicto anno. & tũc temporis vigebat quoddã ſtatutũ, quo inter alia cõtinebatur, ꝙ nullus aliquẽ faciat contractũ cum aliquo minore 25. annorũ ſine præſentia duorũ proximiorũ conſanguineorũ, aut iudicis. qui cõtractus ſit illi minori damnoſus, & ſi factus fuerit, nullus ſit & irritus, vt hac forma capi videtur. Modo quærit̃, ſi dictus, qui minor erat tunc tpe facti compromiſſi, & tpe latæ ſnĩæ cõtra ipſum: ſed non ſit minor 25. annis, ſi p̃t dici modo, ꝙ vigore dicti ſtatuti, quod tũc vigebat, ꝙ dictum compromiſſum ſit nullum, & dicta lauda ſint nulla tanquã lata contra minorẽ, & vigore compromiſſi facti cum minore. Item quærit̃, ex forma ſtatuti terrę Gualdi cauetur, ꝙ nullus de Gualdo debeat aliquem facere citari extra curiã Gualdi: modo quidam ſuper petitione abſolutionis iuramenti facit fratrem conueniri coram diœceſano, nunquid poſſit dici, quod non incidat in pœnam contentam in ipſo ſtat. &c. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXXII.

1 *Compromiſſum reſpicit ſtatutum, quod vigebat tempore compromiſſi.*
2 *Curia Gualdi quæ dicatur.*

1 **In Chriſti nomine.** † Inſpici etiã debet ſtatutum, ꝙ vigebat tempore cõpromiſſi. C. de vſuris. l. pe. & ideo dictũ compromiſſum, & laudum poteſt hodie dici nullũ. ff. de ſeruis expor. l. ſi minor.
2 & hoc de primo puncto. † De ſecundo dico, ꝙ curia temporalis de his, quæ proprie pertinent ad epiſcopum, ſicut in abſolutione à iuramento, dicitur curia Gualdi: ſcilicet curia reſidens in terra Gualdi, vt no. in l. pleriq;. ff. de in ius voc. per Guliel. de Cu. & probatur. ff. de iuſt. & iu. l. 1. §. publicum, &c. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXXII.

1 *Pupillus non dicitur decedere inteſtatus: vnde non comprehenditur ſub ſtatuto diſponente de decedentibus ab inteſta.*
2 *Statutum priuans matrem à debito iure naturæ eſt valde iniquum: & ideo ſtricte interpretandum.*

1 **In Chriſti nomine.** † Impuberi filio mulier ab inteſtato nõ videtur ſuccedere poſſe, ſtatuto præferente ſororẽ: & non diſtinguit, vtrum ſoror ſit vtrinq; coniuncta nec ne, & ideo nec nos debemus diſtinguere. l. 1. §. & generaliter. ff. de lég. præſt. ſi em̃ mater interrogetur, qualiter vult ſuccedere: nõ poteſt alias dicere, niſi, volo ſuccedere ab inteſtato. & ſic hoc ſtatutũ excludit eam. vnde neceſſario concludit cõtra ſeipſam. & ita tenet Bart. in l. 1. ff. de ſuis, & legi. pro hoc facit: quia iſta interpretatio eſt ſcripta ipſa in iure, ergo ſequenda etiã ad interpretationẽ ſtatutorum vtentiũ verbis ciuilibus, quia talis ſenſus eſt attributus dictioni ab intellectu legis, vnde modo poteſt dici, ꝙ ſit vera ſignificatio. de leg. 3. l. nõ aliter. In cõtraria opinione ſunt cõmuniter omnes doct. ꝙ pupillus de propria ſignificatione nõ dicitur de-
2 cedere inteſtatus. † & quia ſtatutũ excludens matrẽ à debito iure naturæ eſt valde iniquum, & ideo ſtrictę ſignificationi eſt inhærendũ. facit. l. non aliter. de leg. 3. cum ſi. & ita teneo, ꝙ tex. d. l. primæ. vet. planè, non ob. & in ea. l. ver. ſed & hoc. quia vbi agitur de fauore, id eſt ꝙ mater vocet̃: tũc ſtamus illi ver. ſecus vbi de odio irrationabili, & cõtra ius pietatis, ar. in l. cũ quidã. de li. & poſt. quapp excluſa ſorore cõſanguinea mater vocatur. & idẽ vocabulũ diuerſo modo ſumptũ matrẽ includit, & ſororem excludit, pinguius tñ debet dotari dicta ſoror pp huiuſmo. caſum.

CONSILIVM CCXXXIII.

1 *Iuri prohibitorio non annullanti actum non poteſt renunciari.*

1 **In Chriſti nomine.** † Renunciatio non valuit: quia iuri prohibitorio, & annullanti actum non poteſt renunciari. C. ne fide. do. dentur. l. 2. & ideo dicta donatio à principio nõ valuit, quia cõpromiſſum, & laudũ arbitratoris habet vim tranſactionis, vt in auth. vt differentes iudices. §. ſi verò cõtigerit. valuit tranſactio, ſeu laudum. C. de plus pet. l. 1. & in cap. grauis. de depoſito per Simonem: Nec ob. appellatio, quia ſoluendo renunciauit appellationi. C. de re iud. l. ad ſolutionẽ. illud eſt certum, quod domus quæ eſt in campo, venit cum campo, quod accedit ſolo, & quia verba dicunt, vnum campũ cum omnibus. & ſing. quæ dicta res habet ĩ ſe. C. de bo. vac. l. ſi quãdo. lib. 10. & iſtis caſib. fratres non habentius. ff. de re. iu. l. non is. §. debeo. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXXIIII.

1 *Diuiſio facta ſi non teneat ratione decreti prætermiſſi, ſilentio poteſt confirmari.*
2 *Rerum emph. an poſſit fieri diuiſio ſine expreſſo, vel tacito cõſenſu domini.*
3 *Emph. recepta pro ſe, & nepotibus vtriuſq; naturæ deſcendentibus ex maſculis, vel fœminis, &c. qui admittuntur ad ſuccedendum.*

1 **In Dei nomine.** † Diuiſio à principio non tenuit. l. non ſolùm. & l. non vectigale. C. de præd. min. tamẽ quia ſola decreti interpoſitio defuerat, potuit ſilentio confirmari, in C. ſi maior factus. l. fi. nam ex poſſeſſione pro diuiſo longo tempore præſumitur diuiſio rite facta, vt C. cõmuni diui. l. pen. vbi eſt gl. or. ſic igitur fauendum eſt ei, quod lõgo tẽpore placuit. ff. de acq. hęr. l. qui in alie-
2 na. C. de pet. hær. l. ſi filius. de vſur. l. cum de in rem verſo. † ꝙ aũt res emphyteuticæ poſſint diuidi inter emphyteutas, patet. ff. cõi diui. l. cohęr. in prin. p̃t ẽt fieri diuiſio, ꝙ vnus habeat omnia emphyteutica vnius eccleſiæ, alter alterius. vel vnus allodium, alius liuellum, vt no. C. fa. erc. l. familia. in gl. ord. ſed Guil. tenet cõtrariũ, ꝙ non poſſit diuiſio fieri ſine expreſſo, vel tacito conſenſu dñi. ff. de tranſac. l. cum hi. §. & ſi plurib. ſed videtur ſeruãda prima opinio, in caſu iſto non eſt dubiũ: quia eccleſia ratificauit recipiendo cenſum longo tẽpore. l. litib. C. de agr. & cenſ.
3 lib. 11. † Præſuppoſita igitur diuiſione veniamus ad ſucceſſionẽ emphyteuſis. & præmitto, quod commutatio non eſt de perſonis incluſis in potentia ſuccedendi, vt in Auth. de non alie. §. in emphyt. alioquin, & ideo de ea non eſt curandũ. ſed Iacobutia, & Petrus includũtur, nam licet Petrus attineat per lineam fœmininam, tamen includitur, tex. eſt in d. §. emph. ibi dum dicit, nepotib. vtriuſq; naturæ, & deſcendentib. ex maſculis, vel fœminis. & ſiue nepotes ſint maſculi, vel fœminę, quod apparet, ꝙ pari via ſucceſſionibus æquis partibus pertinebat domus Iacobutiæ, & Petro: tamen quia Iacobutia conſenſit, vt refirmaretur ante, dicta portio ſua tranſibit ad mortẽ: vt in 10. col. quib. mo. feu. amit. c. 1. §. 1. concluditur ergo, ꝙ dicta domus pro parte dimidia pertinet ad actorem, pro parte ad reũ. & ita eſt pronũciandũ, nec eſt dubitandũ, quin ædificium ſit libellarium, ſecus ſolũ. ff. de ſuperficieb. l. 1. §. quod ait. l. 2. de iur. emphyt. C. de ſacroſ. eccl. auth. ſi quis ruinas. cũ contractus non ſit cautio aliter.

CONSI-



CONSILIVM CCXXXV.

1 *Quæſtiones voluntatum tacitarum teſtatoris determinantur ex naturali æquitate.*

1 **In nomine Domini.** † Quæſtiones tacitarum voluntatũ teſtatoris determinat legiſlator præſumendo ex naturali æquitate. C. de iniuſto teſta. l. 2. ex qua præſumptione dico, ꝙ poſthumus rumpit teſtamentũ & clauſulam codicillarem, quando ex naturali æquitate poſthumus eſt magis diligendus quã inſtitutus. l. ſicut certi. l. ſi cum vel in vtero. de pactis. l. tale pactum. §. fi. de reuocandis don. l. ſi vnquam. & C. de poſthumis hær. inſt. l. 1. & ideo ruptum eſt teſtamentum, & codicilli ad teſtamẽtum facti ratione præteritarum in maiori parte bonorum, &c. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXXVI.

1 *Socij ſi duo ſint, & vnus faciat inſtrumentum in perſonam ſuam, an illud ſit communicandum.*

1 **In Dei nomine.** † Inter ſocios ſimpliciter omnia ſunt cõmunicanda, nõ obſtante, ꝙ vnus fecerit inſtrumentũ de ſe, & non de alio, vt ff. pro ſocio. l. pro duobus. in prin. ff. ſi cert. pet. l. ſi ſocius. ſocietas autem iſta ſimpliciter, & non ſecundum quid exigit actus, ex quibus colligi poſſit. item exigit perſonas habiles ſociari, in quib. cadere poſſit doli, & culpæ obligatio ſecundum naturam contractus ſocietatis. & ideo non contrahitur cum eo, qui non eſt doli capax. ff. de admin. tut. l. Titium, & Mæuium. §. altero. ſi tamen ex communibus rebus Simon pubes maior ætate negocietur, non actio. pro ſocio, ſed neg. geſt. id venit communicandum, de neg. geſt. l. ſi pupilli. in prin. ſi ergo ibi vt præponatur, cum etiam ſit adiuncta confeſſio circa annua pręſtita, eaq; ex omnibus rebus proceſſerunt, vel ex communibus induſtrijs, vel mutuis induſtrijs, in eodem vel in diuerſis locis cõmunicanda ſunt, alij vero non ſunt cõmunicanda: quia extra naturã ſocietatis, ꝙ non ponens induſtriã, vel pecuniã, ſeu rem aliquid partiat, nec etiã ſi ponit, quantũ eſt vltra quadruplũ. ff. pro ſocio. l. ſi nõ fuerint. §. fi. vbi notatur, & verba veniens, &c. fuerunt dictum, non promiſſum, de ædil. edic. l. ſciendũ. & ad vlteriora nõ addis poſitoria, de vſuf. leg. l. generali. in prin. &c. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXXVII.

1 *Bona eorum, qui ſunt relegati non ademptis bonis, poſſunt per eos vendi.*

1 **In Dei nomine.** † Bona relegatorum, qui ſunt relegati non ademptis bonis, pñt per eos vendi: quia ſunt dñi, tñ venduntur cũ ſua cauſa: nã ſi erant obligata fiſco ad pœnã commiſſam, vel cõmittendã, cum hoc onere tranſeunt ad emptorẽ, & pp pœnã pñt ab emptorib. per hypothecariã auocari, nõ p rei ven. valet ergo venditio, niſi lex municipalis aliter dictet, vel niſi iudex vendi prohibuerit. ff. de cõtrah. emp. l. ſi quis ſciens. & ff. de inter. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus. & de hoc in l. no. ff. de polli. l. de pollicitationi. licet tamẽ quãdo non eſt prohibitum, teneat venditio, tñ poſtea commiſſa rebellio, & incurſa poſtea pœna, ſi quidẽ pœna erat omnium bonorum ad interloc. reſcinditur venditio, de admin. tut. l. chirographis. §. fi. ſi autem erat alia pecuniaria, habet locum hypothecaria, vt dixi, ſi autem nulla erat pœna promiſſa, vel adiecta à publico, tunc poſſeſſori non reſcinduntur alienationes iure factæ, & venditione non ſimulata, plenè not. ff. de don. l. poſt contractum, &c. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXXVIII.

1 *Communitas ſi ex cauſa tranſactionis dederit aliquem locum alicui monaſterio transferendo in monaſterium omnia iura, actiones, &c. non per hoc videtur translatum merum, nec miſtum imperium, iuriſd. nec ius imponendi, nec exigendi pedagia, datia, & ſimilia.*

**Factum** ſuper quo conſiliũ petitur exhiberi, eſt, homines de Cluſio ex cauſa tranſactionis, & deciſionis, dederũt, ceſſerunt, & mandauerũt, remiſerunt, & refutauerũt dño Foreſi Abbati abbatiæ ſancti Galgani nomine monaſterij dictæ abbatiæ recipienti, & in prædictũ mona. transtulerunt omnia iura, actiones, & petitio. reales, & perſo. vtiles, & directas cõpetentia, cõpetentes, & cõpetituras dicto cõmuni, vel alicui dicti cõmunis in ſylua & nemore, plano, vel alijs reb. poſitis prope dictũ mona. in loco, qui dicit̃, Monteſeppio. cui ex vna parte fluit flumẽ Merſa, & alij confines, & de cætero dictũ mona. & dictus dñs Abb. pro eo, ꝙ eius ſucceſſores habeãt, teneant, & poſſideant, & ex eis faciant, quicquid eis placuerit iure dominij, & proprietatis plenæ, ſine lite, & contradictione dicti cõis. & dictũ mona. & dictũ dñm Abb. pro eo in rem ſuam procuratores fecit loco dicti cõis, & ius vniuerſum ſucceſſoris cõſtituerũt, vt vtiliter, & directò poſſit omnis perſona p dicto mona. & prædictis, & pro eis agere, excipere, expetiri, cõſequi, & ſe tueri cõtra locũ, & perſonã. & ſi quã poſſeſſionem de dictis reb. dictũ cõe, & homines dicti cõis habebant ipſam pro dicto mon. poſſidere, &c. Prędictũ cõtractũ, qui celebratus fuit 1242. dictũ cõe eiuſdẽ Cluſij à dicto tpe citra vſum fuit mero, & miſto imperio & omnimoda iuriſdictione in territorio cõceſſo dicto
1 Abb. & dicto mona. & ſicut prius vtebatur. † modo reuocat̃ in dubiũ, an merũ, & miſtũ imperiũ, iuriſdictio, & ius imponendi, & exigendi gabellas in dictis tranſlatis videat̃ cõceſſum, & trãſlatum in dictũ mona. & primo videt̃ dicendũ, ꝙ ſic: quia alienãs rem videt̃ transferre omne ius, ꝙ habet in re in ipſum recipientem, vt l. qui tabernas. ff. de cõtrah. emp. l. ſi domus. in fi. ff. de le. 1. c. cũ aũt, de iu. patr. ſed cõi, & hominib. de Cluſio in territorio illo cõpetebat merũ, & miſtũ imperiũ, & iuriſdictio, & ius imponendi, & exigendi datia, & pedagia in locis illis; ergo hoc ius vr̃ tranſlatũ fuiſſe in mon. ꝙ fieri potuit per perſonã Abb. & notariũ, in c. edocere. de reſcr. in c. literæ. de dila. itẽ quia in dubijs ſemper interpretatio fienda eſt contra illũ, qui legẽ potuit apertius dicere, vt l. veterib. ff. de pac. vt l. cũ in l. & l. Labeo. ff. de cõtrah. emp. ſed cõmune Cluſij in dicto cõtractu potuit legẽ apertius dicere, ergo cõtra eum fienda eſt interpretatio, vt ſic merum, & miſtũ imperium, & omnis iuriſdictio videatur tranſlata. Item ꝙ id, quod ſub verbis comprehendetur, includitur ſub diſpoſitione, vt cap. ad audientiam. de decimis. & in cap. porrò. de pri. l. 1. §. ſi is, qui nauẽ. de exercitoria. ſed ſub verbis contractus initi inter mona. S. Galgani, & cõe Cluſij ſub verbis cõprehenditur merum, & miſtũ imperiũ, & iuriſdictio, ergo patet. nã in cõtractu dicit̃, ꝙ cõe hominũ Cluſij dederũt, ceſſerunt, trãſtulerunt, mandauerunt, & reſignauerunt d. Abbati omnia iura, & actiones, reales & perſonales, vtiles, & directas, competẽtia dicto cõi & hominib. dicti cõis in dictis rebus iure dñij, vel quaſi proprietatis plenæ, & ꝙ cõe conſtituit procuratorem, & ſucceſſorẽ in ius vniuerſum dicti cõis, ſi in ius vniuerſum ſucceſſoris cõſtituerũt dictũ mona. ergo in mero, & miſto imperio, iuriſdictione ſuccedẽdi, alias nõ eſſet ſucceſſor in ius vniuerſum; quia qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. de leg. 3. & c. ſolitæ. de maiori. & obe. Nam & illa verba, vniuerſum ius, nihil operarent̃, cõtra. l. ſi qñ. de leg. 1. In contrariũ videt̃ de iure dicendũ eſſe ſcil. ꝙ nec merũ, nec miſtũ imperiũ, nec iuriſdictionem, vel ius imponendi vel exigendi datia, vel pedagia vñr tranſlata in dictũ mona. quia in generali alienatione nõ veniunt ea, quæ quis veriſimiliter nõ eẽt alienaturus. l. bonis venditis. ff. de pri. cre. facit. l. obligatione gñali. ff. de pig. & l. 1. C. q̃ res pignori. nõ eſt veriſimile, ꝙ hoĩes, & cõe Cluſij voluerint trãsferre in dictũ mona. merũ & miſtũ imperiũ in tanta paruitate precij, p q̃ conijcturat̃, q̃d venerit in cõtractu: vt l. 1. ff. de re. du. l. quoties. ff. ad Treb. Itẽ vect. ſine licentia principis imponi nõ p̃t. C. noua vectig. inſt. nõ poſſe. l. 1. & per totã. l. vectig. ff. de pub. ſi nõ pñt cõſtitui ab alio, quã à principe: ergo monaſteriũ S. Galgani quod prætendit ſe ius habere, ex dicto cõtractu, vectigalia exigere in dictis locis nõ p̃t. & eſt cõtradicere, cõe Cluſij contulit poteſtatẽ exigendi, quã habebat, videtur, ꝙ illud ius, ꝙ habebat, in aliũ transferre non potuit, ſed ſolum renunciare in manibus eius, à quo habuit. l. lega. ff. ff. de off. præ. & in c. quod in dubijs. de renunciationibus. item ſi expreſsè voluiſſet cõe Cluſij transferre merum imperium datum à lege principi, nõ potuiſſet. l. 1. §. nouiſſimè. de ori. iu. no. Iac. But. in l. 2. ff. de iud. §. 1. nec noua conſuetudine hoc induci poſſet. Nam & conſuetudo ſolum cõferre poteſt, quæ ſunt iuriſdictionis, in l. 1. C. de eman. liberorum. in c. quamuis, de foro compet. in canone, conqueſtus. 8. q. 2. & cum conſuetudo eſt tacitus conſenſus populi, & id, quod tacitè per conſuetudinem induci non poteſt, nec expreſsè per ſtatutum, cum æquiparentur. l. de quibus. & ibi no. ff. de le. ſecundum dictum Iac. But. prætendunt ſe habere merum imperium, de pace Conſtantiæ, ius fabricandi monetam, vt ipſe no. d. l. 2. ff. de iud. & ſic videtur, ꝙ etiam ſi cõmune Cluſij voluiſſet transferre merũ & miſtum imperium, ius imponendi & exigẽdi vectigalia, & monetam fabricandi, quod hoc non potuiſſet. Item

hoc vo-

hoc volunt verba contractus. Nã in cõtractu dicit̃, ꝙ cõe Cluſij dedit, cõceſſit omnia iura & actiones reales, & perſonales compet. in ſylua, nemore, & plano, ita ꝙ dictũ monaſteriũ poſſit facere, prout ſibi placuerit iure dñij, & proprietatis ſine cõtradictione dicti cõis, & Abbatẽ dicti monaſterij, & dictũ monaſteriũ procuratorẽ fecit, & eos in vniuerſum cõſtituit ſucceſſores: ſed ita eſt, ꝙ ius meri & miſti imperij, ſiue iuriſdictio, ſiue ius exigendi vectigalia, vel fabricãdi monetã in ſyluã non cõpetit cõi, ſiue hominib. Cluſij in dictis locis iure dñij & proprietatis, ſed iure iuriſdictionis & territorij: vt patet, quia epiſcopus in tota eius diœceſi habet iuriſdictionẽ ordinariã: vt in c. cũ epiſcopus. de off. or. lib. 6. hæc verò in canon. regenda 10. q. 1. & imperator dñs eſt totius mundi quo ad iuriſdictionẽ, vt l. deprecatio. ff. ad l. ro. de iactu. & tñ nõ ſunt dñi omniũ poſſeſſionũ prædictarũ, vt no. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcr. ſic dicendũ, in propoſito, licèt cõe Cluſij transferat in monaſteriũ omne ius, ꝙ habet iure proprietatis & dñij: nõ tamẽ dicit̃ transferre ius iuriſdictionis, ſed territorij, vt ſ. pbat̃. nõ eſt verũ dicere, ego ſum dñs prædij, ergo iuriſdictionẽ habeo: nec ecõtra. & hoc maximè cũ in cõtractu dicat̃ veniſſe, quæ moris ſunt & conſuetudinis. l. ꝙ ſi nol. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edi. no. in l. edictũ. §. legatũ. Item quia poſt prædictũ contractũ celebratum cõmune, & homines Cluſij vſi fuerunt cõtinuè dicta iuriſdictione: ergo ſuperuacuũ eſt credere eos tranſtuliſſe, ar. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. qui. mo. pig. vel hyp. ſol. in eorũ poſſeſſione cõſeruandi ſunt. l. negante. C. de act. & obl. l. qui accuſare. Item & quia ſi hæc iura eis non profuiſſent, tãto tpe vſi fuerunt, & poteſt dici cõe præſcripſiſſe vltra tps quadragenariũ. facit de quarta præſcr. ꝙ no. in c. cum eccleſia ſutrina. de cauſa poſ. & proprietatis. & hanc ſecundam partem per iura proximè inducta puto veriorem.

Ad idem. CONSILIVM CCXXXVIII.

In Dei nomine. Cõſiderandũ, ꝙ iuriſdictio & imperiũm nõ eſt proprietatis fundorũ, nec ius exigẽdi paſſagij, ſed cohæret diſtrictui, ſub nomine diſtrictus agrorũ habet̃, & quaſi poſſidet̃. & ideo vbi alienatur diſtrictus, iuriſdictio nõ transfert̃, nihilq; habet cõe proprietas fundorũ cum iuriſdictione: qa non ſunt eiuſdẽ rationis, neq; diffinitionis. quanquã ſi venderet̃ caſtrũ, cui donata eſt iuriſdictio, tranſla. eſt iuriſdictio: quia nomine caſtri iuriſdictio ſignificatur, quæ iuxta mœnia caſtri eſt, & cõitas eius fundi no. nihil eſt, niſi ꝙ ĩ ſe tenet. & hoc probatur. ff. de act. emp. l. fundi. ff. de fun. inſtr. l. prædia. §. fi. de reſt. ſpol. c. cum ad ſedẽ. de prob. c. licèt cauſam. & ſi dicat̃, ꝙ illa territoria ſint ſubiecta iſti iuriſdictioni, ergo tranſit cum vniuerſitate, vt ff. de contrah. empt. l. in modicis. Rñdeo, illa territoria licèt ſint de iure & proprietate eccleſiæ, tñ diſtrictus caſtri remanet & ſubiectæ iuriſdictionis eſt ipſe diſtrictus. facit, ꝙ no. in l. pleriq;. de in ius vo. per Gu. fatuũ eſſet dicere, ꝙ ſi ciuitas donat vnũ agrũ, ꝙ ppea abdicet à ſe iuriſdictionẽ intra fines agri, & alij det, cũ iuriſdictio ſit quoddã totũ integrale, & indiuiſibile, ad hoc facit, quod no. Inn. de iure patr. c. ex literis. ex cuius doctrina ſanè intellecta determinatur pro hac parte q̃ſtio iſta. & quia iuriſdictio ineſt territorio, non ad vtilitatẽ territorij, nec vt fructus p̃diales, ſed ad vtilitatẽ fiſci. ff. loca. l. locare. per Bart. iſta eſt veritas. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXIX.

1 *Induſtria militari quod eſt acquiſitum, non eſt communicandum cum fratribus.*

2 *Fructus ex rebus communibus percepti veniunt diuidendi, niſi vnus ex ſocijs paſſus ſit eos conſumi animo donandi, quod tamen non præſumitur.*

1 In Dei nomine. † Certo certius eſt, ꝙ illud, ꝙ ex militari induſtria quæritur, non eſt cõmunicandum fratribus, ſed eſt propriũ acquirentis, ſiue viuo patre, ſiue mortuo acquiratur. ff. ad Treb. l. 1. §. ſed nec Caſtrenſe. C. de bon. quæ li. l. cum oportet. §. exceptis. C. de inoff. teſt. l. fi. cũ infinitis ſimilib. neq; aliquid facit rerum paternarũ cõmunio, vt ff. pro ſoc. l. cum duob. §. ſi fratres. in Spec. de iud. §. ſequitur. ver. quid ſi duo fratres. in 10. col. de fratri. de no.
2 benefi. inueſti. c. fi. & ſic ſoluta eſt prima quæſtio. † in 2. q. dico fructus ex reb. communib. perceptos pro parte Bartholomæi eſſe reddendos ſibi, vel æſtimationem ipſorum conſumptorũ, niſi Bartholomæus eſſet hoc paſſus animo donandi: tamen donatio in dubio non præſumitur. ff. communi diui. l. 3. ff. fam. erc. l. inter hæredes. §. fructus. cum ſim. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXL.

1 *Pacta ſeruanda non ſunt in præiudicium ſuperioris, nec quando publicum periculum verteretur.*

1 In Chriſti nomine. † Quod dicta franchigia non tenet, vr̃ tex. cũ gl. or. C. de decurio. l. vacuatis. li. 10. tamen veritas eſt: quia officialis deputatus à ſuperiore, puta à ciuitate Spoleti poteſt bene infringere iſtam Franchigiã, ſed officialis deputatus per homines caſtri non poteſt cõtrauenire: quia tenetur caſtrũ ſua pacta ſeruare, quæ tenent in præiudiciũ paciſcentiũ, vt ff. de pac. l. inter debitorẽ. niſi eſſet tanta neceſſitas, ꝙ publicum periculum verteretur in obſeruantiã pacti, vt no. in l. 1. ff. de iure immunitatis. per Dyn. Ray. tñ de fo. tenet indiſtinctè pactũ eſſe ſeruandum, quod eſt ęquius: præſertim in caſu noſtro, in quo immunitas eſt præſcriptione temporis confirmata: & ita teneo non præiudicando iurib. fiſci abitatenſi. qui eſt ſuperior. C. de præſcr. 30. ann. l. competit. tamen ſi moleſtatur à fiſco cõmunis Orzani, tenetur onera ſuffere pro ipſo ratione pactorum præſupponendo mandatum ſyndici, imo etiam ſi non apparet, ex actibus apparet ratificatio, &c. Ego Baldus.

CASVS.

In Dei nomine. Punctus, ſuper quo conſiliũ poſtulatur, talis eſt. videlicet officiales communis Peruſij habentes arbitriũ ab adunantia generali vendiderunt poſtam Cluſij Peruſini ſecundum formã ſchedulæ, in qua ſchedula inter alia capitula reperitur quoddam capitulũ infraſcripti tenoris, videlicet, &c. Anche che ogne lauoratore cõtadino o foreſtere che lauorar voleſſe la dita Cõmunanza, & poſte del Chiuſi, poſſa venire à ſtare, à lauorare, & ſia, & eſſer ſe intenda exempto da ogne fattione de cõe, & da ogne repreſaglia durante el ditto tẽpo de diece anni, & p tãto nõ ſe intenda eſſere exempto de Caſtiglione Cluſino, & ditto ſalario de lo pretio del ditto Caſtiglione Cluſino, & tutti li frutti, che ſe recoglierano nel ditto Cluſi, ſiano exempti & liberati da ogni gabella, & da graueza de cõe ſi de la parte deli cõpradori, ſi etiã de la parte de li lauoratori, & queſta exẽptione nõ ſe intenda in quelli che hanno terreno o vigne ne le poſſeſſione del ditto Cluſi, del quale terreno o vigne non rendono terzo al cõe, che queſti ſiano tenuti de pagare la gabella dei frutti durante el ditto tp̃o de i diece anni, e li cõpratori delle poſſeſſioni, oue ſarà el ditto terreno o vigne in quella forma, che pagano al preſente li cittadini, e li cõtadini de laltro cõtado de Peroſa, & che ogni lauoratore de tal poſſeſſione ſiano tenuti de pagare per la parte loro e deli loro ſignori, ſia in tãto licito à li ditti lauoratori de podere retrare tãti de li fruiti, che ſia à ſatisfare de quello, che pagaſſeno per lui. Item reperiuntur inter alia ordinamenta gabellæ, ſeu cõantię ſalarię quędã ordinamẽta in hac forma, videlicet. Anche che li ditti cõpratori durante el tp̃o ſiano tenuti, debano tenere & nella Piaza de ſopra muro quatro vſci, o tre aperti, onde vadano, & faciano vendere el ditto ſale a chi cõprare ne voleſſe, nõ potendo ſtrengere, & ne fare forza a niuna perſona de cõprare del ditto ſale, ſe nõ quanto piacera a chi cõprar voleſſe, ma ſiano tenuti de fare ſtare la camera ſempre bene fornita de ſale bianco, & nero, ſi che ogni perſona ne poſſa auere, del quale piu li piacerà, & fare ſtare cõtinuamente a vendere familio bono, ſolicito, e leale, ſi che ciaſchuna perſona poſſa hauere la ſua conodita, & ſimilmente ſiano tenuti el ditto ſale farlo vendere per lo contado de Peroſia nelli lochi vſati, & oltra li ditti lochi doue eſſi ne deſſeno à chi piu foſſe biſogno, incorrano nella pena ogni fiata che contrafaceſſe de 200. libre de dina. & intendaſſi li lochi del contado, donde ſiano tenuti de vendere el detto ſale.

El Meno.
El Caſtello de la Tratta de li figlioli de Berto.
El Caſtello Pauicale.
El Caſtello de Diruta.
El Caſtello de Foſſato.
El Caſtello de Marciano.
El Caſtello de Caſtiglione Cluſino.
El Caſtello de Paſſignano.

Anche che niuna perſona citadino, o contadino ſugietto & nõ ſugietto de qualũq; condõne o ſtato ſiano, poſſano mettere ſale nella città, & cõtado de Peruſia, ne p ſua vita, ne p vẽdere. ne in grande q̃tita ne piccola ſenza licentia de li ditti compratori, & chi



& chi confeſſe incorra nella pena ciaſcuna fiata, o per ciaſcaduna ſoma de 200. li. de denari, & deba perdere la ſoma, & la beſtia che foſſe meno che ſoma perda per cadaũa ſoma li. 5. la quale pena habia el comprator. Modo officiales ſalariæ dicunt, ꝙ illi de Cluſio non poſſunt mittere in Cluſio ſalem ſine licentia ipſorum officialium & emptorum ſecũdum formam dictorum pactorum contractus viſis dictis capitulis. illi autem de Cluſio dicunt cõtrarium, ex eo ꝙ ſi non poſſunt mittere ſalem in Cluſio, per quandam conſequentiam tenerẽtur emere à dictis eorum officialibus ſalem. vnde ſi ſine ſale commode viuere non poſſent, viderentur aſtringi ad emendũ ſalem à dictis officialib. ſecundum formam dictæ exemptionis.

CONSILIVM CCXLI.

1 *Gabella nulla ſoluitur de iure communi de his, quæ pro victu portantur.*

2 *Grauamen ſalis non eſt de iure communi.*

1 In Chriſti nomine. † De his quæ pro victu portantur, de iur. communi nulla gabella debetur. ff. de ver. ſig. l. in l. cenſoria. ff. de pu. l. ſi publicanus. §. de reb. in gl. C. eo. l. vniuerſi. iſta ergo factio,
2 ſeu † grauamen ſalis non eſt de iure communi, ſed eſt ſimpliciter emere factionem communis Peru. vnde aduertendum eſt, an habitatores Cluſij per aliquam legem ſint exempti, vt plene not. in d. §. de reb. ſi autem eſſent exempti ſolummodo per pactum factum cum emptoribus Cluſij, res inter alios acta non videtur præiudicare emptoribus intratarũ ſalis. C. res inter alios acta. per totum. C. ad vel. l. iubemus. cum ſimil. Et ſi de hoc non eſt facta lex per commune Peruſij, ſed eſt pactum certis emptoribus factum, non ligaret alios emptores: tamen quia illud capitulum, quod loquitur de exemptione, ſtat per ſe, & abſolute ponitur: licet redigatur in vnum contractum: non perdit virtutem legis generalis. vnde licet commune Peruſij nũquam venderet, ſed pro ſeipſo colligeret, tamen Cluſini ſunt exempti per tenorem dicti capituli, quod capitulum eſt lex. ff. de publica. l. Cæſar. ꝙ autem illud capitulum ſit abſolute poſitum, patet, qa eſt ergo per ſe ſtans, quod no. ff. de procu. l. cogendum.

CASVS.

Factum ſuper quo conſiliũ petitur, tale eſt. Leonardus Maſſey de Carbio habens tres filios maſculos. ſ. Mutium, & Colam, & vnam filiam nomine Blondã, quæ à dicto Leonardo fuit maritata, & dotata. & quia dicta Blonda prædeceſſerat, dictus Leonardus in ſuo teſtamento inter alia inſtituit ſuos hæredes vniuerſales ſuos filios maſculos, & filios dictæ Blondæ inſtituit hęredes in dicta quantitate: & reliquit Angelo, & Benedicto filiis dicti Mutij certa petia terrarum contentarum, & confinatarum in d. teſtamento. & fecit ſubſtitutionem inter Mutium, & Colam, ꝙ decedentibus filiis ſuccederet alter ſuperuiuens. deceſſit poſtea dictus Leonardus ſuperſtitibus dictis Mutio, & Cola, & ſuperſtitib. filiis dictæ Blondæ, & filiis dicti Mutij, qui Mutius, & Cola hæreditatem paternam apprehenderunt, & ſe immiſcuerunt: deinde dictus Mutius fecit ſuum teſtamentum vltimum, in quo inter alia inſtituit ſibi hęredes vniuerſales Angelum, & Benedictum ſuos filios, & inſtituit hæredes Simonellum, Antonium, & Blondellam filios quondã Andræolæ quondam filiæ Mutij in certa quantitate, in quo teſtamento dictis filiis maſculis fecit ſubſtitutionem, ꝙ ambobus decedentib. ſine filiis, ꝙ ſuccederet Cola eius frater carnalis: qui filij, & hæredes inſtituti per dictum Mutium, ante dictum Mutium, ambo deceſſerunt ſine filiis ſuperſti. dicto Cola, & ſuperſtitib. filiis dictæ Andræolæ pręſuppoſito in puncto prædicto, ꝙ dicta Andræola fuit maritata, & dotata à dicto Leonardo ſuo auo, & inſtituta hæres in 20. flo. corre. modò quæritur, quid iuris.

CONSILIVM CCXLII.

1 *Hæres in re certa habet ius accreſcendi.*

1 In Chriſti nomine. † Si ſubſtitutio facta p Mutium eſſet mere fideicommiſſaria Blondellæ accreſceret pars maſculorum: quia hæres in re certa habet ius accreſcendi, & debetur fideicommiſſum: qa accreſceret, cũ tñ deberet detrahi legitima, & Trebellianica: ſed quia verbum ſuccedat, eſt magis aptum ad directam ſubſtitutionem, dico ſubſtitutos venire ex vulgari contẽta in compendioſa, vt no. Cy. in l. precib. & ideo concludendo dico, Colã ex ſubſtitutione vulgari ſuccedere ſine vlla diminutione: quia directa ſubſtitutio non defalcatur. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLIII.

1 *Iuſta ratione qui credit ſibi aliquid licere, non incurrit pœnam.*

1 In Chriſti nomine. † Tempore ad extrahẽdas promiſſiones poſſunt extrahi ſiue tunc exemptæ res, ſiue ante: quia omnia ordinamenta gabellæ fiunt in dieb. ſeptem exceptuatis: ſed in contrarium multum faciunt illa verba, li detti mercadanti che reuocaſſe, o cõparaſſe. q̃dã. n. mercãtia licita eſt ratione tpis, aliàs poſſet excogitari fraus cõtra gabellã. ſecundò ſicut conſuetum eſt, iſtud ſtatutũ intelligi ita debet, de legib. l. ſi de interpretatione: & videt̃, ꝙ niſi in fraudẽ ſtatuti ſit prius actũ de fraudãdo gabellã, ꝙ nõ debet ſolui gabella: qa tunc emptio perficitur, cũ res traditur, vt ff. de pactis. l. ab emp. & qa licet tunc tẽporis facere, licitũ eſt in id tẽpus cõferre, & exequi. l. qđ ſæpe. §. ſi qs, de contrah. emp. l. in tẽpus. de hæ. inſti. & hoc teneo per id, quod legit̃. ff. de legationib. l. cum quęrit̃. de conſt. pe. l. eum, qui. §. Iulia. ff. de act. & ob. l. contraxiſſe. ff. de ſolu. l. quæro. arguendo de loco ad tempus. & ad hoc. C. de nundinis. l. 1. qui dat ſecuritatẽ ſimpliciter ratione nundinarum. ex his concluditur, ꝙ iſti de Caſtelliano non tenerentur ad aliquam pœnam, & etiam iuſta ratione crediderunt ſibi licere. Ego Baldus.

CASVS.

Auſi fuerunt, & præſumpſerunt damnum dare, & damnum dederunt perſonaliter in quadam vinea tunc exiſtente vineata ipſius Nicolai, quæ poſita eſt in pertinentiis villæ Montis Vrni in vocabulo dicto, el bullagio. fines eius à nobis via, ab vno Vãnutius Corradi, & ab alio res hoſpitalis diſciplinatorum ſancti Dominici de Peru. videlicet intrando dictam vineam canes ſupra dictos, & ibi tenendo retes aptas ad capiendum lepores, & alia animalia, & per dictam vineam caciando prout faciunt caciatores. & vuas tunc exiſtentes in dicta vinea deuaſtando, & etiam ipſas vuas comedere faciendo à dictis canib. & per ipſos canes, ac etiam colligendi malagranata de quadam arbore tunc exiſtente in dicta vinea, & hanc arborem deramando, committendo prædicta contra formam iuris, ſtatuti, & ordinem communis Peruſij, & contra voluntatem dicti Nic. quod damnum fuit, & eſſe potuit communi æſtimatione, & valor. 28. ſol. & 6. dena. pro quolibet dictorum accuſatorum, & ſic æſtimauit dictus Nic. accuſator prædictus.

CONSILIVM CCXLIIII.

1 *Libello ſi ponantur plures perſonæ, non eſt procedẽdum ſtante ſtatuto, quod quis non poſſit accuſare vltra tres perſonas, &c.*

1 In Chriſti nomine. † Quia ſtatuto cauet̃, ꝙ non poſſit quis accuſare in vna accuſatione, ſeu libello vltra tres perſonas de vna familia, niſi vnam perſonam tm̃ pro damno dato à 20. ſol. ĩ vel vſque in quantitate 20. ſo. incluſiue, & ſi accuſauerit vltra dictum numerum, accuſatio ſit ipſo iure nulla, & irrita, & inanis, ſuper ea procedi non poteſt vllo modo, & ſimiliter in denuntiatione partes veſtrę ſunt ſequi formam ſtatuti, & pronunciare non eſſe procedendum.

CONSILIVM CCXLV.

1 *Præcedente fama poteſt inquiri.*

2 *Genus inquiſitionis eſt, quod ſemper præſumitur, quod faciat bono animo.*

1 In Chriſti nomine. † Viſis actis, & allegationib. mihi trãſmiſſis, dico de dictis maleficiis, ex quo præcedit fama deferens, inquiri potuiſſe, & poſſe p curiã ꝑpter criminis ſpẽ, ꝑpter criminis enormitatẽ, pp loci qualitatẽ. iſtud. n. delictum principaliter eſt adulteriũ, & crimẽ violẽtiæ, multa cõtinens maleficia. C. ad l. Iul. de vi. l. qm̃ multa. hic. n. fuit violẽtia, raptus, adulteriũ. C. de rapt. vir. l. 1. & ſi nõ eſſet niſi ſolus raptus, vel ſolũ adulteriũ, qđ eſt quoddã ſacrilegiũ, poſſet inquiri, de officio p̃ſidis. l. cõgruit. in auth. de col. §. iubemus. in ver. p ſe. Inn. de ſen. excõ. c. dilecto. Nõ ob. l. q̃uis adulterij. C. de adult. qa iudex obtinet locũ prin-
2 cipalis pſonæ, cũ inquirit, † genus inq̃ſitionis eſt, ꝙ ſemp præſumit̃, ꝙ faciat bono animo, vt l. 2. C. de inoff. teſt. & no. in c. accipimus. de æta. & qua. eſt enim enorme crimen. C. de epi. aud. l. 3. de minor. l. auxilium. §. in delictis. & quia in eccleſia. C. de epiſ. & cle. l. ſi quis in hoc genus. & eſt pœna mortis, vt d. l. quamuis. & in auth. vt nul. iudicum. §. ſi vero accuſatus. §. id, quod. in auth. bo. dam. remanent bona hæredib. ſanguinis, & non fiſco, & bannum quò ad bona debet reuocari.

CASVS.

Andræas reliquit Matthiolæ vxori ſuę vſum, & habitationẽ domus, reliquitq; ipſam vt ex teſtamento colligitur vſufructuariam bonorum ſuorum, donec vitam viduale ſeruauerit, & ſteterit cum Nicolutia filia ſua caſta, & honeſta. & hoc inter cætera reliquit, & diſpoſuit relicta. poſtremo inſtituit ſibi hæredem vniuerſalem dictam Nicolutiam hac adiecta cõditione, ꝙ ſi dicta Nicolutia deceſſit quãdocunq; ſine filiis legitimis de ſe natis, medietas bonorum ſuorum pauperibus detur, reliqua vero medietas dictæ Matthiolæ vxoris ſuæ Benedictæ, Angelæ, Vallutro, & Titiæ, æquis portionibus. & in teſtamento præfato legata dari iuſſit, demum caſus euenit, ꝙ dicta Nicolutia ſine filiis legitimis, & de ſe natis hæredibus, in ætate vtique pupillari deceſſit. Ex quo vertitur inter dominam Matthiolam vxorem olim teſtatoris, ex vna parte, & pauperes pariter, & dictam Bertam, Angelum, &c. ex altera, petit namq; dicta Matthiola non inquietari in vſu, & habitatione, & vſufructibus bonorũ ipſius teſtatoris, cum honeſte viuat & ad ſecunda vota non trãſiuerit, nec per eam remanet, quin cum filia commoretur, petunt pauperes, & etiam dicta Berta, & Angela, &c. ipſam Matthiolam ab vſufructib. repelli, & obſeruari vltima diſpoſitio teſtatoris propter euentum appoſitæ conditionis, allegando bona prædicta diuidenda eſſe per medietatem inter ipſos pauperes, & pro reliqua inter d. Matthiolam vxorem prædictam Bertam, & Angelam, &c. æquis portionibus. vt in teſtamento narratur. Quærit viſo teſtamento, & puncto, quid iuris ſit de præmiſſis.

CONSILIVM CCXLVII.

1 *Legata particularia non minuuntur per vniuerſalem ſubſtitutionem.*
2 *Vxori ſi ſit factum legatum, donec vixerit cum filia, an filia mortua debeat habere legatum.*

1 In Chriſti nomine. † Quòd D. Matthiola debeat habere vſumfr. omniũ bonorũ, ſic ꝓbatur, legata particularia non minuuntur per vniuerſalem ſubſtitutionem, nam ille cui reſtituitur hæreditas ex Trebelliano, tenetur legata ſoluere. ff. ad Tre. l. fi. ff. eo. l. 1. §. factũ inde Neratius, ergo ſpeciale legatum D. Matthiolę, quod viuente filia interpretatur eſſe legatum alimentorum, ea mortua cenſetur eſſe legatum, & vſumfructum, vt not. doct. in l. Titia. §. fi. de leg. 3. remanet firmum: licet enim teſtator vniuerſalem ſubſtitutionẽ de ipſa, & aliis adiecerit, tamen ſingularem prouidentiam vxoris non reuocauit: ſed eam ſępius honorauit, pluribus fauorib. diuerſi generis, & formæ proſecuta eſt. vnde omnia ſibi relicta debet habere iuxta id quod plene leg. & not. C. de leg. l. cum quæſtio. §. fi. & ar. in l. 3. ff. de ſtip. ſer. non obſt. ꝙ filia ſit mortua, & ideo mater ſecum non moratur: quia non ideo minus debet habere legatum, vt C. de leg. l. 1. In contrarium videtur, ꝙ mortua filia licet alimẽta debeat habere, ſicut prius,
2 nequaquam tamen habet vſumfructum omniũ bonorum. † Et hoc eſt clarum tenendo opi. Bar. ꝙ in d. l. 1. ſit ſpeciale in alimẽtis: ergo ſecus in proprietate, & vſufructu lega. vt ipſe no. ff. de cond. & de. l. illis libertis. ad hoc. C. de cõd. inſer. l. legatum. Pręterea aliorum portiones non debent eſſe vſufructu vacuæ & inanes. vt ff. de vſufru. leg. l. ſi alij. & maxime portio pauperum. Pręterea teſtator dixit æquis portionib. non autem dixit æquas portiones, ſi totum vſumfructum haberet vxor: qa vſusfructus portionis inſtar obtinet, vt ff. de le. 2. l. cum filius. §. dñs. So. alimẽta debet habere per rationes primo loco factas: ſed totalem vſumfructum non debet habere, quicquid ab alimentis ſuperfluit tam in proprietate quàm in vſufructu, debet diuidi inter ſubſtitutos ſecundum formam. §. dominus. & per ll. & rationes vltimò factas.

CONSILIVM CCXLVIII.

1 *Legatum filiæ pro dote an ſit conditionale. idem infra proximo conſilio.*

1 In Chriſti nomine. † Quidam dicunt, ꝙ legatum filiæ pro dote eſt cõditionale ꝑ tex. in auth. de ſan. epiſ. §. ſed hoc ꝑſenti. ita tenet Bar. in l. Titio. §. Titio genero. de cond. & de. Alij dicũt, vt Dyn. ibi dicit, quia iſtud legatum eſt ſub cauſa non ſub conditione. tamen talis cauſa eſt finalis. & ideo licet non impediat diei ceſſionem, tamen eius defectu diei relicti reſolutionem: ſed veritas eſt, ꝙ vſque ad legitimam non facit conditionem: quia tunc teſtamentum eſſet nullum ratione præteritionis medij temporis, nec cauſam finalem: quia ſi eſſet grauamen, tollitur in legitima. de inoff. teſt. l. quoniam in priorib. & l. ſancimus. §. cum autem. & no. per Cyn. C. de nup. l. ſancimus. quapropter vſq; ad legitimam inanis eſt quęſtio, quia nullus ſuperuenit caſus repetitionem inducens, & ideo pactis inhærendum eſt. Item quia tranſactio fuit generalis ex verbis vniuerſalib. & mente omniũ incluſiua nulla quæſtio ſupereſſe videtur. ff. de pact. l. emptor. §. Lucius. quod liquido apparet verbis contractus inſpectis. ff. de verb. obl. l. quicquid aſtringen. ver. nec rurſus. ſed imo quia verba dicunt vſque in præſentem diem: & ideo ex ſuperuenienti caſu repeti poteſt, quod tamẽ vltra legitimam eſt datum, & dico, ꝙ non eſt refutatum, non habet locum petitio pœnæ: quia non venit contra, vt in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obli. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLIX.

*Idem quod præcedens.*

In Chriſti nomine. An legatũ dotis ſit conditionale, an autem ſub cauſa finali, qua non impleta aliàs non debeat, vel ſolutũ repetatur, an non ſit ſimpliciter purũ. Quærunt doc. Dy. & Pe. dñt, ꝙ non eſt cõditionale: ſed cauſale, ſiue modale habens in ſe cauſam finalẽ, ex cuius defectu impeditur effectus. ff. de cond. & de. l. Titio centum. §. ſed cum ante nuptias. dñt bene, ꝙ iſtud legatum nõ debet ſolui niſi tẽpore nuptiarũ. C. de nup. l. ſancimus. ff. de alimẽ. le. l. cũ vnus. §. fi. ff. de iu. do. l. ꝑfectitia. hoc no. ꝑ Dy. ff. de admi. tu. l. q negotiationẽ. §. pupillo. idẽ tenet Iac. de Aret. ꝙ nõ debet ſolui tẽpore nuptiarũ. ff. qñ dies. le. ce. l. nec ſol. §. ſi in habitatione. & hoc eſt verũ ꝑ Iac. de Are. niſi in debito bonorum ſubſidio, quod non recipit morã tẽporis, vel grauamẽ extraneum, vt ipſe no. in d. l. ſancimus. Alij dicunt, ꝙ legatum nomine dotis eſt cõditionale ꝑ tex. in auth. de ſan. epi. §. ſed hoc ꝑſenti. ibi, ſi talibus conditionib. ſubiectæ, &c. & ſic fecerat mẽtionem dotis. item dies nuptiarum eſt dies incertus, quia an ad nubiles annos puella perueniat, incertum eſt. ff. de leg. 1. l. ſi cui leget. de cond. & de. l. cum fuerit. de vul. ſub. l. pe. hoc tenet Bar. in d. §. ſi cum ante. & nititur exponere illũ tex. & reuoluere cõtra ſubſtantiam veritatis, vnde ipſum ſalua ſua reuerentia non credo dicere verum. & primò quia formaliter dicit contra tex. quem allegat in d. §. ſed hoc præſenti. vnde aduertendũ, ꝙ ille tex. ponit iſtos caſus vt diuerſos in facto, ſ. relinquere ſub conditione nuptiarum, & relinquere cauſa dotis. & no. primum caſum appellari ſub conditione, ſecundum caſum appellari ſub cauſa. Ecce ergo, ꝙ declinamus. ſi enim vterque caſus eſſet ſub conditione, fatue loqueretur imperator diſtinguendo, vbi non cadit diſtin. Non ob. ꝙ poſtea dicit, conditionib. qa debet ſane intelligi. i. adiectionib. ſeu caſib. ſeu temporib. nam nomẽ conditionis pluribus modis accipitur, vt ff. de manu. teſt. l. Meuia. & no. ff. ꝓ ſo. l. ſi ſocietatẽ mecum. ſic poſſumus diſtinguere, an leget pupillæ, & ſit cõditionale: qa incertũ eſt, an ad ætatẽ perueniat nubilẽ, nec ne. ſi autem legetur adultæ, tunc ſi ſub modo, quia ceſſit dies ætatis, & cauendo de modo implen. legatum, quia cautionem non poteſt præſtare impubes: quia promittitur impoſſibile pro tunc, & ideo nec agere poteſt, nec dies ceſſit: quia diſtinctio ſatis probabilis eſt, cum legato aſcribitur titulus dotis, puta quia teſtator dicit ꝓ dote, vel dotis nomine, vel dotis cauſa. ſed ſi non concernit titulum dotis, ſed quædam præparatoria, q̃ animi cogitatione ſolent nuptias præuenire, puta, quia dicit teſtator, ad hoc vt nubere poſſit, aſſigno ei mille, tunc purum legatum eſt, ar. C. de iur. dot. l. mulier dotem. veniẽdo autem ad caſum noſtrum, in quo relictum factum fuit filiæ pro dote, quæſtio eſt, an ſupra legitimam impubere moriente iſtud relictum ſit caducum. Bar. dicit, ꝙ filiæ totum videtur eſſe ſimpliciter purum, & occaſione legitimæ trahi ſecum reſiduum: quia non debet volũtas diuidi, non. n. videtur patronus aliquod imponere voluiſſe ſecundum eum. & reſpondetur ad §. cum ante. qa ibi contemplatione certi matrimonij: ſecus ſi incerti ſecundum eum mirandum eſt: quia iſta diſtinctio nec lege, nec ratione probatur. Et concedo, quia pater non animo grauandi filiam loquitur, ſed ex affectu ſobolis loquitur, eſt enim hoc naturale deſiderium parentum, vt ff. quod fal. tuto. l. an in patrem. tamen vult caſum, quem apponit exiſtere, & in hoc eſt quædam dilatio. talis dilatio toleratur in legitima tantum, & qđ amplius eſt, in poteſtate patris eſt, qualiter ſub æqua cauſa finali ordinet, & diſponat. C. de inof. teſt. l. qm̃ in priorib. nec



nec diuiditur voluntas: quia tota vniformis eſt ſub eadem cauſa finali: ſed poteſtas eſt vltra, quę iuris authoritate diuiditur. quapropter quatenus ſupra legitimã eſt caducũ, eſt & mater pupillæ hæres ad id, qđ in cauſa caduci legati ſucceſſit, & reſtituendũ Cechæ pro parte, quæ ad Cecham ſpectat, de ipſis reb. teneretur, ſi contractus poſtea ſubſecutus non obſtaret Cechæ. ff. de leg. l. nup. §. fi. videamus igitur de contractu, an obſtet Cechæ. Super ergo iſto ſecundo puncto, qa inſtrumentum non fuit de vna lite, ſed omni, quæ eſſe poſſet quacunq; de cauſa, ſtandũ eſt tranſactioni, nec debet reſtringi, vt C. de tranſa. l. ſub prætextu. & plene no. ff. de pact. l. tres fratres. & l. emptor. §. Lucius. ff. de ver. ob. l. quid aſtringendæ. verſ. nec rurſus. & in bonis tam crudela auia ab inteſtato excludebat ſororem ex vno latere tãtum, tamen hic non ſumus in primordiis, ſed in pactis, & ideo pacta ſeruentur, quatenus loquuntur.

CONSILIVM CCL.

1 *Rector aliquis quando agit contra debitores eccleſiæ, vel altaris docere debet omnia de ſuo titulo.*
2 *Soluendum non eſt illi, qui ſoluentem non liberare poteſt.*
3 *Duo ſi contendunt ſuper beneficio, ita quod vnus non ſit magis in poſſeſſione quàm alter, neutri eſt ſoluendum.*
4 *Patrimonium altaris aliud, officiare aliud, & eſt adminiſtrare altare.*
5 *Teſtator ſi relinquit aliquid ſtabile vni altari pro vita vnius presbyteri, quid importat.*

In nomine Ieſu Chriſti filij Dei viui amen. Viſo iſto
1 ꝓceſſu, & aliis actitatis, ad hoc, vt dirigã in viã veritatis, † præmittendum eſt, qñ aliquis tanq̃ rector, vel curatus eccleſiæ, vel altaris agit contra debitores, ei non ſoluere tenentur, niſi conueniãtur ex contractu ſecum celebrato. quia iſti adminiſtratores ſimiles ſunt procuratorib. qui de ſuo mandato habent ante omnia docere, tex. eſt. ff. depoſiti. l. ſi quis inficiatus. nam niſi doceat de titulo præſumitur intruſus, vt not. in c. 1. de re iud. in 6. cui non competit actio niſi ex ꝓprio contractu. ff. de cond. ind. l. ſi vrbana. & plene no. ꝑ In. in c. nihil. de ele. ſicut. n. alienare nõ poteſt, ſic nec rectorẽ mouere. ff. de iu. del. l. ait prætor. nec poteſt ſolui ei: qa ius legitimi adminiſtratoris non habet. ff. de ſol.
2 l. filiæ. † illi. n. qui non poteſt liberare ſoluentem, ſoluendum non eſt. nec ob. l. cogi. C. de pet. hær. vbi dicitur, ꝙ non cogitur quis dicere titulum ſuæ poſſeſſionis: quia illa loquitur in reo, ſed iſte, qui petit fructus tanquam curatus altaris, eſt actor, bene cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis: quia tenetur ſe dicere curatum, & ſi tenetur dicere, tenetur probare. c. ordinarij. de offi. ord. lib. 6. Et de hoc nullus habens intellectum alicuius
3 capacitatis poteſt dubitare. † Item ſciendum eſt, quod ſi duo contendunt de titulo beneficij, ita quod non ſit magis in poſſeſſione vnus quam alter, pendente lite neutri eſt ſoluendum. ff. depoſiti. l. 1. §. apud Iulia. & ex his concluditur contra D. Marinum: quia non oſtenſo titulo ſuæ inſtitutionis temere facit mandari, quod ſibi ſolueretur, & iudex, cui nihil probatum erat, nihil mandare poterat, nec excommunicare, vt no. Inno. in c. ſolet. in fi. de ſen. excom. lib. 6. nec ſufficeret titulum eſſe productum coram iudice à quo. vt in auth. de his, qui ingre. ad appellan. §. illud quem. ibi dum dicit, Victores non aliàs potiãtur ſententiis, niſi eas recte ſe habere mõſtrauerint. facit, qđ not. ff. de ꝓb. l. quoties. §. fi. ſed vlterius ſupponamus, ꝙ eſſet curatus altaris, & docuiſſet de titulo. Quærit, nunqd cõpetat ſibi adminiſtratio temporaliũ cõſiderato tenore teſtamẽti, à quo nõ recedendũ: qa cum teſtm̃ eſt morte confirmatũ, & nemo ſuperordinat, dicit Apoſtolus, & probatur expreſſe in auth. de eccle. titulis. §. ſi quis ædificiis. col. 9. vbi mandat iudicium teſtatoris ad vnguẽ ſeruari. & extra de teſtamẽtis. c. nos quidẽ. & hic cõſiderandũ, ꝙ adminiſtratio temporaliũ à ſpiritualib. ſeparata eſt,
4 † vñ aliud eſt adminiſtrare patrimoniũ altaris, aliud officiare ad altare. & ſi alicui cõmittitur officiare, non ꝓpterea cõmittitur plena rectoria in ſpiritualib. & temporalib. ſed magis cõmittit quoddam miniſterium ſpirituale, vt ff. de ma. teſtamento. l. Meuia. ff. de adimen. leg. l. ſeruos. ad cuſtodiam templi altare quoque tripliciter dicitur, vno modo pro eccleſia, & tunc curatus altaris eſt, vt ſupra, verus & plenus rector eccleſiæ: quia eccleſia non debet ſtare ſine rectore, tam ſpiritualium quàm temporalium, ſic ſumitur, extra de ſucceſ. ab inteſta. c. 1. alio modo dicitur altare quoddam membrũ in maiori eccleſia, vnde curatus maioris eccleſiæ eſt prælatus illius membri: q̃a non decet à capite membra diſcedere, nec debet altare habere duos curatos, ſed vnus eſt curatus tanq̃ ſuperior, alius eſt merus officiator altaris, de altari debens viuere: vt extra de præben. c. cum ſecundũ
5 Apoſtolum. 12. q. 2. c. de his. † Ponderamus ergo verba teſtamẽti, quorum forma hæc eſt, volemo che il ditto ſtabile rimagna al ditto altare in vita de vn p̃te da meſſa. Quid eſt hoc dictum altare honor relicti habitus, eſt altare ipſi eccleſię admiſtum: quia hoc totum factum eſt in honorem Beatæ Virginis, & ſubſequẽter beati Iacobi & vtriuſq; contemplatione relictum. ar. C. de vſufr. l. fi. C. de iu. deli. l. cum aliquis. ff. de cond. & dem. l. filio. & in auth. de ſan. epi. §. ſi quis in nomine magni Dei. cæterum bona ſunt grauata in alimẽtorum exhibitione, & his terminis debet eſſe contentus ſacerdos. ff. de iudi. l. fideicommiſſum. §. tractatum. non enim dicit teſtator, relinquo ſacerdoti altaris pro alimẽtis: qa tunc omnia poſſideret ſacerdos. C. de do. l. donationes in concubinã. §. ſpẽs. ff. de annuis leg. l. annua. §. Titia. ſed e conuerſo dixit, qa relinquit altari eccleſiæ ꝓ vita ſacerdotis, ſi qd. n. ſupereſt à vita, illud eſt altaris, & ꝑ conſequens maioris rectoris eccleſię eſt gubernatio ſuperflui: quia illa dictio pro, quò ad ſacerdotem altaris importat quandam limitationem. vnde ſuperexcedentia apud eccleſiã Annũtiatæ eſſe debent, ſic extra de conſt. c. cũ M. Ferrarien. ff. vbi pu. edu. de. l. ius alimentorum. ff. de vſu. l. in fideicom. §. cum Pollidius. Iſte enim ſacerdos altaris eſt magis quidam ſacerdos vicarius quàm ordinarius: & ideo ſubordinatio in adminiſtratione præfertur in agendo, vt not. Inn. extra de iud. c. cum deputati. & ad hoc optime facit extra de præb. c. extirpandæ. §. pen. ver. nec occaſione. de reſcript. in clem. nam iſtud altare eſt annexum eccleſiæ ſanctæ Annunciatæ: & ideo curatus altaris debet habere congruam, & ſufficientem ſuſtentationem: ex quibus liquido patet, quod iudex delegatus in cauſa appellationis debet pronuntiare bene appellatum contra d. Marinum, & male iudicatum pro d. Marino. iſta enim eſt forma ſententiæ. C. de appel. l. eos. & condemnare d. Marinum in expẽſis. item epiſcopo debetur quarta: quia non eſt de caſibus exceptis. c. fin. & c. officiis. extra de teſt. Ex prædictis etiam apparet, ꝙ rector eccleſiæ Annunciatæ poteſt acceptare relictum factum dicto altari in teſtamento prædicto: quia altare eſt membrum concretum, ſeu connexum, concludendo, vt in alio conſilio dixi, quod pręſentatus, & inſtitutus in hoc altari non habet curam temporalium; ſed debet habere victuale ſtipendium: quia ab altari, & eo debet eſſe contentus. Non obſt. ff. de tranſa. l. cum hi. §. cum vni. Reſpondeo enim, vt reſpondi ad §. ſpecies. facit. ff. de tranſact. l. cum hi. §. modus. ff. de alimen. leg. l. cum vnus. §. fi. accipio ergo illa verba teſtatoris, in vita de vn prete, & hunc ſenſum habeant, quæ conſonãt, quod ſacerdos debeat habere victum: & quia de victu tantum teſtator loquitur, reſiduum ei denegaſſe videtur, vt d. §. cum Pollidius. voluntas enim teſtatoris regulat, & regit conditiones, & modos. ff. de cond. & dem. l. in conditionibus primum locum. & l. pater Seuerinam. §. conditionum.

CONSILIVM CCLI.

1 *Certa pars menſis ſi ſit poſita in conuentione, & poſſit ſe habere ad eſſe iuriſdictionis, & alia pars ad non eſſe, an proceſſus ſit iuridicus.*

In Chriſti nomine. Poſito, ꝙ quota pars menſis poſiti in conuẽtione poſſit ſe habere ad eſſe iuriſdictionis, & alia pars menſis,
1 puta tres primi dies ad nõ eſſe, ſeu ad nõ abeſſe. † Quæritur, an dictus proceſſus ſit iuridicus. & certum eſt, ꝙ confeſſio ſupplet omnem defectum iudiciarij ordinis, excepto defectu iuriſdictionis, quam non ſupplet, vt extra de iudiciis. c. at ſi clerici. & de confeſ. c. cum ſuper. & de electione. c. per inquiſitionem. per Inno. & de reſt. ſp. c. piſanis. per Albe. & Io. An. vnde tres ſunt caſus, aut eſt certum, ꝙ iuriſdictio abeſt, ſeu authoritas cognitoris, & non valet confeſſio, nec ſententia. ff. de alea. l. 1. §. quod autem. aut eſt certum, ꝙ iuriſdictio non abeſt, & valet vterque, & niſi fur reddat ablata, debet in carcerem retineri, vt in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. oportet enim. & in auth. vt liceat matri, & auiæ. §. illud. valet etiam ſi per inquiſitionẽ procedatur. ff. de fur. l. interdum. §. qui furem. Aut dubium eſt, an ſimus in iuriſdictione, vel extra tempus, & fines iuriſdictionis, & tunc ſi iſta quæſtio fuiſſet refricata, & ſopita à prin. ſtandum eſſet ſententiæ, vt l. ex quocunque. & l. ſi quis aliena. ſed quãdo



fuit

fuit oppoſita præſcriptio iuriſdictionem excludens, an præſu-
matur ꝓ ſententia, videť ꝙ ſic. vt extra de renun. c.in præſentia.
& per Inn. de prob.c.qm̃ contra. Contrarium videť, nam tunc
ꝓ ſententia præſumitur, quando libellus eſt aptus. hic libellus
inquiſitionis eſt ineptus, & non concludẽs probabiliter, puta-
biliter, vel neceſſario, & hoc ratione obſcuritatis temporis, vt
no. Bar. ff. de acc. l. libellorum. & de noui op. nun. l. non ſolum.
§. ſed vt probari. & per Inn. de fo. comp. c. cum ſit generale. nec
poteſt probationibus conualidari libellus ineptus, vt not. in c.
examinata. de iud. in nouella: qa ergo non cõſtat de fundamẽto
iuriſdictionis. i. tempora largiri, non tenet iudicium, ar. ff. de a-
dult. l. accuſaturus. ſed contra iſtam allegationem videtur aper-
te reformatio communis Tuderti, quæ expreſſe dicit, ꝙ con-
demnati ad reſtitutionem debent ſoluere, & non præiudicet
reformatio eis, qui ſunt derobati, vel quibus res ſunt furto ſub-
latæ: cum ergo hoc conſtet per confeſſionem, nullũ remedium
videtur, quin ſoluere teneantur, quod furto ſubtractum eſt. gl.
ord. C. de in ius vo. l. venia. in hac q̃ſtione ego dubito, ꝙ ſi male-
ficium fuit verum, nemo habens animam inueniet furem, ſed
ſi de ſtricto iure quæratur, ſi non tenet inquiſitio, non tenet
confeſſio facta abſente parte: quia non eſt facta inquiſitio cum
iudicium ſit nullum, & confeſſio tendat ad obligandum, vt no.
in l. 1. C. de confeſ.

CONSILIVM CCLII.

1 *Non ſtatur dicto notarij confitentis inſtrumentum falſò ſe feciſſe, poſtquam in publicam formam reduxit.*

In Chriſti nomine, & ſuæ matris glorioſæ.
† Poſtquã notarius in-
1 ſtrumentum in publicam formam reduxit, licet confiteatur ſe
illud falſo feciſſe, non tamen eius dicto ſtetur: quia cum iam ſit
functus officio ſuo, non poteſt ex interuallo dicere inſtrumen-
tum falſum, aut erroneum, in corpore de æqualitate do. §. illud
Aut erroneum in corpore, de teſt. §. quia vero, & extra de teſt.
c. præterea. Et notarius, & teſtes æquiparentur. ff. de teſt. l. Do-
mitius. & hoc tenet Bar. de reg. iur. l. ſi librarius, quandoq; imo
ſolo rigore iuris inſpecto, ſi ſententiæ ferentur cõtra notarium
non præiudicarent parti, quæ ignoraſſet cauſam agitari ſecun-
dum Cy. qui ita no. C. qui ac. non poſ. l. 1. facit. ff. de infam. l. Lu-
cius. licet tamen rigore iuris inſpecto vera ſint prædicta, tamen
iudex coram quo ventilatur, videre debet, quanta ſit fides tali
notario adhibenda, ſicut de teſte dicimus. ff. de teſt. l. 3. §. idem
diuus. & d. l. Lucius. Ego quidem ſi aſſiderem, ſtuderem per te-
ſtes & omnem aliam viam poſſibilẽ veritatem inquirere, quos
ſi habere non poſſem, nullo modo tali inſtrumento fidem ad-
hiberem, ex quo auctor inſtrumenti detrahit ei per propriam
confeſſionem, & eius proprium eſt ſuo inſtrumento fidem im-
ponere, in corpore de fide inſtr. §. ſi vero neque. col. 6. Quis e-
nim iudex non dubitaret de veritate inſtrumenti, ꝙ notarius
falſum atteſtatus eſt coram iudice ſuo ſacramento: quouſque i-
gitur dubitabit, nũquam ſibi de cauſa erit liquidum, ergo nunq̃
iuſtam poterit ferre ſentẽtiam, quin onus ſuæ conſcientiæ eum
debeat remordere, in quacunque parte inclinaret, affirmati-
uam vel negatiuam. C. de iud. l. properandum. §. 1. & ꝙ in arbi-
trio aſſidentis ſit quid credere debeat circunſtantiis hincinde
penſatis, no. Inn. expreſſe de arbitris. c. 1. ver. ex variis tamen cir-
cunſtantiis. vbi quæſtio iſta deciditur. ex quib. concludo, quod
inter dictas partes occaſione dictæ hæreditatis, & bonorũ ma-
gna poteſt eſſe lis, aut diſſenſio. cõuertitur. n. ciuilis in crimina-
lẽ, in qua acerrima hincinde fieri debet indagatio. C. de fal. l. vbi
fal. & ideo timore dictæ iuſtæ futuræ litis gubernatores hoſpi-
talis cum aduerſariis licite poſſunt trãſigere. C. de tranſa. l. præ-
ſes. C. de pact. l. pactum curatoris. ff. de pact. l. item quia. l. 2. C. de
tranſact. aſſumpto igitur titulo de cauſa tranſactionis refutent
gubernatores prædicti aduerſarij eorum de omni iure, quod ha
berent, ſeu habere poſſent nomine, cauſa, & occaſione codicil-
lorum prædictorum in hæreditate prædicta aliquo retento per
eos, vel aliquo eis dato, & hęc via tuta eſt, & ſecura vtrique par-
ti, & omnium litium præciſa. Et idem concluſiue teneo ego
Bald. de Perufio Vtriuſque Iuris Doctor. & quod propter con-
ſcientiam læſam, ſeu dubiam poſſit rector hoſpitalis tranſige-
re, iuxta not. C. de tranſact. l. præſes. facit, quod not. Archid. 54.
diſtinct. capitu. generalis. ff. de nego. geſtis. l. at qui natura. §.
cum me. de act. emp. l. emptorem. & ideo me ſubſcripſi, & ſig.
mei nominis ſignaui. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLIII.

1 *Mercator ſi emit merces ſibi tradendas tempore nundinarum, an teneatur ſoluere gabellam.*
2 *Senſus, & voluntas eſt incorporea, & poteſt eſſe ſimul, & ſemel in pluribus locis.*

In Chriſti nomine. Licet iſtæ allegationes
ſint pulchræ, tñ credo
1 veriſſimum eſſe, † ꝙ ſi emptor emiſſet merces tradendas ſibi
tempore nundinarum, & propterea vadit pro rebus tempore
nundinarum ꝙ poſſet extrahere ſine ſolutione gabellæ: qa tunc
temporis venit dies ſolutionis. & tunc incipit eſſe obligatio in
pleno ſuo effectu non ſolum executiuo, ſed obligatiuo, & quia
ante diem, licet ſit nata actio, obſtat exceptio dilatoria ſolutio-
nis. ff. man. l. ſi mandauero tibi per me. in prin. & l. cedere diem.
cum ſi. & tunc dicitur eſſe contractum effectiue, ſeu perfectiue
ea perfectione, quæ conſiſtit in pleno effectu, vt l. 3. de bo. auth.
iud. poſ. cum ſi. & ideo illud tempus debet inſpici non ex fictio-
ne, ſed ex legis intellectu, quia naſcitur ex conſenſu, & ita vo-
lunt contrahentes, & ideo forum, quod ibi contrahitur, eſt ve-
rum forum non fictum, vt l. contraxiſſe. cum ſi. ſic in loco, quia
potius inſpicitur locus effectualis, quàm locus verborum, vt l.
vinum. ſi cer. pe. & l. fi. de triti. ſicut ſi legatus extra vrbem pro-
miſit ſoluere in vrbe, econtra locus ſolutionis attendiť. de iud. l.
ſi quis delegatus. de arbitris. l. non diſtinguemus. §. itẽ. de conſt.
pe. l. eum, qui. §. 1. & ſi dixerit aliquis, inſpici locum, & tempus
verborum prolatorum, & non locum, & tempus effectus ver-
borum: pone tempore contractus viguiſſe gabellam extractio-
nis, ſed tempore extractionis non viguiſſe, ſequitur, quod de-
beat ſolui: quia inſpicitur principium ſecundum allegationem
ſuam, quod non eſt verum, quia hoc onus in ipſa executione
naſcitur, non in ipſo, ſeu ex ipſo cõtractu, vt ff. de publica. l. Cę-
ſar. nunc ad propoſitum quando ille, qui eſt diuerſi fori, emit,
intelligitur actum, vt quãdo ibit vel mittet pro re, ſibi ſoluatur,
ſiue vadat in nundinis, ſiue alio tempore, & non ante, de conſti.
pecu. l. item illa. vnde ſi vadat in nundinis, non habet neceſſa-
riam conſequentiam niſi tunc temporis, & ideo non ante, &
ideo non poteſt trahi ad ante, ſicut ſi eſſet aperte dictum, dabis,
cum venero. præſertim ex qualitate mercis: quia illo tempore
conſueuerat iri pro illa merce. ff. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi
libertis. in ver. ex genere comparationis. nam illud tempus ta-
cite intelligiť, quod ibit vel mittet, & iſtud tacitum habetur ꝓ
expreſſo. l. cum quid. ſi cert. pet. Et ideo ſi vadit tempore nun-
dinarum, in illo tempore intelligitur contractum, præſertim
quò ad traditionem, & ea, quæ conſecutiua ſunt traditionis, ſi-
cut eſt ferre rem traditam domum, & gabellã portationis, non
dico conuẽtionis. Item tunc contractus perficitur vltima per-
fectione. no. in l. 1. de per. & commo. rei ven. Et ideo hanc credo
eſſe veritatem, vt libere poſſit extrahi res prius promiſſa: ſed tẽ-
pore nundinarum tradita nec eſt hic fictio ſtricte ſumpta con-
tra veritatem naturæ: ſed eſt veritas ex conſenſu, & ſic naturali-
ter proueniens, ex principiis iuris naturalis. licet enim fictio ſit,
quod dum ſum Romæ, videar eſſe Paduæ, hoc eſt quantum ad
2 corpus, † ſed conſenſus & voluntas incorporea eſt, & poteſt ſi-
mul & ſemel eſſe in pluribus locis, vt l. fin. C. de præſcrip. longi
temporis. & ideo male dicitur, quod lex, contraxiſſe. loquitur
in fictione præciſa, & ꝙ illa lex non habet locũ in ſtatuto, & ni-
ſi verba ſtatuti totaliter eſſent in contrarium, vt l. ille, aut ille. §.
cum in verbis: quod hic mihi non videtur, quod comparaſſe à
mercatore intelligitur largo, & fauorabili modo, qualitercun-
que iuris intellectu ſit ibi comparatum: non enim inſpicitur
locus à quo, ſed locus, in quo venit ſoluendum, de actio. empt.
l. ratio. §. fin. & ideo eum qui non ſoluit dico non fraudaſſe ga-
bellam. fraus nomen doli eſt, & non cadit niſi in eo, qui certi-
tudinaliter ſcit ſe teneri.

CONSILIVM CCLIIII.

1 *Statuto ſi prohibeatur contrahi vno tempore, ſub pæna, & illo tempore contrahatur, ſed conferatur in tempus licitum, an contrahentes incurrant pænam ſtatuti.*
2 *Finis quando habet neceſſariam conſequentiam ad principium in contractibus, delictis, & maleficiis, conſideratur principium, & non finis.*
3 *Statutorum præambula habentur pro ratione.*

In Chriſti



1 In Chriſti nomine, & eius matris Virginis
Mariæ. † In q. p̃dicta vř
primò de iure dicendum, ꝙ dicti emptores non teneantur ad a-
liquam pœnam vigore ſupradictorum ſtatutorum: quod ſic ꝓ-
batur. paria ſunt aliquid fieri tempore licito, vel fieri tempore
illicito, & conferri in tempus licitum eius ſubſtantialem effe-
ctum. ff. de hære inſt. l. in tempus. cum ſi. facit, quod not. in l. in
fug. C. de plagiariis. ſed hic licet emptio fuerit facta tempore il-
licito, fuit collata in tempus licitum, ergo perinde eſt, ac ſi lici-
to tempore fuiſſet facta. Secundo ſic, licet cõtractus vno loco,
vel tempore celebratus, ſi alio loco vel tempore debet fieri ſo-
lutio, tẽpus ſolutionis inſpicitur, vbi contractus celebratus vř,
vt ff. de ſolu. l. q̃ro. ff. de ac. & ob. l. contraxiſſe. & l. 3. de bo. auth.
iudi. poſ. cum ſi. licet ergo cõtractus fuerit tẽpore illicito cele-
bratus, tñ qa eius ſolutio in tẽpus licitũ eſt collata, talis contra-
ctus valet, nec cõtrahens aliquã pœnam meretur, ar. in l. Grac-
cus. C. de adulteriis. econtra vř, ꝙ talis contrahens ſit punien-
2 dus ſecundum prædicta ſtatuta, quod ſic probo, † quando finis
habet neceſſariam conſequẽtiam ad principium, in contracti-
ctibus, conſideratur principium, & non finis, vt ff. de minor. l.
4. §. ſcio. & hoc tenet Iac. Bu. in delictis, & materia maleficiorũ:
ſed finis exportationis habet conſequentiam ab ipſo principio:
ergo perinde eſt, ac ſi tempore illicito exportaſſet. Præterea ſta
tutum priuilegiat ementes tempore mercati annalis: ſed iſti di-
cto tempore non emerunt: ergo non debent priuilegio gaude-
re. facit, quod no. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de no. ope.
3 nun. & l. eum actum. ff. de neg. geſt. cum ſi. † Præterea præam-
bula ſtatutorum habentur pro eorum ratione, vt C. de indi. l.
properandum. ff. de hære. inſti. l. Pacumeuius. ſed ratio ſtatuti
concedentis priuilegium fuit ad hoc, vt augmentaretur mer-
catum annale, quod in caſu noſtro non fit: ergo ceſſante ſtatuti
ratione, & men. ceſſat & eius priuilegium. Præterea cauendum
eſt, ne ſtatuta, & iura defraudentur: vt not. ff. de legib. l. contra
legem. ſed hoc de facili poſſet ſtatutum pœnale prædictum de-
fraudari: omnes enim emerunt ante tẽpus mercati, & expecta-
runt illud tempus, vt ſine ſolutione gabellæ tranſportarent: &
ſic nunquam ſtatutum pœnale locum habere poſſet quaſi factũ
verbis, & non rebus, contra l. 2. C. com. de le. Pręterea actus diſ-
poſitionis eſt potior in ſua cauſa, quàm effectus, vt ff. de adop. l.
ſi pater. in pri. de leg. 2. l. cum pater. §. dulciſſimis. & no. in auth.
multo magis. debet ergo attendi potius tempus diſpoſitionis,
vel contractus, q̃ executionis. dicta enim emptio ſolo conſenſu
perficitur, vt l. conſenſu. ff. de act. & obl. & quod not. in l. 1. ff. de
contrahen. emp. Non ob. l. in tempus. quia ibi loquitur, quan-
do teſtator expreſſit, ꝙ in tẽpus licitũ conferebat, ſed ſi ſimpli-
citer fuit cõtractus celebratus, & eo modo intelligitur. l. in fu-
ga. C. de plagiariis. prouidit. n. ſibi contrahens à prin. ne contra
legem contraheret, ſed in caſu noſtro non. Præterea cõtractus
fuit ad tempus licitum collatus, adeo ꝙ interim nulla erat orta
obligatio, nec ius aliquod: ſed in caſu noſtro fuit dilata ſola me-
ra executio. Non obſt. l. contraxiſſe. nec lex 3. quia illud verum
ex quadam fictione, quæ fictio non habet locum regulariter in
ſtatutis, vt no. plene per Bar. in l. ſi is, q pro emptore. ff. de vſuca.
Præterea illæ l. videntur facere no. contra, nam dicunt, ꝙ accu-
ſatio, ſeu contractus in vno loco exercetur, & celebratur, & in
alio ſolutio confertur ibi, vbi diſtincta eſt ſolutio: ergo non vi-
detur celebratus, niſi ibi in loco, vel tempore rei traditæ. ex qb.
concludo dictos emptores in pœnam dicti ſtatuti incidiſſe.

CONSILIVM CCLV.

1 *Concluſum ſi ſit in cauſa, non poteſt aliquid allegari in iure.*
2 *Concluſio an in cauſa impediat petitionem compromiſſi.*

1 In Chriſti nomine. † Poſt concluſum in cã
dicit Inn. ꝙ nihil poteſt
allegari de iure, vel de facto, de cauſa poſ. c. paſtoralis. vidẽdum
2 eſt ergo, † nunquid cõcluſio in cauſa obſtet petitioni compro-
miſſi. Iſta. n. petitio eſt de actis, ſed quo ad acta fienda eſt, cõclu-
ſum ergo non videtur peti poſſe. item iſta petitio eſt quædã de-
clinatio iud. & declinatoriæ præcluditur via per conſenſum in
ipſum iudicem. ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit, in prin. in contra-
rium vř, quia ſtatutum generaliter loquitur indiſtincte, vnde ex
quo non diſtinguit de tempore, nec nos diſtinguemus, de bon.
au. iu. poſ. l. in venditione. §. de tempore. de leg. præ. l. 1. §. gene-
raliter. Non ob. dictum Inn. quod verũ eſt quò ad ea, quæ ſunt
de naturalib. nam ad illa refert ſe cõcluſio in cauſa: ſed iſtud eſt
quoddã beneficium extra naturam litis, quod habet locum an-
te ſententiam quandocunque: ſed poſt ſententiam non. extra
de arb. c. expoſita. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLVI.

1 *Emptores datij ſuccedunt loco fiſci.*
2 *Res, quæ incidunt in commiſſum, perduntur ipſo facto.*
3 *Datium aufertur ab omnibus creditoribus, ſicut tributum.*
4 *Tempus ſpeciale derogat generali.*
5 *Pœnæ ſtatutorum non ſunt exaſperandæ.*
6 *Datium qui acceptat poſt terminum, tenetur renunciare l. commiſſo.*
7 *Tempus quando non additur ſufficit fieri quandocunque.*
8 *Socius, quod debetur corpori ſocietatis, non debet detinere in burſam.*
9 *Confeſſioni officialis ſtatur.*
10 *Pœna confiſcationis non imminet propter inſolutum.*
11 *Tempore nundinarum non eſt neceſſaria palificatio.*
12 *Leges legibus ſunt concordandæ.*

1 In Chriſti nomine. † Præmittenda ſunt q̃-
dam euidẽtialia, & pri-
mò, ꝙ emptores datij loco fiſci ſuccedunt in rebus, q̃ incidunt
2 in commiſſum, vt ff. de ac. emp. l. creditor. in prin. † Secundò, ꝙ
res quæ incidunt in commiſſum, ipſo facto perduntur, & domi-
nium tranſit in fiſcum, vel datiarium, vt ff. de publ. l. commiſſ. tñ
poſſeſſio non tranſit ipſo iure, vt no. ff. pro ſo. l. cum duob. §. idẽ
3 reſpondit. † Tertio eſt præmittẽdum, ꝙ datium omnibus cre-
4 ditoribus aufertur, ſicut tributũ. C. ſi ꝓpter pu. pen. l. 1. † Quar-
tò præmittendum eſt, ꝙ tempus ſpeciale derogat generali. ff. de
5 vul. ſub. l. ex facto. §. idem q̃ro. † Quintò p̃mittendum eſt, ꝙ non
ſunt exaſperandæ pœnæ ſtatutorum: ſed debemus eſſe cõtenti
6 pœnis eorum. ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus. † Sextò eſt præmit-
tẽdum, ꝙ qui acceptat datium poſt terminum, tenetur renun-
ciare legi commiſſoriæ. ff. de min. l. Aemilius. & ſimiliter qui ac-
ceptauit profeſſionem poſt terminum, videtur renunciare pœ-
næ non profeſſi in termino, ar. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §.
Calimachus. in fi. & hoc verum: quando in acceptante, vel re-
cipiente conſiſtit ius remiſſionis: ſecus ſi non habet poteſtatem
remittendi, vt d. §. Calimachus. & l. fi. §. ſi quis profeſſus. de pub.
C. de pact. inter emp. l. commiſſoriæ. & l. poſt diem. de l. com-
7 miſſoria. † Septimò, quod vbi tempus non additur, ſufficit fieri
quandocunque. ff. de contrahen. emp. l. qui fundum. niſi tem-
pus inſit de iure, vel de natura, vel ſecundum conſuetudinem
interuenerit interpellatio. l. nec ſemel. §. ſi in habitatione, quã-
do dies leg. ce. de verb. ob. l. interdum. ff. de condi. & de l. 1. in fi.
8 de præben. c. extirpandæ. per Inn. † Octauo, ꝙ ſocius id, quod
debetur corpori ſocietatis, non debet detinere in burſa ſua: ſed
ita debet offerre, ſicut ſi extraneo deberet, idque ad bonam fi-
dem partium: non enim intercipere debet quod commune eſt.
9 ff. pro ſoc. l. merito. & l. actio. §. ſi communis. † Nonò præmitto,
ꝙ confeſſioni officialis ſtetur, vt C. de non nu. pec. l. in contra-
ctibus. §. 1. C. de actis pub. l. 1. & in auth. de manda. prin. §. coges.
10 † Decimò, quod pœna confiſcationis non imminet propter nõ
ſoluere, vt in C. de mercatorib. ſi quis no. ver. ſi vero. nã ꝓpter
pœnam centum ſolidorũ receſſum eſt à confiſcationis pœna, vt
Martini opus eſt modica verba effundere: tum quia qõ eſt cla-
ra,tum quia pluries eſt allegatum oraculo viuæ vocis,&omiſſis
alijs, quæ poſſent in dubium reuocari pp aduocatorum ſubtili-
tatem,ſolum venio ad probationes,circa quod conſidero,ꝙ di-
ctus Dominicus in ſuo libello,ſeu petitione deduxit ſimulatio-
nem quorundam inſtřorum venditionis,quorundam immobi-
lium bonorum,& refutationum factorum de pretio, atque de
inſtřis locationum dictarũ rerum, & dicta inſtřa perijt ſimulata
fuiſſe declarari,& pp ſecuritatem dic. Dominici factam, & pro
obſeruando iure d.Dominici,&nõ pro acquirendo aliquod ius
di.Io.vel eius filio ex dictis inſtřis,vel occaſione ipſorum,prout
in libello patet,& continetur ad cuius Dñici intentionem pro-
bandã plures teſtes depoſuerunt,qui directo probauerũt con-
tẽta in libello,& maxime Clemens Andruciolus, & Nicolaus,
qui dñt,ꝙ omnia,& ſingula contenta in libello acta, & geſta re
vera fuerunt inter cõtrahentes tpe celebratorũ contractuum:
licet aliud foret ſcriptum: & dñt ſe fuiſſe pſentes tpe actus ce-
lebrati: ergo cõcludunt,& de neceſſitate ꝓbant ſimulationem,
vt in l.emptor.de aqua plu.ar.& in l.nuda.ff.de contrah.emp.&
1 in l.emptione.& per totũ titulũ.C.plus valere qđ agitur.† Præ-
terea iſta ſimulatio eſt ꝓbata per teſtes, qui deponunt, ꝙ dicti
contrahentes ante initos dictos contractus oĩa verba contenta
in libello dixerunt,& pepigerunt, & poſtea contractus fecerũt
ſcribi in alia forma,q̃ inter eos primo eſſet actum, qđ ſufficit ad
ſimulationẽ probandam.Nã ſicut in vltimis voluntatib.volun-
tas prima ſequentis derogatoria tollit ſequentẽ, vt l. ſi mihi, &
tibi.§.1.de leg.1.&in l.ſi quis in prin.teſtĩ.de leg.3.Eodem modo
in contractib.prima voluntas derogatoria tollit ſequentem.ita
no.gl.in l.pacta nouiſ.C.de pac.vbi hoc expreſſe firmat Iac.Bu.
& ibi etiam per Bar.& Bal.refert Iaco.But.dicens, ꝙ talia verba
præcedentia probant contractum ſequentem ſimulatum,facit
in ſimili.l.at ſi quis.§.pleriq;.de reli.&ſump.fune.nec ob.l.cum
plures.§.locator horrei.ff.locati.Nã ibi ꝓpoſitum fuit in men-
te retentum,& ſic ſequens voluntas præualet.in quæſtione nřa
propoſitũ fuit partibus expreſſum, merito prima voluntas va-
let.ita dicit Petrus in d.l.pacta nouiſ.d.Iac.But. aliter reſpondet
ad d.§.locator.in d.l.pacta,non curo.Item non obſt.l.ſi.§.item
ſi prædixerit.ff.na.ca.ſta.nam ibi loquitur in actu neceſſario, in
quo ꝓteſtatio nihil releuat,niſi pars aduerſa conſentiat, in caſu
noſtro loquitur in caſu voluntario.Item dicta ſimulatio eſt pro-
bata per confeſſionẽ dicti Io. quæ pluries facta fuit poſt dictos
contractus celebratos,& in plurib.& diuerſis locis pręſente di.
Dominico ad eius interrogationem,quæ ſola ſufficeret ad pro-
bationẽ inducendam ſine alijs probationib. vt in l. Publia Mæ-
uia.in fi.ff.depoſiti.& gl.& doct.dñt in l.præſidi. C.de don.ante
nup.& per Cy.& plene in l.vna.C.de confeſ.in 13. q. nec obſt.ſi
dicatur, ꝙ teſtes non ſunt conteſtes, ergo eis non dẽt adhiberi
fides,vt in l.eos.ff.de falſis.& in l.qui falſa.C.de teſti. nã ſi recte
inſpiciantur,concordant in loco,& tpe,& in facto, ergo,&c.vt
in l.ob carmen.§.ſi teſtes. ff. de teſti. Itẽm non obſt.ſi dicatur,ꝙ
teſtes Io.probant di.Dominicum mutaſſe voluntatẽ,primo:q̃a
prima voluntas Dominici fuit derogatoria ſequentis, vt ſupra-
dictũ eſt. Item q̃a dicti teſtes non probant: quia di.Dominicus
nihil dixit,vel fuit confeſſus præſente Io.ergo ſibi non præiudi-
cauit,vt in l.confeſſionibus.ff.de interro. ac. & in l. certum. §.ſi
quis abſente.ff.de confeſſ. Item poſito, ꝙ dicta confeſſio ema-
naſſet præſente Ioanne, laborauit eodẽ morbo, quo prima in-
ſtrumẽta,quia fuit ſimulata,vt in l.doli exceptio.ver. diuerſum.
2 ff.de nou.& in l.cum ea.C.de tranſa.† Item non obſt.ſi dicatur,
ꝙ dictus Ioan.vult probare exceptiones productas contra per-
ſonas teſtium dicti Dominici:quia non fuerunt dictę exceptio-
nes proteſtatæ ante publicationem proceſſus, & ſic amodo ſu-
per eis admitti,vel audiri non debet ad eas probandas, vt in au-
thent.ſi dicatur. C. de teſti. & in corpore, de teſt.§.ſi vero quis.
col.7.& in c.præſentium.extra de teſti.& ibi per gloſſ.& Innoc.
Franciſcus de Coppolis.

CONSILIVM CCC.

1 *Filius grauatus per fideicommiſſum debet habere legitimam & trebellianicam.*
2 *Filii ſi duo ſunt grauati per fideicommiſſum, & alter alteri ſuccedat, poteſt de duabus legitimis, & duabus treb. teſtari.*
3 *Teſtamentum patris valet inter liberos, licet teſtes non fuerint rogati, ſecus quo ad fratrem teſtatoris, in quo requiruntur rogati, & non præſumuntur rogati, licet notarius dicat, quod fuerint præſentes.*
4 *Bona quæſita poſt mortem patris non veniunt in fideicom.*
5 *Inſtitutio, vel exhæredatio eorum, qui non ſunt in iure pote. non eſt neceſſaria.*
6 *Nepotes ſuccedunt auiæ cum patruo in ſtirpes, non in capita.*

1 In Chriſti nomine. † Tam legitimam, quã
trebellianicam habere
debuit libere,vt in c.Ray.de teſtamentis.& in c.Rayn.& in ca.ſi
pater.eod.tit.lib.6.Similiter Ant.legitimam,& trebellianicam
habuit in bonis patris per eadem iura,vt no.de inoffi. teſt.l.Pa-
pi.ad fi.& C.ad l.Fal.l.quanq̃.& in auth.de reſti. & ea quæ parit.
2 §.quamobrem.& l.1.§.ſi cui pluſquam,per l.Fal.per Dy.† potuit
teſtari de duabus legitimis,& de duabus trebellianicis, ſcilicet
de ſua,& de fraterna, & de dimidia parte bonorũ paternorum:
quia in ea non tenuit grauamen, vt dictis capitulis, & legibus.
& C.de inoffi.teſt.l.qm̃ in prioribus.& l.ſcimus.cum ſimilibus.
3 † Inter liberos valuit teſtamentum patris, licet teſtes non fue-
rint rogati,vt no.C.de codic.l.ſi. §. in omni. ſed quò ad fratrem
teſtatoris teſtm̃ de iur. ciui. non valet, ſi teſtes non ſunt rogati,
nec præſumuntur rogati, licet tabellio dicat eos fuiſſe præſen-
tes.ff.de teſtam.mil.l.diuus.& not.in l.hac conſultiſſi. per Cyn.
& in l.ſciendum.de verbo.oblig.Si vero ibi eſſet dictio,&c.ſic-
ut notarij ponunt imbreuiaturas, ſub iſta tacite includeretur
illud,quod conſuetum eſt apponi.ſc.de rogitu,vt C.de fideiuſſ.
4 l.fin.& de liber.& poſthum. l.Gallus.§.quidam.† Bona quæſita
poſt mortem patris non veniunt in fideicommiſſo. ff. de vulg.
ſubſtit.l.cohæredi.§.cum filiæ.vnde nec fideicommiſſa: de ſuis
enim bonis pater teſtari potuit,vt voluit, non de bonis filij, de
vulgari ſubſtitutione.l.centurio.in ratione ſui.C.de lega.l.vxor
5 patrui. † Non eſt neceſſaria inſtitutio, vel exhæredatio tali-
um perſonarum, nec talis præteritio vitiat teſtamentum.C.de
inoffic.teſta.l.fratres.ff.de inoffic.teſt.l.1.de verbo.oblig. l. qui-
6 dam cum filium. † Nepotes ex vno filio præmortuo ſuccedunt
auiæ ſimul cum patruo in ſtirpes,non in capita, vt Inſtit.de hæ-
re.quæ ab inteſtat. §. cum filius. & §. & quia placuit.nec potuit
eas auia priuare legitima,vt in auth.de trien.& ſemiſſe.§. 1. Aut
ergo auia non fecit teſtamentum, & tunc ambo nepotes ſuc-
ceſſerunt in vna dimidia: ſi autem fecit teſtamentum, potuit
ita teſtari, quòd nepotes non haberent niſi legitimam ſolam.
Ego Baldus.

CON-



CONSILIVM CCCI.

1 *Pater non poteſt grauare filiam in dote, niſi in id, quod dos excedit legitimam.*
2 *Pecuniam qui numerat alienam, poteſt ſibi ſtipulari, licet teneatur reddere pecuniam domino, vel ei cedere iura.*
3 *Pupillus maior infante non tranſmittit hæreditatem non aditam.*
4 *Minor decedens hæreditate non adita an poſſit petere reſtit. in integrum.*

1 In Chriſti nomine. † In primis eſt viden-
dum, an pater potuerit
grauare filiam in dote reſtituenda,& dicunt quidam, quòd ſic:
quia pater poteſt ſubſtituere filiæ,& in dote, vt ff.de leg.2.l.vlt.
§.filiæ.ita ſummat ibi Dy. & intelligit verum eſſe, qñ dos exce-
dit legitimam.ſc.ꝙ quatenus excedit,poſſit ſubſtitui filię in do-
te,ſed in legitima non valet ſubſtitutio fideicommiſſaria ſecun-
dum Dy.& Oldr.ſecundum Iac.de Bel. in quadam diſputatione
dicit, ꝙ ſi actio de dote eſt ſolius filiæ, vel eſt communis patris,
& filiæ, ita ꝙ per mortem patris conſolidatur ſoli filiæ, ꝙ pater
non poteſt teſtari de dote filiæ.ſ.relinquendo dotem extraneo,
vel alij quam filiæ, in ipſam autem filiam ꝙ poſſit teſtari de do-
te,no.in l.denique.§.ſed vtrum.ff.de minor. & eſt ratio triplex.
Primò: quia pater poſt dotem datam, & matrimonium con-
tractum non poteſt ſtipulando facere deteriorem cõditionem
filiæ.ff.ſol.ma.l.quoties.ergo nec teſtando. Secundò: q̃a dos eſt
filiæ,non aũt hæreditatis pſnæ.C.de rei vxo.rem in act.l.pñti.§.
videamus. Tertiò: q̃a filia hẽt hoc beneficio legis,nõ beneficio
patris,de adop.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi. Quartò: q̃a pa-
ter eſt debitor filiæ in dotando eam, de ritu nu.l.qui liberos.de-
bitor autem creditorem ſuum grauare non pt.C. cre.ve.pi.im-
pe.non poſſe.l.1. Quintò: q̃a potentior eſt cã dotis, quam cã fi-
deic.vt in auth.res,quæ. Sextò: q̃a ex tacita donatione inter vi-
uos filia poſt mortẽ patris eſt domina dotis.ff.fa.erc. l. Pompo-
nius.ergo non põt grauari,no,de leg.3.l. ſimiliter. Septimò: q̃a
licet filiæ non agnoſcere teſtm̃ paternum, & dotem ſibi pleno
iure retinere,vt l.vlt.ff.de coll.dotis.Si autem pater honorat fi-
liam in teſtõ de alijs ſuis bonis, vel actio de dote ex tenore ſtipu
lationis eſt ꝓpria patris,& ſuorum hřdum,tunc filia poſſet gra-
uari in dote.& ita intelligitur. §. filiæ. ſcđm Iaco. de Bel.& ff.ad
2 Treb.l.à filia quod credo verius. † Secundò eſt videndũ de ſti-
pulatione patrui,& de iure cõi ſtip. tenet in forma, in qua con-
cepta eſt,vt C.ſi cer.pe.l.quamuis,quia ille, qui numerat pecu-
niam alienam,pt ſibi ſtipulari: tñ tenetur aut pecuniam redde-
re dño, aut cedere dño iura, ſi dñs conſentit in tali ceſſione.C.
ſi cer.pe.l.cum ſi.facit de le.3.l.ſi vxo.§.paterfa. ſed per formam
ſtatuti abſq; vlla ceſſione quæſita eſt actio mulieri. idem.n.põt
operari lex, ſeu ceſſio facta per legem, q̃a vera ceſſio operatur.
3 C.de act.& ob.l.1 ff.de inſti.l.1.C.ad Tre.l.1.§.cum aũt.† Tertiò
eſt videndũ, vtrum quia non adijt filius hřditatem, tranſmiſerit
eam ad patrem, & videtur, ꝙ ſic, quia deſcendens tranſmittit
ad hæredem ſuum aſcendentem, vt not.C.de ſuis & legi.l.apud
hoſtes.In contrarium videtur tex. in l. ſi infanti. §. ſi non ſit tu-
tor. vbi aperte dř, quòd qñ pupillus maior infante nõ adita hæ-
reditate decedit, ꝙ perinde eſt, ac ſi nunquam pupillus fuiſſet
in rerum natura, nec poteſt dici, quòd fuerit tranſmiſſum ius
deliberandi: quia multis annis ſuperuixit matri.Bar.diſputando
tenuit, ꝙ maritus longo tempore ceſſando in reſtitutione do-
tis videtur tacite adire, ꝙ ipſo facto declarat ſuam intẽtionem,
per l.ſi peculium.§.ſicut.de peculio legato. mihi videtur, quòd
ſi ſemper tacet,ſemper videtur deliberare,non autem adire.C.
de iure delibe.l.fin.qui enim nihil gerit non videtur gerere pro
4 hærede.Iaco.de Aret.Iac.But.& Bar.dicunt,† ꝙ quando minor
decedit non adita hæreditate, hæres minoris poteſt petere re-
ſtitutionem in integrum, ſicut hæres eius: quia per abſentiam
eſt excluſus,de act.hær.l.cum quidam.& l. Pontius. C. de teſta-
mento mil.l.1.vt non ſit maius priuilegium abſentię, quam æta-
tis,de reb.dub.l.qui duos.& per Iac.& Bar.ibi,Iac. vero de Bel.
diſputando tenuit contrarium in minore,vt ipſe no.in Auth.de
trien.& ſemiſ.& hoc per tex.dictæ legis, ſi infanti. nã ibi lex ſta-
tuit,ꝙ non veniat ad hęredes minoris,ſed ad hęredes matris,&
contra ſtatutum legis minor non reſtituitur, vt ff.de adm.tuto.
l.ſi ſine. §. Lucius. ergo quia reſtitutio in integrum nec petita,
nec prolata proponitur,rebus ſic ſe habentibus conſulo, ꝙ di-
cti patrui dictã dotem petere poſſunt,vt hřdes, & proximiores
mulieris,per d.l.ſi infanti.ſi tamen reſtitutio in integrum pete-
retur per partem,nihil dico de mea opi.quia de hoc non inter-
rogor,reb.ſic ſe habentib. loquor.non obſt.l.apud hoſtes.quia
loquitur in hæreditate paterna,& in ſuo hærede ſecundum ve-
rum intellectum omnium modernorum.

CASVS.

Punctus talis eſt. Agneſa habebat quendam fratrẽ vterinum
noĩe Venturam,qui Vẽtura habebat filium noĩe Andream,qui
Andreas habebat duos filios, videlicet Vannucium, & Franci-
ſcum,qui Vannucius habebat filium noĩe Ioannem,ſed infan-
tem. Agneſa iſta veniens ad mortem fecit teſtm̃,in quo teſtõ in-
ter alia inſtituit hřdem vniuerſalẽ Vannucium virũ ſuum,vide-
licet in vita ſua, poſt mortẽ vero dicti ſui viri per verba directa
inſtituit ſibi pfatum Venturam eius fratrem,& Andream filium
di.Venturæ,ſi viuerent tpe mortis ſui viri: & ſi nõ viuerent, in-
ſtituit ſibi per hæc verba filios ltimos di.Andreæ cũ hac condi-
tione,& onere,ꝙ ipſi dent,& dare teneantur infra annũ à mor-
te præfati Vannucij viri ſui 50.li.pro aĩa ſua. Demum hoc facto
moritur di.Agneſa,& adita fuit dicta hřditas per di.Vannucium
eius virum.demum iſte vir hřs inſtitutus à di.Agneſa eius vxore
volens euitare votum captandæ mortis deuenit ad pactum,&
trãſactionem cum di. Ventura,videlicet poſt mortẽ ſuam hřde
inſtituto vna cum dic.Andrea eius filio, videlicet ꝙ di. Ventura
ſine voluntate,& requiſitione dic.Andreæ eius filij,& ſimul ſe-
cum in hřditate inſtituti à di. Agneſa remiſit pdicto Vannucio
omne ius, quod habebat, vel habere poterat in hřditate dictæ
Agneſæ,& obligauit ſe,&ſuos hřdes non venire,contra dictam
tranſactionem,ſeu pactum ſub pœna mille, quę tranſactio inita
fuit pro minori q̃titate in quadruplo, quam valeret dicta hřdi-
tas dict.Agneſæ, demũ tractu tpis viuente di. Vannucio viro,&
hřde inſtituto à dicta Agneſa eius vxore moritur Andreas præ-
fatus,idemq; filius d.Venturæ,& ſimul cum di.Ventura hřs in-
ſtitutus à di.Agneſa poſt mortem ſui viri.Demũ moritur dictus
Ventura, qui Ventura inſtituit ſibi hřdes vniuerſales præfatos
Vannucium,& Franciſcũ eius nepotes ex filio pędicto Andreæ
tertio loco inſtitutos hřdes à d.Agneſa.lapſu tpis moritur præ-
fatus Vannucius vir dictæ Agneſæ, hřs inſtitutus in vita ſua à di.
Agneſa,modo veniunt præfati Fran.& Vannucius,ijdemq; ter-
tio loco inſtituti à di. Agneſa videntes ſe non poſſe adire hřdi-
tatem dictæ Agneſæ vigore tranſactionis factæ à dicto Venturæ
eorum auo paterno:emerunt pdictam hřditatem d. Agn. vide-
licet ꝙ non adimpleuerunt prædictam conditionẽ impoſitam
in dict. teſtõ Agneſæ. modò venit præfatus Ioann.filius præfati
Vannucij,& pronepos dicti Venturæ,qui Ioann. conceptus,&
natus eſt poſt mortem dicti Andreæ ſui aui,& vult petere hære-
ditatem prædictæ dominæ Agneſæ ab hæredibus dicti Vannu-
cij viri prædictæ Agneſæ. opponitur ſibi, quòd non poteſt di-
ctam hæreditatem petere vigore teſtamenti dictæ Agne. quia
non fuit inſtitutus à dicta Agneſa. replicatur pro parte dicti Io-
an.quòd imo fuit inſtitutus vigore dicti teſtamenti, & debetur
ſibi prædicta hæreditas hoc modo, videlicet quia dicta Agneſ.
inſtituit tertio loco filios dicti Andreæ. Sed ego ſum nepos di-
cti Andreæ, & appellatione filiorum continentur nepotes,&
ſic ſibi ius competit in dicta hæreditate. Secundò obijcitur ſi-
bi: quia iſte non poteſt petere hæreditatem: quia licet d.Ioan.
comprehendatur ſub appellatione filiorum, tamen ipſe fuit
poſthumus, & appellatione filiorum non continetur poſthu-
mus.ipſe vero replicat,quòd ſic. Tertio loco obijcitur prædi-
cto Ioan. quòd ſibi dicta hæreditas non debetur: quia ipſe non
adimpleuit conditionem, nec alter pro eo, videlicet quòd ipſe
daret 50.pro anima dictæ Agn.infra annum à die mortis præfa-
ti Vannucij.Ipſe replicat,quòd ipſe eſt minor,& infans, ideò,ꝙ
reſtitutio ſibi competit aduerſus iſtam omiſſionem: ſecundò
replicatur, quòd licet ſibi competeret hæreditas, tamen quia
pro non implemento aditionis hæreditas ex teſtamento non
debetur ſibi ab inteſtato,tanquam proximiori debetur, & ma-
xime per renunciationẽ factam per præfatos Fran. & Vannuci-
um,petit etiam d.Ioan.ab hæredib. dicti Vannucij fructus per-
ceptos per hæredes dicti Vannucij de hæreditate dictæ Agne.
à tempore mortis dicti Vannucij.replicant dicti hæredes, quòd
nõ tenentur ad fructus: quia fuerunt interpellati à dicto Io.vel
ab alio pro eo,&c.Modo q̃ritur,quid iuris,& quid agendum ſit
dict.Io. in hac cã, quòd non præiudicet præfato Vannucio eius
pñi,& hřdi pro parte di.Vent.ſuperius nominati. dñt etiã hřdes
dicti Vannucij pędicto Ioanni,nos agemus contra pñem tuum
ad pa-

ad pœnam: quia non adimpleuit conditionem appoſitam in teſtõ d. Agne. quia ſi adimpleſſet, tu non poſſes ſuccedere huic hæreditati: quia ipſe Vannucius præcedebat in ſucceſſione. replicat dictus Ioan. quòd ipſe ignorabat hoc teſtamẽtum eſſe ſic factum, & error in facto maxime alieno non præiudicat. quæritur, quid iuris. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCII.

1 *Appellat. filiorum, an & quando veniant nepotes. & adde in conſ. 362.*

1 In Chriſti nomine. †Non continentur nepotes. Nam eadem rõne continerentur deſcendentes in infinitum ſcdm quoſdã doc. qui hoc tenent in l. Gallus. de lib. & poſt. ſed veritas aliter ſe habet, nam aut fit mentio de filijs defunctæ, aut indefunctæ, primo caſu non continentur nepotes defunctæ, aut dicit fieri ſine nomine proprio, quod eſt certi hominis demonſtratiuum, ſiue per aliam arctationem, vt quia dicitur, filius, qui mihi naſcetur infra 10. menſes, &c. vt l. Gallus. Nam tps ibi ſignatum arctat diſpoſitionem, & ſic eſt diſpoſitio definita, non indefinita. Scdõ refert, aut cõſtat per alias probationes, ꝙ teſtator ſenſit de certis, non continentur alij, & ſi ſenſit de præſentibus non continentur futuri. ff. de leg. 1. l. qui filiab. Nã verba reſtringuntur ad cogitatum. ff. de teſt. tute. l. ſi quis ita. aut non conſtat, & tunc diſtinguendum eſt. affectio teſtatoris aut eſt naturalis, & ordinata ex gradu conſanguinitatis, vel cognationis: & tunc continentur nepotes. ff. de ver. ſig. l. liberorum. Quia quidam intelligunt, qñ aſcendens diſponit, ſed Bar. dicit, ꝙ idem in tranſuerſali, allegat pro caſu. l. Lucius. ff. de hæ. inſt. nam ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ſpecificaſſet. ff. de pact. l. tale pac. §. fi. continentur ergo nepotes ex probabili interpretatione verborũ. ff. de verb. ſign. l. iuſta. C. de condi. inſer. l. 1. aut affectio eſt accidentalis, & gratuita, vt quãdo ille teſtatur, qui nullo naturali fœdere copulatur, ſed ſolum meritis ad teſtandum prouocatur, & tunc noĩe filij non continentur nepotes: qa verba dẽnt intelligi per prius, & nõ per poſterius, vñ ſi lego filijs Titij mihi oĩno extraneis, nõ cõtinentur nepotes eius: qa aliter diffinitur filius, aliter nepos. l. filium diffinimus. cum ſimilibus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCIII.

1 *Mulier, quando incipit eſſe locus tutelæ, ſi ſit minor, & non petiit tutelam, nec poſtquam maior eſt effecta, an excuſetur.*

1 In Chriſti nomine. † Mater in prædio ſuccedit, attento, ꝙ cũ primum tutelæ cępit eſſe locus, ipſa erat minor, & per hoc excuſatur à ſolicitudine petẽdi tutorem, vt l. 2. C. ſi aduerſus delictum. ex quo enim lex eam excuſat, perpetua excuſatio eſſe debet, & perpetua immunitas: quia quoties lege non cauetur, ꝙ ſit temporalis excuſatio, priuilegium dẽt eſſe in perpetuum. facit qđ no. in l. 1. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſaria. & iſta eſt opi. Spec. in tit. de in integ. reſti. §. ſi quis autem. verſi. ſed ſi ipſa. non ob. quod no. de leg. 2. l. Titia. §. vſuras. vbi dicit, quando ætas fert locum priuilegio, finitur priuilegium finita ætate: quia ibi priuilegium continebat odioſam vſurarum exactionem, & alterius impugnationis, hic vero meram & fauorabilem minoris defenſionem. Item in vſuris, quæ cauſantur ex tpe ſucceſſiuo, neceſſe eſt ſua tempora ſpectari: ſed in his, quæ vnico tñ tempore conſiderantur, debemus ſpectare. Præterea vt l. quid ergo. in prin. de his, qui no. infamia. cum ſi. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCIIII.

1 *Filius legitimus & naturalis an poſſit petere legitimam à patre viuente.*

In Chriſti nomine. Quidam de Inſula habens filium legitimum & naturalem in ſua poteſtate, iſte filius petit à patre, ꝙ det ſibi partem ſuam, pater non vult ſibi aliquid dare.
1 † Quæritur, quid velit ius de hoc. Rñdeo, pater iure naturali tenetur alimentare filium, vt l. 1. §. pen. ff. de iu. & iu. & l. ſi quis à liberis. de libe. ag. C. de nat. lib. auth. licet. lex enim naturæ eſt ſibi genito exhiberi. aliud aũt pater non cur. filio, donec pr̃ viuit. nam viuo patre filius nullũ ius hẽt in legitima portione. ff. de lib. agn. l. fi. ff. ſi qđ in fraudem patroni. l. non vſq; adeo. in auth. de hæ. & fal. §. ſi vero. ff. de vul. ſub. l. lex Cornelia. imo ſi pater vellet, non poſſet ei dare in ꝓprietatem. qa profectitium ꝓ eſt in dñio patris, etiam patre inuito. C. de inoffi. don. l. 2. fallit in dote. ff. fa. er. l. Pomponius Philadelphus. & ideo filius iſte dẽt in iſta ſua petitione ſilere, & non moleſtare patrem: alimenta tñ in ſubſidiũ vitæ pius pater nec dẽt, nec p̃t denegare, qa tenetur alere. ſed quæro, qđ ſi filius vult ali per ſe, dic, vt no. de ope. lib. l. ſicut. vbi dicitur, ꝙ ibidem dẽt ali, vbi operatur. vnde ſi non operatur patri, non eſt alendus, & no. illam legem: quia dicit aliud, videlicet, ꝙ mulier non p̃t petere alimenta illius anni poſt matrimonium diſſolutum, niſi operetur in domo viri. & no. illam gl. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCV.

1 *Cancellatio, an & quando probet debitum ſolutum.*

In Chriſti nomine. In quodam libro, ſiue quinterno rationũ apparet, qualiter quidam à mercatore, cuius negotia adminiſtrauit, recepit nonnullas pecuniarum quantitates, & ꝙ reſtituerit mercatori, vel in res mercatoris conuerterit nõ apparet, tamen
1 apparet codex iſte rõnum cancellatus apud eius hr̃dem. † Quęritur, vtrũ ex hoc codice rõnum poſſit cõueniri ad dictas quantitates, quas conſtat receptas, ſolutas aũt non apparet. Rñdeo, cancellatio alia eſt formis. i. cum cã, & eſt facta, vel approbata ab vtraque parte: & tunc operatur cancellatio illud, quod cã in ea inſerta ſuadet: cã autem dr̃ forma, ergo dat eſſe cancellationi, ſicut dicimus, illud eſt iur̃m forme, qđ eſt cum cauſa: illud informe, qđ eſt ſine cauſa. vt l. ſi duo patroni. §. pen. de iur. & plene no. Inſti. de act. §. item ſi quis poſtulante. & ita loquitur. ff. de pact. l. emptor. §. Lucius. C. de condi. ſine cauſa. l. diſſolutæ. C. ad exhib. l. fi. ff. de fur. l. qui tabu. & l. fullo. §. vlt. Aut cancellatio eſt informis. i. ſine cã, & tunc aut apparet facta per creditorem, & debitor liberatur. ff. de pac. l. Labeo. Nam ſcriptura includit ipſum delictum repreſentatiue, & contentatiue, vt C. de don. l. 1. Aut ſi apparet facta per debitorem rei non prodeſt, ſicut non prodeſſet ſcriptura liberatoria: nemo enim ſibi aſſcribere poteſt. C. de proba. l. exemplo. C. de conuenien. fiſci debito. l. item calculus. Aut apparet facta per tertium, & idem, etiã ſi ille tertius ſit notarius ſecundum Martinum Sy. quod ſic debet intelligi, ſi facta appareat poſt inſtrumentum conſcriptum, & rogitum perfectum, aliàs enim præſumeretur, ꝙ in fieri inſtrumenti ab ipſo principio partes diſcordaſſent, vt ff. de edendo. l. ſi qs ex argentarijs. §. ſi initium tabularum. Aut eſt dubium à quo, & quare. & tunc ſi inſtrumentum reperitur apud debitorem, pręſumitur facta cancellatio per debitorem, & non valet talis cancellatio, aut reperitur apud creditorem, & tunc cancellatio valet, ſi creditor erat homo diligens, & circumſpectus: & debitor domeſticus erat bonæ vitæ, & bonæ conuerſationis: nam ex qualitate perſonarum quędam diſtinctio iudicis arbitrio adhibenda eſt: quoniam de præſumptione lis eſt apud iudicem. ff. de prob. l. ſi chyrographum. & no. ff. de pact. l. poſtq̃. & C. de ſolut. l. pecunię. & l. ꝙ debitori, & in dubio p̃ſumitur quilibet circumſpectus, niſi ætas repugnet. Item quilibet bonus. & ideo in caſu nr̃o in omni dubio ſtandũ eſt cancellationi, niſi elideretur per aliam p̃ſumptionem probandam ab agente, vt dixi. & ſi dicatur, quomodo vnq̃ probat ſcriptura vituperata per cancellationem, de cenſib. c. cum venerabilis. de edi. diui Adria. l. fi. Rñdeo, non omnis cancellatio vituperat ſcripturam, ſed ſolennis & legitime facta. C. de teſtamentis. l. ſi vnus. Ego Baldus.

CASVS.

Punctus quæſtionis talis eſt, dominus noſter Papa conceſſit magnificis viris domino Franciſco, & Butio de Vrſinis certa caſtra ſita in comitatu Sabin. & eiſdem conceſſit omnia & ſingula debita debenda cameræ Romanæ eccleſiæ, & redditus, & fructus eorum percipiendos cum mero, & mixto imperio. & alijs capitulis, prout in reſcripto videre poteris. Caſtrum Turnij ante ipſam conceſſionem extitit per officiales eccleſiæ in certa quantitate pecuniæ condemnatum: nunc dicti officiales volunt executionem facere de condemnatione prædicta. Quęritur, nunquid dicta executio fieri poſſit de iure per dictos officiales eccleſiæ, an executio ipſius condemnationis ſpectet ad dominum Franciſcum prædictum.

CONSILIVM CCCV.

1 *Conceſſo caſtro cum omnibus, & ſingulis debitis, redditibus, & fructibus percipiendis, an veniant condemnationes facta ante conceſſionem, cum conſi. ſeq.*

1 In Chriſti nomine. † Diſtinguendum eſt, aut maleficiũ eſt commiſſum



commiſſum in territorio dicti caſtri, vel in ipſo caſtro: tũc pertinet condemnationis emolumentũ ad dictum dom. Franc. Aut eſt commiſſum extra territoriũ ſuum, & tunc refert: aut ipſe proceſſit ratione originis, & condemnauit delinquentes: & talem condemnationẽ ipſe poteſt exigere. C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. aut fecit condemnationẽ iudex loci delicti, & tunc non pertinet emolumentũ condemnationis ad dom. Fran. tamẽ iſte iudex non poſſet per ſe bona immobilia dicti condemnati exiſtentia in dicto territorio, alias caſtro ingredi, nec de facto incorporare ſibi: quia non poteſt falcem immittere in territoriũ alienum, nec in iuriſdictionem alterius. l. cum vnus. §. is qui. & no. in l. cunctos populos. per Gul. & alios. & generaliter eſt verum, ꝙ quando ſunt plures ordinarij habentes diſtinctũ territorium, vnus in alterũ, vel in alterius territorio nihil poteſt. ff. de ſol. l. quæro. & no. ff. de manu. apud eum oportet enim iuriſdictionẽ ſuam, & emolumenta ſua vnicuiq; conſeruari, & nemini ſuum ius detrahi. C. de off. præfec. vrb. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. l. 2. do. Franc. ergo debet conſequi de omni emolumento perſonalia, & realia in territorio ſibi cõceſſo, & quæ reſpectu incolarũ eiuſdem, vel ſui territorij contingũt. ad municip. l. de iure. & ita in præteritis cõdemnationib. ſicut in præſentibus & futuris: quia territoriũ eſt quid vniuerſale, & in vniuerſali veniunt omnia, quæ eiuſdẽ vniuerſitatis ſunt: vt no. ff. de fun. inſtr. l. Luc. & C. quæ res pig. ob. poſ. l. fi. prope fi. & facit. ff. de ver. ſig. l. princeps. & C. de bonis va. l. ſi fundo. li. 10. Erant eñ illa iura came. & camera cõceſſit quæcunq; iura. vnde & actiones cõceſſiſſe vr̃. & ita dico, & conſulo. Ego Bal. de Peruſ. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CASVS.

Punctus quæſtionis talis eſt: dñs noſter Papa conceſſit Magnifi. viris dom. Fran. & Buctiõ de Vrſinis certa caſtra ſita in comitatu Sab. cum omnib. territorijs pertinentijs, & diſtrictibus, aquis, & aquarum decurſibus, molendinis, paſcuis, poſſeſſionibus, diſtrictibus, redditibus, & prouentibus, bonis, & iuribus quibuſcunq; eidẽ do. p̃p̃. & Eccleſiæ Romanæ, nec non mero, & mixto Imperio, & omnimoda iuriſdictione ad eccleſiã præfatam ſpectantibus, inde & alijs capitulis, prout in reſcripto videre poteris. Caſtrũ Turnij, & aliquæ ſpeciales perſonæ de dicto Caſtro, ante conceſſionẽ præfatam fuerunt per vicariũ fictè cõmunitatis Sab. pro eccleſia Romana condemnati in certa pecuniarũ quantitate de certis maleficijs, & delictis cõmiſſis in territorio dicti Caſtri, ſeu in ipſo Caſtro. quæritur, nunquid dicta executio fieri poſſit de iure per dictos officiales Eccleſiæ. An executio dictarũ condemnationum ſpectet ad do. Franc.

Ad idem. CONSILIVM CCCVII.

In Dei nomine. Quia apoſtolicus conceſſit d. Fran. quæcunq; iura eidem, & Eccleſiæ Romanæ ſpectantia in dictis caſtris, & condemnationes ſunt cameræ, quãquã propriè merè perſonalia non ſunt in loco certo, tamen includuntur ſub huius Nicoli conceſſione: quia ſunt magis perſonales præſtationes, quam iura merè perſonalia: ſunt eñ commoda iuriſdictionis, & iuriſdictio eſt realis, & loco certo circunſcribitur, & limitatur. C. vbi, & apud quos. l. fi. quod ergo inter fines cõceſſos committitur, vel diuiſum erit tempore conceſſionis, de quo non erit facta executio per cameram Romanam ad commodum dom. Franc. pertinet: quia fructus pertinent ad feudatariũ, & non ad proprietariũ, vt plenè no. in §. ex cõtrario, & pro parte cõſul. Ego Bal. de Peruſ. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſignaui mei nominis ſigno: quia cum fructibus percipiendis, quàm perceptis: nõ enim dicitur peremptum, licet ad ſententiam ſit ventũ, vt l. nepoti. de fun. inſt. & hoc teneo ſalua ſemper veritate famoſorum.

1 *Iure communi, & conſuetudinario, ac etiam ſtatutario; an dos profecta à patre reuertatur ad dotantem nulla ſtipulatione interueniente ſuperſtitibus liberis & quid ſi ſtipulatio interuenit.*

1 In Dei nomine. † De iure communi ſunt duo caſus dubitabiles in illa materia. An dos à patre profecta ad dotantẽ reuertatur ſuperſtitibus liberis ex illo matrimonio procre. Caſus primus eſt, vbi nulla interuenit ſtipulatio, & iſte caſus determinatur. C. ſol. matr. l. dos à patre. Secundus caſus eſt, vbi pater eſt ſtipulatus ſibi reddi: & iſte caſus determinatur. C. de rei vx. act. l. rem in præſenti, §. videamus. de iure aũt cõſuetudinario ſunt duo caſus. primus, qñ nulla interuenit ſtipulatio, & tũc remanet apud maritũ pro liberis: vt no. in d. l. dos à patre. Secundus qñ interuenit ſtipulatio, & tunc ſtandũ eſt tenori ſtipulationis. C. cõm. vtriuſq; iud. l. fi. Sed aduertendũ quid iuris, ſi ſtipulatio ſit diſiunctiua: quia pater ſtipulat̃ reddi ſibi, aut cui reſtitutio debeat fieri. Rñdeo, quia ſe præmiſit in ordine ſtipulationis, & ratio iuris cõmunis præfert eũ, ſi ipſe tpe ſoluti matrimonij ſupereſt, ſibi quæritur actio, ſed ſi nõ viueret, tũc quæreret̃ filijs, & hæredib. filiæ. d. §. videamus. & hoc in patre, qui dotando nõ præſumitur donare, ſecus in auo materno. l. Caius. ſol. mat. tũc eñ mulieri quæritur actio, vt ibi notabiliter dicit tex. Sed quia nos ſumus in ſtat. municipalib. dicendũ eſt, ꝙ vir lucret̃ ſolã tertiã partẽ tam dotis ſolutæ, quã ſoluendæ, aliæ duæ partes pertinent ad ſtipulantẽ, & eius hæredes: vt in ſtatuto, ꝙ incipit. Item ſtatuimus. verſ. & idẽ dicimus, ꝙ non corrigitur per inferiora ſtatuta, vt no. in Auth. de nup. §. hinc nos. Et ita dico. Ego Baldus.

In nomine Domini, Amen.

Angelucius & Petrus. Maſcij.
Ioannes — Angelucij prædicti.
Andreas, &
Angelucius — Filij Petri.
Clara filia Ioannis ſupradicti.

Factum tale eſt. Pucciolus Nicolæ auus maternus Claræ filiæ quondam Ioan. Angelucij fecit diuiſionem bonorum dict. Clar. ſuæ neptis cum Andrea, & Angelutio filijs Petri fratribus conſobrinis dict. Clar. iam ſunt 9. anni, vel vltra. & poſtea mater dict. Clar. tranſiuit ad ſecunda vota, & dicta Clara remanſit in domo vnà cum ſupradictis Andrea, & Angelutio, facta cum ſupradictis diuiſione, & cum ſupraſcriptis Andrea, & Angelutio per tempus quinq; anno. & plus, poſtea mater prædictæ Claræ maritauit eam cum omnibus ſuis bonis ſine inſtrumento: nunc prædicta Clara, & Dominicus eius maritus petũt bona obuenta in partẽ dict. Clar. propter diuiſionẽ, quam fecit dictus Pucciolus cum ſupradictis Andrea, & Angelutio, ipſis contradicẽtibus, & dicentibus, ꝙ non debet dict. Clar. aliquid habere de dictis bonis. primo: quia aliqua ſunt liuellaria Eccleſiæ Sancti Saluatoris, & ſunt refirmata eis per d. Abb. dictæ, &c. Item quia alia bona ſunt propria, & dicunt, ꝙ ipſi poſſederũt, & nunc poſſident, & non debet habere. Item dicta Clara, & Dominicus eius maritus continuo habitauerunt, & nunc habitant in domo obuenta ſibi in partem ex dicta diuiſione, & non permittunt intrare dictum Dominicum in dictam domum. Sed ipſa Clara dat ſibi comedere extra domum, quæritur quid iuris. Item an dictus Dominicus maritus dictæ Claræ poteſt accuſare prædictos Andream, & Angelucium, qui non permittunt eum intrare in dictam domum, nec ne.

CONSILIVM CCCVIII.

1 *Emphyteuſis recepta à pluribus pro ſe, & filijs maſculis, & eis defunctis veniat ad vnam fœminam; ſi filius vnius moriatur ſine filijs maſculis, & cum vna fœmina, portio ſua non accreſcit maſculis, ſed venit ad filiam fœminam*

1 In Dei nomine. †Emphyteuſis, quam receperunt Ang. & Pe. pro ſe, & eorũ deſcendẽtibus maſculis, & eis defunctis veniat in vnam fœminam, mortuo vtroq; cum filijs maſculis, & poſtea mortuo altero cum fœmina, portio illius vadit ad illã fœminã, & nõ ad collaterales. tex. eſt vnicus valde no. in 10. col. de duob. fratrib. à capitaneo inueſtitis. c. duo fratres. & iõ nõ potuit refirmari alteri in præiudiciũ dictæ filiæ. item maritus poteſt ire ad habitandũ cum vxore ad domũ, in qua vxor habitat, & vti bonis vxoris de eius voluntate. non ob. ꝙ filij ſint in poſſeſſione vnà cum ea: vt ff. de vſu & hab. l. cæterum. §. mulieri. & non permittentes tenentur mulieri de vi turbatiua. ff. de verb. obl. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri quominus. vbi hoc probatur expreſſe. Et ita dico, & conſulo. Ego Baldus de Peruſi. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CASVS.

In nomine Domini. Punctus, ſuper quo petitur conſiliũ deferri, talis eſt. Quædã do. Alenucia filia q. Chichini do. Martini, in vltimis conſtituta ſuum condidit teſtamentum, in quo reliquit, &

quit, & legauit Io. Lipucij ſuæ filię moniali, monaſterij S.Bar. de Turpa de Tuderto tēpore ſuæ vitæ omni anno à die mortis teſtatoris prædictæ 15.li.bon.dena. cum hac cōditione, videlicet, ꝙ ſi infraſcripti ſui hæredes, vel aliquis ipſorū neglexerit ſoluere dictū legatū, ꝙ ille, & illi, qui neglexerint, ſeu neglexerit dictum legatū ſoluere, cadant, ſeu cadat à d. hæreditate, & ſuccedat ipſa do.Io. tempore ſuæ vitæ, & ipſam do.Io. ipſo iure in legato hęredē inſtituit, & ꝙ plus de bonis ſuis petere, vel habere non poſſit. In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilib. & immobilib. iurib. & actionib. præſentib. & futuris dominas Iacobutiam, Andreutiā, Conteſſam, Franciſcam, & Teclam filias dictæ teſtatricis, & Ser Gorum Cicholi ſuum virū ſibi hæredes vniuerſales pro ęqualibus portionibus, & partibus inſtituit, fecit, & reliquit, poſt hæc deceſſit dicta domi. Alenutia dicto teſtamento per eam condito nō mutato, ſuperſtitibus, & ſuperuiuentibus ſibi dictis dominabus Iacob. Andreutia, Conteſta, Franciſ. & Tecla ſuis filiabus, & dicto Ser Goro eius viro, & ſuperſtite dict. do. Iacoba ſua filia legataria prædicta. & poſt hæc prædicta domina Iacob. & Andreutia, & dictus Ser Gorus pro partibus eis contingentibus ex dicto teſtamento hæreditatem dictæ dominæ Alenutiæ adiuerunt, & acceptauerunt, & prædictæ Conteſſa, & Franc. & Tecla dictam hæreditatē pro partib. eis cōtingentibus renunciauerunt. & poſt hoc pro partę dictæ dominæ Ioannæ monialis dicti monaſterij legatariæ prædictæ fuit, & eſt actum corā vicario domini epiſcopi Tuderti, & tunc agitur ad dictum legatū 15.li. ſibi factum per dictam teſtatricem in dicto teſtamento prædicto, contra Angelum filium quondā & hæredem dicti Ser Gori, & contra prędictas Iacob. & Andre. & fuit, & eſt aſſertū, & aſſeritur pro parte dictæ do.Io. legatariæ prædictæ, ꝙ dict. Ang. & iam aliæ ſupranominatæ hæredes inſtitutæ in teſtamento prædicto ceſſauerunt, & neglexerunt, & ceſſant, & recuſant dictū legatū 15.li. ſoluere dictæ do.Io. & pro parte dicti Angeli opponit᷑, & reſpondetur, ꝙ ex quo hæredes inſtituti in dict. teſtamento neglexerunt, & ceſſauerunt dictum legatū ſoluere dictæ do.Io. ꝙ conditio appoſita in dict. teſtamēto euenit. nam propter negligentiā prædictā hæredes in dic. teſtamento inſtituti ceciderūt, & cecidiſſe de iure cenſentur à di. hæreditate, & quod in dicta hęreditate ſucceſſit, & ſuccedit dicta do. Ioanna attentis verbis, & attenta forma teſtamenti prædicti. & ſic petit dictus Angel. pronunciari, & declarari per dictum do. Vicarium epiſcopalis curiæ ipſum Ang. filium quondam, & hæredē dicti Ser Gori, ac etiā alios hęredes inſtitutos in di. teſtamento cecidiſſe ab hæreditate prædicta, & in ipſa hæreditate ſucceſſiſſe, & ſuccedere dictā do.Io. legatariā prædictam, & eo maximè, quia vt præfertur, neglexerūt, & recuſauerūt, ac etiā recuſant dicti hæredes inſtituti dictū legatū ſoluere di. do. Io. legatariæ in di. teſtamento, & an dict. Ang. filius quondā, & hæres dicti Ser Gori in eodem teſtamēto inſtituti ceciderint à dicta hæreditate do. Alenutiæ, & an ipſa do. Ioan. ſucceſſerit, & ſuccedat in di. hęreditate, & an dictus Ang. filius quondā, & hęres dicti Ser Gori, & alij hæredes in di. teſtamento inſtituti poſſint petere per dictum dominum vicariū epiſcopalis curię pronunciari, & declarari ipſum Angelum, & alios hæredes inſtitutos in dicto teſtamento cecidiſſe à dicta, & in dicta hæreditate ſucceſſiſſe, & ſuccedere di. do. Io. legatariā, ex eo: quia neglexerunt dictū legatum ſoluere eidē do.Io. ſed conditione appoſita in dic. teſtamento, & an dic. Angel. filius quondā, & hæres dicti Ser Gori, & alij hæredes in dicto teſtamēto inſtituti, qui hæreditatem dictæ Alenutiæ adiuerunt, pro partibus eis contingētibus, poſſint, & debeant cogi ad ſoluendum dictum legatum dic. dom. Io. præſuppoſito, & poſito pro conſtanti, ꝙ ipſa dom. Ioanna legataria velit ſibi ſolui dictum legatum, & nolit ſuccedere in dicta hæreditate dic. do. Alenutiæ, Viſo puncto prædicto, & dicto teſtamento in Chriſti nomine conſulatur.

CONSILIVM CCCIX.

1 *Pœna appoſita legato, an, & quando poſſit peti relicto legato, & econtra.*

1 In Dei nomine. †Pœna quandoq; apponitur ad tranſlationē relicti, vt primum transferatur in ſecundū, & tunc tranſlato legato ſolū legatum peti poteſt, & non primū. ff. ad l. fal. l. 1. §. Item ſi ita. & l. 1. de pen. leg. & l. ſi pen. quando dies leg. cedat. quādoq; pœna apponitur ad grauationem moræ: & tunc abſurdū eſt pœnā proficere ei, qui in eam incidit. vnde ſi creditor nō vult, non tenet᷑ dimittere principale, & petere pœnale, de tranſa. l. qui fidem. in gl. de pac. inter emp. l. commiſſoriæ, & idem in hærede prina. de leg. 1. l. ſi ſeruus plu. §. 1. quapropter credo dictæ moniali cōpetere ius petendi dictū legatū: qa nō eſt diſpoſita pœna cōſideratione vtriuſq;, ſed ſolū culpa ad grauandā cōtu. C. de fideic. l. fi. & auth. hoc amplius. Et ita dico, & conſulo. Ego Bal. de Peruſi. V.I.D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCX.

1 *Vitricus an poſſit eſſe tutor.*

1 In Dei nomine. †In primis videndū eſt, an vitricus poſſit eſſe tutor priuigni, vel priuignę. & ſuper hoc ſunt tres opinio. Prima eſt, ꝙ poſſit, vt ff. de adop. l. nonnunquā. & l. fi. C. de contrario iud. tutelę. Scda eſt, ꝙ poſſit eſſe teſtamentarius, nō datiuus: vt no. in Auth. de nup. §. eiuſdē quoq;, &c. C. vbi pupil. educa. debe. l. 1. & Azo in ſum. dat exemplū in teſtamentario: quia pater amicum ſuum reliquit tutorē, qui amicus mortuo teſtatore, vxorem quondā eius in vxorem accepit. Tertia opi. eſt ante nu. poteſt tutor dari, ſed poſt nuptias non: nam cum repellatur mater propter mariti ſuſpicionem, ergo & multo fortius repellitur ipſe maritus: quia propter ꝙ vnumquodq;, & illud magis. vt in auth. multomagis. coniuncta. l. lex quæ tutores. C. de admin. tu. Guil. de Cu. in d. l. nonnunquā. & Cy. ibid. in lect. dicunt indiſtinctè, ꝙ poteſt eſſe tutor, pręſertim ſi per inquiſitionē datur: quia inquiſitio omnē ſuſpicionē excludit: vt ff. de confir. tu. l. naturali. §. 1. & l. vtilitatē. & ita teneo, ꝙ dic. Franc. dictæ pupillæ potuerit ei tutor dari, & ſit verus tutor. Sed cōtra hoc opponitur. nam iuris eſt, ꝙ pupillæ non potuit tutrix dari propter ſecundas nuptias: vt in Auth. de nup. §. ſi aūt tutelā. & in auth. ſacramentū. C. quando mulier tu. off. fun. pt. ergo non pt habere coadiutorē, cum principale nō teneat: ergo nec acceſſoriū, officium em̄ coadiutoris principale nō eſt, ſed acceſſorium, vt C. quom. & qn̄ iudex. l. ſi præſes quaſi deſertā. Præterea iudex ita dedit matrē, & vitricū ſimul, ꝙ nō ſeorſum: ergo ſi vnus non poteſt eſſe, nec alter, vt ff. de arb. l. Pedius. §. vnde Iulia. Sed reſpondeo, ꝙ Fran. fuit datus tutor, & ſic principaliter. vt ff. de admi. tu. l. decreto. §. ſi duob. & l. conſilio. §. fi. de cu. fu. & licèt mater prohibeatur, poſſunt ſine ea cūcta explicari, vt ff. de admi. tu. l. cum quis decedens. §. Papi. & ff. ꝙ falſo tu. aucto. l. 1. §. ſed Pomp. itē opponitur, nam mater prædicta geſſerat tutelā, & erat obligata ratiocinationi, & bona ſecundi viri ad idem erant obligata, vt C. qn̄ mulier tu. off. fun. pt. l. 2. & C. in qui. cau. pig. ta. cōtra. l. ſi mater. ergo vitricus repellit᷑ à tutela pp obl. bonorū. vt no. in auth. minoris debitor. ad hoc reſpōdeo, ꝙ nō conſtat, vtrum mater ſit debitrix in aliquo, nec vtrum in parua, vel magna quantitate, nec ipſa tanquā principalis ſit ſoluendo, vel nō. & ideo nō pt ad extraneū hypotheca deueniri. facit, ꝙ notant doc. in l. 1. ff. ſi cert. pet. & in dicta auth. minoris debitor: ergo non repellitur Franc. à tutela, ſed potius debet admitti ad ipſam. & ita teneo, licet mater tutrix eſſe non poſſit. item opponitur: quia ſunt legitimi. Reſpondeo ſunt excuſati: vt ff. de teſt. tut. l. ſi quis ſub condit. & ideo locus eſt datiuo tutori, & ſic dictus Franc. eſt tutor ſecundum has ſcripturas. Et ita dico, & conſulo. Ego Bald. de Peruſ. V.I.D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCXI.

1 *Stantes in territorio vnius ciuitatis per annum, & vltra cum vxore, & filijs, & ſoluendo angarias illius ciuitatis non dicūtur contraxiſſe domicilium: adeo quod poſſint puniri de maleficio alibi commiſſo intra illud tempus: ſed quid ſi penſato animo committendo malefic. diſceſſerint de vno territorio, & commiſerint tale maleficium in alio, an poſſint inquiri & puniri per iudicem, vbi initum eſt conſilium. & nu. 3. 4. 5. & 7.*

2 *Domicilium contraxiſſe, quæ requirantur, vt quis dicatur.*

6 *Facta quæ ſint illa, ex quibus animus transferendi domicilium colligatur.*

8 *Stante ſtatuto, quod poteſtas poſſit ex officio inquirere, ſeu per inquiſitionem contra ſubiectos procedere, an poterit procedere contra domiciliarios, de quibus ſupra.*

De omnibus adde conſilium Bald. infra conſi. 313.

Quæſtio ſuper qua conſiliū petitur, ponitur eſſe talis. quatuor homines, videlicet Petrus, Martin. Titius, & Sempronius origine Piſani, pp nōnulla maleficia per eos cōmiſſa, & perpetrata fuerūt banniti à dicta ciuitate Piſarū in perſonis, ſuccedente tēpore poſt prædicta bannimēta d. Pe. venit ad



venit ad territoriū ciuita. Ianuæ & ibidē ſtetit per annū, & vltra ſemper, comedendo, & bibēdo in duab. tabernis, & retinuit in dicto termino duos filios naturales, ibat, & redibat, quo volebat pro libito volūtatis, tn̄ pro maiori parte tpis ſtetit cōitèr in dicto territorio, & ſimiliter d. Mart. ſtetit in dicto territorio per annū, & vltra cū vxore, & familiā & domū cōduxit, & ſoluit angarias cōis Ian. demū dicti quatuor receſſerūt de territorio cōis Ian. & iuerunt ad territoriū ciuit. Piſarū, & ibidē certos bannitos, & habitantes occiderunt, iudex ciuit. Ian. fecit dictos quatuor capere, & habet in fortiā ſuam, & vult eos punire de dictis
1 homicidijs. †Quæritur primo, an poſſit, & ſi pt, an poſſit cōtra eos per modū inquiſitionis procedere. Et vt ex prædictis apparet, duo quæruntur. primo, & principaliter quæritur, ſi pōt per iuſdicentē Ian. cōtra prędictos quatuor procedi pro homicidijs
2 commiſſis in territorio ciuit. Piſarū. † Super qua quæſtione eſt principaliter videndū & conſiderandū, an iſti quatuor, per ea, quæ in themate dicto ſupponuntur in facto, ꝙ ſunt originarij Piſarū, probentur incolæ, & hi intelligātur habere domicilium in ciuit Ianuæ, an nō. ſi em̄ incolæ eſſent, & ibi domiciliū haberent, nō eſſet dubiū, ꝙ per iuſdicentē Ia. poſſent de dictis homicidijs procedi, & poſſent puniri: vt eſt tex. & gl. in l. 1. vbi de cri. agi oportet. & l. relegatorū. §. interdicere. de interdic. & releg. cum ſi. Si verò nō ſunt incolæ, clarū eſſet nō poſſe procedi: cum nō pertineat ad eius iuriſdictionem, nec ratione perſonæ delinquentis: vt l. ſi. de iu. om. iu. & l. 3. ff. de off. præſi. cum ſi. & cōtra prædictos Martinū, & Titium duo ponuntur in themate facto, quibus videtur probatū incolatus, & domiciliū. primò quia in territorio Ian. habitauerunt cum eorum vxorib. & familia per annum, & vltra, & habitabant tempore dictorū maleficiorum commiſſorū. Secūdo: quia ſoluerunt angarias cōmunis Ian. Itē videtur probata ex aſſidua conuerſatione, quæ quaſi ſola ſufficere videtur, & ſi ibi nō habuerunt domiciliū: vt probatur in l. 2. §. infan. C. vbi ſenatores. vel clariſſimi: vbi tex. alternatiuè loquit᷑, & ſup prædicto puncto dico viſis allegationib. mihi tranſmiſſis copioſe, & eleganter factis ꝓ vtraq; parte, & alias hincinde videndis diligenter inſpectis, & conſideratis, dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, & ſuæ matris ſanctiſſimæ Virginis glorioſæ nominib. & ſuffragijs, inuoc. Conſiliū mei Petri dn̄i Albiſi de Piſis legū doctoris tale eſt, ꝙ per dictū iuſdicentē nō poſſit procedi de dictis homicidijs: cū appareat eos eſſe Piſanos, & nō apparet eos hr̄e
3 domiciliū Ian. †in cōſtitutione aūt domicilij animus, & factum requirit᷑: vt l. domiciliū. ff. ad municip. & habitatio requirit᷑ interuenire eo animo, vt ꝑpetuo ibi ſit, & maneat: vt l. ciues, & gl. ibi. C. de incolis. 10. li. talis curſum habitatio hic nō apparet interueniſſe, nec præſumit᷑ ante ſum. decē annorū: vt no. eo. ti. l. 2. maximè in habitatione extra locū originis, ar. l. fi. C. de præſcr. lon. tēp. & iſtā opi. tenet Roffr. in ti. qualiter declinetur iudiciū. Nec ob. ad hoc. l. 2. C. vbi ſenatores, vel clariſ. s̄: qa debet intelligi aſſidua cōuerſatione. 10. annorū: vt ibi no. per Cy. & bene, qcquid Inn. dicat in c. ex parte. extra de for. cōp. vel de cōuerſatione aſſidua, vel ꝑpetuo vt ibi ſit, pro hoc facit: quia habitatio includit aſſiduam conuerſationē: vt l. 1. §. habitare. de his qui deie. vel effu. & tn̄ ſola habitatio nō probat domiciliū: vt l. libertus. §. ſola. ad munic. & l. 3. C. de inco. nec ad hoc ob. tex. in d. §. habitare. in fi. qa ibi ponit᷑ domiciliū pro habitatione, & domo. Cōcludo ergo, vt dixi, per dictū iuſdicentē nullo modo poſſe procedi per prædicta. Ex quo apparet ſolutum ſcdm dubium, videlicet, ꝙ per viam inquiſitionis multo magis ex forma ſtatuti Ianuæ procedi nō poſſit. Nec ob. ſi diceretur poſſe procedi, tanquā contra vagabundos, & vagantes. hoc nō eſt verum: quia nō ſunt vagabundi, quemadmodū ſunt vagantes, & diſcurrentes mundū propria habitatione carentes: vt l. generaliter. C. de ſacroſ. eccl. ibi, denegantes, &c. & no. in l. 4. §. prætor. de dam. inf. & ibi per doct. quales iſti nō ſunt. Item non obſtat, ꝙ ſoluerunt angarias cōmunis Ianuæ: quia talis ſolutio non concludit incolatus, ſiue coactè, ſiue ſponte ſit facta, vt l. fi. C. de his qui ſpon. mu. ſu. maximè ſi dicta ſol. fit ab habitantib. & domicilio carentibus & hoc puto de iure verum ſine præiudicio ſententiæ potioris, breuiter explicans, quia fides virtutem verborum ad nihil non deſiderat. Punctus quæſtionis, & allegationis, quas recepi, emitto cum præſenti conſilio proprio annulo ſignato.

Petrus domini Albiſi de Piſis legum doctor,
datum die. 1. Auguſti.

Conſil. in ſimili caſu.

An poſſit ipſos punire, & an per viam inquiſitionis, Chriſti, & eius Matris Sanctiſſimæ Virginis Glorioſæ nominib. inuocatis. Pro eruenda veritate thematis ſupraſcripti: quia ex ſupradicto themate ſatis elicit᷑, ꝙ ſupraſcripti Sempronius, Titius, Seius, & Io. propoſito, & intentione perpetrandi dicta homicidia in territorio Piſarū, iter ſuū arripuerunt à territorio Ianuæ. & ſupponamus ſine præiudicio, quod deliberatè, & appenſatè adinuicem colloquio habito in territorio Ianuæ de dictis criminib. perpetrandis à dicto territorio receſſerunt ad dicta crimina perpetranda, quæ crimina vt
4 ſupponitur perpetrarunt. † Modo quærimus, nunquid prædicti Sempronius, Titius, Seius, & Io. dicātur in territorio Ianuæ deliquiſſe? & iure videt᷑ ꝙ ſic: quia propoſitū maleficij, & homicidij deductū ad actum extrinſecū perficit crimen, vt ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. §. diuus. & C. eo. l. is qui cum telo. & prius in homicidio præponderatur animus deductus ad actum extrinſecum, quam factum ſubſecuti homicidij: vt dictis iurib. continetur. l. vel certè. & l. diuus Adr. vbi dicit᷑, ꝙ in l. Corn. volūtas ſpectatur, non exitus. cū ergo deliberato propoſito perpetrandi dicta homicidia ſuum propoſitū deduxerūt in territorio Ianuæ. iter videlicet, & forte arma aſſumendo: ergo dicentur in territorio Ianuæ deliquiſſe potiſſimè, quia effectus cuiuſq; rei debet attribui parti, quæ præponderat, ar. in l. quærit᷑, hermafroditus. ff. de ſtatu hominū. pro quo facit. l. adeo. §. cum quis. ff. de acq. re. dom. Item pro hoc facit: quia ſola arreptio itineris ad crimen committendū crimen inducit. C. de ſerui. fug. l. ſi fugitiui. Item pro hoc facit, quod licitū eſt arguere de tempore ad locum, vt l. vinum. ff. ſi cert. pet. & l. vltima. de vſu & ha. ſed conſtat, ꝙ quando vna ordinatio, ſeu diſpoſitio diſponitur ad vnum effectum, ſubſequens attribuitur diſpoſitioni, quo ad tempus: non aūt diſpoſitio attribuitur effectui ſubſecuto: vt l. qui prior. & l. qui balneum. ff. qui potior. in pig. hab. & l. ſi filius. ff. de ver. obl. ergo quo ad locum. cum ergo tractatus, & deliberatio quæ præſupponitur ſine pręiudicio prædictorum, initiū & eſſe ſumpſerit in territorio Ianuæ, effectus homicidiorū ſubſecutorum ex tractatu, & deliberatione debet attribui loco deliberationis, & tractatus præhabiti. Item pro hoc facit: quia ſi cucurri ad hominem occidendum, & non potui, ſi poſtea ex ipſa deliberatione occido, videor ſtatim tempore primi occurſus occidiſſe, vt s̄. tex. eſt in l. quod ait lex. ff. de adult. Item pro hoc videt᷑ tex. quia crimina puniuntur, vbi commiſſa, vel inchoata ſunt. C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. vbi tex. ad literā. Sed iſta crimina homicidiorū fuerūt inchoata in territorio Ianuæ, vbi dicta homicidia fuerūt deliberata, & iter arreptū ad dicta homicidia perpetranda ſine præiudicio ſupponendo: ergo in territorio Ianuę puniri potuerunt. Itē pro hoc facit: quia ſupponendo ſine præiudicio prædicti tractando de homicidio adinuicem perpetrādo, vñr adinuicē cōmunicare, ſeu mandare, vt homicidiū committatur. & ſic obligari ex mandato, & ſic vt retro tenent᷑: vt in regula, ratihabitio. extra de re. iu. lib. 6. l. fi. C. ad Maced. l. bonorum. ff. rem ra. ha. Ex quib. euidenter concluditur, ꝙ cum prædicti homicidæ ex prædictis dicantur deliquiſſe in territorio, ꝙ poteſtas Ianuæ, ſeu iuſdicens poterit punire ipſos, & contra ipſos inquirere: cum ex l. municipali ſibi liceat inquirere cōtra delinquentes in territorio non ſuæ iuriſdictionis. & cum prædicti deliquerunt: ergo contra eos meritò inquiretur.

Conſil. in ſimili caſu.

Sed Chriſti, & eius Matris Glorioſæ & Beatiſſi. Virginis Mariæ nominibus inuoca. prædictis non obſtantibus, credo de iur. cōtrarium, videlicet, ꝙ prædicti vt delinquentes in territorio Ian. ex hoc per iuſdicentem non veniant puniendi in territorio Ian. quod probo: quia quādocunq; inter aliquos fit vna ordinatio, ſeu per aliquos diſponitur, vna cōiunctio in vno loco, & ordinationis, ſeu diſpoſitionis effectus cōfertur ad alium locū quo ad ſortiendū forū, & ad facultatē agendi, ſeu cōueniendi, ex dicta ordinatione inſpicimus locū, ad quem collata eſt ordinatio, ſeu diſpoſitio, nō autem quo ad forum inſpicimus, in quo vna eſt ordinatio, ſeu cōuentio, vt C. de act. & obl. l. cōtraxiſſe. & de bo. auth. ind. poſ. l. 3. & C. vbi conue. qui certo loco. l. 1. Ex quo cōcluditur, ꝙ ſupponendo, ꝙ dicti quatuor in territorio Ianuæ adinuicē conuenerunt, &

nerunt,& ordinauerunt de dictis homicidijs committendis, ꝙ
nõ ſunt ſortiti forũ ratione criminũ cõmiſſorũ, quo conuene-
runt, & ordinauerunt, ſed potius in loco, ad quẽ ſuam ordina-
tionẽ direxerunt, & crimina perpetrauerunt: & pro hoc facit:
quia ad forum ſortiendũ æquiparantur cõtractus, & delicta, vt
ff. de iud. l. omnẽ. Item pro eruenda veritate in præmiſſis eſt cõ-
ſiderandum, ꝙ delictũ, ſeu homicidiũ eſt tanquã principale, &
homicidæ cenſent̃ principales, conſiliũ, mandatũ, & iuuamina
ad delictũ cenſentur acceſſoria, & conſulentes mandatũ, & opẽ
pręſtantes dñr acceſſoriè obligati: vt l. non ſolũ. in prin. ff. de in-
iur. l. non eo minus. C. de acc. Quo pręmiſſo videamus materiã,
ꝙ quotieſcũq; actus diſponens obligationẽ acceſſoriã, & actus
diſponens obligationẽ principalem concurrunt in eiſdem, vel
eorundem perſonis: quia actus acceſſoriè obligatus non inſpi-
citur, ſed occultatur, vt quis ex eo non conueniatur. Et ſolus a-
ctus principalis obligationis remanet, & ex eo valido agit̃ vt ff.
de ſol. l. gñaliter. & ff. de duo. reis. l. ſi reus. & de fideiuſſor. l. Vra-
nius. Ex quo concluditur, ꝙ quamuis prædicti quatuor adinui-
cem firmauerint, & cõuenerint de homicidijs prædictis in ter-
ritorio Ian. cõmittendis in territorio Piſarũ, ꝙ quia dicti homi-
cidæ ſunt velut quid principale ad ipſas cõuentiones, & ordi-
namenta, ꝙ ipſi reperiunt̃ egiſſe actus acceſſorios ad delicta, &
actus principales, videlicet ipſa crimina, & ſic in eorundẽ per-
ſonis concurrunt actus principales, & acceſſorij obligationis.
debent ergo ipſa principalia inſpici, videlicet crimina, & deli-
cta, nõ ipſa acceſſoria, videlicet cõuentiones, & ordinamenta.
Itẽ ad hoc facit: quia is, qui perſuadet, is, qui ordinat, is, qui mã-
dat crimẽ cõmitti, tunc incipit teneri, cum crimen cõmittitur,
& nõ ante, vt ff. de fur. in l. quæ ſeruo. in ver. plus Pomp. ſcribit.
vbi tex. dicit, ꝙ is, qui perſuadet alicui, vt fugitiuũ ſeruum ſuſci-
peret, quamuis interim furti nõ teneatur, tunc tñ incipit tene-
ri, cum ille, qui perſuaſit fugitiuo, fur eſſe cœpit. ad ꝙ facit. ff. de
ver. ſig. l. cedere diẽ. Itẽ pro hoc: quia quãdocunq; ex aliquibus
præambulis actib. ſequit̃ mors corporis vmbrã, nõ venit puni-
endus ex actibus præambulis, ſed ex mor. vt l. illud. in fi. & l. ſi ex
plagis. ff. ad l. Aq. vñ concludit̃, ꝙ licet conuentiones, & ordina-
menta prędictorũ fuiſſent cauſa, ex qua homicidia in territorio
Piſarũ fuiſſent ſecuta, ꝙ debet inſpici mors, & locus, vbi crimi-
na ſunt cõmiſſa. Itẽ pro hoc: quia ſcd̃m gl. in publicis nõ debe-
mus ſpectare initiũ: vt l. pe. ff. ſi ex no. cau. agatur. cõiuncta. l. 1. de
pœnis, ex quib. ceſſant multa ex argumentis cõtrarijs. Item pro
hoc facit: quia quandocunq; ordinatio, ſeu diſpoſitio fit vno tẽ-
pore ad effectũ per ſe habilẽ, producit obligationẽ collatã in a-
liud tp̃s, inſpicimus effectũ, nõ ordinationẽ, nec cõuentionem
præambuli, vt ex eo agat̃, nõ ex ordinatione, nec ex cõuentione
præambula, vt ff. de ver. obl. l. quidã cum filium. & l. ſi verò non
remunerandi. §. ſi filiof. ff. man. vbi hoc notat Accur. Secus autẽ
ſi diſpoſitio concerneret actũ, qui non eſſet habilis per ſe pare-
re actionẽ: vt no. in d. §. ſi filio. & per hoc tollitur ar. d. l. qui po-
tior. & l. qui balneũ. Ex quib. cõcluditur, ꝙ cum iſtæ ordinatio-
nes prædictorũ, & cõuentiones ipſorũ factæ fuerunt in territo-
rio Ian. cõcernerent homicidia perpetrata in territorio Piſarũ,
quæ homicidia per ſe erant habilia obl. ꝙ nõ debent inſpici or-
dinamẽta, ſed homicidia. ex quib. ſatis liquet veritas certa præ-
miſſa, & per hoc nõ ob. argumenta contraria, quæ ex præmiſſis
apparerent ſublata. Nec ob. l. 1. C. vbi de crim. agi opor. quæ di-
cit, agi poſſe, vbi crimina cõmiſſa, vel inchoata ſunt. Et gl. ibi in-
telligit inchoata ſunt quo ad perſecutionẽ iudiciariã: nunc aũt
quo ad propoſitũ delinquendi vt habetur. Ex quib. cõcluditur,
ꝙ ratione criminis cõmiſſi, & fori, ꝙ ſortitur ex crimine nõ pñt
conueniri in territorio Ian. Sed modo quæramus, nunquid ra-
tione domicilij ſic ſortiatur forũ, vt ex criminib. alibi perpetra-
tis ipſe poſſit puniri, ſed de iure dico ꝙ ſic: quia delinquẽtes pñt
cõueniri vbi larẽ fouent, aut vbi maiorẽ partem bonorũ poſſi-
dent, & aſſiduè cõuerſantur; vt colligitur. C. vbi Senato. vel cla-
riſſ. l. 2. quo tex. conſtat, ꝙ quis habet domiciliũ, vbi habet ma-
iorem partem fortunarũ ſuarum, & aſſiduè cõuerſatur: vt colli-
gitur. ff. ad muni. l. aſſumptio. §. viris prudentib. per gl. C. vbi de
5 crim. agi oportet. l. 1. facit, ꝙ no. in auth. qua in prouincia. † Sed
modo videamus, nunquid prædicti quatuor vt s̃ poſiti in the-
mate poſſint dici habere domicilium in territorio Ian. pro quo
aduertendũ ꝙ domiciliũ re, & facto, & animo cõſtituitur, vt ff.
ad muni. l. domicilium. & nõ conſtituitur ſolo facto ſine animo

necanimo ſine facto: vt d. l. domiciliũ, notatur. animus aũt do-
miciliũ transferendi cõtra negantem nõ p̃t verè probari: ſed ex
præſumptionib. probatur animus abnegantis: vt l. Fulcinius. §.
quid ſit latitare. ff. qui. ex cau. in po. ea. & l. pro hærede. §. Papi. &
6 l. gerit. ff. de acq. hær. † Sed quæ ſunt illa facta, ex quib. animus
transferendi domiciliũ colligitur. Rñdeo, ꝙ ſtatim cum quis re-
cedit ab vno loco cum reb. ſuis, & ſe transfert in aliũ locũ, præ-
ſumitur habere animũ transferendi domiciliũ: vt no. per Inno.
extra de renun. c. tertio. Et hoc ex eo: quia quilibet homo præ-
ſumit̃ diligens: vt l. liberi, & l. omnimodo. C. de inoff. teſta. & di-
ligentia eſt rebus ſuis aſſiſtere, & multo fortius reb. & familiæ.
Item præſumitur animus domicilij transferendi, ſi aliquis co-
habitat decennio in vno loco, adhuc ſi res ſuas nõ tranſtuliſſet,
ita p̃t loqui. l. 2. C. de incolis. cũ ergo Io. de quo s̃ ſupponit̃, nun-
quã habitauerit, nec res, nec familiã tranſtulerit, bene apparet
euidenter, ꝙ in territorio Ian. domiciliũ nõ habuerit. Itẽ videt̃
dicendũ, ꝙ ſola manſio annalis, vel biennalis nõ interueniente
rerũ, nec familiæ tranſlatione non facit præſumi animũ domi-
cilij transferendi, niſi interuenerit curſus decẽnalis: vt d. l. 2. de
alijs verò, ſcil. Titio, & Seio, qui ſe tranſtulerunt cum reb. & fa-
milia, non vr̃ dubiũ, videlicet ꝙ ipſi ſunt domiciliarij in territo-
7 rio Ian. cenſendi, iuxta no. per Inn. vide c. 3. extra de renun. † Sed
nunc habemus quærere, nunquid poteſtas, ſiue iuſdicens cõtra
iſtos domiciliarios poterit per inquiſitionẽ procedere? & con-
ſtat, ꝙ de iure cõmuni per inquiſitionẽ nõ p̃t procedi, quia ne-
mo ſine accuſatore debet puniri, vt l. reſcriptũ. §. ſi quis accuſa-
torẽ nõ habens. ff. de mu. & ho. Et Chriſtus dixit, mulier vbi eſt,
qui te accuſat. excipitur tñ caſus, qui no. in l. 2. §. qui lenociniũ.
8 ff. de adul. † Sed ſuppoſito prout eſt fere quaſi in omnib. ciuita-
tib. Lombardiæ, ꝙ ſtatu. ſit in ciuit. Ian. ꝙ cõtra ſubiectos pote-
ſtas, ſeu iuſdicens ex officio poſſit inquirere, ſeu per inquiſitio-
nẽ procedere. quærit̃, nunquid contra dictos domiciliarios, vi-
delicet Seiũ pro dictis criminib. inquirere poſſit: quia qñcunq;
ſimpliciter ſtatuitur, & facultas inquirendi ex officio de crimi-
nibus poteſtati conceditur, debet intelligi de criminibus, quæ
fiunt in territorio ſtatuentiũ, ar. l. rationis. §. is qui. ff. de bo. aut.
iu. poſſi. & potiſſimè: quia dicta facultas conceditur à iure mu-
nicipali, ꝙ eſt contra ius cõe, & ſtrictè debet intelligi, vt minus
quam poſſit, lædat ius cõe: vt ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. ſed
ſi lege. & de noxa. l. 1. Et ita mihi Philippo de Caſalis de Regio
legum doctori actu legenti, & actualiter deputando ad ſedem
ordinariam, codicis, in generali ſtudio Papien. Cam. Apoſt. nec
non illuſtris & M. D. domini comit. virtutum conſiliario vide-
tur de iur. & reuerentia conſulendum, ſaluo ſemper meliori
iud. & alterius cuiuſcunq; ſapientis conſilio.

CASVS.

In nomine Domini. Factum, ſuper quo conſiliũ poſtulatur,
tale eſt. videlicet à dño poteſtate ciuit. Ian. formata fuit inqui-
ſitio cõtra, & aduerſum Pet. Vandi de Podio bon. in eo, & ſuper
eo, quod ipſe Pet. malo modo, ſcienter, tractatè, & deliberatè,
& appenſatè, animo, & intentione infraſcriptum maleficium
committendi, & perpetrandi cum vno gladio, quem euaginatũ
habebat in manib. fecit inſultũ: & aggreſſus in & cõtra perſonã
Corradi Cleſi de Colonis de Flandria famuli Franciſci Scarapę
Ian. in quo quidẽ inſultu dictũ Corradũ cum dicto gladio per-
cuſſit, & vulnerauit in gula à parte dextra vna magna percuſſio-
ne, & vulnere cum ſanguinis effuſione. Ex quib. quidẽ percuſ-
ſionib. & vulnere dictus Corradus incontinenti mortuus fuit,
& eſt. & hæc commiſſa, & perpetrata fuerunt in ciuit. Ian. loco,
& tempore in dicta inquiſitione contentis. Qui Pet. medio iu-
ramẽto reſpõdendo dictę inquiſitioni ſolenniter dixit, & ſpon-
tè confeſſus fuit vera eſſe, & fuiſſe omnia, & ſingula in dicta in-
quiſitione contenta, loco, & tempore in inquiſitione conten.
cui Petro datus, & aſſignatus fuit certus terminus ad faciendũ
ſuas defenſiones, ĩ quem proc. ipſius produxit certas exceptio-
nes, & certos articulos ad ſui defenſionem, ſuper quib. articulis
quam plures teſtes fuerunt examinati. modo viſis dicta inqui-
ſitione, & reſponſione facta per ipſum Petr. exceptionibus di-
ctis, & atteſtationib. teſtiũ examinatorũ, tam ad offenſam, quã
ad defenſam: & viſis omnibus examinationibus teſtiũ, qui fue-
runt quã plures recepti propter certa dubia occurrentia in cu-
ria domini poteſtatis: vt patet. Ex actis viſis capitulis ciuit. Ian.
de hac materia loquentibus, quæ omnia præſentialiter tranſ-
mittun-



mittuntur. Quæritur, qua pœna dictus Pet. debeat puniri de di-
cto homicidio, & quæ ſint partes domini poteſta. in prædic.

CONSILIVM CCCXII.

1 *Licitum eſt vim vi repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
2 *Defenſio quid dicatur.*
3 *Inſultatus an teneatur fugere.*
4 *Fuga vbi minatur proximam mortem, ita quod fugiendo poteſt quis de facili vulnerari, & interfici, audacter poteſt ſe reuoluere.*
5 *Vulneratus aliquis adeo quod per horam ſteterit vt mortuus, ſi ſtatim cum reuiuiſcit, vulnerauerit illum, qui ipſum vulnerauit, an dicatur ex interuallo feciſſe.*
6 *Probatio qualiter fiat per teſtes, quod quis fecit licitam defenſam.*

In Dei nomine. Viſis actis, & diligenter diſcuſ-
ſis, antequã deueniatur ad ſol.
1 quæſtionis, pręmittendũ eſt pro radice veritatis, † ꝙ licitum eſt
vim repellere vi cum moderamine tñ, ita ꝙ repulſio ſit potius
ſui corporis tutela, quã vltio. ff. de iu. & iure. l. vt vim. ad l. Aq. l.
ſcientiã. §. qui cum aliter. C. vñ vi. l. 1. extra de hom. c. ſignificaſti.
ver. quia tñ. & hoc natura. & l. manifeſtũ. manus em̃ ſunt arma
ad tuitionẽ humani corporis naturaliter gñata: hoc ẽt cõſtat ex
operib. puerorũ, in quibus nondũ eſt formata malitia, nec im-
petus animi, tñ pro poſſe ſe defendũt, brutorũ quoq; ſola natu-
ra viuentiũ eadẽ qualitas eſt naturalib. armis, puta vt roſtris, vel
vnguib. vel calce ſe tueantur, vel dentib. nunq̃ em̃ natura dat eſ-
ſe, quin det naturalẽ cuſtodẽ, & velut arma quædã tutiua ſui eſ-
ſe, hoc patet ex vſu naturaliter, quæ eſt domina, & mater vitæ.
vnde Apoſtolus. 1. ad Cor. 11. ait, ipſa natura docet nos. & Ariſt.
1. de minorib. philoſophorũ, idcirco ſe veritatẽ ſcire fatetur: qa
eam à natura didiciſſe gloriatur. hoc idem dicit Domicius Vl-
2 pianus. ff. de ver. obl. l. vbi aũt nõ apparet. §. illud. † Scd̃o eſt pre-
mittendũ, quid eſt dicta defenſio, & ſi conſidero hoc verbũ in
ſubſtantia, idẽ eſt ꝙ protectio: ſed ſi conſidero in qualitate, de-
bet & cũ modis, & temporib. cõſiſtit aũt moderamen circa tria.
primò, vt non fiat cũ exceſſu notabilis quantit. ſi p̃t ſe aliter tue-
ri. nã aliter manus vacua, aliter ferrũ vitari debet: cum aũt ferro
licitũ eſt repellere, & nõ ſolũ ictum, ſed impetũ, in quo cõſiſtit
timor ſalutis. ff. ad l. Aqu. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. & l. quæra-
mus. §. ſi nauis alterã. ille em̃ qui cõpetenter defendit, dicit̃ po-
tius pati, quam facere: quia nõ facit voluptariè, vñ ſcelus attri-
buitur aggreſſori. C. ad l. Iul. de vi. l. qm̃ multa facinora. Secũdo,
vt defenſio ſit cõiuncta, vel quaſi cõiuncta offenſioni ab aduer-
ſario illatę, vel timori vlterius inferendi, ex interuallo em̃ nõ dr̃
defenſio perſonæ, ſed vltio: vt no. in d. l. 1. & in d. §. tabernarius.
& d. ca. ſignificaſti. Tertiò, vt cauſa defenſionis ſit iuſta ex nã. vt
no. C. de his qui ad ec. confu. l. ſi ſeruus. & præſumit̃ iuſta ex ani-
mo, ſi cauſa defenſionis iuſta ſit. natura tales intelliguntur eſſe
hominũ mentes, qualis eſt dux mentiũ in cauſa ſine natura. ff. p
3 ſoc. l. merito. † Tertiò eſt præmittendũ, an inſultatus teneat̃ fu-
gere, nã gl. in c. 1. de hom. in cle. di. ꝙ ſi p̃t fuga, vel aliter ſe tueri,
q̃ occidendo, nõ licet occidere. Cy. ſuper hoc in d. l. 1. diſtinguit:
ſed gl. in d. l. 1. C. vñ vi. dicit cõtrariũ, ꝙ nõ tenetur fugere: qa nõ
tenet̃ iniuriã perſonalem pati, ſicut nec realẽ, cum tñ realis mi-
nor ſit. nã maxima realiũ quaſi minima eſt perſonaliũ. ff. de pœ.
l. in ſeruorũ. §. fi. ſcd̃m Bar. tex. em̃ dicit, qui cũ aliter nõ poterat
ſe tueri, & intelligo aliter ſe tueri, ſcil. ab iniuria. hoc ſic probo.
pro defenſione rerũ licet hominẽ occidere, ſi aliter nõ p̃t quis
res ſuas tueri: ergo ſi nõ poſſum aliter me defendere à fuga, lici-
tum eſt, ne vim hanc patiar, occidere fugatorẽ, nec eſt vis, vtrũ
potuerim fugere ſine verecundia, vel non: quia fuga eſt vilitas,
& vitiũ animi, & ordinata charitas prius amat ſe in vngue pedis,
quã aduerſariũ in vertice capitis. quod autẽ ſcriptura dicit, fuge
à perſecutoribus, intellige de fuga exemplari, & meritoria, pp
quã conuenit perfectis in via poli: ſed nos ſumus in via fori. Ego.
dico, ꝙ ſi fuga eſt ſuſpecta: qa aduerſarius eſt à tergo, ꝙ nõ tenet̃
qs fugere: ſed ſi nõ eſt ſuſpecta, ſed eligibilis apud graues, & ſen-
ſatos viros, qui ceſſando dãt locũ vacuũ & innoxiũ: tũc dẽt quis
fugere, & abſcõdere ſe, & fugere rumores, & iſtud eſt de prudẽ-
tia naturali. auis em̃ volando euadit latebras, quas quærit, & ſic
in homine eſt excellentior natura, ita dẽt prouidẽtia maior fu-
renti nõ ſe opponere. furor eſt, ſi furioſum euitare poſſis, & no-
lis. iuſticia eſt defendere ſe. tẽperãtia eſt, cum moderamine hoc
facere, fortitudo eſt nõ pauere, ſed reſiſtere inculpabiliter. Pru-
dẽtia eſt euitare maius malũ inter duo mala. c. nerui quæſo, p̃t
quis fugiendo ſaluare rem, & perſonã, pudore ductus potius in-
trat duellũ, erit ne excuſatus, ꝙ pepercerat pudori ſuo, abſit in
viro vulgari, qui quotidie terga vertit, cũ metuit, ſicut & iſte idẽ
poſt ictũ fecit, ſed ſi eſſet vnus magnus baro, vel ſtrenuus miles,
excuſaretur, ar. ſi quis omiſ. cauſa te. l. Iulianus: qa diuinitus eli-
gibilius eſt mori, q̃ vilipendi, vñ Apoſtolus. expedit magis mo-
ri, q̃ vt gloriã meã quis euacuet. excuſatus igitur erit talis, & tan-
tus ſaltim à pœna mortis, & mutilationis membri, ar. C. de adul.
l. Graccus. & ff. de adul. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. §. Imp. verſ. &
magis. & in c. olim caſum. in fi. de reſt. ſpol. qui tex. eſt notabilis
4 ad hoc. † Quarto eſt præmittendũ, ꝙ vbi fuga minat̃ proximam
mortẽ, ita ꝙ fugiẽdo p̃t quis de facili vulnerari, vel interfici, iſte
audacter reuoluere p̃t nõ adhibita diſtinctione famæ, ẽt ſi eſſet
tartarus, vel diabolus: quia nec ei, vt ait Inn. defenſio denegat̃,
præſertim defenſio naturalis, ſi ergo coarctatur, p̃t dicere, an i-
gnoras, q̃ mala eſt deſperatio, & fugatorẽ interficere impunè,
ſcd̃i regũ ſcd̃o, & patet in ll. & canon. in prin. allegatis. vbi enim
fuga nõ eſt tuta, nõ tenetur quis eligere fugam, nec amare peri-
culũ ſuũ, ſed dẽt tutiorẽ ſibi viã eligere, & ſic cõſeruare: vt d. §.
qui cum aliter. & d. c. 1. de homi. in cle. & no. in d. l. 1. C. vnde vi.
5 † Quintò conſiderandũ, pone ꝙ percuſſi Titium in capite, ita
ꝙ cecidit in terrã, & ſtetit ibi ſoporatus, & colliſus per horã: tã-
dem reuerſus ad ſe, illico me percuſſit, an dicatur feciſſe ex in-
teruallo, & vr̃ ꝙ ſic pp interpoſitionem horæ. veritas eſt, ꝙ ſi ti-
mebat repercuti, dicit̃ feciſſe incõtinenti, & ad defenſionẽ ſuã:
ſecus ſi nõ timebat repercuti: nam tũc nouã rixam facere dicit̃.
Effectus differentiæ magnus eſt: nã priori caſu ego qui iteratò
eũ percuſſi, punior, licet me tuendo fecerim: qa illicitè inchoa-
ui, & totus defectus attribuit̃ mihi, tanq̃ primo motori, & effe-
ctori. ſcd̃ò nequaquã, ꝙ nouæ rixæ ego author nõ ſum, & nõ di-
cor tũc ad vindictã feciſſe, & aduerſarius tũc nõ vr̃ ſe defendiſſe
licitè. dico igit̃, ꝙ ſopor inductus ex ictu, ſeu ex concuſſione ce-
rebri, non dicit̃ generare interuallũ, niſi inchoator omnino di-
uertat ſe ab actu, & de loco diſceſſerit, ar. C. de teſt. l. cũ antiqui-
tas. ex iſtis apparet viſis actis ſolutio quæſtionis, & nõ miremini
de iſtis taſſaturis: qa ego fecerã diſgreſſionem perſonarũ, & po-
6 ſtea dictum iniur. nihil diſcrepat. † Concludendo igit̃, dico ve-
niendũ eſſe ad examinandũ dicta teſtiũ, vtrũ cõcludẽter probẽt
licitã defenſam, & ſimpliciter defenſam, ꝙ nõ cũ offenſa, ſuper
hoc aũt, ꝙ probata ſit ſimpliciter, & concludenter vr̃ probatũ:
primo viuã Petri coarctationẽ, & hoc per Ioan. qui dicit demũ,
qñ vidit ſe non poſſe plus, tex. eſt in d. §. qui cũ aliter. & d. c. 1. de
homic. in cle. Scd̃o pp viuã audenter Corradi inſultationẽ. nam
ex quo Pet. trahebat ſe retro, Corradus non deſinebat. itẽ poſt
ipſum omnes doct. determinant, ꝙ qñ offendens fugit, offen-
ſus nõ debet ire poſt ipſum. & hoc no. Goff. in ſum. de homic.
tertio pp ſimultaneã percuſſionem: quia non debuit Pet. plus
expectare, quã expectauerit. imo fatuus fuit: quia nõ debuit ex-
pectare ſe percuti: vt no. in l. 1. C. vnde vi. & de homic. ca. ſignifi-
caſti. Quartò pp dicti Pet. diſcretionem, fugit em̃ ſed ſapienter
fecit, deniq; trahendo ſe retro, ac ſapienter: quia nõ terga ver-
tendo: nam terga vertere eſt exponere ſe morti, cũ modico ſpa-
cio diſtarent. ita ꝙ ex ictu gladij poſſet de facili mori, vel graui-
ter offendi fortius, quã ex ictu lapidis: ergo euitauit periculum
ſuũ & aduerſarij inquantũ potuit: ſed cum nõ potuit plus, per-
cuſſorẽ inuaſorẽ percuſſit: ꝙ licitũ videt̃ fuiſſe. Quinto pp iuris
præſumptionẽ, quia noſtri maiores dixerunt, ꝙ inſultus, & fuga
præſumuntur facere ad defenſam. d. §. tabernarius. & §. cũ arie-
tes. Sextò pp teſtiũ clarã viſionẽ, qui dicunt ſe vidiſſe, ꝙ ad de-
fenſam: vt Franciſcus, & Petrus. nam vt Bar. dicit in conſilijs per
viſum probatur, ꝙ defenſiuè. Septimo propter directiuæ regu-
læ moderationem: cogitet enim ipſemet qui damnat, an illud
ipſe fuiſſet facturus, ſi caſus in ſe accidiſſet: vt in procœmio de-
cretorũ. Octauo propter iuris diuini concurrentem permiſſio-
nem, poſito em̃ in deſperatione fugæ permiſſum eſt ſe defen-
dendo occidere, ſecundi regum ſecundo. ca. Nono propter iu-
ris ciuilis, & prætorij apertam determinationẽ. nam ſiue rigo-
rem ſpectemus, qui pertinet ad ius ciuile, ſiue meram æquita-
tem, propter duo licet ſe defendere. primo propter ſe, ne iniu-
riam patiatur, ſecundo propter bonum alterius, ne delinquat
in ſe: vt patet in iuribus communibus. Decimo, ꝙ Petrus non
dicit, dignus morte eſt propter non doloſam diſgreſſionẽ, tem-
peratus enim in ira impoſſibile eſt vbi deliberationis nullum
ſpacium eſt, vt dixi in euidentialibus. dicet aliquis, Petrus ince-



pit, reſpon-

pit, reſpondeo ſic, item ſed ſine ferro. Item fugit vt homo vul-
tu ad vultum, non vt beſtia, dando ſpatulas, & renes obijciendo
gladio. vnde nō debuit Corradus ire poſt eum: quia non erat ti-
mor repercuſſionis: quia qui fugit, nō præſumitur redire, inſ. de
rerum diuiſio. §. pauonum. Solutio. poſſet dici cum in dictis te-
ſtiū reperiantur diuerſa, & pro, & contra, ꝙ conſcientiæ ius di-
centis permittitur arbitrari. ex qualitate perſonarū præſumen-
do cōtra robuſtioré, ita enī antiqui dixerunt, & cōtra rixoſum,
& hominem malæ vitæ pręſumpſerunt. Sed in caſu noſtro, quia
Petrus neceſſitatus fecit, nō debet mori, nec mutilari. Sed quia
primam materiam delicti, & ſubſtantiam mali operis prouoca-
uit, debet alias puniri arbitrio iudicis, & maximè, quia & ſi non
feciſſet malo animo, fecit malo exemplo in ciuita. & loco tam
illuſtribus, ar. ff. de pœnis. l. ſi quid aliquid. §. qui abortionis. Et
ita dico, & conſulo. Ego Bald. de Peruſ. V.I.D. & ad fidem me
ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCXIII.

1 *Ratione larium ſimpliciter quis non ſortitur forum.*
2 *Delictum commiſſum extra territorium inquiritur per iudicem domicilij ſtante ſtatu. quod poteſtas poſſit inquirere contra ſubditos.*
3 *Tractatio in territorio domicilij de committendo aliquod maleficium extra territorium perpetratum, an tale maleficium poſſit puniri ratione tractatus.*

In Dei nomine. Præfati excellentiſſimi doctō.
tā profundè locuti ſunt, ꝙ non
expedit dicere multa verba. primo enī vertitur in dubiū, vtrum
ratione lariū ſimpliciter, quis ſortiatᷣ forū. Secundo, vtrū de de-
licto cōmiſſo per talem extra territoriū poſſit inquiri. Tertiò,
1 vtrum veniant puniendi ratione tractatus, † Circa primum di-
cendū eſt, ꝙ ex ſolis laribus, niſi conſtet, ꝙ animo faciendi per-
petuam, vel longā reſidentiam non ſortitur quis forū, vnde aut
lares ſunt mobiliter conſtituti, & nō conſtituunt forū, quia nec
ibi videntur eſſe, qui ad tempus conuerſantur: vt ff. de pig. l. de-
bitor. ff. de hær. inſt. l. ex facto. §. reus autē. ff. de mune. & hono. l.
reſcripto. §. fi. de fun. inſtru. l. ſæpe. §. prædia. & §. Pamphilæ. aut
ſunt conſtituti animo faciendi reſidentiā perpetuam, vel quaſi
perpetuā. & ſi aliquando habitat alibi, tamen ſortitur forū ibi.
ff. de fun. inſtr. l. cum de lanionis. §. Sabinus. C. de agr. & cen. l.
cum ſcimus. §. fi. lib. 11. aut eſt dubium de animo, & tunc nō pręſ-
ſumitur niſi ex longa reſidentia, vt C. de incolis. l. 2. & notatur
expreſsè. ff. ad mu. l. eius. §. fi. & ſecundū prædictam diſtinctionē
debet intelligi. l. 2. C. vbi ſenatores vel clariſſimi. & ita ſentit ibi
gl. & ꝙ no. Inn. de for. comp. c. ex parte. de animo autem ſuo in-
terrogari quis poteſt, & ſtabitur eius reſponſo, ar. ff. de prob. l.
cum probatio. & l. non omnes. §. à barbaris. de re mili. cum ſi.
2 †Circa ſecundum varij varia dixerunt. Nam Oldr. & antiqui te-
nuerunt inquiri non poſſe. Cy. & Bar. poſſe inquiri dixerunt, de
quo plenè in l. cunctos populos. tamen in propoſito veritas eſt
non poſſe inquiri, ſi ſtatutum loquitur de ſubditis, ſicut pręſup-
ponitur, nam ratione delicti licet quis efficeretur de foro, non
tamen propriè dicitur ſubditus. ita dicit gl. in c. 1. de for. comp.
3 in cle. ſuper verbo, ſubditos. quæ gl. eſt multum no. † Circa ter-
tium fertur Cyn. dixiſſe puniri poſſe. & fuit olim de facto in do-
mino Alberto de Scala ſecundum Bart. in l. & ſi amicis. de ad-
ulterijs. dicit, ꝙ aut idem eſt tractatio, & perpetratio, & nō po-
teſt puniri de homicidio: aut diuerſus, & tunc ſic, quia crimina
poſſunt puniri, vbi inchoata ſunt, vt l. 1. C. vbi de poſſeſſione a-
gi oportet. quaſi duobus ſit commiſſum loci maleficium, in ca-
ſu autem noſtro pluralitas perſonarum facit, quod eadem eſt
tractatio reſpectu ſui, quæ eſt reſpectu alterius, ſed certe non
conſideratur niſi ipſa principalitas, vt ff. de fur. l. qui ſeruo. §. fi.
quare ſicut rectiſſimè conſultum eſt per præfatos doct. ita af-
firmo, & teneo. Et ita mihi Bal. de Peruſ. V.I.D. videtur, & ideo
me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCXIIII.

1 *Mater vna cum filijs ſuccedit in proprietate, & vſufructu, ſi ſecundo nubit per proprietatem, & morientibus ipſis proprietas conſolidatur cum vſufructu.*
2 *Filius non poteſt priuare matrem legitima.*
3 *Pars, quam maritus lucratur ex forma ſtatu. computatur in ære alieno defunctæ.*

1 In Dei nomine. †Ioanni, & Iacobæ mater ſuc-
ceſſit pro dimidia in proprie-
tate, & vſufructu. Sed quia ſecundo nupſit, perdidit proprieta-
tem in bonis quondā mariti: ſed quia poſtea d. Angelina deceſ-
2 ſit ſine liberis, † mater illam proprietatem recuperat. C. de ſe-
cundis nup. auth. ex teſtamento. & l. fœminæ. in fi. & iſte tex. de
iſta recuperatione propriet. non eſt alibi. & in Auth. de nup. §.
hinc nos. & C. ad Tertul. l. mater. recuperat hanc conſolationē
ſuæ infœlicitatis: vt in Auth. de nu. §. pen. ſi qua mulier. circa fi.
3 & hoc quantū ad ſucceſſionem factā Ioanni, & Iac. † ſucceſſio
autē Angelinæ vadit ſecundum teſtamentū eius ſalua legitima
matri debita quæ eſt tertia bonorū Angelinæ deducto ære alie-
no, quæ eſt tertia debita viro ex forma ſtatuti: quia æs alienum
eſt: vt in Auth. de nu. §. hæc quid eſt. col. 4. vbi eſt tex. notabilis.
quicquid dicat glo. parua circa recuperationem prædictam in
auth. ex teſtamento. dum dicit, quem ſolum habebat: nam re-
probatur per Bart. & alios. Et ita dico, & conſulo. Ego Bal.

CASVS.

In nomine Domini. Factū tale proponitur. Io. de Flo. petebat
à Nerio de Peru. certā pecuniæ quantitatē, quā ipſe habuerat
ab eo, qui Nerius ſibi rn̄dit, ꝙ d. denarij fuerant ſequeſtrati per
officiales Eccleſiæ Romanæ pro condemnatione facta de d. Io.
in ciuit. Peruſij. & dixit eidem, ſi tu vis iſtam quantitatem pecu-
niæ, ego volo eſſe conſeruatus per modū, propter quē non ha-
beam damnū, poſtquam de mandato d. Io. Iac. de Flo. & Simon
de Peruſio fideiuſſerunt pro d. Ioan. & promiſerunt conſeruare
indemnem d. Nerium, poſtquā d. Nerius reſtituit dictam pecu-
niæ quantitatē d. Ioan. & di. Io. conſeruauit indemnes in forma
cōmuni dictos Iacobum, & Simonē, poſtquam d. Io. fuit, & eſt
condemnatus in dicta ciuit. Flo. de falſo in certa quantitate pe-
cuniæ, & in perpetuum carcerem, poſtquā exijt de carceribus
& pro ſoluendo dictam condemnationem diminuit de ſuo in
magna parte, & maximè in pecunijs, quas habebat. Modo quæ-
ritur, an præfati Iacob. & Simon poſſint cogere dictum Ioan. vt
ipſe eos extrahat de obligatione prædicta, & à promiſſione per
eos facta d. Nerio, vel ſaltem quod ipſe dat fideiuſſores idoneos
præfa. Iacobo, & Simoni, qui promittant, præfatos Iacobum,
& Simonem indemnes conſeruare ab obligatione prædicta, &
an occaſione prædicta poſſit fieri ſequeſtrum de cæteris rebus
quæſitis Peruſij d. Io. Item quæritur, pone quod d. Io. accepit
vxorem, & ab ea habuit certas dotes, qui Io. vna cum d. Iacobo
principaliter, & inſolidum obligando ſe promiſerunt reſtituti-
onem dictarum dotium. Poſtquam d. Io. fuit condemnatus de
falſo, & diminuit de ſuo in magna pecuniæ quantitate. Modo
præfatus Iac. vult cogere dictum Ioannem, vt eum extrahat ab
obligatione prædicta, vel ſaltem ꝙ det ſufficientes fideiuſſores
de conſeruando eum indemnem, & ſine damno poſito quod d.
Ioan. conſeruauerat in forma communi indemnem dictum Ia-
cobum à promiſſione obliga. reſtit. do. prædictæ.

CONSILIVM CCCXV.

1 *Fideiuſſor pro aliquo, qui poſtea mutet conditionem in deterius, an poterit petere, quod vel extrahatur à tali oblig. vel dentur fideiuſſores de conſeruando indemnem.*

1 In Chriſti nomine. † Iſta de iure peti poſ-
ſent propter mutatam
conditionem d. Io. in deteriorem fortunam. C. man. l. ſi pro ea.
ff. man. l. Lucius. ff. de priu. cre. l. ſi creditores. ff. de iud. l. in om-
nibus, & ſi d. Io. ſit in hoc contumax, poteſt ex contumacia fieri
ſequeſtrum, ſicut veniri ad miſſionē, extra de dolo, & contu. ca.
ex literis. & ibi per Inn. & ita dico, & cōſul. Ego Bal. de Peruſ. V.
I.D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CASVS.

Factum, ſuper quo poſtulatur conſiliū, tale eſt. Et primò, ꝙ
quidam nomine ſer Lippus Baldachini de Cortona in 1371. in-
dictione 9. die 15. menſis Nouemb. promiſit inter alia nomine
emancipati. & in eius emancipatione, primum Franciſco eius
filio legitimo, & naturali 200. flo. au. quos 200. flor. habebat in
apotheca artis lanæ, & voluit, & iuſſit idem ſer Lippus fore, &
eſſe dictā quantitatem 200. flor. au. & omne & totū lucrum, &
commodū, & incommodū ꝙ erat tunc in dicta apotheca, & in
futurū eſſe ſperabatur in dicta apotheca artis lanæ ipſius Fran-
ciſci, & in præmium emancipationis. demum poſt prædicta
promiſit, & conuenit, vt patet publico inſtrumento manu pu-
blici notarij. Idem ſer Philip. nolens attendere, & obſeruare ſu-
pra dicta promiſſa, conuenta eidem Franciſco eius filio: ſed
potius



potius à prædictis volens liberari, conſtrinxit, & coegit dictum
Franciſcum, vt placeret ſibi de dicta quantitate 200. flo. auri, lu-
cri, commodi, & incōmodi prędicti facere quietationē, refuta-
tionem, liberationē, & pactum perpetuū de vlterius non peten-
do cum omnib. clauſulis, q̃ in talib. inſtrumentis de cōſuetudi-
ne apponūtur, vt patet plenè manu ſer Ludouici publici nota-
rij pro eo: quia dixerat d. ſer Philip. feciſſe multas expenſas, tpe
quo idē Fran. erat in eius ptāte pro pannis, & veſtimentis factis,
tam matri d. Franc. q̃ eius vxori, & alijs expenſis factis per eum:
vt ſit mentio in inſtrumento liberationis manu d. ſer Ludo. ſcri-
ptum ipſo ſer Philip. tenente & poſſidēte, & fructus percipien-
tis tam ex dotib. dictæ matris d. Franciſci, & eius p̄dictæ vxoris.
Qui Franciſcus nolens voluntati ſui patris contradicere, nec cū
eo cōtendere: ſed potius pp timorē, & reuerentiā quietauit, &
liberauit ipſum à p̄dictis 200. flo. au. & cōmodo, lucro, & incom
modo ex eiſdē perceptis 1371. die 13. Sept. Modo q̃ritur, an dicta
quietatio teneat, vel poſſit reuocari de iure, vt d. Fran. poſſit pe
tere dictam quantitatē 200. flo. auri cōmodum, & lucrum præ-
dictum ab eius hæredib. in teſtamento inſti. Et an hæredes prę-
dicti teneantᷣ reſtituere eidē Franciſco hærediū, & donamentū
matris ſuæ defunctæ. Itē q̃ritur, an poſt emancipationē factam
eidē Frāciſco p dictum eius patrē, fructus pceptos p dictum ſer
Lippum p biennium ex dotib. & bonit dotalib. vxoris d. Franci-
ſci tunc defunctæ, q̃ dotes remāſerunt Nicolao filio ipſius Fran
ciſcæ, d. eius vxoris filio legitimo, & naturali, q ab inteſtato ſuc-
ceſſit eidē matri ſuæ, dicti hr̄des reſtituere teneantᷣ, ſi exiſtant,
vel ſi non exiſtant eorū filij, & hr̄des. Itē q̃ritur, quia idem Fran.
poſt prædictā emancipationē ſibi factā ſtetit per tps trium an-
norū, & vltra, artem lanæ p ipſo ſer Lippo tanq̃ eius factor ex-
ercuit, an debeat, vel poſſit petere ſalariū pro dicto tpe ab ipſis
hæredib. Item quæritur, cum quidam nomine Iunta Manuti de
Cort. legauit, & reliquit in ſuo teſtamēto iure inſtitutionis Do.
Franciſcæ vxori olim dicti ſer Lippi, & matri olim d. ſer Franci-
ſci 100. li. de. quæ quantitas fuit ſoluta per hæredem dictæ Iun-
tæ d. D. Franciſcæ vxori tunc d. ſer Lippi, de qua quidem quan-
titate 100. li. de mandato præſentia, & voluntate, & conſenſu d.
ſer Lippi prædictus Fran. in ptāte d. ſer Lippi conſti. fecit finem,
quietationem, liberationem, & pactum de non petendo, dictā
quantitatem 100. li. de. à prædictis hæredibus dictæ Iuntæ poſt
mortem dictæ ſuæ matris, an d. Fran. poſſit petere reſtitutionē,
& ſatiſdationem dictarum 100. li. de. à prædictis hæredibus di-
cti ſer Lippi olim patris ſui.

CONSILIVM CCCXVI.

1 *Liberatio facta per metum, vel nimiam reuerentiam non valet & debet probari.*
2 *Donamenta facta mulieri à conſanguineis viri ſolu. mat. vel facta à conſanguineis mulieris, cui debent reſtitui, an hæredibus mulieris.*
3 *Merces nulla debetur filio, qui eſt in obſequio patris, niſi ſit conuenta, vel promiſſa.*

1 In Chriſti nomine. † Super puncto dicen-
dum eſt, ꝙ ſi per metū
vel nimiam reuerentiam filius liberat patrem, ꝙ talis liberatio
non valet, tn̄ hoc filius probare debet. C. de dolo. l. ſi ſuperſtite.
& ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ onerandæ. ſi autē
non pbatur metus, vel nimia reuerētia: tunc valeret refutatio:
ſi cauſa finalis refutationis eſt legitima cauſa refutandi; ſed hic
non eſt legitima cauſa: quia onera matrimonij ſpectant ad ſoce
rum, qui dotē receperit, nō ad maritum, qui eſt in ptāte eius: vt
ff. ſo. ma. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. & quod no. eo. ti. l. ſi
conſtante. in prin. & ff. de mun. & hon. l. qui orig. §. fi. Sumptus
igitur nuptiarum non pertinent ad filium, nec ex ea cauſa tene-
tur patri, nec eſt iſta legitima cauſa; quare filius teneatur com-
penſare cum patre, & ſic refutatio, q̃ habet iuſtam cauſam, eli-
2 ditur per doli replicationē. † Super ſecundo puncto dicit Bar. ꝙ
donamenta facta mulieri p conſanguineos viri remanent viro:
ſed ſi p conſanguineos mulieris, debent reſtitui hęredib. mulie-
ris. ff. de vul. ſub. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. per Bar. ſed verius
eſt, ꝙ cum donatio ſit pfecta, & ſit ius quęſitū mulieri, ꝙ mulier
tranſmittit ad ſuos hr̄des. C. de do. ante nup. l. ſi mater veſtra. Su
per tertio puncto dicendum eſt, ꝙ apud patrem remanet dimi-
dia vſusfructus, alia dimidia debetur filio. C. de bonis, q̃ li. l. cum
3 oportet. §. cum autem. † Super quarto puncto dicendum eſt ꝙ
nulla merces debetᷣ filio, q eſt in obſequio patris; niſi ſit cōuen-
ta vel pmiſſa. C. de ne. ge. l. obſequio. Sup vltimo pūcto dicendū
eſt, hæredes viri non teneri ad illas 100. li. quæ peruenerunt ad
mulierem, cuius non ſunt hæredes. C. de tranſa. l. nec intentio:
cūm ſim. niſi probaretur pecuniam perueniſſe ad manus viri. ſi
cer. pet. l. ſi me. & Titiū. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Peru.
V.I.D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCXVII.

1 *Pecunias ſi quis recipiat ad damnum, & lucrum, & obligat ſe probare damnum infra menſem proxime venturum, an tranſacto menſe poterit probare damnum.*
2 *Renūciatio probationis nō nocet, quin poſſit fieri probatio poſt renuntiatio.*

In Dei nomine Amen, & ſuæ matris Virginis
glorioſæ. Punctus, ſuper quo
conſilium petitum fuit, talis eſt. Io. Valdi Vulgluctij de Tuder-
to habuit, & recepit à Bello Baldelli decem flor. au. ad partē lu-
cri & damni in arte canabis, & guarnellorum, & in quacunq; a-
lia arte vellet operari, & cū dictis florenis d. Io. promiſit lucrari,
& mercari bona fide ſine fraude; & ponere rationem ſingulis
ſex menſibus de capitali, & lucro, quod in eo eſſet; & inde pro
direct. promiſit de dicto capitali, & eius perditione probare. i.
damni dati, & perdimenti ad vnum menſem tunc prouenturum
per duos, vel plures teſtes bonos idoneos, & fide dignos, & prę-
dicta omnia, & ſingula dicto Ioanni præſtito iuramento tene-
re, attēdere, & obſeruare promiſit ſub certa pœna. † Quæritur
1 igitur, an elapſo dicto menſe probatio dicti damni fieri poſſit:
& videtur prima fronte quòd non: quia ad probandum pacta
contrahentium certus terminus eſt præfixus, quem tranſgredi
non videtur licitum, aut poſſibile. C. de cōtrah. ſtip. l. magnam.
de verb. obl. l. ſi inſulam. & l. ita ſtipulatus. cum ſibi ſi. Corrobo-
ratur hoc etiam ex regula generali, inducta à prætore, vbi aliud
non obſiſtit, poſita ad vnguem ſeruari. ff. de pact. l. i. nec hic vi-
detur locus purgationi moræ; cum appoſita ſit dies & pœna: vt
d. l. magnam. & ff. de arbit. l. Celſus. Contrarium credō verum;
quia imo damnum probari poſſit poſt; ad hoc dicēdum duplex
ratio me mouet. ideo quia inquantum probatio non fiet infra
menſem, non apparet ex verbis prædictis eſſe præcluſam viam
probandi: non enim vltra proceſſerunt cōtrahentes, quòd po-
ſita probatio fieri non poſſit, nec conditionaliter locuti fue-
runt, quòd de dāno & perditione ratio haberetur, ſi & inquan-
tum de dicto damno probatio fiat reſpectu menſis: tunc enim
cum habeat conditionem, in forma impleri oportet, & ſic in-
fra menſem, vt l. Mæuius. & l. qui hæredi. ff. de cond. & dem. ſed
diſpoſitiuè de hac probatione fienda partes mentionem fece-
runt: arctando promiſſorem ad pœnam, ſi non probaret. cum
ergo de pœna non quæramus; ſed an dicta probatio fieri poſſit,
& de iure communi probatio fieri debet lite in cauſa conteſta-
ta, non ante, niſi in caſibus, vt habetur extra vt lit. non conteſt.
c. quoniam frequēter. ad l. Aquil. l. in l. Aquiliana ſi deletum. C.
de prob. l. exceptionem. appatet, quòd nec de iure communi,
nec ex forma pacti ad probandum lapſus meſtralis termini ex-
2 cludit probationis potentiam, † hinc eſt, quòd renūciatio pro-
bationum non nocet, quin poſſint poſt renunciationem pro-
bationes fieri. & hæc fuit opi. Io. & Ac. in l. Cor. de teſti. § pen.
not. in glo. quæ incipit, vnam productionem. Præterea proba-
tionis potentia eſt principaliter ob bonum publicum introdu-
cta: non ergo anguſtanda eſt. ff. de teſt. l. 1. iuxta l. quoniam. in fi.
C. de hæreti. vnde pacto priuatorum eius forma non læditur. ff.
de pact. l. ius publicum. & l. 1. ff. de teſt. cum igitur de forma, &
eſſe probationis ſit, vt certo tempore fiat, quod alio tempore
fiat, vel aliter quàm ius commune diſponat, non includitur pa-
cto ſeu conſenſu litigantium eatenus, quatenus probationum
facultates anguſtantur. pro hoc allego gl. ſingularem. in Cor. ne
ſine prohi. ma. tam. §. quia nullàm. vbi expreſsè doct. determi-
nant, quòd quia pacto contrahentium nō poteſt probationum
facilitas anguſtari, nō valet pactum initum, vt nō liceat ſolutio-
nem debiti probare, niſi per publicum inſtrumentum. ex qui-
bus concludo, non obſtantib. dictis verbis dicti cōtractus per-
ditum, & damnum poſſe probari poſt lapſum dicti temporis
meſtralis.

CONSILIVM CCCXVIII.

1 *Requiſita vt procedi poſſit contra aliquem ad capturam.*
2 *Reus ſi capitur à iudice, cuius fori non eſt talis captura non valet, nec tenet.*
3 *Capere ante liquidationem debiti perſonam eſt impoſſibile.*

4 *Allegatum, quod non eſt ante capturam, poſt non poteſt allegari ad confir-*
*mationem.*
5 *Fides qualis qualis exigitur, quæ rationabiliter iudicẽ ad præſumptionem*
*fugæ educat: vt quis poſſit capi vt ſuſpectus.*

Adde de materia infra conſi. 338. & conſi. 374.

1 In Chriſti nomine. † Iſta captura peccat ra
tione fori incompeten.
ratione modi non congruentis, & ratione cauſæ inſufficientis.
de primo conſtat: quia circunſcripto iſto pacto vniuerſali actor
debet ſequi forum rei. C. de iu. om. iu. l. iuris ordinem. C. vbi ſe-
nato. vel cla. l. 2. C. vbi de crimi. agi oportet. l. 1. & fin. & in auth.
qua in prouincia. Piſtorienſis ergo coram Lucano trahi non po
tuit. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. l. ex quacunq; cõtractus ſit, in
vetito examine. C. de iu. om. iud. l. in criminali. Nec obſtat, qđ
fiant apud nos propter fœdera, & præcipue vbi forma pleni fœ-
deris diſponit de foro: vt ff. de capti. l. non dubito. cum vniuerſi-
tas legis habet vigorem: vt not. de reg. iur. l. nec ex prętorio. & l.
neq; pignus. §. priuatorum. C. de decre. decur. leg. etiam. de do-
nat. inter virum & vxor. l. pen. ff. de public. l. Cæſar. quia iſtud eſt
verum: quando ſumus in tenore legis confœderationis, vel pa-
cti, ſecus ſi digrediat à legis forma, vt l. certa forma. de iure fiſc.
lib. 10. ff. ad mun. l. conſtitutionib. de libe. & poſth. l. commodiſ-
ſimè. & de manu. l. cuiuſcunq;. §. non tamen omne. de reſt. ſp. c.
2 Piſanis. de reſcr. c. cum dilecta. † ſed huius non fuit ſeruata for-
ma, neq; ordo traditus, vnde inordinata captura non tenet. C.
de pac. l. ſi pacto quo pœnam. C. de exce. rei iud. l. 1. C. de prohi.
ſequeſtra. l. 1. de actio. & obliga. l. negantes. de bonis autho. iudi.
poſſiden. l. cum vnus. vnde & irritum reuocatur, quod de facto
proceſſit, de verb. ſign. c. ex parte in Chriſto. de euic. l. ſi fundus.
& l. 1. §. hoc edictum. ff. ſi mulier ven. no. imprudẽter enim & le-
uiter factum, de facto debet reuocari de facili: vt ibi tex. elegan-
3 ter dicit. † Notandum ergo, ꝙ perſonam capere pro executio-
ne ante liquidatum debitum, eſt impoſſibile: nam ſi non poteſt
capi res; vt C. vnde vi. l. meminerint. ergo nec perſona: quia ma-
ior eſt captura perſonæ, quàm rei, de iu. om. iu. l. magiſtratus. C.
de exacto. trib. l. nemo carcerem. C. qui bonis cedere po. l. 1. li-
quere. n. prætori debet id, quod eſt capturæ. l. hoc autẽ. §. 1. qui.
ex cau. in poſ. eatur: qa iudex cui nihil liquet, nihil poteſt: vt no.
Inn. de ſententia excommu. c. ſolet. in fin. liquere autem debet
præpoſitam informatoriam narrationem, & ſubſecutã proba-
4 tionem talem, qualis requiritur. † Et ſciẽdum eſt, ꝙ cum captu-
ra fuerat ex interlocutoria, id, qđ non eſt allegatum ante captu-
ram, non poteſt poſtea allegari ad confirmandũ capturã, nẽpe
iniurioſa fuit. iniuriarum aũt nulla eſt confirmatio, ſed infirman
dum eſt, qđ ſine ratione proceſſit. ff. de re iud. l. ſi cũ nulla. & in
c. appellante. de appellationib. in cle. Itẽ ſciẽdum eſt, ꝙ omiſſio
formæ pacti qñ habet vim legis, reddit actum nullum ipſo iure,
ſicut ſi omittat̃ forma iuris cõmunis: vt in l. prolatã. coniuncta. l.
omnes populi. & de mu. & ho. l. vt gradatim. §. ſed & ſi lege. prę-
ſertim vbi forma eſt tradita iuriſdictioni. nam vt eleganter ait
Inn. omne qđ eſt cauſa iuriſdictionis conferendæ, debet allega-
ri, anteq̃ procedatur, de fo. comp. cum ſit generale, prędertim in
iuriſdictione extraordinaria; vel anomala. facit, quod no. p Bar.
de cond. & de. l. multum intereſt. conſtare enim debet ipſe ſibi-
ipſi, vt ſit iudex ex narratis ſibi, alioquin erroneum eſt, quicq̃d
5 ſequitur. facit, quod not. Inn. extra de dilatio. c. præterea. † Præ-
terea, vt dixi, qualis qualis exigitur fides, q̃ rationabiliter iudicẽ
ad præſumptionẽ fugæ adducat. ff. ad l. Aqui. l. in l. Aquilia ſi de-
letum. facit: quia iudex non debet ſequi conſcientiã alienam,
ſed ſuam informatã. vt not. C. de bo. poſſ. ſecundũ tab. l. 1. videa-
mus ergo quid narratũ, quid probatũ, qđ factũ. certè de fuga ni-
hil fuit narratum iudici: ergo captura non fuit occaſione fugæ.
prætor. n. non fuit ob eã cauſam aditus, ſed ob aliã. l. habebat. de
inſtito. vbi etiam no. ꝙ qñ narratio habetur pro quodã libello,
ita debet eſſe apta, & cõcludens, ſicut libellus: ſed iſta nõ eſt con
cludens iudici, nec reo, vnde eſt cœpta, ꝓbatur hoc in l. 1. C. de
p̃dijs curialiũ. li. 10. ff. de tranſac. l. cũ hi. §. in cauſa. ff. de appel. l.
nec ei. §. eorum. & p hoc rñdetur ad no. C. de ferijs. l. fi. ff. eo. l. 1.
§. fi. ff. de pi. l. quæſitũ. Non ob. l. ait prętor. §. ſi debitorẽ. quia ibi
loquitur in actu fugæ, & in priuata captura non iudiciali, & pu-
ra. & ſimiliter rñdetur ad no. p Inn. de ſeu. exc. c. vt famæ. p Bart.
de fur. l. ſi qs in ſeruitute. & l. interdũ. §. qui furẽ. & l. extat. quod
me. cau. p gl. C. vbi de crim. l. 1. & eſt gl. C. qñ crimini. actio. ſuper
intellectu illius. §. qui furẽ. vbi gl. dicit, ꝙ illud fuit factum de fa-
cto. propterea pactum loquitur de fugiẽte cum re vel pecunia
alterius. quod hic non conſtat, & debent verba intelligi propriè
iuxta naturã genitiui poſſeſſiui. ff. de relig. l. 2. §. in locũ. nec de-
bet extendi impropriè ſuum vocabulum in hoc pacto, quod eſt
ſtricti iur. l. ſi verò. §. de viro. ſo. ma. Item non fuit iuratum de ca-
lumnia, quod iuramentũ eſt de ſolennitate, & ordine. ff. de iure-
iur. l. ſi non fuerit. Item procuratores iurauerunt in animã ſuã,
cum debuerunt iurare in animam domini. c. præſentiũ. de teſti.
li. 6. c. fi. de iura. calum. eod. li. Cum igitur ſit omiſſa forma, quæ
dat eſſe rei, ſequitur, ꝙ captus debet reponi in propria liberta-
te, & debet omnino tanq̃ indebitè captus de carcerib. relaxari,
quandocunq;. n. plura requiruntur ad eſſe, ſi vnum deficit, totũ
ruit: vt no. in c. 2. de reſcrip. & de itinere actuq; priuato. l. vnde.
§. hic autem à ſuperiori. de probatio. c. licet cauſam. & licet ſta-
tutum ſeu pactum dicat ſummariè, & de facto, tamen nõ intelli-
gitur tollere formas in honorẽ Dei inductas. c. ſæpe. de ver. ſig.
l. ex quacunq;. in fi. pro, & contra facit, qđ no. Bar. de donat. l. fi-
lius. ſed ipſe loquitur in alio caſu, & an bene vel malè loquatur,
nõ oportet nunc tractare. Et ita dico & cõſulo ego Bal. de Peru.
V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi & ſigno mei nominis ſignaui.

CASVS.

In Dei nomine, Amẽ. Puncta, ſuper quibus petitur conſiliũ,
ſunt iſta, in primis Matthæus Banis Nerei condidit teſtamentũ,
in quo ſibi hæredes vniuerſales inſtituit Barnabam eius filium,
& Chriſtophorum eius nepotem cum conditionib. in dicto te-
ſtamento inſertis quo ad dictum Chriſtophorum, quib. ſubſti-
tutionem fecit, prout in teſtamento apparet. Demum moritur
d. Matthæus ſuperſtitib. d. Bernardo & Chriſtophoro eius hære
dib. & adita hęreditate per eos, verum per dictũ Chriſtophorũ
non fuit adimpleta conditio in teſtamento appoſita: quia non
ratificauit geſta per d. Matthæũ, vt in teſtamento ipſius diſpoſi-
tum fuerat. & ſic aditio facta per eum videtur eſſe nulla. demũ
deceſſit d. Chriſtophorus relicto vnico filio naturali cõdito te-
ſtamento, in quo ſibi hæredẽ inſtituit Benedictum eius auun. &
iure inſtitutionis reliquit eius filio naturali certa bona, deinde
deceſſit d. Barnabas ſuperſtite vnico filio legitimo, & naturali
procreato ex ipſo ſoluto, & Bilia eius concubina ſoluta, quam
tẽpore mortis aſſumpſit in vxorẽ cõdito teſtamẽto p ipſum Bar
nabam, in quo ſibi hęredem vniuerſalem inſtituit dominã Bea-
tricem eius matrem, & dictum eius filium inſtituit in certa par-
te, poſt cuius Bartholomæi mortem deceſſit dictus eius filius
Nifans, ſuperſtite dicta D. Beatrice hærede vniuerſali dicti Bar
nabonis, & dicto eius filio ſubſtituto, vt in teſtamento apparet,
& ſuperſtite D. Bilia matre dicti infantis, qui Barnabos voluit
ſubſtitutione factã eidẽ per Matthæum eius patrẽ eſſe firmã, &
validã per verba infraſcripti tenoris, videlicet, volẽs & mãdans
dictus teſtator, ꝙ ſubſtitutio facta per Matthæũ Bannis patrem
dicti teſtatoris, d. Barnaboni, q̃ iã euanuit p exiſtentiã filij d. Bar-
nabonis ſit firma & valida cõcluſio. ad d. Frãciſcũ, & ſorores tm̃
d. Matthæi, & eorũ filios quo ad partẽ hæredita. d. Matthæi tm̃
cũ conditione & modo, vt in d. teſtamẽto cõtinetur. nunc q̃ri-
tur viſis teſtamẽtis p̃dictis quid iuris. Primò, nunquid p matri-
moniũ ſubſecutũ inter d. Barnabonẽ, & eius concubinam, filius
naturalis d. Barnabonis effectus ſit legitimus: cũ tale matrimo-
niũ contractũ fuerit tpe, quo d. Barnabos erat infirmus corpo-
raliter: licet mente ſanus, ex qua infirmitate deceſſit, & fuerit
cõtractum per procuratorẽ ipſius Barnabonis. Scđò nunq̃d d.
Chriſtophorus, q̃ ſe immiſcuit in hæreditate ipſius Matthęi, &
multa bona vendidit, vt hæres ipſius, non tñ impleuit cõditio-
nẽ, ſub qua fuit hęres inſtitutus cenſet̃ hęredẽ fuiſſe d. Matthęi:
qa ſi non fuit hr̃s, pars eius vr̃ veniſſe ipſi Barnaboni iure accre-
ſcẽdi, ſi fuit hr̃s tunc iure ſubſtõnis, quorum diuerſitas eſt affe-
ctus. nunq̃d ſubſti. in d. teſtõ Matthęi ipſi Barnaboni, & Chriſto
phoro vigore ſubſtitutionis p̃fatæ admittat̃ ad hr̃ditatẽ d. Mat-
thæi in totũ, vel in partẽ, ꝓ qua nõ ob. ltĩmatio filij Barnabonis,
q̃ dr̃ facta per ſecutũ mr̃imoniũ. Super quarto, ſi vigore d. ſub-
ſtitutionis nõ admittunt̃: qa dr̃ euanuiſſe p exiſtentiã filij Barna
bonis, an vigore approbationis factæ p d. Barnabonẽ, de ſubſti-
tutione p̃dicta quo ad nominatos p eum, dicti ſubſtituti appro-
bati veniãt ad ſucceſſionẽ hr̃ditatis d. quondã Matthęi, ſeu Bar-
nabonis, & ꝓ qua parte. Quinto ſi admittit̃ ad ſucceſſionẽ p̃di-
ctã, nunquid hr̃ditas ipſius Barnabonis debeat æſtimari, habito
reſpectu



reſpectu à tpe mortis patris eius, an habito reſpectu ad tp̃s mor
tis dicti Barnabonis. Sexto cũ aliquis ex ſubſtitutione p̃dictis ap
probatis per dictũ Barnabonẽ deceſſerunt poſt mortẽ dicti Bar
nabonis, non agnita ſubſtitutione p̃dicta, & ante reſtitutionem
hæreditatis prædictæ ſibi factæ tranſmiſerunt ius fideicõmiſſi
ad hæredem eorũ. Septimò, nũquid filius dicti filij Barnabonis,
qui deceſſit in infantili ætate, admittitur ad ſucceſſionẽ ipſius,
vel ad aliquã partẽ viſa ſubſtitutione ſibi facta, per dictũ Barna-
bonem eius patrẽ. Octauo, cũ Vãnes Nerij auus paternus dicti
Barnabonis ſuũ condiderit teſtm̃, in quo prohibuit omnino in
perpetuũ, ſup iure domorũ ſitarũ in burgo ſancti Sepulchri re-
rũ alienationẽ, & diſtractionẽ, & longi tpis locationẽ, & cõceſ-
ſionem, & oẽm contractũ, ex quo alienatio ſequeretur, vel qui
in fraudẽ alienationis fieri pręſumeretur, vel pręſumi poſſet, &
hoc ideo fecit dictus teſtator: qa voluit dictas domos ſupra con
tentas. & cõfinatas, & quãlibet earũ in poſteros ſuos liberos ex
eo, vel eis ex maſculina linea deſcendẽtes ppetuo deuenire, &
eas ſuas domos, & quãlibet earũ in caſu, quo contra dictã ꝓhi-
bitionẽ ventũ, ſeu factũ fuerit p p̃dictos ſuos poſteros liberos,
& ppetuo deſcendentes à quocunq; vendicare & poſſeſſionem
apprehẽdere de plenaria ptãte, & authoritate, & voluntate ſo-
bria teſtatoris p̃dicti: & cum oẽs deſcendentes ex linea maſcu-
lina ex dicta Vanne deceſſerunt p̃ter vnum filiũ naturalẽ Chri-
ſtophori Valerij Vannis p̃dicti natũ ex ſoluto, & ſoluta. Quærit̃,
nunq̃d dictus filius Chriſtophorus p legatum factũ de domib.
prædictis Franciſco ſer Nerij, vt in teſtamẽto dicti Barnabonis
continetur, ius aliquod quæſiuerit in domib. prædictis, & nun-
quid dictus Barnabos teſtari potuerit circa domos prædictas,
prout teſtatus eſt ob. prohibitione prędicta. Vltimo prædictam
dominam Beatricem hæredem vniuerſalem dicti Barnabonis,
dictæ domus alienari prohibitæ dicit poſſe de iure alienari per
eam, non obſtante prohibitione prædicta.

CONSILIVM CCCXIX.

1 *Matrimonium contractum in articulo mortis an habeat legitimare filios.*
2 *Inſtit. ſub condit. an poſſit adire, vel pro hærede gerere neſciens cõditionem*
*extitiſſe.*
3 *Subſtitutio facta in caſu liberorum deficientium, expirat, exiſtẽtibus filijs*
*legitimatis per matrimonium contractum in articulo mortis. 4.*
5 *Teſtator ſi diſpoſuit ſub conditione, quæ deficit, & hæres confirmet huiuſ-*
*modi diſpoſitionem, an valebit vt diſpoſitio, an vt confirmatio.*
6 *Fideicommiſſum vniuerſale tranſmittitur, ſicut particulare.*
7 *Mater excluditur per pupillarem ſubſtitutionem.*
8 *Appel. liberorum an veniat baſtardus.*

1 In Chriſti nomine. † Matrimonium in ar-
ticulo mortis cõtractũ
habet filios legitimare: vt no. Cy. C. de natura. lib. l. nuper. & ple
nè no. per Io. And. in c. tanta. qui filij ſint legitimi. in nouella. &
iſte per matrimonium legitimatus excludit ſubſtitutum: quia
eſt legitimatio efficaciſſima, & hoc ideo: quia eſt legitimatio
naturam imitans: originem enim ex matrimonio trahit. C. de
2 natu. liber. l. cum quis. † Super ſecundo puncto dicendum eſt,
ꝙ inſtitutus ſub conditione non poteſt adire, vel pro hærede
gerere, niſi ſciat conditionem extitiſſe. ff. de condi. & demonſt.
l. multũ. & not. in l. illud. ff. ſi pars hære. petatur. & portio ipſius
interim morientis accreſcit cohæredi. vt C. de cad. tol. §. prò ſe-
cundo. & not. ff. de acq. hær. l. nec is. §. cohæredes. & l. ſi quis hę-
res. & C. de impub. & alijs ſubſt. l. teſtamẽto. hic aduertendum,
nã gl. dicti §. cohæredes. permittit veniri per ius accreſcendi re-
pudiata ſubſtitutione. & gl. in l. ſi qs hęres. non pmittit cohære-
di, ꝙ repudiet ſubſtitutionem vulgarẽ, iſte paſſus eſt difficilis: ta
men ad p̃ſens non expedit examinare, ꝙ cũ Chriſtophorus hæ-
res non fuerit, & hęreditas Barnabonis fuerit in totum collata,
ſumus in iure nõ decreſcendi, omnia ita geſta per Chriſtopho-
rum, & alienata non potuerunt geri, nec alienari, cum cõditio-
nem non impleuerit, de condi. & demon. l. qui hæredi. §. fi. ff. ad
3 Treb. l. ſed & ſi ante. & hoc de ſecundo puncto. † Super tertio,
dico ſubſtitutionem expiraſſe: vt dixi in primo puncto. ſicut em̃
quod matrimonium eſt cauſa liberorum, filij legitimè nati ex-
cludunt ſubſtitutum: ita cum liberi ſunt cauſa matrimonij: quia
propter liberos ad matrimonium deuenitur. & ſic legitimati
pręrogatiua, & fauoribus matrimonij gaudere debent, d. l. cum
quis. & d. ca. tanta. de naturalibus verò meris quid iuris ſit, ple.
not. ff. ad Treb. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. C. de inſt. & ſubſt. l.
generaliter. §. fi. ff. de re iur. l. ſi quis prægnante. & certe, ſimpli-
citer naturalis excludit ſubſtitutum extraneum naturali cauſa
inſpecta, & voto parentum. quod etiam circa naturales cadit,
niſi ratione contrariæ, & præponderantis pręſumptionis, con-
trarium eſſet coniecturandum. in caſu autem noſtro matrimo-
nium honeſtat prolem, & non eſt locus diſtinctioni dicti. §. ſi
quis rogatus. ſed indiſtinctè excludit ſubſtitutũ. ſi enim hoc fa-
cit figura matrimonij, vt d. l. fi. quanto magis veritas matrimo-
4 nij efficacis idem debet operari. † Super quarto puncto, videt̃,
ꝙ diſpoſitio Barnabonis eſſet impoſſibilis: quia quod euanuit
confirmari non poteſt. natura. n. cõfirmationis eſt reperire con
firmabile: vt ff. de li. leg. l. autem. §. teſtamento, ſed veritas eſt, ꝙ
non valet vt cõfirmatio: ſed vt noua diſpoſitio. ff. de leg. 1. l. lega-
ta inutiliter. ff. de mili. teſtamẽto. l. tribunus. §. vlt. ff. ad Treb. l.
ſi quis priore. itaq; ex teſt. Barnabonis vim capit, & formã, & o-
riginem, ac ſi Barnabos ita dixiſſet, quod pater meus ſub condi-
tione reliquit purè deberi nolo. ff. de alimen. leg. l. 3. §. conditio.
Et qa diſpoſitio Barnabonis, eſt diſpoſitio relatiua, certificatur
portio per terminũ, ad quẽ ſit relatio, vt l. hæc ſnĩa. de ſentẽtijs
q̃ ſi. cer. quan. cum ſi. In ratione verò legis falcidiæ, ſeu legitimæ
imponẽdæ inſpiciuntur facultates Barnabonis, de cuius hære-
5 ditate tractatur. ff. ad l. Fal. in quãti. Et p hoc rñdetur ad † quintũ
punctum. quia & d. Barnabos voluit præſtari Franciſco, & ſoro-
rib. Matthæi quantum p̃ſtaretur, ſi nullum filium habuiſſet, &
tunc detracta fuiſſet legitima, & trebellianica, ita & tunc detra-
hitur, ff. de le. 3. l. Mæuio, § auię. voluit. n. plus dare, q̃ deberetur,
ſi cõditio fideicõmiſ. non defeciſſet, de li. leg. l. legaui. C. de falſa
cauſa. l. ſi no deſignata. imputantur tñ podere de vulgari in hac
legitima & trebellianica, ad trc. l. Marcellus. §. res quæ. cum ſi,
6 † Sup ſexto pũcto dicendũ eſt, ꝙ fideicõmiſſum vniuerſale trãſ-
mittitur, ſicut particulare, niſi eſſet cõditionale; qđ non tranſ-
mittitur: vt plenè no. per Dy. & alios. ff. de le. 1. l. cum filio. C. de
fideicom. l. ſi in perſonã. ad treb. l. apud Iulianum. §. vtrum. & §.
7 cũ Antiſtia. C. de his qui ante apertas tab. l. 1. † Sup ſeptimo pun
cto dicendum eſt, ꝙ mater dicti filij legitimati, cui poterat pu-
pillariter ſubſtitui, in totum excluditur per pupillarem ſubſti-
tutionẽ, de inof. teſt. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. & in c. ſi
8 pater. de teſta. li. 6. † Super octauo puncto, vr̃ prima facie dicen-
dum, quod dictum eſt in tertio puncto, ſ. ꝙ filius baſtardus con-
tineatur appellatione liberorum: & per conſequens dictæ do-
mus ad eum ptineant, & non ad dominam Beatricẽ. de le. 1. l. fi-
lius. §. diui. cum materia ſua. mens em̃ teſtatoris naturalis immu
tatur, quæ cõmunis eſt naturali, atq; legitimo. de confirmando
tuto. l. fi. & quod no. per Cy. C. de interdicto matrimonio. l. li-
bertinum. vel ſaltim recurrendum eſt ad diſtinctionem dicti §.
ſi quis rogatus. hic conſidera: quia multum refert, an teſtator fa
ciat mentionẽ liberorum p hoc minus grauãdo liberos, vt ſi fi-
lius meus deceſſerit ſine filijs, talẽ ſubſtituo, quo caſu liberi na-
turales proſunt ad liberandũ ab onere fideicõmiſſi, vt dictis le-
gib. at econuerſo per naturalẽ filium fieret deterior cõditio le-
gitimorum: vt qñ ſumus in grauamine per exiſtentiã eorum, in
quo non eſſemus ſine eis, ſicut eſt hic: nam ſi naturales inclu-
duntur, legitimi magis grauantur. quia non poteſt alienare do-
mos ad eos deuẽtas: & ſic tunc prohibitio alienationis facta fa-
uore liberorum retorqueretur contra legitimos in fauorẽ na-
turalium, quod non eſt veriſimile: quia non eſt præſumendum
eſſe de naturalib. tantũ ſenſum, & quòd teſtator voluerit ligare
manus legitimorum propter baſtardos, per eos etiã honor do-
mus non conſeruatur, nec dignitas familiarum. ad quod teſta-
tor habuit reſpectum, & maximè quia erat homo nobilis, d. §. ſi
quis. Præterea ille teſtator cõſiderauit agnationem, dum dicit,
ex maſculina, quę non cadit in baſtardis. ff. vnde cog. l. ſi ſpurius.
& l. hac parte. Baſtardus enim ſequitur matrem, & non patrem.
ff. de ſta. ho. l. vulgo. ff. ad municipales. l. 1. quare concludo dictas
domos ad dictum baſtardum non venire: quia degenerat, vt C.
de naturalib. lib. l. fi. ex hoc ſequitur determinatio vltimi pun-
cti, ꝙ dictæ domus poſſunt alienari: quia quis reuocet nõ extat:
licet omnes legitimi & naturales ſint mortui: vt in auth. de reſt.
fideicommiſ. §. manifeſtum. & dict. §. diui. cum ſim. & hoc at-
tento dicti aui teſtamento. Sed attento teſtamento Barnabo-
nis, dicendum eſt alienationem fieri non poſſe, & conſeruan-
dum eſſe teſtamentum dicti Barnabonis: vt d. §. diui. Si tamen
Franciſ. cõſentiret alienationi, nõ poſſet venire contra, de le. 2.
l. cum pater §. libertis. dico etiam, quod poderi de vulgari libe-
re per-

re pertinet ad dñam Beatricem non obſtantibus quibuſcunq;
generalib. diſpoſitionib. in alios collatis.ff.de leg.2.l.legata.§.q
plures.de pecu.leg.l.ſeruo manumiſſo.fam.er.l.quo. Ego Bal.

CASVS.

In Dei nomine Amen.Poſt hoc lata ſententia cõtra Alfatellũ
appellantẽ propter rationes infraſcriptas appellatum fuit etiã
in cauſa appellationis productũ quoddã inſtrumentum,in quo
effectualiter continetur,ꝙ interpoſita appellatione, vt dictum
eſt intra tẽpus,quo debebat eligere, eligit proc. Alfatelli in ab-
ſentia iudicis,& partis habito vno nuncio, dixit ei, accipias iſta
acta,& deferas ea Alfatello,vt cauſam ſuam proſequatur in cu-
ria domini Albani,ad quem ego appellaui. Obijcitur per appel
lantẽ cõtra dictum inſtrumentũ, & ipſius tenorem, ꝙ ideo non
valet dicta electio;quia coram eo fieri debuit.Item quia nõ fuit
facta in pręſentia iudicis;quia ſicut appellatio interponitur co-
ram iudice,ita & electio coram eo fieri debuit.Item quia fuit fa
cta electio intimata parti;quia per talem electionem non certi-
ficabatur appellatus,coram quo debebat comparere. Reſpon-
detur iſtis,quòd non refert prima obiectio:quia abſente iudice
in cauſa appellari poteſt,& per conſequens multo magis eo ab-
ſente eligere.Item quia ſicut de iu. præſentia partis nõ exigitur
ad appellandum;ita nec ad eligendum requiritur,etiam quia il-
la iura, quæ dicunt,appellationem coniunctiuè, vel alternatiuè
interpoſitam non valere in cauſis beneficialibus, proprium lo-
cũ habere videtur,ideo quia appellatus inter certa tẽpora corã
iudice,ad quem,abſq; alia interpellatione comparere debet.

CONSILIVM CCCXX.

1 *Appellatio coniunctiua, & alternatiua, tenet & valet de iure ciuili, ſed
quid de iure cano. & num.2.*
3 *Legatus etiam ſine commiſſione ſpeciali Papæ non poteſt conſtituere con-
tra deuolutionem ad ſuperiorem.*
4 *Legatus contra iura facere ſeu ſtatuere non poteſt.*

Conſilium Do.Simonis de Borſano, V.I.excellen.
legum, & decretorũ doc. Arc. Bon,de
coniunctiua & alternatiua in app. interpoſita ad Papam.& D.
1 Alba.& ad quemlibet iudicem cõpetentem † de iure ciuili cla-
rum eſt,ꝙ appellatio valet& iudex immediatè debet cognoſce-
re:vt ff.de appel.l.Imperator.& no.extra de offi. dele. c. ſi is cui.
2 li.6.ſed quia ſumus in foro canonico,† videtur,ꝙ appellatio nõ
teneat. vnde tunc ſi incertitudo vitiat. vt ff. de iniur.l.prætor.§.
quod aũt.vt ff.de confeſſis.l.certũ.§.prerio.& ff.de teſt. tu. l.tu-
tor incertus.facit extra de elec.c.2.li.6.& de reſc.c.ad hæc.& de
arbitris.c.innotuit.& iſta eſt opi. Io.An.in c. ſi is cui.ꝑallegato,
& in regula, in alternatiuis. vbi hoc tenet expreſsè. ſed hic põt
obijci,ꝙ Io. And. loquitur in alternatiua, ideo non valet. & ſic
etiam loquuntur iura ſupra allegata: quia alternatiua parit in-
certitudinem,ſed in caſu propoſito nõ eſt alternatiua,vnde de-
bet valere:vt ff.ad Treb.l.recuſare.§.toties.& C.eo.l.fi.& qđ ibi
not.vbi valeat ſubſtitutio facta vulgariter, pupillariter,& fidei-
commiſſariè,& pro iſta opi.de copulatiua facit optimè Spec. in
tit.de appel.§.nunc tractemus.ver.ſed pone.vbi videtur tenere,
ꝙ valet,vt extra de poſtu.c.1.li.6.& inſt.de ac.§.aliæ.Item poteſt
obijci,quod licet app.non eligat infra 10.dies,quod valet appel
latio:vt ff.de leg.2.l.ſi quis Titio.§.fi.& l.cum quidam.& l.vnum
ex familia.§.rogo.Itẽ poteſt obijci de conſt. dñi Legati, quæ vi-
detur velle ſolum debere appellari ad immediatum iudicem,&
ſic ad ius ciuile reducit.vnde videtur, ꝙ dicta appellatio valeat,
ſicuti de iure ciuili dictum eſt valere debere. Ad primam obie-
ctionem reſpõdetur, ꝙ licet ſit copulatiua, etiã nõ valet. vt ex-
tra de conſti.c.vno.li.6.immo minus deberet valere in vim co-
pulatiuæ,q̃ alternatiuæ,ꝑ no.per Inn.extra, de off.deleg.c.cum
contingat.vbi dicit,ꝙ licet quis poſſit dicere ſententiã nullam,
vel iniquã,non tñ nullã & iniquã.Ad §.toties.& ad l.fi.reſpõde-
tur:qa ponit &,pro vel,& ita eſt in ſi.ff.de vſufr. leg. l.ſi Titio.&
in alternatiua illa poteſt valere,& eſt electio ſubſtituti, quã eli-
gere velit. Si dicatur, ergo eodẽ modo valere debet appellatio
in caſu noſtro,ſi eligeret appellans,ſed verum eſt in tps debitũ,
ſcilicet 10.dies,poſt non poteſt propter defectũ extremi,à quo.
vt ff.rem ra.hab.l.bonorum.& ff.de contrah. empt. l.quod ſi in
diẽ.§.ſi ſub conditione. Ad opi.Spe.reſpondetur, ꝙ non eſt ve-
ra.Item & in caſu noſtro facit pro appellato:quia Spe. tenet ap-
pel.deuolutam ad Papam, coram illo ergo appellans debebat
proſequi,& in caſu noſtro elapſus eſt annus.& ſic ſententia pri-
ma tranſiuit in rem iudicatã:vt C.de tempo. appel. auth. ei qui.
& extra de appel.c.cum ſit Roman. Ad obiectionem de ꝓbabi-
li dubio reſpondetur,ꝙ hic non fuit probabile dubium,nã pro-
babile dubium eſt, ꝙ eſt propter incertitudinem aduerſarij. vt
ff.quorum leg.l.1.§.quod ait. vel lex,de ignorantia facti proba-
bili ita loquitur,quod not.in c.1.§.is cui. extra de offi.deleg.lib.
6.& quod not.per Ioan.An.in nouella. ſed hic eſt ex ignorantia
iuris,quę non eſt probabilis,vt extra de reg.iur.c.iuris ignoran-
tia.li.6.cum ſim. Ad tertiam obiectionem, ꝙ valet ſine electio-
ne:vt l.ſi quis Titio.§.fi.cum ſim.ſolutio patet.nam legatum eſt
actus, qui ante poteſt communicari pluribus, ſed non ſic eſt in
iudicio.nam appellatus non debet trahi coram pluribus iudi-
cibus,ſed ſolum coram vno. Ad conſtitutionem legati reſpon-
3 detur,quòd in caſu noſtro non loquitur,iſtud quoque vidi.†Itẽ
etiam legatus ſine commiſſione ſpeciali Papæ non poteſt con-
ſtituere contra deuolutionem ad ſuperiorem: vt extra de iure-
iuran.c.venientes.& quod ibi not.per Inn. & facit, quod not.c.
cum in tua.extra de conſue.lib.6.& quod not.per Cy. in l. ſi ap-
pel.C.de appellat. & qđ not.per Bart. ff.de iuſtitia & iure.l.om-
4 nes populi.† Item enim legatus contra iura facere, ſeu ſtatuere
non poteſt.vt extra de filijs preſbyt.cap.dilectus etiam. de offic.
præfect.prætor. Affri.leg.2. & quod not. Mod. in clem.l.1.de e-
lect.& facit,quod not.per Bart. ff.quod vi, aut clam. l.3.in prin.
vnde concludo appellationem prædictam non valere,conſtit.
Vrbani extrauagãs eſt,nec eſt in iudicio per partes productum.
vnde ſtandum eſt iuri communi alio nõ apparente. Item etiam
poſſet dici, quòd caſum noſtrum non tangit, &c. Ego Simon
de Borſano ſic dico,& conſulo,&c.

CONSILIVM CCCXXI.

1 *Deſtructione & demolitione caſtri auctoritate principis extinguitur omne
ius caſtri,cum pertinentijs.*
2 *Bonorum priuatorum condemnatorum confiſcatione, an bona illa, quæ pri-
us erant ſubiecta ſeruituti, & iuribus ſubiectionis caſtri deſtructi effici-
antur libera.*
3 *Priuatus ſuccedens fiſco, vel alteri priuilegiato, an vtatur priuilegio.*
4 *Deſtructio, & reſtitutio an à pari procedant.*

Adde conſilium ſequens.

In Chriſti nomine. Viſo inſtrumento ven-
ditionis factę per domi
num Sabinum Titio, & viſo alio inſtrumento conceſſionis fa-
ctæ domino Alberto per dominum Vrbanum Pandere, ex du-
1 bijs inde extractis plura attendenda.† Primo enim oſtendendũ
eſt: quia propter deſtructionem & demolitionem caſtri Cor.
authoritate principis maximè ex cauſa expreſſa; vtpote rebel-
lionis ſubditorum, & incolarum extinguitur omne ius caſtri,
cum pertinentijs ſibi tunc iure ſpeciali conceſſis.hoc probatur
25.q.2.c.fi.16.q.7.& hoc ſcripſimus de verb. ſignifi. c.abbate. &
c.cum iniuncto.de no.ope.nunc.& vtrobique per Inno. & glo.
ſic ergo demolitione caſtri authoritate principis extinguuntur
omnia iura caſtri, & pertinentiarum. & hæc eſt prima conclu-
2 ſio,†ex qua infertur,ꝙ per confiſcationem bonorum priuato-
rum,condemnatorum rebellium,bona illa,quæ prius erãt ſub-
iecta ſeruituti, & iuribus ſubiectionis caſtri efficiuntur libera,
cum extinctis iuribus caſtri, vt infra deductum eſt, extinguan-
tur omnia iura ſeruitutum: quia rei, quæ non eſt, non debetur
ſeruitus. C.de legib.l.non dubium.ff.de collegi.illicitis. l.3.ff.de
reg.iur.l.nihil dolo.ff.de fideiuſſ.l.fideiuſſor obligari. & hæc eſt
ſecunda concluſio,ſcilicet,quòd bona priuatorum condemna-
torum per confiſcationem deſtructo caſtro liberantur à ſerui-
tute,qua tenebantur,pro modo à ſeruitute qua tenebantur ec-
cleſiæ ratione caſtri,cum ratione caſtri forent obnoxia, & ſub-
iecta ſeruitutibus eccleſiæ,& maximè cum fuerint incorporata
in fiſcũ eccleſiæ, cum res ſua nemini ſeruiat ſeruitute formali.
Ex hac concluſione infertur tertia concluſio, ſ. ꝙ cum hæc ſint
vendita tranſeant in emptorẽ cum illa libertate,cum qua erant
penes eccleſiã tẽpore venditionis. hoc probatur per ſeriẽ con-
tractus:quia vendidit d.Sabinus cum omnib.iurib.circa, & qui
omne dicit,nihil excludit.ff.de off.præſi.l.ꝑſes.19. d.c.ſi Roma-
norum.de maio.& obe. c.ſolitæ. Item quia vendito principali
cedũt acceſſoria,vt regula, cũ principalis. ff.de reg.iu.& regula,
acceſſorium.eo.ti.lib.6.Nec hoc caſu eſt dubitandum,& diſpu-
3 tandum,†an priuatus ſuccedẽs fiſco,vel alteri priuilegiato vta-
tur,vel non priuilegio canon.de quo plenè in auth. quas actio-
nes.C.



nes.C.de ſac.ſan.eccl.& ibi per Pet.& Cy.quia hic ex vi contra-
ctus venditionis tranſeũt omnia iura,& libertates, q̃ non com-
petebant fiſco.vendit.quidẽ ꝓbant verba contractus,à quib.nõ
eſt recedendũ,niſi in contrariũ de mente conſtaret. ff. de le. 3.l.
non aliter.ff.qui & à qui.l.ꝑſpexit.ff.de exercito.l.1. §.is qui na-
uem.de priui.c.porrò.& eſt,cap.ſi Papa. eo.ti.li.6.& habuit ven
dens ꝑtãtem ſic vendendi.vt patet ex ſerie mandatorũ dñi Inn.
& D.Vrbani.Ex his concluditur pro dictis emptorib.& D.Berta
& eius hęres ex vi cõtractus habent illa bona libera à ſubiectio-
4 nib.& onerib.de quib.hic dubium inſurgit.† ſed hic tñ obijcie-
tur,licet caſtrum fuerit authoritate principis deſtructum, fuit
eadem authoritate reſtitutũ: cum ſit par ꝑtãs deſtruẽdi, & con-
ſtruendi,de pœ. d.p.verbum. etiã par in parẽ non habet Impe-
riũ.ff.ad Tre.l.ille.§.ſi tempeſtiuũ.de electio.cap.innotuit.ff.de
ar.l.nã magiſtrat.& c.ſi.de reſc.lib.6.etiã caſtro reſtituto omnia
iura plenariè reſtituuntur. C.de ſententiã paſſ.l.1.& l.fi.ff.de mi-
no.l.quod ſi mino.& § reſtitutio.4.q.1. c.reintegranda. Huic rñ
detur:ꝙ licet caſtrũ,& iura caſtri ſint reſtituta:ſed reſtitutio in-
telligitur,& intelligi debet ſine ꝑiudicio iuris quęſiti tertio,cui
princeps ſimpliciter reſtituendo non intelligitur ꝑiudiciũ ge-
nerare.ff.ne qd in loco publico l.2.§.ſi quis à principe.caſus eſt.
C.de remiſ.pign.l.fi.caſus eſt in c. quamuis. de reſcri. li.6.immo
reuera hæc non eſt vera reſtitutio, immo mera conceſſio: cum
actio ſemel extincta nunq̃ reuiuiſcat. ff.de ſolu. l.qui res.§.areã.
& eſt caſus in ſimili.in d.c.quãuis. de reſcr. li 6. Conceſſio ergo
facta de caſtro,& iurib.& facultatib.abſoluẽdi bannitos & con-
dem.priuatos non præiudicat iuri q̃ſito tertio, niſi aliud expri-
mat princeps,quod non apparet ex ſerie conceſſionis,vt l.3.§.ſi
quis à Principe. ff.ne quid in loco publico. ſed hic ſtatim obijc.
licet bona per confiſcationem deſtructo caſtro fuerint libera-
ta:tamen per D.Vrbanum in cõceſſione facta D. Alberto ſuſci-
tantur iura antiqua extincta. Vel concedit iura noua ſubijcien-
do illi caſtro conſtructo. Cum Vrbanus in conceſſione ſua di-
cat.ita tñ ꝙ tu,& habitatores teneamini, vt caualcatas, &c.ergo
videtur ſuſcitare iura,vel de nouo concedere. huic reſpõdetur,
ꝙ verũ eſt, ꝙ ſuſcitat, ſiue concedit iura caſtri, quæ prius erant
extincta: ſed non debet inferri: ergo illa iura concedit, in quo-
cunq;.non.n.per illam conceſſionem intendit princeps dero-
gare iuri tertij.vt iurib.ſupra allegatis.intelligitur enim ſemper
fieri reſtitutio,ſiue conceſſio ſine præiudicio tertij alio non ex-
preſſo. vt d.l.quamuis.& ibi caſus.& l.2.§.ſi quis à principe.& l.
fi.C.de remiſ.pig.ergo illa verba generalia ſunt legaliter intelli-
genda.de iureiu.c.veniens.& c.quintauallis.& c.1.eo.ti.lib.6.ff.
de ope.libertorũ.l.ſi libertus.maximè cum tranſierunt hęc bo-
na cum libertate illa,titulo oneroſo,licet vẽditionis,& ſic pro-
pter libertatem pluris empta fuerunt. & ſic non eſt veriſimile;
quia princeps ſic generaliter concedendo noluit priuare em-
ptorem iure ſuo.Eſt tamen attendendum, ꝙ ea, quæ dicta ſunt
procedunt in onerib.iniuſtis,quæ imponuntur perſonis ꝓpter
res. quædam ſunt onera, quæ concernunt ſolum perſonas tñ.
emptor liber eſt,cum non ſit ſubiectus caſtro:vt l.fi.ff.de iu.om.
iud. & l. cum bonus.ff.de bon. autho. iudi. poſ. & c. 2.de conſt.
lib.6.ſicut igitur ab onerib. concernentib. perſonas, ꝑꝑ bona,
cum perſona principaliter ſubiecta onerib. ſit,non ſubdita. er-
go bona, quæ accedunt perſonæ,non ſubijcientur: vt l.cũ prin-
cipali.ff.de reg.iu.& l.non dubium.C.de legi.de fid.inſt. c.inter
dilectos.& regula,acceſſorium.de reg.iur.li,6.ſi autem fuerunt
onera merè realia,illa tranſeunt in quemcunq;: quia res tranſit
cum onere ſuo.C.ſine cen.vel reli.l.1.2.& 3.ff.de pign.actio.l.ſa-
nè.& l.ſeq.§.ſi fundus.23.q.1.c.ſi tributum.12.q.1.ſi tributum. de
decimis.c.cum non ſit.de pigno. c. ex literis. & hoc niſi illa iura
forent extincta authoritate principis.

CASVS.

Punctus quæſtionis,ſuper quo petitur conſilium ſapiẽtis ta-
lis eſt, quod caſtrum Corrinaldi prouinciæ Marchiæ Anconi-
tanæ propter rebellionem dudum factam contra eccleſiam Ro
manam poſitum fuit in ruina,& ſtetit certo tẽpore inhabitatũ,
de quo caſtro nonnulli homines fuerunt in ære,& perſona con
demnati per officiales eccleſiæ, quorum bona appræhenſa pro
parte eccleſiæ D. Egidius epiſcopus Sabi. Cardinalis Legatus
vendidit certo pretio D. Ioanni de Alegio Rectori prouinciæ
prædictæ cum omnibus iuribus ad dicta bona ſpectantibus &
cum clauſulis in venditione opportunis. demum d.D.Ioannes
apprehendit poſſeſſionem dictorum bonorum, & ea poſſedit
quæ quidem reliquit iure legati dominæ vxori ſuæ, vel eam in
bonis ſuis hæredem inſtituit. demum elapſo certo tempore &
ſpacio annorum octo, D.Vrbanus Papa quintus dictum caſtrũ
ſic deſtructum in feudum conceſſit D.Nicolao de Neapoli pro
ſe ſuiſq; filijs,& nepotib.prædictis,ergo D.Nicolaus poſſeſſio
nem recipiens dicti caſtri eum repoſuit, fortificauit, & fortali-
tia aptauit,qui volens inde fructus,& redditus habere debitas,
quærit,& cogit omnes poſſidentes,& habentes poſſeſſiones in
caſtro & territorio ſuo ad ſoluẽdum generale ſubſidium, quod
imponitur:quod parte eccleſiæ omnibus ſubdit.& c. nec ad ſol
uendum ſibi collectas, & datia pro cenſu & affictu ſibi taxat,
quos annuatim ſoluit ipſe dominus Cameræ Romanę eccleſię,
& pro ſalario caſtellani dicti caſtri cõſtructi ad fidelitatem con-
ſeruandam dictæ eccleſiæ, nec non pote. & rectori dicti caſtri,
& per prouiſionem factam D.Nicolao tanquam domino natu-
rali dicti caſtri Corrinaldi,quibus pro parte dictæ dominæ ob-
ijcitur,& opponitur,quòd pro dictis bonis,quæ fuerunt dicto-
rum rebellium condemnatorum peruenta ad manus ſuas tan-
quam hæredem dicti domini Ioannis ad ſoluendum & ſubeun-
dum ac contribuendum eidem domino in declaratis oneribus
& ſolutionibus nequaquam tenetur, & aliquid debetur ex eis
eidem domino,& in his creditur habere bona iura aſſerens bo-
na illa empta fuiſſe ab eccleſia Romana, &c. prout videbitur in
quodam conſilio D.Ioannis de Lignano, cuius copia præſenti-
bus mittitur,& etiam copia conceſſionis dicti caſtri eidem do-
mino factæ,&c.

CONSILIVM CCCXXII.

1 *Quomodo intelligatur dictum Inno.in c.cum ex iniuncto. de oper.no.nun. ſi
ciuitas caſtrum, vel collegium authoritate ſuperioris deſtruitur propter
ſuum delictum,de cætero nullus eſt ibi ciuis, vel municeps.*
2 *Emẽs certas poſſeſſiones ab eccleſia an per hoc emat exemptionem, vel im-
munitatem.*
3 *Eccleſia iura, quæ vendit vni,non poteſt alteri concedere.*
4 *Vaſallus recuperat omnia iura, quæ amiſerat propter feloniam,ſi dominus
ei parcat.*

1 In Chriſti nomine. †In primis conſiderã-
dum eſt,qualiter debe-
at intelligi dictum Inno.in c.cum ex iniuncto.de no,oper.nun,
vbi dicit,quòd ſi ciuitas,caſtrum, vel collegium authoritate ſu-
perioris deſtruitur propter ſuum delictum,de cætero nullus eſt
ibi ciuis,vel municeps;perdit enim caſtrum omnia iura, quaſi
mortem paſſi,in hoc enim modo maximam capitis diminutio-
nem patitur:quia in cinerem vertitur: vt ff.quibus mod. vſusfr.
amitta.l.ſi vſufr.l.excepta.& no.ff.de vſufr.leg.l.ſi vſufructu mu
nicipib. & maximè cum propter rebellionem: quia deficiunt,
qui in hoſtium numero ſe conferunt.ff.de capi.dimi.l.qui defi-
ciunt,& in crimen læſę maieſtatis incidunt, quod ipſo facto da-
mnatum eſt:vt C.ad l.Iu.maie.l.quiſquis.ergo tales rebelliones
ſunt notoriæ,vnde non exigunt ſententiã,vt ff.de ac.emp.l.em-
ptorem. & no. de infamibus. l.ictus fuſtium. & in c.tua. & in c.
veſtra.de cohabi.cle.& mulie.& accedat, quod not.Inno.de ex-
ceſ.præla.c.dilecta. in fi. vbi facit, quod ad mandatum ſuperio-
rum,& eorum dictum deſtrui poſſunt:deſtructo autem princi-
pali deſtruitur acceſſoriũ. vnde deſtructo caſtro deſtruitur ter-
ritorium caſtri.ff.de ſerui.ru.præd.l.3.§.qui habet iuſtum. ſicut
enim homo mortuus,& extinctus non habet quicquam de his,
quæ pro non ſcriptis habentur.l.ſi in metallum. de condi.& de.
l.interdictum. ad Treb. l.ex facto. §. ſi quis rogatus fuerit libe-
ris filijs.ff.de neg.geſt.l.3.§.hæc verba.& no. in l.eius qui in pro-
uincia.in prin. ſi cer.pet.ita caſtrum, & figura,& in eſſentia de-
ſtructum cum capite,formas quoq; amiſit. de ſe.tab.l.qui ex li-
beris.§.teſtamento.& eſt expreſſum de leg.3.l.pater.§.Tuſcula-
nus.& ſunt hæc vera,cũ iure deſtruitur,ſecus ſi caſu & caſmate:
ſunt.n.caſus iudices fortunarũ:vt flumina. de neg.ge. ſed an vl-
tro.Itẽ ſi ꝓuidentia ſuperioris:vt quia caſtrum erat debile,& in
confinio hoſtium,nõ aptum ad bonum. C.de off.ꝑfe.ꝑto.Affr.
l.in nomine domini.conuenit ergo territoriũ cum caſtro,& ac-
ceſſoriũ cũ principali.ff.de colleg.illici.l 1.in fi.qm̃ acceſſorium
per ſe nõ ſtat.ff.de fundo do.l.ſi cui.ff.de pecu.leg.l.2.& no.inſt.
de leg.§.ſi quis ancillas.nempe territoriũ caſtri illud dicitur, qđ
ſibi in iuriſdictione rñdet vt l.ſi pupillus.§.territoriũ. dicit Inn.
de reſ.ſpo. c.cũ ad ſedem.ꝙ de pedanea iuriſdictione eſt intelli-
gendũ,vel de cõſuetudinaria:vt no.in auth.de defenſo. ci.§.nul
lam

lam videtur.col.3.in gl.magna.in fi.facit de tut.& cur.da.ab his. l.vbi abſunt.ex qua iuriſdictione poſſunt inter ſe imponere onera,& collectas pro ſuis ſubſidijs,& neceſſitatibus, puta pro ſoluendis debitis:vt no.in l.1.§.quibus.quod cuiuſq; vniuerſit.nomine.& l.1.ff.quod quiſque iuris.per Iac.But.ſi autẽ caſtrum eſt extin.omnis ſua iuriſdictio eſt cad.C.de cad.tol.§.pro ſecundo. facit,quod no.C.de pœnis.l.ſeruus.per Cy.ſed tamẽ ſunt intelligenda,qñ per diffinitiuam ſententiam inferioris,vel mandato principis caſtrũ deſtruitur.inferiores.n. qui ſunt ſubditi legib. pœnas capitales inferre non pñt ſine diffinitiua, niſi crimen ſit notorium:vt l.diuus.de cuſto.reorũ.& l.quod ad ſtatum.de pœnis.vnde oportet de crimine conſtare, & poſtea pronunciatur, de iure fiſci.l.eius qui delatorem. & ideo ſi non fuit demolitum caſtrum ꝓcedente ſententia,nec per principẽ: quia in principe non deſideratur ordo iu. & ideo principem ſemper excipi à regulis iur.vt not.Inno.de re iud.c.in cauſis.certè demolitio facta impetu inferioris non aufert caſtro iura ſua quo ad habitũ:quia non trahit ſecum effectum,quod ſit in ordina.de re iud.l.ſi cum nulla. Conſiliũ ergo dicti excellentis viri debet intelligi in perſona particulari præcedente ſententia demolitionis vi,vel iuſſu Papæ,aliàs non eſſet verum. ff.de re milit.l.3.§.ſi ad diem.maximè quia vniuerſitates propriè non delinquunt, nec incidũt verè in crimen perduellionis. de pœnis.l.aut facta.§.ſi.qualiter ego intelligo,facit,quod no.Inn.de ſimo.c.dilectus.Scdò viden-
2 dũ eſt,† an ille,qui emit certas poſſeſſiones ab eccleſia, per hoc emat exemptionem,vel immunitatem ab aliqua iuriſdictione. & dicendum eſt,ꝙ aut emit ſub nomine agrorũ, aut ſub nomine territorij, primo caſu nullã conſequitur iuriſdictionem, vel exemptionem:vt no.Inn.de pac.c.ex literis.iuriſdictio enim eſt quid vniuerſale,& ideo non cõtinetur ſub corpore ſingulariter demonſtrato.inſtit.de fideic.hære.§.ſi quis vna.& not.de tranſact.c.præterea quarto.tamẽ ſignificatione agri non ſignificatur iuriſdictio,aliter.n.& actio intellectus iudicatur de iuriſdictione,aliter de agro,nec eſt eadẽ diffinitio,& ideo diuerſa sũt.hinc eſt,ꝙ qui emit rem à fiſco; licet acquirat pleno iure: vt l.bene à Zenone.tamen fiſcalia munera publica debẽt ſuppoſitare, nec per hoc eſt exemptus vel immunis.ff.de pub.l.licitatio.§.ſi.quæ intelligitur,sm̃ no.in l.1.C.ne fiſcus rem quam vẽdidit euincat. lib.10.ſecundo caſu conſequitur iuriſdictionem,id eſt,commoda iuriſdictionis.nã eccleſia non poteſt vendere directã,nec inſeparabilem iuriſdictionẽ:vt notatur in auth. quo modo oportet epos.in prin.Ad hoc de re iud.c.cum Bertoldus.de contrah.
3 emp.l.in modicis.de acq.re.dom.l.quædam.† Tertiò eſt ſciendum,ꝙ eccleſia iura,q̃ vendidit vni,non põt cõcedere alteri: vt l.ſiue autem.§.ſi duob.de publ.de leg.1.l.non quocunq;.§.qui Caium.Item in generali ſermone non includuntur illa, q̃ alteri ſunt ſpecialiter deputata:vt ff.de leg.1.l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.de pec.l.ſeruo manu. de fun.inſtr.l.Seiæ.§.Tyrannæ. Item in teſti.non includuntur ea,q̃ non pertinẽt ad liberam, & ęquã poteſtatem reſtituentis:vt no.de lib.& poſth.l.Gallus.§.& quid ſi tãtum.& in c.q̃uis.de reſc.li.6. Quartò eſt concludendum ex præmiſſis,ꝙ aut D.Ioannes de Angelo emit iura iuriſdictionalia,& tũc in rebus emptis D.Nicolaus nullã habet poteſtatem, nec in alienum immittere poteſt: vt l.ſicuti.§.Ariſto.ſi ſeruitus vendicetur.diuiſum enim tunc eſſet territorium à ſuperiore: vt ff.de aſſeſſo.l.ſi eadẽ.ff.fin.regun.l.eos.&ideo noui fines intuendi eſſent,non veteres.aut emit iura patrimonialia,puta bona olim Titij,& tunc D.Nicolaus habet illã poteſtatẽ in iſtis bonis, quã habet in alijs antiqui territorij. verba enĩ q̃ faciunt mẽtionem de territorio,non pñt aliter intelligi,niſi de territorio conſueto: vt ff.de auro & argen.lega.l.ſi vxo. mundus. §.1.in verbo, eſſe ſolebat,& arg.ff.de hære.inſt.l.ex facto.§.rerum autem. Aliàs ſequeretur, quod in nullis, vel ſucceſſione, vel venditione permutatis in alios haberet poteſtatẽ,quod falſum eſt: q̃a abſtulit indigna, reintegrat beneuolam reſtitutionem:vt d.l.fi. C.de ſñiam paſſis.no.vt dixi hoc caſu iuris contractu emẽs nullã conſequitur exemptionẽ à munerib. & ideo qđ non reperitur exemptum,remanet ſub vniuerſitatis iure incluſum, de mili.teſt. l.tribunus.§.fi.& ff.de fundo inſtr.l.quæſitum.§.idem reſpõdet denuo.& facit:quia ante reſtitutionẽ erat memoria, & non res: & poſt reſtitutionem factã per principẽ extat memoria, & res, no.in l.ſicut.§.ſed,quod cuiuſq; vniuerſi.nomine.ad idẽ facit,ꝙ iura debent de integri matrimonij mala vel bona gratia diſſolui.nam omnia iura reintegrant,q̃ ex veteri matrimonio regimẽ ſumebant:vt ff.rerum amo.l.licet.ad fi.ſo.ma.l.peculiũ.§.vxor. ad idem facit, quod legatum per inimicitiam extinctum ꝓpter amicitiam,& bonam gratiam reconualeſcit, & reintegratur.ff.
4 de adim.leg.l.3.§.fin.& l.iterum.† Ad idem etiam facit id,quod legitur de domino,qui vaſallo pepercit feloniam : quia vaſallus omnia iura prohibendi recuperat : vt no.de pœn. l.capitalium. §.ſi hæres.ad idẽ & facit,quod not. C.de bonis vacan. l.ſi quando.& ff.de conſt.prin.l.beneficium.& ff.de contrata.l.1.in fi.& ff.de iniuſt.teſtam. l.ſi quis filio exhæredato. §.pen. & quod no. in d.l.fi.C.de ſententiam päſſis.in quæſtione gl. & doctores. Et ita dico & conſulo ego Bald.

CASVS.

Punctus,vtrũ vigore vnius accuſationis de falſo inſti. per Albertum notariũ de Varijs de ponte Petræ Veronæ contra Laurentium quondam dñi Marci de Magiſtris,coram iudice maleficiorum communis Veronę viſis actis,& actitatis in dicto proceſſu,ac omnib. ſingulis iuribus, & allegationib. dictarum partium,ac ſtatutis communis Veronæ per dictas partes allega. & productis,pręedictus Laurentius veniat condemnandus,vel abſoluendus à dicta cauſa,ſeu quæ ſint partes iudicis de medio ſuper dicta accuſatione,& toto prædicto proceſſu, viſis primo omnibus actis,& actitatis,vt ſupra.Item vtrum vigore, & occaſione vnius accuſæ de ꝓductione falſorum teſtiũ inſt.per infraſcriptum Laurentium de Magiſtris contra infraſcriptum Albertum notariũ de Varijs coram infraſcripto Iudice maleficiorum cõmunis Veron. viſis actis, & actitatis in dicta cauſa, & in toto proceſſu,vt ſupra prædictus Albertus notarius de Varijs veniat condemnandus, an abſoluendus à dicta cauſa, ſeu q̃ ſint partes iudicis de medio ſuper dicta accuſatione, & toto dicto ꝓceſſu, viſis primò omnib. actis & actitatis, vt s. Item an in procedẽdo ſup vtroq; proceſſu de flo.fuerit illata iniuria Laurẽtio de Magiſtris, de quo fit mẽtio in dictis proceſſib. per iudicem de medio procedentem,& de cauſa ſententiæ cognoſcentem.

## CONSILIVM CCCXXIII.

1 *Comburens,vel abradens ſcripturam, an, & quando quis teneatur crimine falſi.*
2 *Teſtis non dicitur falſum deponere,quando dictum ſuum poteſt aliqua interpretatione verificari.*
3 *Succedere in ſocietate cum aliquo poteſt duobus modis intelligi.*

In Chriſti nomine. Præmittẽdum eſt ad euidentiã,† quòd quan-
1 doque quis conficit memorialem codicem ſibi tantum, vt res geſtas per viſionem ſcripturæ reminiſcatur,huiuſmodi ſcripturas licitum eſt comburere ſibi & abradere: quia nemini iniuriam facit.hinc eſt,quòd teſtator ſuum teſtamentum delere poteſt,& facere poteſt,ne id appareat,ne vel legi,vel intelligi poſſit. ff.de his quæ in teſtam. delentur.l.1.& l.cancellauerat. ff.de milit.teſt.l.tribunus.§.vlt.C.de teſtam.l.Vranius.& qui in talibus ſcripturis,quæ nemini nocent,falſum ſcribit, non tenetur crimine falſi,vt not.C.de falſis.l.clauibus.in glo.ſed cur. Interdum quis conficit ſcripturam alteri tm̃,vt argentarius,& tabellio,& tunc tenetur de falſo,ſi falſum ſcribit, vel alio modo falſum committit,vt C.de falſis.l.ſi quis decurio.de hr̃ti.c.fraternitatis.p Inn.ff.ad l.Corn.de falſis.l.1.§.q rationib.cũ infinitis ſimilib.Interdum quis cõficit ſcripturam ſibi, & alteri,vt ſocius, qui codicem rationum componit.ff.de edendo.l.quidã.in principio,& no.in c.1.de vſuris.in clem. nam inuicem ſocij mãdare videntur,vt vnuſquiſq; actus ſui rationem conficiat: quicunq; enĩ tenetur reddere rationẽ, tenetur & conficere. de tutelis,& ratio.diſtra.l.1.§.officio.C.de edendo.in gl.in l.1.per Iac.Butri. de condit.& demonſt.l.cum ſeruus.de legatis primo.l.ſi ſeruus vetitus.de manu.teſtamen.l.quod filius.cum multis ſimil.& tales rationes ſi ſunt veriſimiles,faciunt aliqualem fidẽ, & pſumptionem:vt not.ff.de edendo.l.quædam.§.numularios. & dato ꝙ non pro eo,faciunt fidẽ contra eũ: vt no.ff.de donat.l.nuda. per Bar.tamẽ ex tali ſcriptura quæſitum eſt aduerſario ius probationis.& ideo ſi in eo falſum committitur radendo, vel comburendo,vt veritas non appareat,tenetur faciens crimine falſi: vt not.in d.l.quidã. & d.§. qui rationibus.ſaltim poſtquam quis in iudicio,vel coram arbitrio tali ſcriptura vſus eſt: vt C.de probationib.l.iubemus.& C.de fide inſtrumen.l.fin.quia ſicut acta ſunt communia,ita ipſa productio,quemadmodum ipſæ rationes

nes



nes ſunt de actis contra producentem.facit, ꝙ nota.ff.de eden. l.1.§.editiones.& ff.de adminiſ.tut.l.chyrographis.& de offi.deleg.c.cum in iure.& de prob. cap. quoniam contra falſam. per Inno.ff.de falſis.l.ſi quis obrepſit.ff.de iure fiſci.l.in fraudem.§. quoties.poſt productionẽ.n.ſemper id,ꝙ productũ eſt, incipit eſſe in iudicis poteſtate.C.de teſtib.l.nullum.ff.qui ſatiſdare co. l.de die.in prin.per Iac.Butr.ff.de furtis.l.Sempronia libellus.ff. de falſis.l.athletas. comburere ergo rationes productas non licuit.d.l.fi.§.fuit autem.ibi,nec dolo malo &c.Et pro examinanda cauſa,quare cõbuſſit,licita eſt tortura: vt C.de falſis.l.vbi. q̃a id dolo comburentis accidit, & conſtat de dolo, quod falſitas nil aliud eſt,quam adulteratio veritatis: vt in auth. de inſtrumẽtorum cau.& fide.circa principium. ſuper combuſtione autem non indigemus teſtibus:quia reus confeſſus eſt ſponte, licet ad excuſandum peccatum prætendat licuiſſe,tamen (vt dixi) non licuit:licet iam vſus eſſet coram arbitris, qui ad inſtar iudicum rediguntur in his,quæ facti probationem faciunt. C.de arbit.l. pen.hoc tamen totum.ſ.raſura, & combuſtio: quia tendunt ad vnum finem tantum,ſ.vt veritas non appareat, pro vno tm̃ delicto habenda ſunt.C.de ſer.fug.l.q̃cunq;.p Iac.de Are.iuxta.l.illud.§.fin.ad l.Aqui.& p Dy.in l.nunq̃ plura.& per hoc rñſum eſt primo,& ſecundo puncto pdictis,& facit, ꝙ legitur, & no.ff.ad
2 muni.l.Titio.§.cũ eſſet.in prin.ff.de dolo.l.quidã.†.Reſtat videre quid iuris de accu.Laurentij contra Albertum & ad euidentiam præmittendum eſt,ꝙ teſtis non dr̃ falſum deponere: qñ dictũ ſuũ poteſt aliqua interpretatione verificare: vt extra de teſt. co.c.filij.& no.per Inn.extra de reſcri.ca. cauſam quæ.Item præ
3 mittendum eſt,† quod ſuccedere in ſocietate cum aliquo, põt intelligi duobus modis. vno modo incidenter circa rem ipſam, puta ſi duo ſocij emunt iura tertij, alio principaliter, & ex conuentione.V.G duo emunt, vel alio titulo acquirunt iura eiuſdẽ ex ſocijs.& hoc acto,ꝙ in eis ſocij ſint,& ꝙ ſocietas in ipſis tñ remaneat. & hæc eſt noua ſocietas & vnus abit, & alter ingredit. vel ſi à principio hoc actũ eſt.ff.pro ſo.l.cũ duob.§.ſi quis.& §. Idem Mela.cum infinitis ſi.modo ſecundũ primã interpretationem poteſt verificari teſtimoniũ: vt apparet per publicũ iſtr̃m: tñ hic eſt conſiderandũ, ꝙ interdũ teſtis deponit verũ verè,interdum falſum verè. nam ſi teſtis veritatem quam ſenſu pcipit, deponit,tunc loquitur verum,& verè.Si verò deponit falſitatẽ, & dicit ſe interfuiſſe,& ſenſiſſe,deponit falſum falſe. ſi vero deponit falſitatẽ in ſeipſa q̃tũ non vidit, & aſſerit ſe vidiſſe, deponit verum in exiſtentia terminorum in ſeipſis tñ, pp falſam redditionẽ cãæ,deponit falſo. C.ſi ex falſis inſtr̃is.l.3. Si vero teſtis deponit eſſe tale id,ꝙ cõiter vr̃ tale,licet nõ ſit,deponit falsũ de re.i.vera intẽtione: vt ſi deponit de pͭura carb. vel đ ciſto aureo in ceuſtra,ꝙ in medulla arreum non vr̃.nã oẽs ſenſus ſunt q̃dam ſuperficies corporis humani,nec plus q̃rit à teſte, niſi ꝙ deponat verum ſuperficialiter,ſeu ad oculum, vel alium ſenſum. de ver.ob.l.ſtipulatio iſta.§.his quoq;.de teſti.le.teſtiũ.officium.n. teſtis non eſt decernere,ſed diſcernere iuxa materiã ſenſuum: vt no.Inn.de teſti.ca.cũ cãm.& C.de teſt.l.teſtium.nõ igitur puto dixiſſe falſum eũ teſtẽ, q̃ de ſucceſſione in dicta ſocietate dixit, & per conñs Albertus debet abſolui,eſt verum,ꝙ mihi fuerunt tot acta miſſa, ꝙ pp multitudinem non potui videre omnia:ſed ſubſtantialia,ex quibus mihi apparet principaliter ꝙ confeſſio, de qua deponitur,eſt actus iterabilis, & ꝙ non fuit vna vice dictum,potuit alia dici,de fi.inſtr.c.cũ Ioannes heremita. & quia confeſſio cõſonat veritati,vñ pſumitur pro teſte, qui dicit eam emanaſſe.ff.de teſt.l.ob carmen.§.fi.

## CONSILIVM CCCXXIIII.

1 *Statuentes non incurrunt aliquam pœnam,ſi non requirant cõfirmationẽ.*
2 *Communitates poſſunt ſtatuere ſuper re peculiari ipſarum,nec talia ſtatuta indigent ſingulari confirmatione.*
3 *Conceſſa cui eſt poteſtas prouidendi,non indiget alia confirmatione.*

1 In Chriſti nomine. † Quod dicti ſtatuentes non incidant in pœ-
2 nam,probatur infraſcriptis rõnib. Prima ratio eſt, † ꝙ cõitates pñt ſtatuere ſuper re peculiari ipſarum, nec egent talia ſtatuta alia ſingulari confirmatione: vt plene no. ff. ꝙ q̃ſq; iuris.l.1.§.1.p Iaco.Bu.nam ſi priuatus poteſt rei ſuæ dicere legem,quam vult, ergo vniuerſitas.& vr̃ caſus.ff.quod vi aut clam.le. prohibere.§. planè.ibi,niſi lex municipalis &c.vt no.p Guli.de Cu.in l.1. poſt prin.ff.de iuſt.& iur.Scdo hic vr̃ probari: quia in confirmatione includitur confirmatũ.ff.de hære.inſt.l.aſſe toto. de condi.inſt. l.illa inſtitutio.ſed ll.cõis Treuij, quæ ſpecialiter loquebantur de ſtatuẽdis in hoc caſu,erant confirmatæ: ergo &c. Tertio ꝓbatur: quia ex quo eſt conceſſa potentia ſtatuendi, dici poteſt ammõ fruſtra precibus impetrata,ꝙ ipſa.l.concedit,vt l.j.C.de theſ.li.10.de condit.inſt.l.q̃ ſub cõdõne.§.1.de origine iuris.l.2. §.deinde ex his. Quarto ꝓbat,qñ diſponit de aliquo, talis diſpoſitio tranſit ad illa,q̃ ſunt ſequela diſpoſitorũ.le.Lucius.qui potiores in pign.hab.ſed iſtud ſtatutum erat ſequela conceſſorũ, & approbatorũ: ergo &c. Quintò p ſimile,ſi confirmatur teſtm̃ principale confirmatur & acceſſorium.ad Treb.le.apud Iulianum.§.inde Iulianus.ergo ita eſt hic. Sexto : quia meritò omnia noſtra facimus, quibus noſtra authoritas impartitur.l.1.de veteri iu.enuc. ſed hic authoritas adeſt,per quam ꝓponuntur.in
3 ver.4.ergo omnia coniungendo pœna non cõmittitur.† Septimò: quia quando conceditur alicui poteſtas prouidendi,ex ſignificatione iſtius verbi,prouideas,non requiritur alia cõfirmatio.vnde dicimus, ꝙ electi indigent confirmatione ſuperioris, ſed prouiſi non indigent confirmari. facit, quod no.Inn.in c.in literis.de of.deleg.& facit,de dote prælega.l. Theopompus.cũ ſimilibus.Octauo, & vltimo,induco ad hoc ſpecialiter dictum Iac.de Arena.in l.2.de orig.iuris.qui dicit, quod ſi alicui cõmittitur prouiſio alicuius negocij per conſilium,&ipſi prouident, quod non apparet,quod poſtea reducatur ad cõſilium. iſta ſunt verba Iac.de Are.in d.l.2.§.poſtea.quibus rationibus motus credo pœnam cõſtõnis incurſam non eſſe, ſalua ſemper veritate, cui me ſubmitto.

## CONSILIVM CCCXXV.

1 *Mortuo vno ex ſubſtitutis viuentibus inſtitutis,cui accreſcat portio,an inſtitutis,an alijs ſubſtitutis.*

In Chriſti nomine. Viſo teſtõ Ioãnis q. alterius Io.de Tuderto, in quo vniuerſales hr̃des inſtituit D.Margaritã eius vxorem, & Iacobellum eius famulum, & vtrunq; ipſorum pro æquali parte cum hac condõne,quod poſt mortem ipſorum dicta eius hr̃ditas ſuccedat,& ſuccedere dẽat ad Thomaſum eius hæredem pro duab.partib.& ad quendam Andreã pro alia tertia parte.& pſuppoſito ꝙ alter ſubſtitutorũ deceſſerit ſine filijs, & deſcẽdẽtib.ſupſtitib.dicta dña,& famulo,& altero ſubſtitutorum, & ſuperſtite quadã ſorore Thomaſi, à me q̃ritur,ſi alter iſtorũ ſub-
1 ſtitutorũ decederet,vtrum ſuccederet tũc alter iſti. an vero ſubſtitutus ſupuiuens,vel ſoror pdicta. † quo ad primũ dicẽdũ eſt, quod cohęres non ſuccedit,ſed ſubſtitutus ſupueniẽs.nam ſubſtitutus excludit coniunctũ.vt C.de ca.tol.§.ꝓ ſcđo. & ꝓbatur hoc.ff.ad Tre.l.Lucius.§. Caio.& no.eo.ti.le.hr̃des mei.§.cum ita.& illa verba Thomaſum,& eius hr̃dem &c.intelliguntur de deſcendentibus Thomaſi,nõ de eius ſorore,nec đ extraneo hr̃de cuiuſquam ſubſtitutorum. nã ita ſe habet cõis vſus loquẽdi, & intelligendi.& ita no. ff. ad Treb.l. ex facto.§.fi.licet quidam doc.dicant contrarium per l.ſciendum.de ver.ſig.& de hoc notatur per Cy.C.de ope.libe.l.liberti libertæq;.& per alios in le. vt iurei.§.ſi liberti.de ope.liber. tamen ex cõi vſu loquendi prima opinio verior eſt.& quia intelligitur de hr̃de ſimili, in quo cadit teſtatoris affectio.i.de deſcendentibus & prædicta intelligo ſalua quarta Trebellianica, quæ debetur inſtitutis. vt ff.de leg.1.l.hæredi.& l. Marcellus.ad Treb.cum multis ſi. in qua an computetur fructus,no.ff.ad Tre.l.in fideicommiſſa.Cod.fam. erc.l.filium quem habentem,&ff.de inof.teſta.l.Papinianus.§. conditioni.

CASVS.

IN Dei nomine,& ſuæ matris Virginis Glorioſæ Amen. Pũctus talis eſt.Ioannes quon.Bartoli,ſeu Mirabilis de Vrbino ſuũ condidit teſtm̃, in quo Franciſcum eius filiũ ſibi hr̃dem vniuerſalẽ inſtituit,& iuſſit,ꝙ d.Fran.ante ætatem 25.ann. non poſſet vendere,vel alienare aliqua eius bona mobilia, vel immobilia, ſine licentia rectorum fraternit. S. Mariæ de Planomercati,& cuſtodis fratrum minorum dictæ ciuitatis, niſi in caſu neceſſitatis vel iudicij aduerſi.Et ſi ſecus fecerit,dicta bona vẽdita ad fraternitatẽ S.Mariæ deuolui voluit,& mandauit, cõtigit, ꝙ d. Fran.fecit inſtr̃m venditionis de quibuſdã reb. olim dicti teſtatoris,cũ conſenſu vnius rectoris tm̃ dictæ fraternitatis, alijs abſentib.& irrequiſitis,& fertur, ꝙ reuera d.Franciſcus non percepit pretiũ,ſed ꝙ ipſe tutor vniuerſitatis tutorem ſubmiſit,&

eum recepit, & ad modicum temporis interuallum ille rector ſupradictis reb. poſuit dictum rectorem in locum ſuum, & inde d. Franciſcus deceſſit. Quæritur ad quem dicta bona vendita ꝑtineant, poſito pro conſtanti quod ante lapſum 25. ann. venditio fuit facta.

CONSILIVM CCCXXVI.

1 *Filio hærede inſtituto, prohibito, quod non poſſit vendere ante 25. ann. ſine conſilio alicuius fraternitatis, alias quod bona vendita deuoluantur ad fraternitatem, cum ſua ma. ſi vendicat cum conſilio vnius rectoris dictæ fraternitatis alijs abſentibus, & nõ requiſitis, an bona deuoluantur ad dictam fraternitatem.*

Super dicto puncto conſidero duo, ꝙ aut dicta venditio fuit ſimulata. & ꝑ hoc probari põt, & non tenet. iõ dicta bona ꝑtinẽt ad hrẽdẽ d. Franciſci. C. plus valere, ꝙ agitur. l. emptione. & in rubro, & nigro: imo ex contractu ſimulato non transfertur poſſeſ
1 ſio. de aq. pl. ar. l. emptor. † Si venditio nõ fuit ſimulata, ſed vera, ꝙ in dubio pſumit tunc: quia d. Franc. ante lapſum 25. ann. cõtra iuſſum teſtõris vẽdidit, venditio ſine licentia rectorum facta eſt dictarũ rerũ, & tunc fit tranſlatio in dictam fraternitatẽ: vt de l. 1. l. cum pr̃. §. libertis. de leg. 1. l. filiusf. §. diuus Seuerus. cum ſua materia. licet vnus conſenſerit: non. n. ſufficit conſenſus vnius, vbi plurium requiritur. C. de autho. præſtan. le. fi. de ſeruo cõi manumiſſ. l. 1. per locum à ſpãli: licet tñ dicta bona ſint ad dictã fraternitatem deuoluta, cum aliter ageret dicta fraternitas, & homines ipſius, ſi dicta bona hæredib. d. Franciſci ita vt præmittitur, deceptis redderent, & iura eidem competentia dictis hæredib. cederent. credendum eſt. n. ꝙ pr̃ eius volens ſalubre conſilium pro filio capere, ad ꝙ ſemper inclinatur, & flectitur paterna pietas: vt ff. de adul. nec in ea. ideo voluit cõferre bona, quæ venderentur per filium ad fraternitatem prædictam, & filium ſuum comprimere timore pœnę ꝑdictæ, iuuenilem calorem. i. qui ad effundendum pr̃imoniũ ſolet cõiter eſſe pronus. vt l. fi. §. filius autem. C. de bo. quæ lib. non aũt ipſius fraternitatis intuitu, cum veriſimile ſit teſtõrem non prædilexiſſe filio fraternitatẽ, vel alium. maximè hoc caſu cum omnĩ ſtudio, ſolertiq; cura vigilauerit, vt de dñio filij non exirent vllatenus bona ꝑdicta. ad hoc facit. C. de fideic. l. cum acutiſſimi. C. de inſt. & ſubſt. l. gñaliter. in rõne ſui. & C. de inof. teſta. l. filius matrem. & ff. ad Tre. l. Imperator. Et ita dico, & conſulo ego Angelus de Peruſio legũ doc. & ad fidem prædictorum ſcripſi, & me ſubſcr. & ſolito ſigillo mei nõis ſignaui. Et idem dico, & conſulo, & æquũ puto ego Bal. de Per. V. I. D. & ad fidẽ me ſubſcri. & ſigno meo ſignaui.

CONSILIVM CCCXXVII.

1 *Valet legatum probatum per tres teſtes.*
2 *Legitima detrahitur de legato ad pias cauſas.*
3 *Res, quæ poſt mortem filiorum ſubiacent, reſtitutioni poſſunt per filiũ dari in dotem: & maritus lucratur medietatem ſecundum formã ſtatutorũ.*

In Dei nomine. Factum ſic proponitur. quidã Franciſchellus dicitur feciſſe teſtamentum, in quo Bar. & Letitiam eius filios hæredes inſtituit, & ſi deceſſerint ſine filijs, legauit eccleſiæ S. Barthol. quandam petiã terræ, mortuo dicto teſtõre deceſſit Bar. Letitia aũt nupſit And. de ciuitate Caſtelli, & dedit in dotem dictam petiã terræ: & quaſdã alias: tandẽ deceſſit d. Letitia ſine liberis, & dr̃ extitiſſe cõditio dicti legati, quapp rector dictæ eccleſiæ petit dictum legatum. ſ. rẽ legatã, & probauit legatũ ꝑ tres teſtes. mõ q̃ritur, an dicta probatio ſufficiat, & ſi ſufficiat, an dẽat detrahi legitima: & cũ ex forma ſtatuti ciuitatis Caſtelli maritus dẽat lucrari dimidiã partẽ dotis: Quærit, ſi pp dictũ ſtatutũ in dicta dimidia poſſit ſe tueri d. And. & nõ eũdo per argumenta venio ad
1 pũcta: † & dico primo, ꝙ valet dictũ relictũ: qa ad pias cãs factũ.
2 extra de teſta. c. cũ eſſes. & c. relatũ. † ſup ſcdo dico, ꝙ ltĩma pt detrahi de iſta re, ſi eſſent relicta alia, q̃ excederẽt beſſẽ. Et qa iſtud nõ eſt probatum, ꝙ ſint alia relicta, non dẽt detrahi ltĩa, in auth.
3 nou. & l. qm̃ in priorib. Sup tertio pũcto, † ꝙ res, q̃ poſt mortem filiorũ ſubiacẽt reſtõni, pñt ꝑ filiã in dotẽ dari, & alienari. C. cõ. de leg. auc. res q̃ ꝑ mõ. ſ. honeſtatis pſonarũ congruo. vñ fauor dotis præualet fauori relicti. ex quo ſequitur, ꝙ maritus dẽt hr̃e dimidiã p formam ſtatuti, de iur. exigere dotẽ, ſed nõ eſt clarũ: quia ſtatutũ non debet præiudicare eccleſiæ. Item nec illa auc. res quæ. videtur poſſe præiudicare eccleſijs, de conſti. cap. eccleſia S. Marię vnde non videtur habere locum illa auth. in relictis eccleſijs & pijs locis. In contrarium, quod valeat lex, & ſtatutũ: qa iſta ẽ legalis prouiſio pp onera matrimonij, & fauorabilis, & pia. & l. generaliter loquitur. vnde generaliter debet intelligi. l. in fraudem. §. fi. de mil. teſta. nam & pactum de lucrando bona fide interpoſitum valeret per dictam auth. ergo & ſtatutum hoc ſatis æquum eſt, ne videatur pater filiæ indixiſſe viduitatem: aliter non inuenturæ virum niſi cum dote, & ſpe ſtatuti præfati. Cod. de indic. vi. l. 2. & in auth. cui relictũ. in glo. ſed, an idẽ. & ita credo poſſe defendi de iure, q̃q̃ caſus iſte ſit multũ dubitabilis.

CASVS.

Factum tale eſt. quidam Lucullus condidit teſtamentum, inter alia quę in dicto teſtamento diſpoſuit reliquit cuidam Petro Coraducij certas domos, quas haberet, & habere deberet dict. Petrus ad eius petitionem poſt mortem dic. Paulellæ vxoris ipſius teſtatoris, & eius hæredis vniuerſalis, de quibus domibus dicta D. Paulella habebat, & habere debebat in vita ſua habitationem, donec honeſtè vixerit, vitam vidualem ſeruauerit, & non aliter. & quia dic. D. Paulella vidua exiſtens, non poſſit, nec debeat per aliquem moleſtari, vel inquietari in vita ſua in hæreditate dictarum domorum, modo aliquo. Sed poſt ipſius mortem deueniant pleno iure, cum conditione prædicta ad dictum Petrum poſt mortem teſtatoris, dicta D. Paulella hæres vniuerſaliter inſtituta repudiauit hæreditatem. Quæritur, nunquid dictus Petrus poſſit in vita dic. dominæ dictas domos hẽre vel ſi dicta dña debet habere hæreditatem ipſarum domorum, non obſtante repudiatione prædicta.

CONSILIVM CCCXXVIII.

1 *Hæres an repudiata hæreditate poſſit petere legatum.*

1 In Dei nomine. † Quod dicta domina debeat habere dictum legatum repudiata per eam hęreditate, cum eſſet ſola hæres inſtituta, videtur caſus ad literam. ff. ad tre. l. ſi patroni. §. quid ergo. & quod ibi ꝑ Dy. & l. filio. de leg. 1. per Dy. & l. qui filiabus. §. fi. eo. ti. per Bart. contrarium tamen videtur dicẽdum ex clauſula codicillari: nõ enim vt ex teſtamento petitur ſed vt ab inteſtato: & ſic vno capite excluſus admittitur ex alio: vt l. Lucius. §. filia. de leg. 2. & filius. de bon. liberto. Qõ iſta eſt multũ dubia pp rationem dicti. §. quid ergo: tamẽ ne clauſula codicillaris ſit fruſtra, puto veri⁹, quod non proiecit dictum legatum factum vxori inutiliter ex teſtamento, quod influxit tamen vtiliter ab inteſtato, de leg. 1. l. legatum. §. hære. & ideo Petrus dicta domina viuente non põt petere legatum. ff. de vſufr. legato. l. vxori vſufr. villæ. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Per. Vtriuſque Iur. Doc. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCXXIX.

1 *Si plures officiales extorſerint aliquid, & vnus in articulo mortis mandet reſtitui illud declarandum per epiſcopum, an epiſcopus debeat declarare inſolidum, an ſecundum portionem.*

In Chriſti nomine. Quidam priores ciuitatis Tuderti cum conſilio opportuno impoſuerunt clericis quandam collectam, quæ fuit ab eis exacta. tamen vnus ex eis articulo mortis hoc confeſſus fuit, & cauit ſe propterea reſtituturum illam quantitatem,
1 quæ declarabitur per dominum epiſcopum Tuderti. † Quærit quid, & ad quantum per dominum epiſcopum ſit declarandũ. cautio enim continet certam quantitatem. Conſiderãdum eſt autem vnde dicta quantitas deſcendit. nam quando obligatio deſcendit in plures officiales, ex communi dolo quilibet tenetur inſolidum: ſed quando ex culpa, quilibet tenetur pro virili parte: vt ff. de magiſtratibus conueniẽdis. l. magiſtratibus. Item quando plures obligantur ex maleficio, quilibet tenetur inſolidũ. ff. de iuriſd. om. iu. l. ſi familia. C. de cõdictio. fur. leg. 1. quia ex maleficio fiunt plures rei debendi inſolidum: ſed ſi ex quaſi delicto quilibet tenetur pro parte ratione officij. nam officium validat maleficiũ. ff. de publica. l. ſi multi. ff. vi bo. rap. l. 2. §. ſi publicanus. ſecus in pſonis, quæ nullo funguntur offõ. de his qui deiec. vel effud. l. 1. in fi. cum l. ſeq. ſed hoc non videtur verũ: quia tranſgreſſor canonũ non põt à dolo excuſari, cum aperte facit contra præcepta canonum, de immu. ecc. c. non minus. & c. aduerſus. Item priores Tuderti quo ad clericos cẽſentur ad inſtar priuati. de conſt. c. eccle. S. Mariæ. & iõ vr̃, ꝙ cũ quilibet interfuit, & conſenſit, poſſit inſolidum conueniri. Et talis cautio valet poſt mortem delinquentis, vt extra de ſepulturis. c. parochi. & in c.



& in c. q̃q̃. de vſu. li. 6. quicquid ergo apparet extortum, à quolibet inſolidum exigi poteſt. Sed vno emendan. ſeu reſtit. cæteri liberant ab onere reſtitutionis: vt d. l. 1. C. de cond. fur. nec ideo excuſantur vt ſinguli: quia deliquerunt vt vniuerſi. le. 1. §. 1. ff. de magr̃a. conueniendis. l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iuris. & ideo periculoſum valde eſt intereſſe, & dare vocem in talib. & facit ad ꝑdicta. ff. de adminiſtra. tuto. l. tres tutores. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. Ego Bal.

CASVS.

Quædam puella nomine Nouella, filia, & hr̃s vniuerſalis ab inteſtato quondam Andreæ patris ſui, & quondam Helenæ matris ſuæ deceſſit ab inteſtato, & in pupillari ætate ſuperſtitib. ſibi in ꝓximiori gradu Thoma patruo ſuo presbytero, germano di. Andreæ, ſub cuius cura dicta puella remanſit, & apud eum deceſſit, & Angelino auunculo germano dictæ Helenæ matris dictæ puellæ, non tamen eiſdem parentib. & duob. fratrib. conſobrinis ipſius puellæ, quorum vnus filius eſt dicti Angeli. nunc q̃ritur quæ, & qualis ſit ſucceſſio eorundem. Item cum hæreditati dictæ puellæ defunctæ immineant certa debita, & onera expenſarum ratione infirmitatis, mortis, & funeris patris, & filiæ ꝑdictorum. Quæritur, vtrum ante omnia debeant debita, & expenſa huiuſmodi deduci, & perſolui de hæreditate prædicta.

CONSILIVM CCCXXX.

1 *Patruus vtrinque coniunctus præfertur auunculo non vtrinque coniuncto in bonis pupillæ defunctæ, & etiam maternis.*

1 In Chriſti nomine. † Dictus patruus potior eſt in dicta ſucceſſione: quia vtrinque coniunctus. efficacior. n. eſt coniunctio duplex, q̃ vna: vt in auth. de conſangui. & vterinis fratribus. §. fi. ibi dum dicit, duplici vtentes iure excludant eos qui vno ſolo vti poſſunt. C. cõia de ſucc. auth. itaque. licet illa iura nõ ponãt hãc dr̃iam, niſi in fratribus & fratrũ filijs: tamen rõne attenta forte eſt tutius. Sed poſito ꝙ hic non eſſet auunculus: tamen quia tutelam legitimè non ſuſcepit, nec alium fecit ordinari, eſſet priuatus. C. de leg. hære. l. ſciant. fratres vero conſobrini non ſuccedunt; quia remotiores in gradu: vt in auth. poſt fratres. expenſæ autem, & æs alienum non eſt dubium, quod ante legata ꝑſtanda ſunt. Iſte patruus non ſuſcepit tutelam infra annum. & ideo vr̃ priuari hr̃ditate. Rñdeo. iſte patruus erat presbyter: & lex ciuilis non ligat presbyteros, nec eſt eorum tutela neceſſaria. C. de epiſ. & cler. l. presbyter. & auth. presbyteros. hr̃ditas vero matris dict. Nouel. pertinet ad dictum auunculum: quia non fuit adita nomine dictæ puellæ, ergo eſt tranſmiſſa ad patruum, niſi patruus ex perſona puellæ peteret reſtitutionẽ in integrũ. l. qui duos. de reb. du. per Iaco. de Are. & Bar. annus iuris deliberandi elapſus eſt, tm̃ tps lapſum eſt poſt infantilem ętatem. Et ita dico, & conſulo Ego Bal. de Peru. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CASVS.

Demum anno inſtanti R. P. & d. B. Phil. epiſ. Sab. Vic. &c. priuilegium decreuit inter alia, ꝙ de oĩb. & ſingulis maleficijs, exceſſibus, & delictis commiſſis, & quæ in poſterũ cõmittentur in ciuitate, comitatu, & diſtrictu Spoleti per inquiſitionem, denũciationẽ, vel accuſationem, cognoſcat per vicarium dic. Ciuitatis Spoleti pro S. R. E. & omniũ iudicum, ſeu iudices, & ꝙ pœnę oẽs pecuniarũ, & multæ imponendæ occaſione maleficiorũ, exceſſuum, & delictorũ ꝑdictorũ debeãt ꝑuenire, & perueniãt ad manus camerarij cõis ꝑdicti, de quib. ſoluantur ſalaria officialium. Quæritur modo, nunquid caſtra ꝑdicta contribuere teneantur in expenſis dicti communis Spoleti pro rata iuxta ipſorum facultatem, virtute ſupraſcripti priuilegij primi, ac æſtimatio eorum bonorum fieri debeat: vt continetur in eo nec ne, Item nunquid cognitio delictorum, & commiſſorum, & committendorum in dictis caſtris ſpectet ad vicarium ciuitatis prædictæ, & eius iudicem, & pœnæ delictorum prędictorum, quod venire debeant ad manus dicti camerarij dicti communis, vt cõtinetur in priuilegio ſecundo, an ne. Viſis & conſideratis ipſius priuilegijs, ac pactis, & ipſorum tenore, & verba ratione ꝑdicta, quæ pro conſtanti ponuntur, vt ſuperius enarrantur.

CONSILIVM CCCXXXI.

1. *Pacta inferiorum non poſſunt ordinare in præiudicium ſuperiorum.*

1 In Chriſti nomine. † Prædicta, de quibus ponũtur, de ſe fuerũt licita, & ſeruanda fuerunt, & ſunt, ſaluo ꝙ in eo, in quo ſuperior ordinauit contrarium. nam à pacto ſemper intelligitur ius ſuperioris exceptum: vt extra de iureiu. in c. veniens. quia pactum inferioris nõ põt ligare ptãtem ſuperioris, nec iuri priuato derogare: vt ff. de pact. l. inter debitorem. & C. de decurio. l. vacuatis. li. 10. nec poſſunt ſubditi ponere os in cœlum, & refrenare poteſtatẽ dñi Papę, vel ſui commiſſarij, cum ſubditis immineat neceſſitas parendi, non authoritas imperandi. Concludo igitur, ꝙ ſuperior potuit aliter ordinare, q̃ eſſet ordinatũ per pacta inferiora, & ꝙ ordinationi ſuperioris eſt ſtandũ magis q̃ pactis ſubditorum: ſed vbi ſuperioris ordinatio nõ contra nitatur pactis, tunc pacta ſunt ſeruanda, de pac. l. epiſtola. §. pactũ. & ita ẽt alias conſului, ꝙ prædicta pacta ſunt ſeruanda: niſi ex ordinatione ſuperioris aliud ſtatuatur. & facit. C. de iud. l. oẽs penſitare. li. 10. 1. rñſo. quicquid ergo ordinatio ſuperioris continet, inferior ſeruare debet. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peru. vtriuſque iuris doc. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei noĩs ſignaui.

CONSILIVM CCCXXXII.

1 *Sententia, qua pronunciatur, teſtes eſſe recipiendos, dicitur interlocutoria, & ab ea non poteſt appellari.*

In Dei nomine. Tria ponuntur. Primum eſt, teſtes recipi. Secundum eſt, teſtes publicari. Tertium eſt pronunciari perpetuam fidem adhibendam. contra primum fuit exceptum quod non debeant recipi, eo ꝙ actor erat paratus agere contra reum, & ſic via ordinaria excludit extraordinariam. Scdo: quia pendebat q̃dã lis in alia curia, in qua reus poterat ius ſuũ probare cõtra opponẽtẽ, iudex pronunciauit teſtes recipiendos, fuit appellatum. Quæritur, an poſſit appellari inſpecto iure communi, & forma ſtatuti. Iſta eſt cauſa inter D. Bambam, & Carlinũ commiſſa per do-
1 minum iudicem appellationum. † Sciendum aũt eſt, ꝙ iſta ſnĩa eſt interlocutoria, per quam pronunciatur teſtes recipiendos, vel non recipiendos: vt apparet. C. de dila. l. à procedente. C. de teſti. auc. ſi dicatur. & notatur. ff. de iud. l. de qua re. in principio. & l. 1. C. de ord. iu. quæ interlocutoria ſperat poſt ſe aliam ſnĩam concluſiuam, & deciſiuam, ſ. eſſe perpetuam fidem adhibendã, quæ eſt diffinitiua petitionis, non ex modo procedendi: ſed in effectu, quia diffinit principale, quod intentatur. ad hoc facit, ꝙ notatur. C. de rebus cre. l. generaliter. & l. ſi quis iuſiurandum, & quod no. in ſimili per glo. & alios. ff. de accu. leg. cum Titia. & ideo de iure ciuili non videtur, quod poſſit appellari: vt no. glo. ord. in d. l. à præcedente. facit, C. de iud. l. ante p. de app. recipi. l. 2. C. de ſen. & interlo. om. iu. l. fi. C. de epiſ. au. d. l. 2. per gl. cũ ſi. & poſito quod poſſet appellari de iure ciuili communi, vel canonico; tamen ſecundum formam ſtatuti appellari non põt: quia eſt mera interlocutoria, ſperans quaſi diffinitiuam põſt ſe, cauſę etiam ipſius appellationis non ſunt legitimæ: quia iſta petitio non dirigitur contra Carlinum ſpecialiter: ſed generaliter contra oẽs. & ideo per vnam ſpeciem nõ ſuſpenditur genus. C. ſi vt ſe ab hære. abſti. aut. ſi oẽs. & ideo iudex fuit rectè interlocutus. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peru. vtriuſq; iuris doc. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſignaui.

CASVS.

IN noĩe dñi Amen. Factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt. Cola Andreæ Necchi, & Flora vxor dicti Colæ, & Franciſcus filius dictorum Colæ, & Floræ, fuerunt confeſſi, & contenti habuiſſe, & recepiſſe à Stephano magiſtri Petri de Spoleto dante, & ſoluente eis in dotem, & pro dote, & noĩe dotis Lucretię filiæ ſuę, & vxoris futuræ d. Franciſci, 100. flo. auri, vt de ꝑdictis plenè conſtat publico inſtr̃o, cuius copiã vobis trãſmittimus. Poſtquam dicta conſtõne non ob. dictus Stephanus promiſit dictis Colæ, Floræ, & Franciſco ſoluere dictos. 100. flore, auri pro dote dictæ Lucretiæ vſq; ad 4. annos, & promiſit quolibet dictorum 4. annorum pro fructib. & alimentis dare, & ſoluere prædictis Franciſco, & eius patri, & matri 22. lib. den. & dedit quouſque vixit d. Lucretia, & dict. Stephanus, & Bartholomeus Miccircarui precibus & mandato d. Stephani fideiuſſit, & ſe principaliter obligauit, promittendo eiſdem, quod ſi dict. Stephanus non obſeruauit omnia ſupradicta, ipſe obſeruabit de ſuo proprio, ꝑut de ꝑdictis plenius conſtat publico inſtr̃o, ꝙ tranſmittimus. Poſtquam dictus Franciſcus tranſduxit d. Lucretiam ad domum ſuam in vxorem, q̃ Lucretia deceſſit ſine filijs in quatuor annos in dicto inſtrumento contentos ſuperſtite d.

Franciſco ſuo viro, dictis dotib. per di. Stephanum non ſolutis in dictis 4. annis nec poſtea ſuperſtite etiam d. Stephano parte dict. Lucretiæ. Verum quia ex forma ſtatuti communis Spoleti poſiti ſub rubric. ꝙ marit. lucret᷑ quartam partem dotis vxoris ſuæ, à quocunque fuerit data ſine filio, vel filia ex eo habito, vel habita decedentis, qñcunq; deceſſerit, poſtquam eam duxerit in vxorem ad domum ſuam eius ſtatuti copiam ad vos tranſmittimus. Modo quæritur cum tranſacti ſint iam 4. anni, nec receperit d. Franciſcus dotem prædictam, an poſſit d. Franciſcus petere dictos 100. flo. auri à ſupradicto Bartholomæo, vt poſſit de dictis 100. flo. au. ſeu dote prædicta retinere quartam vigore ſtatuti prædicti. non ob. ꝙ d. Lucretia deceſſerit infra dictos quatuor annos, & an prædicto, vel alio modo poſſit d. Fran. petere dictam quartã, & an poſſit, vel debeat petere à d. Bartholomæo fideiuſſore, vel à d. Stephano principali, & an poſſit ad dictam quartam agere contra poſſeſſores bonorum, quæ bona habebat, & poſſidebat d. Stephanus tempore cõtractus prædicti, & qualis ſit modus agendi.

CONSILIVM CCCXXXIII.

1 *Stante ſtatuto, quod vir ſoluto matrimonio lucretur quartam partem dotis vxoris ſuæ à quocunque fuerit data, diſpoſitio huiuſmodi ſtatuti non habet locum in dote confeſſata.*

2 *Extenſio ſtatuti non fit, vbi agitur de lucro captando.*

1 In Chriſti nomine. † Quia iſta dos non fuit vere data, nec danda infra tp̃s quo durauit matrimonium, ceſſant verba, & mens ſtatuti, & licet fuerit dos confeſſata, aliud eſt dos data, aliud dos confeſſata: vt no. in ſimil. C. qui potio. in pig. hab. l. aſſiduis. & Cod. mandati. l. per diuerſas & l. ab Anaſtaſio. Et licet videatur eadẽ
2 lucrandi æquitas. C. ad leg. Fal. l. fi. † tamen quia ſtatutũ vbi agitur de lucro, vel in lucro captando extendere non valemus. l. ſi vero. §. de viro. ſol. ma. nec poſſit mora ſolutionis imputari debitori. de verb. obl. l. qui Romæ. in principio, de excep. doli. le. pater. dico dictum lucrum non deberi. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peru. V. I. Doc. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCXXXIIII.

1 *Nepos quo ad tutelam, an ſequatur originem aui.*

In Dei nomine. Factum tale eſt, magiſter Ambroſius Sungine, vt dicit᷑, fuit de caſtro S. Martini prouinciæ Spole. ducatus, tamen inde paruulus puer diſceſſit, & ad ciuitatem Lucanã ſe contulit, ibique domicilium contraxit, & genuit ibi quendam filium noĩe Colocinum, q̃ fuit magiſter dentium. iſte Colocinus acceſſit Ianuam, ibiq; fixit incolatũ, & genuit ibi Ioannẽ & Antonium: & veniẽs ad mortem ſuum ibidem condidit teſtm̃, inter cætera D. Sanctinam eius vxorem, & D. Agnolã eius ſororẽ reliquit tutrices, & gubernatrices dictorum pupillorum, poſt cuius obitũ anno elapſo ſubſcripta Sãctina ad ſcda vota cõuolauit petẽs prius officialẽ dicti caſtri dari tutorẽ dictis ſuis filijs, cũ intẽderet ad ſcda vota tranſire, q̃ officiales, & iudex dederũt ei tutorem illũ, q̃ nunc eorũ eſt vitricus, & ſcds maritus m̃ris pupillorũ ꝑtẽſo ꝙ dicta ſoror tutrix eſſe non poteſt, & per conñs ꝙ dicti pupilli egent tutore. Modo quæritur. Vtrum dicta datio valeat, nec ne, ꝑſuppoſito ꝙ dictus magiſter Ambroſius deceſſerit, iam ſunt 25. anni, & vltra. Super his de iure conſilium poſtulat᷑, contra iſtum datũ tutorem: videtur dicendum, ꝙ talis datio ſit nulla ipſo iure, tãq̃
1 facta ꝑ iudicem incõpetentẽ. † Et ad hoc ſciẽdũ eſt, ꝙ qõ eſt, an quo ad tutelam nepos ſequatur originẽ aui? & determinat᷑ per Dy. & gl. ꝙ nõ. ff. ad muni. le. aſſumptio. §. filius. & C. de muni. & origi. l. filios. Ia. de Are. dixit qñq;, ꝙ imo ſequebatur originem aui. l. libertus §. in adoptiuo. & eo ti. qñque vero diſtinxit. Aut nepos eſt natus in ꝑtãte aui, & ſequit᷑ originẽ aui, quaſi in ꝑtãte ſicut adoptatus: vt in §. in adoptiuo. & eo mõ v̄r dicendũ in origine proaui, ſi eſſet natus in ꝑtãte proaui: quia ius, & ꝑtãs hoc facit, non gradus immediate proximitatis. Aut nepos eſt natus in poteſtate p̃ris ſui, & non aui: & tunc ſequitur originem p̃ris, & non aui. Item ſi nepos natus ſit in nullius ꝑtãte, vt poſthumus, ſequitur originem paternam: quia filius eſt pars quædam p̃ris. auitam autem nunquam ſequitur, niſi (vt dictum eſt) rõ auitæ ꝑtãtis hoc inducat, quæ inſpicitur t̃pe originis nepotis. de hoc ꝑ Iac. de Are. & Cy. C. de iu. om. iu. l. 2. Ego dico, ꝙ qñ nepos eſt cõceptus, & natus in vita aui, tunc ſequitur originem aui paterni: vt in §. in adoptiuo. Si autem eſt in vita aui conceptus, ſed non natus: quia auus ante natiuitatẽ nepotis deceſſit: vt in l. Gallus, §. nunc de lege. tunc diſtingue, loquimur de munere, ꝙ eſt grauamen, puta, an nepos iſte poſſit tutor dari alij per iudicem originis auitæ. & dico, ꝙ non poterit: quia cum agitur de incõmodo eius, qui eſt in vtero, nunquam habebitur pro nato. Aut loquimur de fauore, puta an alius poſſit dari tutor ſibi. Nam iſte eſt fauor pupillorum, & tunc h̃r pro nato, & ſequitur originem aui, ar. inſti. de tute. §. pe. Secus in proauo: quia lex figit pedẽ in patre, & auo, alioquin oporteret vos quærere agrum Damaſcenum, vbi natus fuit Adam. ſi autem nepos eſt poſt mortem aui conceptus, nunquam originem aui ſequitur, nec in fauore, nec in odio. quia ĩproprie iſte dicitur nepos, qui nunq̃ auo fuit cognatus, nec agnatus. ff. de ſuis & legi. l. Item ꝑtor. ff. de iniu. teſtõ. l. ſi quis filio. poſt prin. Ex hoc apparet aperte, ꝙ dictus iudex caſtri ſancti Martini, vel Montaneæ non potuit tutorem dare dictis pupillis: quia non ratione originis, vt probatum eſt, nec ratione domicilij auiti, multominus: paternum. n. domicilium ibi non erat ſed Ianuæ: q̃a lares. i. aſſidua conuerſatio, & maior pars bonorum domicilium demonſtrat, vt l. 2. C. vbi ſena. vel cla. & C. de incolis. l. ciues. proprium autem domicilium conſtituere ſibi impuberes, & maximè infantes, ſicut ſunt hi, non poſſunt. ſ. de nouo & animo ſuo: ſed tamen lex eis conſtituit, ſi habuit ibi maiorem partem fortunarum ſuarum: vt no. Bar. in l. placet. ff. ad municipales. alle. l. 1. Cod. vbi. pe. tu. & ibi per Azo. in ſumma. Concluditur, quod dicta datio fuit nulla ipſo iure. ff. de tuto. & curato. l. 1. in fi. C. qui dari tuto. poſſ. l. neque. Cod. qui pe. tuto. l. in locum. Nam illa. l. monet matrem petere dari tutorem filijs à iudice competenti, non ab incõpetenti: niſi in loco illo habeat maiorem partem ſuarum fortunarum. nam ratione facultatum magis, quam reſpectu domicilij lex committit hoc fauore pupillorum, vt eorum bona commodius adminiſtrentur, ipſo iure ergo dicta datio non tenuit, nec debet iudex pati ipſum adminiſtratorem, vt tutorem accedere: cum non ſit tutor, maximè dicta ſorore vetante, quæ quamquam non ſit tutrix, eſt tamen mater dictorum pupillorum, & executrix teſtamenti, de ne. ge. l. qui aliena §. quamquam. cum ſi. & facit de exc. tu. l. iuriſperitos §. cum oriundus. Sed hoc verum reſpectu originis; quia reſpectu facultatum dicta datio valuit: vt d. leg. 1. C. vbi pe. tut. in illo verbo, vel vbi eorum ſunt facultates, & vitricus poteſt eſſe tutor priuigni. ff. de adopt. l. nonnunquam. Cod. de contra. iudi. tute. l. ſi tamen. alibi dicit glo. quod datiuus eſſe non poteſt: ſed teſtamentarius, ſic. vnde ſi pater dat eum filio, licet relicta contrahat nuptias, non deſinit eſſe tutor. in Auth. de nup. §. eiuſdẽ quoq;. C. vbi pu. edu. debe. l. 1. & Azo. in ſumma ibidem. Sed cõſuetudo indiſtinctè approbat, ꝙ prius datus fuerit tutor, quam foret vitricus. non. n. deſinit eſſe tutor, propterea ꝙ mater pupillorũ ſibi in matrimonium copulet: quia nulla lex hoc dicit. ſi autem alias eſſet ſuſpectus, vel male adminiſtraret, tũc poſſet remoueri. dicta tamen ſoror debet eſſe, vt dixi, educatrix dictorum pupillorum, & poteſt petere, quod eis alimenta taxentur per iudicem. ff. vbi pupilli edu. deb. l. ius alimentorum. Item ipſa debet habere alimenta ſibi relicta in teſtamento fratris, & omnia poſt ſeruata forma teſtamenti, excepto ꝙ non poteſt eſſe tutrix de iure communi: ſi vero per ſtatutum Ianuæ permittetur hoc ſorori, tunc ipſa poſſet eſſe tutrix. Sed de hoc ſtatuto nõ conſtat mihi, & debet habere iſta ſoror alimenta, nubat, vel nõ nubat: quia alimenta ſunt ſibi relicta ſimpliciter, & idem eſt de educatione pueri, cum dictus frater eidẽ ſorori tunc nuptæ eã commiſerit adminiſtrationem. vnde nuptiæ non faciũt eã ſuſpectam. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Peru. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCXXXV.

1 *Appellari à mandato non poteſt, & an ſcriptura ſit ſua.*

1 In Dei nomine. A mandato † an ſcriptura ſit ſua, necne, non poteſt appellari: quia eſt non diffinitiua ſententia, nec habet vim diffinitiuæ, cum ſit præceptoria, non eſt diffinitoria. de interro. ac. le. 1. alias omnis ſentẽtia diceretur diffinitiua ſuper ſuo articulo pro quo profertur. C. de reb. creditis, l. iurandum. & l. generaliter. quod non eſt verum quantum ad materiam appellationum: vt in le. 1. §. quod in ſententijs. quando appel. ſit. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXVI.

In Dei



In Dei nomine. Si tenemus opi. illam, quod pupillus non dicatur propriè decedere inteſtatus, mater admittetur, &c. Adde iſtud conſiliũ ſupra conſi. 47.

CASVS.

Archiepiſcopus Prag. eſt legatus natus, & in priuilegio ſuæ legationis inter cætera continetur hæc clauſula, non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs, indultis, conſtõnib. & exemptis, & non exemptis, cuiuſcunq; ordinis, vel ſtatus exiſtant etiam ſi de priuilegijs eorum de verbo ad verbum ſit facta mẽtio ſpecialis, in non exemptis, propria exemptione nõ noſtra authoritate rõne harum prætextu ven. Idem D. Archieṕs ad ſynodum ſuã vocauit Abbates Ciſterſien. ordinis Regni Bohemiæ, qui comparuerunt ſub proteſtatione, quod per hoc nõ intẽderẽt derogare priuilegijs à ſede Apoſtolica ordini ſuo indultis. hinc primũ quæritur, nunquid eo ꝙ legatus natus aliq̃ iuriſdõnẽ, ſeu aliqd̃ ius ſuperioritatis vndecunq; hẽat in Abbates, & mẽbra dicti ordinis. Secundo q̃ritur, nunquid hæc poſſint virtute clauſulæ, d̃ qua ſupra. Tertio, nunquid proteſtatio prædictos defenderit. Quarto, nunquid in caſu, quo proteſtatio eſſet minus ſufficiẽs, ipſi Abbates potuerunt renunciare tacitè vel expreſsè priuilegijs conceſſis toti ordini Ciſtercien. Quinto, nunquid eo caſu, quo hæc poſſent, dicti Abbates cenſeantur per vnicum actum, quo Synodo ſua interfuerunt priuilegijs totius ordinis indultis renunciare.

CONSILIVM CCCXXXVII.

1 *Legatus, in cuius priuilegio ſunt verba, de quibus hic, non habet iuriſdi. in Ciſtercienſes.*

2 *Indefinita non æquipollet vniuerſali, quando non eſt eadem ratio.*

3 *Proteſtatio reſeruat potius priuilegium, quam negligat.*

4 *Singulares perſonæ non poſſunt renunciare priuil. liberta. eccleſ. & ordini conceſ.*

5 *Per vnum actum priuilegium an tollatur.*

1 In Chriſti nomine. Super † primo puncto dico, ꝙ legatus natus nullam hẽt iuriſdictionem in Ciſtercien. cũ ſint exempti, adeo quod ſola apoſtolica authoritate exceptuata eſt vera. nã hæc Pa
2 pa ſibi reſeruauit. extra. de reſcrip. c. cum ordine. † Super ſecundo puncto dico: ꝙ illa verba generalia, exemptis & non exẽptis, pariunt obſcuritatem: quia cum exemptorum nõnulla ſunt genera, & q̃dã ſunt plus exẽpti, q̃ alij, non conſtat, de quo Papa ſenſerit, & indefinita non æquipollet vniuerſali, qñ non eſt eadem ratio, & conditio participationis vt no. Dy. de re. iu. li. 6. in rub. illi ergo, qui maxima exemptione gaudent, vt ſunt Ciſterſien. ex quo non fit in eo mentio de ordine Ciſterſien, ne includant᷑ ſub generalitate: ſed nominatim, & ſingulariter debuiſſent ſpecificari, de reg. cum ordine. per Io. An. in nouella. facit. C. de ſilen. l. decurionibus. lib. 12. & ff. de pigno. l. obligatione generali. & ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi q̃s. §. q̃ſitum. ff. de le. 1. l. legatorum. §. q̃
3 plures. † Super tertio puncto dicẽdũ eſt, ꝙ proteſtatio ſeruat ꝓ teſtantis priuilegium. non. n. intelligit᷑ priuilegiũ neglexiſſe, q̃ illud ſibi reſeruat. Iſta notantur in c. cum M. Ferra. de conſti. & in c. ſi fideiuſſor. in prin. ff. q̃ ſatiſ. cog. l. fi. §. item ſi ꝑdixerit. nau. ca.
4 ſtab. cũ ſi. Super quarto pũcto dicendũ eſt, † ꝙ ſingulares pſonę non p̃nt renunciare priuilegio libertatis eccleſiæ ſuæ, & ordini conceſſo. de fo. cõpe. c. ſi diligenti. de re iud. ca. ſuborta. de arb.
5 c. cũ t̃pe. † Super vltimo puncto dicendum eſt, ꝙ per vnum actũ non tollitur priuilegiũ in oĩb. actib C. de excu. tu. l. voluntarie. ꝑ Cy. & Pe. facit, quod no. de conſt. c. cũ acceſſiſſent. de vi. & ho. cler. c. vlt. de ꝓb. c. per illorũ. Illa verba in exẽp. authoritate n̄ra, non ampliant conceſſionem, nec trahuntur ad illos exẽptos, q̃ omnino includunt᷑ in horũ verborũ generalitate: vt patet in iurib. ante dictis & multis ſimilibus, alias, ſi oportebit, allegandis.

CONSILIVM CCCXXXVIII.

1 *Impugnari quibus cauſis poſſit captura, & adde infra conſil. 374. & ſupra conſil. 318.*

In cauſa incarcerati. † Primo allegatur, ꝙ qui fecit eũ capi, non iurauit eum ſuſpectum, & hoc expreſſe ſtatutum diſponit, ordo igitur eſt eiuſdẽ cauſæ ad ſeipſam. ergo. &c. l. prolatã. Secundo; quia non probauit eum non poſſidere immobilia, q̃ negatiua eſt cauſa, & fundamentum intentionis petentis carcerationem. vnde ſibi incumbit probatio. C. de iur. deli. l. fi. §. licentia. qui ſatiſda. cog. l. ſi vero. §. qui pro rei. hæc quidẽ negatiua ꝓbabitur per diſcuſſionẽ, ad q̃ ſummariè deuenitur: vt ad capturã, vt aut. hoc ſi debitor. in auth. præſente. facit de ver. ob. l. in illa. §. j. per Iac. de Are. in tract. diſcuſſionis. Tertio allegatur: quia nõ eſt probatum debitum allegatũ, cuius occaſione carceratus eſt, allegatum eſt eius debitum ex cauſa mutui, & nil eſt probatum, niſi indiſcreta confeſſio, quę non ligat, vt ff. de proba l. cũ de indebito. §. fi. de interro. act. in rub. quinimo teſtes aſſerunt eũ fore confeſſum ſe debitorẽ, vigore certorũ inſtr̃orũ, inſtrumenta autem per eum qui capi fecit, ſunt producta, in quibus debitũ non ex mutuo: ſed ex cauſa depoſiti continetur. vnde inſtrumẽtum per actorem productum aliã cauſam, q̃ allegatã deſignat, & eius intentionem confundit. de inſt. l. habebat. & nedum in perſonali, imo in reali iudicio ex certa cauſa intentato habet locum hoc, de excep. rei iud. l. ſi mater. §. ſi quis fundum. de re. iud. c. Abbate. lib. 6. Quarto obſtat: quia non eſt deductũ, nec allegatũ, nec probatũ, ꝙ cauſa ſuſpitionis de nouo emerſerit. vnde ſi non eſt mutata debitoris conditio, non habet locũ captura ex cã ſuſpitionis, nec vendicant ſibi locũ alia quæcunq; remedia ſolida contra aliquem, ex ſuſpitionis cã, vt ex l. ſi creditores. de priuileg. cred. vt in poſ. legato. l. ſi is à quo. §. fi. cum l. ſeq. de dam. in fe. l. qui bona. §. de illo. niſi contrahens eius cõditionem probabiliter ignoraſſet. & ſic non eſſet, quod ei imputaretur, tex. eſt coniuncta gl. de annu. lega. l. liberto. §. largius, in ver. viuente. licet in hoc caſu non inuenias determinatũ expreſſe. huius autẽ ignorantiæ forſitan non poteſt reddi aliqua allegatio, cõſiderato ꝙ captus, & qui capi fecit ſunt compatriotæ, & eiuſdem ciuitatis, & viciniæ. & hic captus etiam copifer capientis erat. C. qñ fiſcus, vel priua. l. 2. in glo. C. de nup. l. ſi vicinis. & le. filiũ diffinimus. Item hæc ignorantia ſi prodeſſet, allegari ſaltim debuit. l. ſi adulterium. §. idem Pollioni. de adul. de vſuc. le. Celſus. quæ hic allegata non fuit &c. Quinto, quia ad probationem debiti allegatur, & probatur ſola confeſſio facta: tunc aũt confeſſio nõ ꝓbat debitum ſubſiſtere, & ſufficit. aut probat, & debuit ex forma ordinis gabellæ ſolui gabella: & quia ſoluta non eſt, diſponit ſtatutũ, omnẽ ꝓceſſum fore ipſo iure irritum, & inanẽ. ita audiui, quod ſtatutum loquitur, neſcio, ſi eſt verum. Sexto: q̃a poſt capturam tunc captus ceſſit bonis, vt pœnam carceris euitet, ꝙ poteſt: vt l. 1. C. de ceſ. bon. & licet obijciatur poſt ſententiã, nõ impugnat ſententiam, & emerſit de nouo. iura ſunt, non potuit ergo fieri, non vt impediat liquidationem debiti: quia non põt. periculoſum enim foret creditori, qui liquidare non poſſet, & ſic fraudaretur debito debitore ad pinguiorem fortunam deducto. ff. de ceſ. bono. l. 1. in tex. & glo. &c.

*Ad idem.*

IN Chriſti nomine Amen. De iure cõi licet conſtet de debito, tamen nõ poteſt quis pro debito priuato poni in carcerem, niſi bonis excuſſis. ff. de ſuſpe. tu. l. 3. §. tutores qui. in gl. ord. & iõ de iure cõi dicta captura non valuit. de iure vero municipali dicta captura ẽt non ſubſiſtit, ſi fuit ꝑtermiſſus ordo debitus. ff. de re iud. l. ſi cũ nulla. Itẽ quia cũ captura facta eſt ex nulla, vel nõ vera cauſa, non poteſt ex alia iuſtificari, cum ſit facta: vt in c. appellanti. de app. in cle. & quia quod nullum eſt iuſtificari non poteſt, ſicut nec captura rerum ex non vera cauſa. ff. ne vis fiat ei. l. 1. §. hæc verba. ff. de bon. autho. iudi. poſ. l. cum vnus, & quia cauſa non intentata in petitione non poteſt retentari per modum probationis, de peti. hære. l. ſi quis libel. §. fi. de iureiurã. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. quia modus petendi potius, quã modus probandi debet inſpici. 3. q. 6. c. hæc quippe. in glo. ordi. & de reſcrip. c. ſuper literis. per Inno. patet aperte. ff. de pac. dotal. l. Bæbius Marcellus. & ideo debet pronunciari dicta captura eſſe, & fuiſſe ipſo iure nulla, & dictus captus debet relaxari, vel ſaltim tanquam inualida debet cõtrario imperio reuocari, tanq̃ executio perperam facta cum ex act. apparet debitum intentatum non fuiſſe probatum. & iudex ſi errauit credens cauſam iuuari probationibus impertinentibus & ideo ſucceſſor debet reuocare errorem prædeceſſoris. ff. de teſtam. tute. l. idem fuit. & le. ꝙ iuſſit. de re iud. l. minore. in prin. de euic. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio vtriuſque iuris doct. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCXXXIX.

1 *Pupillus proprie non dicitur decedere inteſtatus.*

2 *Stante ſtatuto, quod mater non ſuccedat filio morienti inteſtato, an excludetur mater à ſucceſſione filij morientis impuberis.*

1 **Opinio communis** † eſt, ꝙ cum propriè pupillus non dicatur
2 decedere inteſtatus, † id ſtatutum non excludit matrem quan-
do filius eſt impubes: quia nõ dicatur inteſtatus, ſed inteſtabilis:
vt l.1.de ſuis & legi.& ad hoc facit, ꝙ no.ff.q teſt.fa.poſ.l.2. & C.
de iur.deli.l.cum antiquioribus. ſed vr̃ dicendũ, ꝙ in teſtamen-
tis non eſt conſideranda tanta ſubtilitas: ſed ſtatuentium volun-
tates: q̃ pp communem vſum loquendi iure ciuili approbãtur,
& impuberes arctantur.vt d.l.fi.nam plerunque leges, pupil.vo
cant inteſtatum: vt ff.qui pe.tuto.l.credendã. §.hoc autem.& ff.
ad Ter.l.2.§.ſi mater. & iſta ſubtilitas vr̃ potius eſſe ſcrupuloſi-
tas, & cauillationes.ff.ad Treb.l.2.§.tractari.ff.de excuſa.tuto.l.
ſed hoc nimium.ſed certe iſta eſt iure ciuili approbata, & ideo
non reſpuenda.vt no.inſtitu.de hære.quæ ab inteſ.in prin. in gl.
1.mõ videbatur: quia ſtatutum non ponderat ætatẽ, ſed liberos:
ꝙ cum conditio hæc ſine filijs, fortius verificetur in pupillari æ-
tate, quam poſt.ff.de vulg.ſub.l.Centurio.& no.in le. precibus.
quod amita vocaretur ad hoc.& facit illa ratio ſtatuti, cum ſatis
ſit conueniens &c.nam rõ extendit dictum: vt l.de quibus.de le.
& l.non poſſunt.& l.illud.ff.ad l.Aqui.& ff.de fonte.leg.1.§. hoc
interdicto & C.de interdictis l.1. quantum enim in ratione ſta-
tuti non refert, an pupillus, vel adultus decedat. & iſta ratio eſt
expreſſa in ſtatuto, ſecus ſi non eſſet expreſſa: quia tunc non ex-
cluderetur pactum odioſum: vt l.ſi vero.§.de viro, ſol.ma.& leg.
proſpexit.qui, & à quibus.ꝙ autem liberi ſunt cauſa finalis, pa-
ter.ff.de hęred.inſt.l.Lucius.C.de fideicomm.l.cum acutiſſimi.
& ff.de pac.l.tale pactum.§.fi.& pp iſtam rationem ſentiebã pro
amita ſalua legitima matris debita vigore alterius ſtatuti, quod
trahebam ad cauſam inteſtati, per l. cũ quęritur . de inoffi. teſt.
poſtea amplius cogitans conſideraui, ꝙ in illo ſtatuto de dece-
dentibus ab inteſtato, & ſine filijs, non fit mentio expreſſa de
matre: licet tacite, ſi aliud ſtatutum non eſſet, mater excluditur:
quia incluſio aliorum, eſt excluſio non incluſorũ.ff.de leg.1. l. ꝙ
in rerum.§.ſi quis poſt teſtamẽtum.& C.de re.mili.l.ſicut certi.
Item alio ſtatuto vbi fit mentio de muliere dotata, fit mẽtio de
mr̃e includendo matrẽ ex teſtõ ad ltĩmam.tunc ſic arguo, ſi dẽt
ſibi ltĩma ex teſtõ, ergo ſuccedit ab inteſtõ. vñ id ſtatutũ de ne-
ceſſitate facit matrem ſucceſſibilem ab inteſtato. alias nulla
eſſet legitima, quæ eſt tertia eius, q̃ ab inteſtato dẽr: vt in auth.
de trien.& ſe.in prin.col.3.& iõ à ſtatuto generali excluſiuo ex-
cipitur mater de qua ſpecialiter eſt prouiſum expreſſe ex teſtõ,
& tacite ab inteſtato.nam tacitum ſpeciale derogat expreſſo ge
nerali.vt l.obligatio. nec obſtat ratio ſtatuti, quia generalis &
iure communi non approbata. Cod. de dona.l. ſi cum veſtra. &
accedit ad hoc æquitas: quia ſtatutũ eſt factum fauore maſculo-
rũ agnatorũ, p quos familiæ conſeruantur: vt no.C.de adult. le.
publico.ff.de ven.inſpici.l.1.§.de nupta. q̃ non conſeruãtur per
fœminas. facit.10.col. qui feu.da.poſ.c.1.§. hoc autem notandũ.
illa ratio, ꝙ ſucceſſio debet eſſe reciproca, ſatis eſt æqua: vt C.de
legi.hum.§.cum igitur.& conſiderata æquitate, non ſteti durus
in prima opi.ſed ſenſum mutaui, & pro mr̃e in totum ſentio, ſal
ua ſemper ſubſtantia veritatis, & ſententia conſilij potioris. ff.q
pot.in pig.hab.l.Claudius Fœlix.Ego Bal.de Per.ll.doc.

C A S V S.

Factum tale proponitur. Quædam Do.Benuenuta filia quon
dam Andreæ tradidit ſe nuptui Vanno Alexandri, de quo ha-
buit tres filios, videlicet Angelum, Iacobutium, & Colã.q Van-
nes deceſſit ſuperſtitib.dictis vxore, & filijs, q̃ dña adiuit dictam
hæreditatem vnà cum dictis filijs circa tp̃s 20.ann.& interim ac
quiſiuerunt titulo emptionis quędam bona, valentia circa q̃ti-
tatẽ.100.flo.deinde tradidit ſe nuptui ſcd̃o marito, de quo ha-
buit Iontã, & Vrſinã, & retinuit ſecũ dictos filios, quos habuit
ex dicto Vãne: deinde deceſſerunt dicti, Iacobutius, & Colla.cõ
ditis teſtĩs, nulla facta mentione de dicta eorum mr̃e niſi in ſub-
ſtituti.ſupſtite dic.Angelo eorũ fratre inſtituto hr̃de, ab ipſis tñ
credebatur de eius morte potius, q̃ de vita: quia ibat peregrinus
per mundũ, quæ mater credẽs de eius morte, tenuit p certũ tp̃s
omnia bona tunc dicti Angeli recolligendo fructus ipſorum bo
norum, poſtquam redijt d. Angelus.deinde deceſſit dicta d.Bẽ-
uenutá ſuperſtitibus ſibi d.Angelo, & dictis Ionta, & Vrſina cõ
dito teſtamento, non tñ publicato, in quo inſtituebat ſibi hęre-
des dictos Angelum, Iontam, & Vrſinam in æquali portione.de
inde deceſſit d.Angelus condito teſtamento, in quo legauit di-
ctæ Iontæ, & Vrſinæ bona dictæ ſuæ mr̃is, ſibi qũolibet acq̃ſitã
in cæteris vero bonis inſtituit ſibi hæredes quoſdam ſuos con
ſanguineos de parte patris. dicunt nunc dictus Ionta, & Vrſina
ſibi competere ius in bonis, quę fuerunt dictorum Iacobutij, &
tam de bonis, quæ fuerunt quæſita poſt mortẽ dicti eorũ patris,
q̃ de bonis, q̃ fuerunt dicti eorum patris, in quibus ſucceſſit di-
cta D.Benuenuta poſt eorũ mortem, petitur quid iuris &c.

CONSILIVM CCCXL.

1 *Subſtitutus moriens ante conditionis euentum non tranſmittit ius ſubſtitu-
tionis.*
2 *Mater præterita non tranſmittit.*

1 **In Chriſti nomine.** Dicta D.Benuenuta, † i bonis quæ fuerunt ma-
riti ſui, non ſucceſſit filijs ſuis, ſ.Iacobo, & Colæ, qui fecerunt te
ſtamentum. & ex teſtamento mater quæ ſecundo nupſit, non
ſuccedit: niſi ſicut quilibet extraneꝰ.C.de ſec.nup. aut. ex teſtõ,
& poſito ꝙ in aliquo ſuccederet quo ad vſumfructũ, eſſent mor
te mulieris extincti: vt inſt.de vſufr.§.finitur.& C.de nup.le.fœ-
minæ.§.fi.nec ob.ꝙ dicta mr̃ fuerit ſubſtituta in teſtamentis fi-
liorum: quia deceſſit pendente conditione.vnde ius ſubſtitutio
nis non tranſit.vt no.C.de his qui ante aper.tab.l.1.cum. n. ipſa
deceſſit, viuebat Angelus. Sed in alijs bonis, quæ non fuerunt
mariti, ipſe debebat habere legitimam, quam ſi acceptauit, trãſ
miſit ad filios ſuos, vel ſi non acceptauit, adhuc vr̃ idem per ti.
de his q ante apertas tab. & ꝙ no. C.de ſuis & le.l. apud hoſtes.
2 de hoc ſunt opi.per l.ſi quis filium.C.de inof.teſt.† & quia ma-
ter præterita non dixit teſtamentum nullum filiorum, vr̃ tacitè
confirmatum de iniuſto teſta.l. filio præterito. & ſic hæredes e-
ius non poſſunt dicere nullum, nec aliquid petere contra teſta-
mentum, & hæc pars eſt verior, ſi mater diu tacuit, & non dixit
nullum, ſed ſic deceſsit. Et ita dico, & conſulo ego Bal.de Peruſi.
vtriuſque iur.doctor, & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei no-
minis ſignaui.

CONSILIVM CCCXLI.

1 *Bona exiſtentia extra territorium confiſcantis, an, & quando veniant in
confiſcatione vniuerſali, & cui cameræ fiat incorporatio dictorum bono-
rum, ſiue mobilium, ſiue immobilium.nume.2. & 3.*
4 *Camera fiſci eſt duplex.*
5 *Confeſſio in præiudicium fiſci non valet.*
6 *Merus executor non cognoſcit de nullitate.*

1 **In Chriſti nomine.** † Super primo puncto, an bona ſita extra terri-
torium confiſcantis veniant in confiſcatione vniuerſali, dicen-
dum eſt, ꝙ ſi talis ſit baunitus, qui æquiparatur deportato, iux-
ta no.inſt.q. mo. ius pa.po.ſoluit.§. relegati.ꝙ omnia eius bona
veniunt in confiſcatione: vt C.de pœ.l. deportatorum.ff. de ca.
di.l.tutela.§.j.quia fiſcus ſe non diuidit, ſed eſt vbique. Item de-
portatio non poteſt eſſe localis, ſed in omni territorio eius, cu-
ius authoritate fit, puta Papæ, vel imperatoris, ſe extendit, ne-
que enim poteſt pro parte in ciuitate manere, & pro parte mo-
ri.facit.ff.de cap.dim.l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff. de poſtulã.
l.ſi.ex ea.de iniuſto teſtamento.l. ſi quis filio exhæredato. ff. de
teſtĩs.l.eius qui.C.ad l.Iul.de vi.l.ſi tutoris. in caſu noſtro debet
æquiparari deportatio ex genere criminis.C.de abol.l.2.in fi.C.
2 ad l.Iul.ma.l.quiſq̃is.& d.§.qui deficiunt, † ſed dubium eſt de
incorporõne, cui cameræ fiat, an vbi deliquit, & condemnatꝰ
eſt, an vbi ſunt bona, ſuppoſito ꝙ vtraq; camera ſit procuratrix
Cæſaris in rem ſuã.doctores dicũt, ꝙ camera bonorũ.i.vbi ſunt
bona reſpectu bonorum condemnatio eſt realis: quia ſequitur
rem: vt plene notant Moderni in l. cunctos populos.& allegant
multa, quæ non recito, ſed loquuntur in reb.cohærentib.terri-
3 torio.† ſed in reb.mobilib, vr̃ diſtinguendum, an ſint ibi vt per-
maneant an tẽporaliter: quia res, q̃ vendicantur ſecundũ locũ,
deputãtur illi loco, vbi ſunt deſtinatæ.ff.de hæ.inſt.l. ex facto.§.
vtrum autẽ.ff.de pig.l.debitor.ff.de le.1.l. huiuſmodi. §. legatis.
in hoc igitur caſu, vbi res ſunt alio tranſlatæ, non cauſa repor-
tandi eas, vnde ſunt tranſlatæ, nõ vr̃, ꝙ fiſcus iſtius terræ debeat
eas hr̃e: niſi poſt delictum ſint tranſlatæ: quia tunc affectæ quaſi
propter crimen læſæ maieſtatis vendicantur: vt ff.de requi.l.fi.
& hoc de primo puncto. Super ſcd̃o pendente ex primo dico,
ꝙ debet partiri, ſi ſunt in caſu confiſcationis cameræ, quæ hoc
4 petit, alias non, † quia camera eſt duplex.ſ.vniuerſalis, & ſingu-
laris, & camera fiſci, quæ eſt membrum, & non caput, hẽt ius li-
mitatũ: vt de iur.om iud.l. extra territoriũ.de conſt.c.vt aĩarum.
lib.6.&



5 lib. 6. & pro iſta reſponſum eſt tertio puncto. † Super quarto
dico, ꝙ non valet confeſſio in præiudicium fiſci: vt patet ex no.
6 in l.poſt contractum.ff.de don. Super quinto dico, † ꝙ merus
executor non cognoſcit de nullitate, ſed executor, cui ineſt iu-
riſdictio, non debet exequi, quod nullum eſt. ff. de iud.l. ſi præ-
tor. cum ſi. merus executor eſt, qui iubenti tenetur parere: ſed
qui ex imperio ſuo exequitur, non eſt merus executor. de hoc
plene no.per Inn.de re iud.c.de cætero.

C A S V S.

In Chriſti nomine amen. Punctus talis eſt, teſtator condidit
teſtamentum, in quo ſibi hæredem vniuerſalẽ inſtituit fratrem
ſuum, & voluit, ꝙ poſt mortem dicti ſui fratris id, quod reperi-
retur tempore mortis ipſius, iudicauit, ꝙ diuidatur in tres, vi-
delicet, inter Petrum, Philoſophum, & Martinum pro æquali
portione, excepta quarta parte dictorum bonorũ, de qua parte
dictorum bonorum poſſit dictus eius hæres facere quicquid
vult. Deceſſit teſtator, & hæres adiuit hæreditatem, & poſſedit.
ipſo poſſidente deceſſerunt Philoſophus, & Martinus, ſuper-
ſtite, & ſuperuiuente hærede vniuerſali, & Petro ipſorum co-
hærede. poſtea deceſſit dictus hæres vniuerſalis, qui hæredem
ſibi inſtituit d. Petrum, & quendam alium pro æquali portio-
ne. Quæritur primò, cui accreſcant, & cui accreuerunt partes
Philoſophi, & Martini, an Petro cohæredi, an dicto hæredi vni-
uerſali, videlicet fratri teſtatoris. Secundò quæritur, an dicti
hæredes inſtituti in dicto teſtamento hæredis vniuerſalis poſ-
ſint aliquid in dicta hæreditate iure Trebel. detinere, & habe-
re obſt.non ratione fructuum perceptorũ, ratione dictæ quar-
tæ partis, de qua potuit dictus frater facere quicquid voluit.

CONSILIVM CCCXLII.

1 *Portio ſubſtitutorum morientium, an inſtitutis accreſcit vel ſubſtituto.*
2 *Hæres grauatus retenta quarta non poteſt ratione trebellianicæ aliud re-
tinere.*

1 **In Chriſti nomine.** † Super primo puncto dicendum eſt, ꝙ portio
Philoſophi, & Martini accreuit Petro, tanquam verbis coniun-
cto.C.de cad.tol.§.pro ſecundo.de verb.ſignifi.l.triplici de leg.
2 3.l.re coniuncti, &c. † Super ſecundo puncto dicendum eſt, ꝙ
dicta quarta, quæ in reſtitutionem non venit.in Trebel. impu-
tatur. ff.ad l. Falci.l. Titia. facit, quod no.C.famil.erciſ.l. filium
quem habentem, & ideo tres partes hæreditatis primi teſtato-
ris debet habere Petrus iure fideicommiſſi, quarta quæ ſuper-
eſt partium ad eum, & cohæredem ſuum tanquam ad hæredes
ſecundi teſtatoris.ff.ad l.Fal.l.pater filium, &c.

C A S V S.

Punctus quæſtionis ſuper quo petitur conſilium, talis eſt,
videlicet Albertus vendidit Franciſco certas domos, & petias
terrarum, nulla reſeruatione facta pretio 100.lib.den.quas do-
mos, & terras promiſit, & iurauit dictus venditor legitime de-
fendere contra omnem hominem, & perſonam, & de prædi-
ctis apparet publicum inſtrumentum venditionis & emptionis
in forma. eodem vero die, quo fuit facta dicta venditio dictus
venditor ſciẽs ſe non teneri ad infraſcripta, ſed teneri velle per
pactum ſolenne, ſtipulatur inſtrumentum vallatum cum iura-
mento per ipſum venditorem corporaliter præſtito, promiſit
per aliud inſtrumentum manu tamen eiuſdem notarij d. Fran-
ciſco emptori, ꝙ ſi quo tempore in ſupradictis domibus & pe-
tiis terrarum, vel aliqua ipſarum per aliquam perſonam, ipſe
Franciſcus emptor vel habẽs ius, & cauſam ab eo in rebus præ-
dictis, vel ipſarum parte de iure, vel de facto moleſtaretur, red-
dere, & reſtituere cum effectu, mota lite prædicta eidem Fran-
ciſco emptori centum librarum denar. ad ipſius emptoris pe-
titionem, & voluntatem poſt motam litem prædictam. Modò
quæritur, viſo puncto prædicto, & inſtrumento dictæ promiſ-
ſionis ſcripto manu ſer Franciſci Balducij Ventis: licet factum
ſit poſitum, & variatum in aliis perſonis, & in alia quãtitate pe-
cuniæ, quæ appareat in inſtrumento dictæ promiſſionis, vtrum
mota lite de bonis prædictis dictus venditor poſſit reddere, &
reſtituere dicto Fran.emptori dictas 100. libr.ipſo emptore in-
uito, & vtrum ſi dictus Franciſcus emptor dictas centum libras
receperit, remaneat firma vẽditio ſupraſcripta, vel teneatur, &
cogi poſſit de iure ad reuendendum ſine alio pretio dictas do-
mos, & terras, & vtrum dictus emptor poſſit renuntiare dicto
pacto ante motam litem, & poſt, inuito, ſeu ignorante, vel con-
tradicente dicto venditore. ita quod remaneat firma ſupradi-
cta venditio, & inſtrumentum, & contenta in inſtrumẽto ven-
ditionis prædictæ, in Dei nomine conſulatur.

CONSILIVM CCCXLIII.

1 *Quis non tenetur ſequi pactum appoſitum in fauorem ſuum.*

1 **In Chriſti nomine.** † Iſtud pactum fuit appoſitum in fauorẽ em-
ptoris, per illa verba, quæ dicunt, ad ipſius emptoris volunta-
tem, & ideo non tenetur inuitus ſequi pactum.ff. de l. commiſ-
ſo. l.ea lege.ff.de in diem adiect. l. Sabinus.in ratione dictarum
legum.vnde non reſcinditur emptio iſta emptore inuito: tamẽ
occaſione non ſuſceptæ defenſionis non poſſet emptor agere
vltra dictam quantitatem nomine intereſſe: quia ex quo eſt in-
tereſſe conuentum, ſtandum eſt conuentioni. ff. de prætoriis
ſtipula.l.fi. pondero ergo illud verbum, ad ipſius emptoris vo-
luntatem, ſimul verbum eſt. ſolu.ma.l. poſt dotem. Si vero re-
ciperet emptor dictam quantitatem, quæ fuit verum pretium,
receſſum eſſet à contractu. C. quando liceat ab empti. diſcede-
re.l.1.& 2. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio vtriuſ-
que iuris Doctor, & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei no-
minis ſignaui.

CONSILIVM CCCXLIIII.

1 *Arbitrator ex permiſſu legis pro communi bono partium poteſt lædere in
parua quantitate, non in magna.*
2 *Confeſſio iurata valet, ſicut ſi eſſet facta præſente aduerſario.*
3 *Petitio reductionis æquiparatur appellationi à diffinitiua.*

**In Chriſti nomine.** In cã dñi Ludouici & Bondi pſuppoſitis cõ-
pmiſſis, & laudo petitione reductionis, & cunctis actis cãæ tria
quæruntur. Primò, vtrum attenta forma compromiſſi, & iura-
menti poſſit peti reductio. Secundò, ſi poteſt peti, an ſit pro-
bata iniquitas laudi, vel nullitas. Tertiò, ſi per dictum Ludo-
uicum eſt aliquid probatum ad iuſtificationem laudi, ſaltim ex
quo ei debeat deferri iuramentum ſuppletiuum probationis.
1 † & dico, ꝙ arbitrator ex permiſſu legis pro communi bono
partium poteſt lædere in parua quãtitate, non in magna, vt no.
ff.de arbitr. l. ſi de meis.§.recepiſſe.& l.ſed in ſeruum. quæ per-
miſſu legis poteſt de conuentione partium ad maiorem quan-
titatem prorogari: ſed obſtat ab eo, quod tunc niſi per dolum
arbitri reductio non poſſet peti.ff.man.l.creditor.§. fi. ſed Ray.
de For. & Io. Cal. qui ambo diſputauerunt iſtam quæſtionem:
tamen eorum opinio non eſt bene tuta: quia omnis arbitrij la-
titudo coarctanda eſt arbitrio boni viri, & no. in c. 1. extra de re
iudi.lib.6. in no. & ff.de ope.lib.l.ſi libertus.§.ita.& ff.qui ſatiſ-
dare cog. l. qui iurata. Si quis vellet tenere etiam opin.eorum
ratione iuramenti, habet pro ſe omnes decretales, quæ volunt
prius peti abſolutionem à iuramento, & ſic querelam præparari,
extra de iureiu.c.1.§.re debitoris.cum ſi. Ad ſecũdum, & ter-
2 tium punctum † ſimul ſentio pro domino Ludouico, qui pro-
bauit de confeſſione partis per vnũ teſtem fide dignũ, quę con-
feſſio cum fuerit iurata, valeat, ſicut ſi eſſet facta pſente aduer-
ſario: vt in auth. de iureiu.à mo.præſti.§.1.& no.3.q.6.c. quoties
cordis oculus. Item pbando præſumitur, ꝙ ſit æquum, & bona
fide latum, & iuſtum: vt no. Dy. in conſi. quod incipit Tholo-
mæus Manentis, facit.ff.de euict.l.Herennius. §. 1. & ſic domi-
nus Ludouicus habet pręſum.bon.& legitimam pro ſe. Ex qui-
bus pſumitur nemo ambigi, ꝙ deferendum eſſet iuramẽtum in
ſupplementũ pbationis, ſi quis eſſet defectus, vt l. admonendi.
3 & l.ſi duo patroni.in prin. † nam petitio reductionis æquiparat
appellationi à diffinitiua.& ideo nouæ iuſtificationes, & impu-
gnationes admittunt, vt l. p hanc. & l. ampliorẽ. de appel. cum
ſi.& l.non diſtinguemus. §. cum quidã. de arbi. mouet me etiãs
quia in teſtificatione facta per dictum Ludouicum eſt reſerua-
tio iurium contra dictũ Bondum.vñ videtur actũ, ꝙ virtute ab-
ſolutionis non extenditur ad eum: vt legi.& no.ff.de accep. l. &
per iuſiurandum.§.legatorũ. ff.de pact.l.niſi. quia non fuit vera
ſolutio, ſed confeſſio habens vim pacti.ff.de pact.l.tale pactum.
in prin. præcedentes tamẽ rationes ſunt meliores. Et ita dico,
& conſulo ego Baldus de Peruſio V.I.D. & ad fidem me ſub-
ſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui. Salua ſemper veritate fa-
cti.nam tu magis, &c. ff.de teſt. l. 3. §. tu magis, ſcire potes, &c.

## CONSILIVM CCCXLV.

1 *Qui iuſta ratione credit ſe dominum, & ideo vi rapit, vel clam ſurripit, excuſatur à furto.*

1 In Chriſti nomine. † Ille, qui iuſta ratione credit ſe dominum, & ideo vi rapit, vel clam ſubripit, excuſatur à furto: vt inſti. vi bo. rap. §. quia tamen. Idem ſi non iuſtis rationibus, qualibet tamen motus: quia à furto, & mutuo iuſta ex cauſa excuſat: vt l. iuris error. ff. de abigeis. l. 1. in fi. C. de plag. l. igitur. de liberali cauſa. ſed iſte nuntius probabiliter credidit ſe dominum, & cogitatione domini acceſſit: quia habeat titulum, pro ſuo, vnde non videtur in dolo. C. de fur. l. apud antiquos. & excuſatur à furto ipſe, & alij, qui ſecum acceſſerunt: quia voluntate & mandato domini, vel quaſi domini fecerunt. eſt & alia ratio, qua excuſatur: quia dictus nuntius probauit patrem poſſediſſe in vita ſua, & ſe poſſediſſe poſt mortem patris. vnde coniungi videtur vtraque poſſeſſio, non quod poſſeſſio patris ipſo iure deſcendat in filium: ſed quod filius poſſeſſione domini vtatur acceſſione patris. l. cum miles. quibus ex cauſis ma. & no. in l. in ſuis. de lib. & poſth. & ſic media poſſeſſio tertij præſumitur vitioſa, & clandeſtina, ar. extra de proba. c. licet cauſam. Item multo magis excuſantur operarij, & meſſores, qui ignorabant rem ad alium pertinere, & putabant nuntium eſſe verum dominum, & poſſeſſorem rei, vt not. ff. de rei vendi. l. in rem. §. tignum. Non obſt. inſti. vi bon. rapt. §. ſed nedum. quia quò ad illas conſtitutiones ciuiliter intendendas non requiritur dolus, qui nullius cauſæ prætenſione poſſit velari, vt C. de infa. l. in furti.

### CASVS.

In Chtiſti nomine amen. Pollionus montis fecit teſtamentum, & dixit inter alia, quæ in eo diſpoſuit, quod hæredes ſui deberent ſatisfacere infra annum à die mortis ipſius Pollionis, quæ continebantur in teſtamentis fratris per Montanutium, & Franc. & ſi prædicta non facerent, ipſi hæredes caderent ab hæreditate. modò quæritur, an ſi dicti hæredes dicti Pollionis non ſatisfaciunt infra annum contenta in dictis teſtamentis dictorum Montanutij, & Franciſci, cui ipſa hæreditas applicetur: cum ipſe Pollionus habeat quandam ſuam neptem carnalem, & ſibi in gradu propinquiorem. Secundò quæritur, ſi antequam tranſeat dictus annus, dicta neptis ex titulo tranſactionis, vel venditionis, vel ceſſionis det, & cedat hæredibus dicti Pollioni omne ius, quod habet, & in futurum habere poſſet quacunque occaſione in bonis, & hæreditate dicti Pollioni, an ex hoc licet infra dictum tempus adimpleuerunt voluntatem dicti Pollioni, debeant habere hæreditatem dicti Pollioni, & ſi debent habere, ſub breuitate ſcribantur verba, quæ inſeri debent in dicto contractu fiendo per dictam neptem, ſeu nepotem dictis hæredibus.

## CONSILIVM CCCXLVI.

1 *Hæreditas cui applicetur, cum quis priuatur hæreditate teſtatoris diſpoſitione legali: quia non impleuit iudicium defuncti.*

1 In Chriſti nomine. † Quando quis priuatur hæreditate teſtatoris diſpoſitione legali: quia non impleuit iudicium defuncti, cui applicetur, habetur in authent. de hæred. & falc. §. ſi quis autem non implens. & C. de fideicommiſſ. authenti. hoc amplius. ſed quando ex ea cauſa priuatur ex diſpoſitione teſtatoris, aut teſtator deſignat, quis ſuccedat, & ille ſuccedet, aut non deſignat teſtator, tunc credo, quod habeat locum dicta authenti. vt not. eodem titulo. l. fin. in fin. ſecundum illam authen. vbi eſt ſubſtitutio, venit ad ſubſtitutum, vbi non eſt ſubſtitutio, venit ad cohæredem, &c. Modò in caſu noſtro non eſt aliquis ſubſtitutus, ſed ſunt duæ in re certa, quæ habentur pro cohæredibus nomine ſaltim, & ideo credo ad illas deuenire ſuo tempore, dum tamen primò, & ante omnia idonee caueant de implenda voluntate defuncti: quia ita dicit tex. in d. auth. vnde non poſſunt adhuc iura, vel ſpem cedere, quia ſi poſtea non cauerent, nihil operatur talis ceſſio. impleat ergo voluntatem, qui vult eius beneficium conſequi, & facit extra de vota. capitu. 2. & extra de teſtamentis. c. ſi hæredes. & 11. q. 1. Sylueſter. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Peru. V.I.D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

## CONSILIVM CCXLVII.

1 *Iuſto pretio, & imminente debito, & ſubhaſtationibus, & decreto, an tutor poſſit emere per perſonam clam interpoſitam.*

2 *Tutor ſi poſſedit, & collegit fructus rei venditæ, an præſumetur emiſſe per interpoſitum emptorem.*

3 *Generalis refutatio facta tutori an valeat, & obſtet pupillo in his, de quibus non eſt cogitatum, licet non in his, quæ clam facta ſunt.*

In Chriſti nomine. Titius geſſit tutelã Sempronij, & innuente debito dictus Sempronius cum autho. dicti Titij, & decreto iudicis, & cum ſubhaſtationibus vendidit prædium ſuum Caio, tamen dictus tutor poſt dictam venditionem dictum prædium ſemper poſſedit, & poſt certos annos fecit ſibi remitti iura à dicto emptore. deinde dictus Sempronius fecit refutationem geſtionis dicto tutori, nunc vero dictus Sempronius vult dictum prædium vendicare, dicens, quod dictus tutor clam, & mala fide emit dictum prædium, quod per interpoſitam perſonam dicti Caij, & nomen dicti Caij fuit appoſitum in dicto contractu ſimulato, non vt ei ius quæreretur in effectu, ſed dicto tutori. Ex quo themate eliciuntur tres quæſtiones. prima, vtrum iuſto pretio, & innuente debito, vt cum ſubhaſtationibus & decreto tutor poſſit emere per perſonam clam interpoſitam. Secũda, vtrum præſumatur ex dicta poſſeſſione, & dicta iurium remiſſione emiſſe per interpoſitam perſonam. Tertia, vtrum generalis refutatio facta tutori obſtet dicto quondam pupillo,
1 quominus poſſit vendicare dictam rem. † Circa primum punctum conſiderandum eſt, ꝙ inter cætera, quæ ad ſubſtantiam contractus tutorum pertinent, neceſſaria eſt bona fides, quam omnis tutor debet agnoſcere, & non poteſt bene fieri, niſi fiat bona fide, vt ff. de adminiſtra. tuto. l. cum plures. §. quæ bona fide. & l. quoties. §. denique. & de bona fide tutor iurat. C. de adminiſtra. tuto. l. fina. §. defen. & in auth. vt hi qui obliga. §. finali. Item eſt conſiderandum, quod tutor poteſt emere palam, & bona fide, & non clam: quia tunc mala fides præſumitur. C. de contrahen. emptio. l. ſi in emptione. §. fi. & vtrobique vero non eſt vis, an per interpoſitam perſonam, ſed an clam vel palam. nam ſi tutor palam dicit, ego volo, ꝙ Titius emat pro me: quia volo, ꝙ nomen meum ſcribatur in inſtrumẽto, valet emptio, ſi cætera non deficiunt: ſi autẽ clã facit, non valet. ff. de autho. tu. l. pupillus. §. ſed ſi per interpoſitionem. & §. ſane ſi quidem. & per hoc ſoluitur quæſtio, an valeat emptio, nec ne. Et hoc de
2 primo puncto. † Circa ſecundum dicendum eſt, ꝙ præſumitur per interpoſitam perſonam emiſſe: quia poſſedit & fructus recollegit: & tandem iura recepit, vt C. de repudianda hæred. l. 2. ff. de actio. hær. l. ſi is, qui bona. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. ſuperuacuam. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. cum propriam.
3 † Circa tertium dicendum eſt, ꝙ generalis refutatio valet in his, de quibus fuit cogitatum: ſed in his, quæ clam facta ſunt nõ valet. ff. de pact. l. emptor. §. Lucius. & l. tres fratres. ff. de tranſa. l. qui tutorib. §. qui per fallaciã. & l. cum Aquiliana. C. de tranſa. l. vt reſponſum. & l. illicite. de reb. eorum, &c. Et ita dico, & cõſulo ego Bal. de Peru. V.I.D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

### CASVS.

Coram vobis ſapiente, & iuris perito viro, & legum doctore Do. Nicolao iudice cauſarum ciuilium communis Peruſij, pro porta Sancti Petri deputato per nobilem militem dominum Gregorium de Schalis, &c. excipit, & excipiendo proponit Petrus, vel Marinus, & procur. dominæ Viciæ, &c. Contra, & aduerſum Marinum, &c. quaſdam exceptiones & expenſas. Et primò, quia non conſtat, nec apparet de aliqua ſententia cõdemnatoria expẽſarum facta pro parte dicti Marini per dictam Dominam Viciam, quæ tranſiuerunt in rem iudicatam. & propterea non poteſt fieri executio ſententiæ: quia non apparet, nec eſt, & quæ in rem iudicatam non tranſiuit. non obſtat ſi dicatur, quod fuit lata quædam interlocutoria pro parte d. Marini contra dictam dominam Viciam pro eo, quia dicta interlocutoria fuit, & eſt nulla præſuppoſito iure ex eo, maxime cum fuerit lata dicta domina Vicia abſente, & non citata, & quia dicta ſententia non fuit lata in ſcriptis, nec diffinitiue. prout debuit, & debet: quoniã ex quo fuit oblatus libellus in dicta cauſa, & lis conteſtata, & iuramentum de calumnia, debuit, & debet diffinitiua ferri & in ſcriptis, non autem interlocutoria. & ſine



ſine ſcriptis. meritò igitur dicta interlocutoria, quæ ſine ſcripto lata fuit, & eſt ipſo iure nulla, non poteſt tranſire in rem iudic. nec executio ipſius fieri ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum communis Peruſij, & maxime cum conſtat de nullitate per inſpectionem ipſius ſententiæ.

## CONSILIVM CCCXLVIII.

1 *Interlocutoria valet ſine ſcripti recitatione, ſecus eſt in diffinitiua.*

2 *Index an poſſit condemnare in expenſis per ſententiam interlocutoriam.*

1 In Chriſti nomine. † Quando ſunt illa verba ſententialiter promulgata, &c. omnia ſolennia præcluduntur, niſi probentur abeſſe. doct. ponunt de verb. oblig. l. ſciendum. & de le. 2. l. fideicommiſſaria. ver. 1. ſed poſito, ꝙ non fuerint deſcripti recitatione lata, quæritur, an valeat? reſpondeo, iſta ſententia duas partes habuit, prima pars fuit: quia reum abſoluendum pronũtiauit: & iſta fuit interlocutoria, quia adhuc ſperatur abſolutio. l. fi. vbi, & apud quem. & l. 1. C. ſi aduer. liber. & quantum ad iſtud capitulum non eſt neceſſe, ꝙ fuerit lata de ſcripti recitatione, vt no. in l. fi. C. de ſenten. ex breuic. reci. Secunda particula, ꝗa diffinitiue abſoluit, & quò ad iſtud capitulum ſententia lata ſine ſcripti recitatione fuit nulla. d. l. fi. & l. pe. eo. ti. & in cle. ſæpe. tamen vtile capitulum per inutile non vitiatur. ff. ſi cer. pet.
2 l. certi conditio. §. quoniam. † ſed nunquid in expenſis debuit condemnari, ex quo non diffiniunt, ſed interlocutoria eſt abſoluendum. nam ratione victoriæ non videtur quis cõdemnandus in expenſis: niſi in vltima diffinitione, quia non quis dicitur victor, vel victus ante diffinitiuam. C. de iudi. l. properandum. §. ſiue autem. tamen quia ab illa condemnatoria expenſarum non fuit appellatum, videtur quò ad partem tranſiſſe in rem iudicatam, & ſi dicatur condemnatio expenſarum, eſt acceſſoria, & ſi non tenet principale, non tenet acceſſorium. Reſpondetur, quod ſuum principale erat hic interlocutoria, quam pronuntiauit abſoluendum, quæ tenet. Et ita conſulo ego Bald. de Peruſ. V.I.D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

### CASVS.

Pro parte quinta an ſtare debeant contentæ de dictis legatis eis factis de 900. flor. aur. pro qualibet ipſarum vigore teſtamẽti d. Raynutij. & ſi ſtare contentæ deberent, nunquid habeant debere poſſe petere trecentos flor. auri pro qualibet ipſarum relictos, in quo teſtamento vna cum dictis 900. flore. auri, & ſi hæreditatem d. Raynalducij d. Franciſcus vigore dictæ aditionis tranſmiſit ad dictum Ludouicum eius filium, & per conſequens dicta hæreditas ſit deuoluta ad ſupradictos cõmiſſarios vigore teſtamenti d. Franciſci, &c. Viſo teſtamento dicti Raynulducij, teſtamento d. Franciſci, & dictæ hæreditatis aditione factæ per d. Franciſcum, & dicto puncto formata, ſuper quibus omnibus & ſingulis conſilium ſalubre imploratur, &c.

## CONSILIVM CCCXLIX.

1 *Aditio facta exiſtente poſthumo in vtero, an, & quando valeat, & quando ex tali aditione tranſmittatur hæreditas.*

2 *Facto legato plurium ſummarum diuerſarum, an debeatur vna ſumma ante, an duæ.*

3 *Dubitans an tranſmittat bonorum poſſeſſio.*

4 *Tranſmiſſio hæreditatis in quem facta eſt, ille tranſmiſit cauſam in ſuum ſucceſſorem.*

5 *Minor, qui non adiuit, non tranſmittit reſtitutionem in integrum.*

6 *Teſtamentis diuerſorum poteſt agi ſæpius.*

In Chriſti nomine. Quęſtio de plurib. trãſmiſſionibus. & primò vtrum Franciſcus tranſmiſerit hęreditatem ad filium. Secundò, an quia ſubſtitutio dicit in Franciſcum, & filios eius, Ludouicus de ſua perſona potuerit adire tranſmittere: & tranſmiſerit ad pupillariter ſubſtitutos, nec ne. & an ſicut in prima tranſmiſſione, ſic in tranſmiſſione tranſmiſſionis procedatur. prima quæſtio ex hoc pendet, an aditio hæreditatis, quam Franciſcus fecit, tenuerit: nam ſi tenuit, hæreditas adita tranſmittitur, ſi non tenuit, non tranſmittitur, vt in §. 1. in nouiſſimo. † Et primò
1 de poſthumo naſcituro: quia interdum eſt, & eſſe ſperatur, interdum non eſt in vtero, tamen eſſe ſperatur, ſeu creditur. interdum nec eſt, nec eſſe ſperatur. ſi poſthumus eſt in vtero re, & naſci ſperatur, ex eius natiuitate pendet ius adeundi. interdum non poteſt adiri hæreditas, nec ius deliberandi conſiſtit: quia ius deliberandi eſt ſicut potentia, aditio ſicut actus. hoc proponitur. ff. de acquir. hæred. l. cum quidam. §. quod dicitur. Item ratio dictat: quia aditio eſt animi motus cum determinatione acceptationis iuris & facta adminiculo: & potentia concurrentis. & nemo de incertis poteſt habere deliberationem plenariam, & certum animi motum, & finem, ſicut naturaliter patet hac ratione: ſi non eſt, tamen eſſe ſperatur. interim non poteſt adiri hæreditas ex defectu poſthumi: quia conſiliũ mentis titubat. ſi vero non eſt, nec eſſe ſperatur, aditio procedit, ꝗa concurrit ius, & voluntas. ſimile notatur. C. de don. ante nup. l. ſi filiæ tuæ. Si vero eſt, & non ſperatur, aditio non procedit:
* quia veritas contrariatur, & veritas eſt ſubſtentaculum. & vbi non eſt potentia, ibi non eſt actus, quia non conſiſtit hoc ex animo, ſed ex veritate concurrentis, ſi pars hæreditatis pet. l. antiqui. Si vero non eſt, ſed varie opinantur homines, quidam creduntur eſſe, quidam non eſſe, tunc ſi credulitas adeuntis eſt, quod non ſit poſthumus, & fama, vel vt puto iuſta ratio, quæ non minuitur, ſit, quam authoritas conſcientię famam in idem conferunt, tenet aditio, aliàs non, dicto §. quod dicitur. Sed ſi opinio opponentis ſit poſthumum eſſe: licet non ſit error, impedit animum, ne poſſit velle, & adire probatur, vt ſupra. Ex his ſic concluditur, quod ſi tempore aditionis adiens erat certus in animo ſperari poſthumum, & cum ſua opinione concurrebat veritas, & fama, vel iuſta ratio, tunc aditio tenuit, aliàs nõ, tamen eſt aduertendum: quia licet non tenuit aditio, & ſit facta tranſmiſſio hæreditatis, quia ſpeciale eſt hoc caſu, ff. de contrab. l. illud. §. fin. cum l. ſequen. & ibi not. ff. de acquir. hære. l. ventre. & ibi not. Item aduertendum: quia filius Franciſci poterat venire ex ſua perſona: quia inſtitutus, & ex quo deceſſit, ſui facilitate hæreditas non adita tranſmiſit reſtitutionem in integrum ad hæred. ff. de acquiren. hæredita. l. poſthumus. de rebus dubiis. l. qui duos. ſecundum Iacob. de Aretio. cauſa mota in adeundo perfecta habetur, & aduerſus omne, quod facit pueriliter reſtituit. ſi autem non eſt in mora, tunc nec cum eo aliquid geritur, nec ipſe aliquid gerit. quomodo ergo reſtituitur? Sed reſpondeo, qui non facere videtur, abſens ſine dubio reſtituitur: quia ibi eſt factum ſuum, ſcilicet abſentia. facit quod not. in l. cum quidam. in princip. ff. de acquir. hære. ſi vero tranſmiſiſſet ius deliberandi, ceſſaret reſtitutio, quia læſio eſſet conſummata in maiore, & in hærede minoris, niſi & hæres eſſet minor. beneficium ergo reſtitutionis non videtur in caſu noſtro deficere. ſubſtitutus ex perſona minoris quaſi læſi vltimo vitæ ſpũ: quia aditio per alium fieri non poteſt, ergo, &c. ff. de cõd. indeb. l. vlt. in ratione ſui. C. de teſt. mil. l. 1. Et pro iſta non eſt opus quærere de tranſmiſſione, vbi quidem non curant regulas tranſmiſſionum, & ignorantes dicuntur tranſmittere: credo verum in tranſmiſſione hæreditatis, vt eſſet in caſu noſtro, ſed in tranſmiſſione iuris deliberandi, quæ non cadit hic, hoc non crederem, quia ius deliberandi non cadit, vbi declaratio facti, l. ſententia non cadit. Item non augetur ius ex tranſmiſſione, ſicut non durat plus tempore ſuo. Item nec aliis certum ſtat,
2 ſed ad præſens hic non expedit diſtinguere. † Reſtat alia quæſtio, an filiabus debeantur duæ quantitates, an vna. & videtur, quod vna, de lega. 1. l. plene. §. ſed ſi non corpus. in contrarium videtur, quod duæ, de adim. leg. l. cum. ff. de leg. 1. l. ſi ita ſcriptũ. dicit Iacob. de Areti. quod interdum legatur eadem quantitas, cum ſemel debetur: interdum diuerſæ quantitates, tunc omnes debentur. dominus meus dicit, quod dict. Iacob. eſt verum, quando ſimpliciter legatur ob eandem cauſam, vltimum tantum legatum debetur, de adim. leg. l. libertis. vnde cum hic legatum trecentorum nonaginta fuerit ob cauſam dotis: ergo tantum nonaginta debentur. mihi hæſitanti de voluntate teſtatoris, de iure vr̃ in dubio, ꝙ vtraq; ſumma debeatur: ꝗa prima ſumma eſt relicta pure, ſecũda ſub cõditione. Itẽ prima ſumma eſt relicta ꝑ modũ inſtitutionis, ſecunda ꝑ modũ ſubſtitutionis: & ſic ſunt plura relicta, nam interdũ ſunt plura legata re, & voce, tunc omnia debentur: interdum voce, & non re, tunc ſemel debetur, vt C. de leg. l. cum quæſtio. interdum dubitatur, tunc refert, aut ſunt plures legandi formæ, & tunc plura legata: quia forma diuerſa diuerſam efficit rem, & voluntatem, ad exhiben. l. Iulianus. interdum eſt vna legandi eademque forma, & tunc licet repetantur ſæpius idem per idem non eſt, niſi idem, & idem & ſemel duntaxat debetur, vt ſ. probaui. Quæritur ergo, hic ſunt diuerſæ relinquẽdi formę, & diuerſæ ſummæ, ſola

ſola identitatis finalis cauſa non facit plura legata vnum eſſe,
cum dies eorum ceſſerit diuerſis temporib.& diuerſo iure cen-
ſetur.non ob.l.libertis,quos.quia diuerſa eſt cauſa alimẽtorum
à cauſa dotis, nam dos ſæpius cõſtitui poteſt. C.de dona.ante
nup.l.pe.& fi.ſed alimenta ſunt quid taxatum,& non duplican-
tur.& ſi percipientur ex vltima voluntate, deficit cauſa finalis,
qa non eget alimentis, quia alimẽtatus eſt, vnde illud eſt ex na-
tura alimentorum.ſimile no.ff.de vſufr.l. domus. item caſus eſt
illius nomine ſimilis,nec ſunt legata diuerſi generis, & formæ.
ex diuerſis autem teſtamentis bene poſſumus ſæpius agere etiã
ad alimenta: quia alimenta conſiſtunt in genere. vnde poſſunt
concurrere plures cauſæ lucratiuæ origine, & effectu,ex teſta-
mentis diuerſorum.de leg.2.l.Mæuius.§.duobus.& facit de re-
bus dub.l.ſi is,qui.200.in princ. repetendo concluſiones præ-
dictas breuiter dico primò,quod ſi poſthumus naſci dubitatur,
ad hoc,vt hæreditas poſſit adiri, nec requiritur neceſſitas opin.
communis & propria adeuntis:ꝙ iſta tria ſint, & concurrant,ſ.
ꝙ poſthumus non ſit, nec eſſe putet:cui opi.eſt ſingularis ipſius
adeuntis,quæ opi.diuerſis temporibus poteſt eſſe diuerſa.& de
iſta opi.ſtatur dicto adeuntis.i.de ſua propria,& ſingulari opi. ſi
iſta tria non concurrunt in idem,non tenet aditio, vt d. §. ꝙ di-
3 citur.† Secundo dico,ꝙ dubitãs hoc caſu tranſmittit hęredita-
4 tem,& bonorum poſ.de contratab.l.illud.in fi. † Tertiò dico,
ꝙ ille in quem eſt facta tranſmiſſio hæreditatis, finaliter tranſ-
mittit eam in ſuum ſucceſſorem,arg.de l.3.l.pater.§.15. ff. quod
metus cauſa.l.videamus. Quartò dico, quod minor, qui non
adiuit,tranſmittit reſtitutionem in integrum ad ſuum ſucceſſo
5 rem,vt l.qui duos. ſecundum Iacob. † Quintò dico, ꝙ diuerſæ
ſummæ ſub diuerſa forma,& caſu legatæ omnes debentur:quia
plura legata ſunt,& vnum non confunditur in altero:ſecus ſi v-
num confunderetur in altero, vel faceret eius finalem cauſam
deficere,de alim.leg.l.libertis. Non obſt.de le.2.l. Sempronius
Proculo. quia ibi non bis legauerat, ſemel legatum bis per er-
6 rorem ſcriptum erat & facit.ff. de prob.l.quinquaginta.† Sex-
tò dico, ꝙ ex teſtamẽtis diuerſorum poteſt agi ſæpius ad eadem
alimenta,quia in genere debentur,de leg.1.l. plane. cum ſimil.
Ego Baldus de Peruſio V.I.D. dico, & conſulo in prædictis, vt
ſuperius continetur,ſalua ſententia veriori,& ad fidem me ſub-
ſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCL.

1 *Subſtitutio compendioſa omni tempore eſt fideicommiſſaria.*
2 *Quanta ſit legitima matris filij defuncti relictis duabus ſororibus compen-
dioſè ſubſtitutis.*

1 In Chriſti nomine. † In conſulẽdo ſemper
tenui opi.communem,
ꝙ iſta ſubſtitutio ſit omni tẽpore fideicommiſſaria:quia ſine di-
ſtinctione temporum ætatum facta per verba cõmunia, vt not.
in l.precib. & l. Centurio. in §.extraneo. licet in §. qua ratione.
ſentiat gl. ꝙ ſit directa in pupillari ætate.& Cy. in addi.tenet. &
Io.And.in c.ſi pater. ego tñ in communi opi.ſum, & non in iſta
ſingulari iſtorum, qa vniformitas pœnæ modum ſubſtituendi
inducit vniformitatem pœnæ exiſtentia ſubſtitutionis: quia e-
nim vniuoce dicitur, debet vniuoce intelligi, & non quia impli-
cet contrarias qualitates,ſic eſt directa,& obliqua,arg.C.de im-
pu.& aliis ſubſt.l.quamuis.& l.hæreditatem.& C.de teſt. milit.
l.in teſtamento.ff.de vulga.ſubſti.l. Lucius.& l. iam hoc iure.§.
ſed & ſi alter.reſtat venire ad punctum, quãta erat legitima ma-
tris,vtrum tertia, an tertiæ perſonæ ſororis defuncti. & eſt mi-
rabile,quod Iacob.Bu.diſputãdo determinauit,ꝙ tertia totius,
& ſic tertia 12. ſunt quatuor. & mater non ſuccedit niſi in qua-
tuor ab inteſtato,vt in auth.defuncto.ergo mater ad nihil tene-
tur: quia q in tota ſuccedit,totã habet. & ſic in hoc caſu non eſt
differentia inter legitimam portionem, & emptionem inteſta-
ti,cum ſit mater, & duæ ſorores cum ea, & ratio potiſſima do-
mini Iac.eſt:quia ſorores non admittuntur ad legitimam: ergo
non faciunt matri partẽ in legitima,de lega.1. l.plane. §. ſi duo-
2 bus.† ſed dicẽdum eſt, quod legitima matris hoc caſu eſt tertia
tertiæ, id eſt, tertia eius, quod ab inteſtato conſequitur, vt in
auth.de trien.& ſemi.§.1.& C. de inoffic.teſta. l.cum quæritur.
nam ſorores admittuntur ad partem,ergo faciunt partem,nam
ſuccedunt ſorores viriliter cum matre: ergo minuit ſucceſſio-
nem matris: & per conſequens legitima, quæ debet euelli ex
corpore partis matris.non obſtat diſpoſitio domini Iacob.quia
loquitur alio caſu,ſcilicet,cum ſorores nullo modo ſuccedunt,
ſed mater ſola. vt quando quis decdeit teſtatus inſtituta non
turpi perſona, inſtituta matre in aliquo, & ſororibus præteri-
tis.nam ſola mater agit ad ſupplementum tertiæ partis, ſorores
autem pro nihilo ſunt,vt C.de inoffic. teſta.l.fratres. & in auth.
de hæred.& falci.§.1.& argum.in l.1. in fin. de contratab. ſed in
quæſtione noſtra ſumus præciſe in cauſa inteſtati, vbi numero
perſonarum inducitur ſeptima portionum. & ideo in caſu no-
ſtro mater habet legitimam ſuam, id eſt, tertiam ſuæ tertiæ. I-
tem Honoratæ & Fioræ dementi detrahit Trebellianicam pro
rata, quæ eis reſtituitur, ſed ad pias cauſas non detrahitur Tre-
bellianica pro rata, quæ eis reſtituitur ſecundum opinionem
quam teneo. licet Ioan.Andr.& Archid. in c.ſi pater. aliter di-
cant. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio vtriuſq; iu-
ris Doctor, & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſi-
gnaui.

CONSILIVM CCCLI.

1 *Teſtamentum factum coram presbytero cum minori numero teſtium, &
legatum factum in dicto teſtamento an debeatur, & in conſi.ſeq.*
2 *Statuto & conſuetudine poteſt derogari.c. cum eſſès. extra de teſtamen.*

In Chriſti nomine. Quoniam ex facto iuris
oritur, vt ff. ad l. Aquil.
l.ſi ex plagis.§.in cliuo,ideo factum, ſuper quo hæſitatur, pro-
ponitur eſſe tale. Quidam nomine Dominicus Zoli de Came-
Sancti ſuum vltimum condidit teſtamentum, & ſuam vltimam
voluntatem,in quibus inter alia,quæ fecit,diſpoſuit,& reliquit
iure inſtitutionis, Punceptæ, & Maceptæ filiabus Cerchij de
Lauciano ſororibus conſobrinis ipſius ex paterna linea cẽtum
ꝓ qualibet ipſarum.& in his quietauit eaſdem, & voluit, quod
plus de bonis ſuis habere, & petere non poſſent.in omnibus au-
tem aliis ſuis bonis mobilibus & immobilibus iuribus,& actio-
nibus,&c. Auſonium, Andręam, & Bartholomæum Benedicti
ſuos nepotes ſibi hæredes vniuerſales inſtituit, &c. & eos inui-
cem ſubſtituit, &c. in fin. not. ſic dixit. & ſic diſpoſuit, & hæc
eſt ſua vltima voluntas volens, & diſponens eſſe ſuam vltimam
voluntatem,& ſuum vltimum teſtamentum,quod,& quam va-
lere voluit, & diſpoſuit iure teſtamenti donationis cauſa mor-
tis, ſeu donationis inter viuos, & cuiuſlibet vltimæ voluntatis.
& mandauit iure codicillorum,& cuiuſcunque alterius vltimæ
voluntatis, & ſuæ finalis diſpoſitionis, caſſans, & cancellans o-
mne aliud teſtamentum hactenus per ipſum factum, & dein-
ceps fiendum. & hoc præſens teſtamentum,& pręſentem ſuam
vltimam voluntatem, & diſpoſitionem iuſſit, & voluit omni-
bus aliis totaliter præualere, & habere roboris firmitatem, &
authorit.facto igitur, & condito ſuo vltimo teſtamento,& ſua
vltima voluntate, & diſpoſitione prædicta mandauit, & roga-
uit notarium, videlicet quendam dominum Angelum presby-
terum ſuum conſanguineum. de quo confidebat mente & cor-
pore, vt in ſcriptis redigeret in libro protocollorum ſuorum,
& poneret annum & diem, licet teſtator prædictus dictum te-
ſtamentum tunc non validaret teſtium publicatione,cum tunc
eos non habuiſſet. hoc facto dictus Dominicus ſuperuixit per
ſpacium temporis nullo alio condito teſtamento, nunc vero
graui,& periculoſa infirmitate detentus, videns ſibi mortis pe-
riculum imminere in præſentia domini Corradi ſui presbyte-
ri,& ſacerdotis, & capellani ſui,& eccleſiæ ſuæ, in qua ſuam ſe-
pulturã elegerat, in dicto teſtamẽto, & de iure ſpectabat ad di-
ctam eccleſiam tanquam ſuam parochialem, & abhibitis dictis
tribus aliis teſtibus ſine dicto ſacerdote,dixit eis adhibitis præ-
ſentibus & audientibus. & ſic teſtificantur, videlicet, quod ipſe
fecerat,& diſpoſuerat vltimum ſuum teſtamentũ, & ſuam vlti-
mam voluntatem, de quo, & qua erat rogatus dictus dominus
Angelus,& volebat, quod illud, & illa valerent, & obtinerent
roboris firmitatem. in quo diſpoſuerat, quod dicti Auſonius,
Andræas,& Bartholomæus hæredes, & tanquam ſui hæredes
haberent omnia ſua bona, etiam ſi haberẽt omnia bona mun-
di præſentibus & adhibitis,& audientib. & intelligentib. dicto
dño Corrado ſuo ſacerdote, & capellano, & tribus teſtib. ſ̃di-
ctis. modò quæritur, quid iuris,an dicti inſtituti hæredes,& ſic
nominati poſtea per proteſtationem p̃dictam Corradi domini
ſacerdotis ex teſtibus productis ſuccedant tanquam hæredes
dicti domini teſtatoris in vltima voluntate ſua ſic decedentis,
& diſponen-



& diſponentis,cum ſic diſponeret in ciuitate Cameri. qa ciuis,
& oriundus dictæ ciuitatis, q̃ ciuitas ſpectat immediate ad Ro-
manam Eccleſiã,& in foro eccleſiaſtico ciuili,& tẽporali,per c.
cum eſſes.& c. relatũ.de teſta. nam cap.illud fuit ordinatũ ꝓ ci-
uitate Velletrenſi, quæ eſt ciuitas, vt ciuitas Camer.ad Roma-
nam Eccleſiam immediate ſubiecta, ita videt eſſe caſus pro di-
ctis hæredibus ſic inſtitutis & nominatis in d. c. cum eſſes. & c.
relatum.ita videtur tenere Alanus,& Compo. in d. c. relatum.
& Bar.2.q.4.c.1.& Hoſt.in c.cum eſſes.& in ſumma ſua de teſta-
mentis.§.qualiter.& per Inno.cuius videtur fuiſſe opin. in d. c.
1 cum eſſes. & c. relatum. qui dicit,† quod quò ad hæredum in-
ſtitutionem,& quò ad pias cauſas ſufficiat, quod dicitur in d. c.
cum eſſes.in terris & locis eccleſiæ: quia valet teſtamentum, &
vltima voluntas coram presbytero ſuo, & tribus aliis teſtibus
in extrema voluntate,vt fuit hic.poteſt etiam allegari pro dictis
hæredibus, vt dictum teſtamentum valeat iure codicillorum,
& vltimæ voluntatis,cum notarius,qui ſcripſit, tanquam preſ-
byter obtineat vicem teſtis, & etiam duorum, vt l.ſeruus, & l.
Domitius.ff.de teſtamentis.& no.in c. quoniam contra falſam,
in glo.extra de probatio. & etiam ſi interuenit alius presbyter,
cum dictis tribus teſtibus. & ſic eſſent plures teſtes, quàm re-
quirerentur in codicillis, & alia vltima voluntate dicti hæredis
ſic inſtituti,& in omni foro ciuili.facit, quod no. Cyn. C.de te-
ſtamentis.l.ſi vnus. & l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. &
Dyn. in d.l. Domitius. & pro dictis hæredibus facit, dicta clau-
ſula in fine poſita,videlicet,& hæc eſt ſua vltima voluntas, &c.
& etiam dicta clauſula,quæ dicit. Item reliquit iure inſtitutio-
nis Punceptæ,& Maceptæ,&c. & iubet in fi.dicti relicti, quod
plus de bonis ſuis petere,nec habere poſſint,&c. Et ſi ſuccedãt
dicti hæredes ſic inſtituti, & nominati, an legata in dicto teſta-
mento facta valeant excluſis dictis Puncepta, & Macepta ſoro-
ribus conſobrinis dicti teſtatoris,quibus iure inſtitutionis reli-
querat in dicto teſtamento, & vltima voluntate pro qualibet
ipſarum 100.& in his eas quietauerat,iubens,quod plus de bo-
nis ſuis habere, nec petere poſſent: nam dictæ ſorores conſo-
brinæ ſic inſtitutæ allegant dictum teſtamentum, & vltimam
voluntatem non valere,& eas ab inteſtato ſuccedere dicto Do-
minico, &c.

Ad idem. CONSILIVM CCCLII.

In Chriſti nomine. In puncto iuris com-
munis dictæ allegatio-
nes continent veritatem, ꝙ dictum teſtamentum valet de iure
canonico, & in terris eccleſiæ: quia vbi veritas, ibi ſolennitas
de iure canonico, & in c. cum eſſes. & c. relatum. Nam ius ca-
nonicum deſeruit iuri diuino, & non humano: & ambulat ſic-
ut pædagogus diuinæ legis in iuſtificationibus diuinis, & non
apicibus humanis, ſicut dicitur de bona fide, ꝙ vadit poſt veri-
tatem,& non poſt ſubtilitatem.ff.de man.l.ſi fideiuſſor.§. quæ-
dam.de iure autem ciuili ſecus eſt: quia duo requiruntur.ſ.veri-
tas, & ſolennitas. C. de teſta.l.iubemus.C.de fideic.l.ſi veritas.
ff.de teſta.mili.l.diuus.& ratio potior.C.de fideic.l.fin.& C.qui
teſt.fa.poſ. l.hac conſultiſſima.vnde non valeret dicta voluntas
non vallata debito numero teſtium,vt C.de codi.l.fi.§.in omni.
ff.de leg.1.l.nemo poteſt. de leg.2.l.codicil.§. vlt.de iure autem
conſuetudinis, vel ſtatutario loci ſeruantur, & conſuetudo, &
2 ſtatuta, etiam in terris eccleſiæ.† & poteſt ſtatutum,& conſue-
tudo loci derogare in illo loco illis c.cum eſſes. & c. relatum.vt
requiratur maior numerus teſtium, quam dicunt illa c.arg. C.
de teſt. l. fi. dummodo ſint ſtatuta ſolẽniter edita,vel conſuetu-
do ſit præſcripta: quia dicit decreta. vnaquæque prouincia in
ſuo ſenſu abundat. concluſio, valet teſtamentum, niſi conſue-
tudo, vel ſtatutum repugnet. Illa autem verba, in quo teſta-
mento,&c. fuerunt verba teſtatoris, quibus eſt ſtandum, vt ex
nunc. ff.de dona.l. ex hac ſcriptura. Et ita dico, & conſulo ego
Bald.de Peruſio V.I.D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei
nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCLIII.

1 *Literis contra ſcribentem datur plena fides.*
2 *Literis officialis fiſcalis datur plena fides.*

1 In Chriſti nomine. † Literis reſponſalibus
ſer Nicolai de Valdo ad
literas ſer Nardi de Montecatino ſtandum eſt de iure contra
dictum ſcribentem. & hoc per regulam generalem. ff. depo. l.
Publia.§.fi.C.de prob.l.rationes.C.de conuen.fiſci debito.l.in-
2 ter cartulas.lib.10.ſecundò p regulam ſpecialem: quia erat † fi-
ſcalis officialis,cuius literis datur plena fides,vt C.de non num.
pe.l.in cõtractib.§.1. Tertiò etiã ratione cauſæ:qa ſcriptura cõ-
tinet cauſam,eo.tit.l.generaliter.ff.de prob.l.cum de indebito.
§.fi.extra,de fide inſtr.c.ſi cautio.de excep.do.l.2.§. circa. Non
ob.ſi dicatur,ꝙ dicta ſcriptura eſt incerta de ſe, quia non conti-
net certã quantitatem.Nã immo certa eſt p relationẽ ad aliud.i.
ad libros exituum communis Aſſiſij, vnde ſi ex dictis libris ap-
paret quantitas, ſufficit dicto ſer Nardo. C. de ſententiis, quæ
ſine cer.quãti.l.hęc ſentẽtia.ff.de re iudi.l.in ſumma.cum ſi.&c.
Et ita dico, & conſulo ego Bald.de Peru. V.I.D. & ad fidem me
ſubſcripſi,& ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCLIIII.

1 *Effectus vnionis, annexionis, & incorporationis quis ſit.*

In Chriſti nomine. Dominus Papa mona-
ſteria Sancti Spiritus,&
Sanctæ Mariæ de Virginibus cum omnibus iuribus,& pertinẽ-
tiis ſuis in ſimul perpetuò incorporauit,& annexuit, ita ꝙ duo
conuentus, & quodlibet retineat priuilegia ſicut prius, & ſer-
uent ſuas regulas, & ſolitum cenſum ſoluant ipſarum ſuperio-
ri. Modò Abbas Sanctæ Mariæ de Feruero ſuperior dictarum
monialium Sancti Spiritus mandat abbatiſſæ Sancti Spiritus,
ꝙ expellat de dicto monaſterio quaſdam moniales alterius mo-
1 naſterij de virginibus, & non vult eas ibidem morari. † Sed pro
earũ parte allegatur dicta vnio, annexio, & incorporatio. quæ-
ritur quid iuris. & generaliter quęritur quis ſit effectus vnionis,
& annexionis, & incorporationis. de iſta materia nota. Innoc.
de except. præla. c. dilecta. & Bart. extra ne ſede vacante. c. 1.&
dico,ꝙ vnio ex plurib. facta eſt vnum quoddam quaſi mixtum,
ſicut ex duabus prouinciis fit vna.l.1.C.de metropoli.lib. 10. &
in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffra.§.illud.Signa vero diſiun-
ctiua faciunt,ꝙ non ſunt per omnia vnum corpus.ff. de aſſeſſo.
l.ſi eadem.& quia Papa hic aſpexit ea, in quibus voluit, vt duo
monaſteria remanerent,in omnibus aliis ea vniuit. l. q̃ſitum.§.
idem reſpondit.de fun.inſtr. & ideo non dicitur exire clauſurã,
quæ de vno iſtorum locorum vadit ad alium locum, ſeruando
tamen ſuam regulam, quia vna domus ſunt,arg.ff.ad ſilla.l.1.di-
co de ſententia ſuæ prioriſſæ, vel abbatiſſæ: quia eſt quodam-
modo vnum conclaue, & permiſſiua cuſtodia, & ſalua regula,
ac diſciplina,& quod de vno connexorum dicitur,& de alio di-
ci videtur, C.de diuer.reſcrip. l. libelli.& de conſti. c. tranſlato.
& bona quæſita, & quærenda viderentur communia propter
vnionem,arg.l.3.ff.pro ſoc. Ego Bald.de Peru.ita dico.

CASVS.

In nomine Domini amen. Factum tale eſt, quidam nomine
Pucius habitator in porta Sancti Franciſci ciuitatis Aſſiſij ſuum
vltimum condidit teſtamentum: & in eo certa legata fecit, &
demum ſic diſpoſuit, in omnibus autem aliis ſuis bonis mobili-
bus, & ſtabilibus, iuribus, rationibus vbicunque ſunt, & repe-
riri poterunt, ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, & fecit Ba-
ptiſtam eius filium, & filium quondam dominæ Mitiæ ſuæ vxo-
ris,cum hac conditione appoſita, quod ſi dictus Baptiſta filius
hæres dicti Putij teſtatoris deceſſerit quandocunque ſine filio,
vel filiis legitimis, reliquit de bonis ſuis Menecho, & Cethæ
Rubei fratribus ipſius Pucij teſtatoris pro æquali parte vnam
petiam terræ in dicto teſtamento deſcriptam, & quandã aliam
petiam terræ in eodẽ teſtamẽto appoſitã. Item reliquit eiſdem
Menecho, & Cethæ ſuis fratrib. in dicto caſu vnã petiam terræ
clauſam cum hac conditione, quod de fructibus dictæ petiæ
terræ clauſæ percipiendis prædicti Menechus, & Cetha in ſo-
lidum teneantur dare quolibet anno hic ad 10. annos proxime
venturos monaſterio Sancti Pauli pro luminando in ipſa eccle-
ſia vnum caldarellum olei. & in ipſo caſu ſic diſpoſuit, videlicet,
& quod voluit in dicto caſu, videlicet ſi dictus Baptiſta eius fi-
lius deceſſerit ſine filio vel filiis legitimis, alia bona ipſius teſta-
toris, præterq̃ duas vegetes, à ſ̃ dictis legatis ſ̃ per eum in dicto
teſtamẽto factis, & relictis, & quę fieri voluit, & mandauit, ven-
dantur per ſuos fideicommiſſarios, & eorum ſucceſſores, &
pretium, quod ex his bonis reciperetur, detur, & diſtribuatur
pro

pro anima teſtatoris, & ſuorum mortuorũ inter illas perſonas, loca, & monaſteria ex nunc, prout ex tunc adueniente dicto caſu pro declaratis haberi voluit, & mandauit, quæ videbuntur ſuis prædictis fideicommiſſariis, & hanc & cætera. Poſtquam dictus Pucius teſtator deceſſit ſuperſtitibus ſibi ſupradicto Baptiſta eius filio, & hærede, & quodam nomine Franciſco Capi auo materno dicti Baptiſtæ, & ſupradictis Menecho, & Cetha patre dicti Baptiſtæ, demum deceſſit dictus Baptiſta in pupillari ætate, ſuperſtitibus ſibi ſupradicto Franciſco auo prædicto, & dictis Menecho, & Cetha. quæritur modo de infraſcriptis dubiis, & primò quis ſuccedat dicto Baptiſtę, an dictus Franciſcus, an dicti Menechus, & Cetha. Secundò, quid debeat habere dictus Franciſcus, poſito, ꝙ nihil redderet ipſi Baptiſtæ: & an de ſupradictis legatis factis ſupra dictis Menecho, & Cethæ poſt mortem dicti Baptiſtæ dictus Franciſcus debeat aliquid detrahere pro legitima, falcidia, & Trebellianica, vel prædicti Menechius & Cetha debeant habere prædicta legata integra ſine aliqua diminutione, &c.

CONSILIVM CCCLV.

1 *Subſtitutio facta per iſta verba, ſi ſine filiis deceſſerit, eſt fideicommiſſaria ſecundum communem opinionem.*

2 *Impuberi ab inteſtato morienti ſuccedit auus excluſis patruis.*

1 In Chriſti nomine. †Dicta ſubſtitutio pauperum eſt cenſenda fideicommiſſaria: quia hac generalitate verborum, ſi ſine filiis deceſſerit, non facta aliqua mentione pupillaris ætatis ſignificatur ſubſtitutio fideicommiſſaria, quæ omni tempore poteſt vniformiter valere. vt no. in l. precibus. & l. centurio. & eſt cõmunis opi. doc. & gl. licet quidam dicunt contrarium. Sed ego conſulendo non diſcedo à communi opinione: pauperes ergo, & loca, ſeu monaſteria, vel executores pro eis non ſunt pupil-
2 lariter ſubſtituti, † & ſic impuberi ab inteſtato morienti ſuccedit auus excluſis patruis: vt in auth. de hære. ab inteſta. §. 2. cui debetur legitima, reliqua autem bona debẽt diſtribui per executores ſecundum formam teſtamenti, vt in c. ſi pater. de teſtamentis. libro 6. ſaluis ſemper aliis legatis, quæ debentur illis, quibus relicta ſunt, detracta finaliter legitima, vt habeat ex omnibus legitimis auus iſte, & ſi filius feciſſet inuentarium, poſſet etiam detrahere falcidiam de legatis non ad pias cauſas, de quibus detrahuntur duæ quartæ, quando filius ſub conditione grauatur. c. Raynut. de teſtament. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCLVI.

1 *Legatum factum tutori non ſuſcipienti tutelam, an & quando debeatur.*

In Chriſti nomine. Licet allegatum ſit plenarie, & ſubtiliter, ta-
1 men conſiderandum eſt, † ꝙ quandoque relinquitur tutori teſtamentario contemplatione iniuncti officij. Interdum contemplatione coniunctionis ſanguinis. Interdum tanquam creditori, & ſic non ex cauſa de futuro: ſed ex cauſa de præterito. Interdum dubitatur, qua contemplatione, an officij, an perſonæ, an crediti, vel alterius diuerſæ cauſæ. primo caſu aut ratio iuris impedit tutelam, & nihilominus debetur legatum. C. de legat. l. adminiſtratione. Aut eſt per negligentiam legatum, & non debetur legatum, de excuſa. tutor. l. quod autem. quia vbi non eſt officium, non debet eſſe beneficium ei annexum, ff. de legatis prim. leg. & ſi. & quia impugnat iudicium, qui ipſum nõ ſeruat, vñ non meretur commodum. ff. de excuſationibus tutorum. lege, ex his. Secundo caſu debetur legatum: & ſi ceſſetur in adminiſtratione tutelę. quia officium non erat per ſe, nec mixtum cum alio cauſa finalis relicti, ſed proximitas naturalis. ff. de excu. tut. l. tutor petitus. §. 1. ergo cum non ceſſat cauſa naturalis defectus, non ceſſat effectus. Tertio caſu, an conſtat de debito ſaltim naturali, & tunc valet legatum, & debetur: licet tutela non geratur: quia alia fuit ratio relinquendi, quam onus iniuncti muneris, de excu. tu. l. Neſennius. § fi. de condi. & dem. l. quibus diebus. §. dominæ. Et, vt ita dixerim, propter incertitudinem non ſuſcepti muneris non reuocatur relictum, arg. ff. de dona. l. Aquilius Regulus. cum glo. ſua. & eodem titu. l. ſi pater. aut non conſtat de debito, & tunc eſt dubium in hoc: quia confeſſio licet non probet verum debitum, tamen probat cauſam relinquendi, quatenus pendet ex animo reſtitutionis: quæ etiam proxima teſtamenti probauit cauſam. ff. de hære. inſtit. l. Pacumeuius. vnde cum in hoc ſit conſiderandus effectus teſtatis potius, quàm effectus probationis, videtur deberi relictum, cum etiam fuerit aſcriptum, quolibet caſu etiã tutela non vendicante ſibi locum: ergo non fuit aſcriptum propter tutelam, dicta l. Neſennius. Nam voluntas teſtatoris quò ad intentionẽ ꝓbatur nudis verbis, vt l. fi. ff. de reb. eo. & verba ſunt intelligẽda, ſicut verum eſſet, ꝙ teſtator putauit, de hæred. inſti. l. in quo loco. §. 1. & ibi notatur in glo. ex quo enim teſtator eſt innixus alteri cauſæ, ceſſat præſumptio legis, quod reliquerit ob tutelam, & intuitu, ſeu gratia filiorum. d. l. Neſennius. §. fi. erat enim aliàs relicturus, de condi. & demon. l. illis libertis. & l. in conditionib. primum locum. & multum remordet conſcientiam, & eſt contra naturalem rationem, ꝙ creditor perdat ius ſuum, eo ꝙ tutelam non ſuſcepit. facit auth. minoris debitor. & de procura. l. pater filio. in gloſſ. niſi reſpondeatur hoc eſſe verum, ſi conſtaret decreto: ſed hoc non conſtat. In contrarium videtur, quia confeſſio ad obligandum annexa legato non probat contractum, quia hic nõ valet legatum, de leg. 3. l. Lucius. §. fi. quiſquis de liberatione. leg. l. Aurelio. §. vlti. ergo ſumus in legato ſimplici, vnde quia non ſuſcepit tutelam ſciens factum, imputet ſibi, quia debuit iudicium defuncti ſequi, non autem ipſo facto impugnare. de hoc ſequitur, ꝙ dicti fratres teſtatores excuſati ſunt à contraueniendo, nec deficit cõditio inſtitutionis, vel ſubſtitutionis: quia illa verba, ſi non contradixerit legato, intelliguntur, quando contradicerent iniuſte, ſed ſi iuſte contradicũt ex tacito iudicio teſtatoris ex culpa legatarij, nulla pœna eſt, argum. de lega. 2. l. cum pater. §. de liber. nam ſi legatarius ſuo facto dat materiam, & ius contradicẽdi, imputet ſibi. Quid ergo dicemus, iſta conceſſio indiſcreta, & ſine certa cauſa non probat ſubeſſe debitum, ſed affectionem probat. Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ iſta verba in nube, & generaliter prolata nihil operantur, nec probant, immo indigent probatione, de caſtrẽſi peculio. l. ſi forte. C. de codicill. l. donatione. in gloſſ. & ideo cum non iuuent intentionem legatarij in aliquo, habẽtur pro non adiectis, vnde ſi falſa ſunt, non vitiant legatum, & ſi vera ſunt, non augetur effectus. C. de falſa cauſa. l. ſi non deſignata. & ideo in omnem euentum nihil adijciunt legato. ego credo, ꝙ quando cauſa, quæ exprimitur, ſi eſſet vera, redderet legatum inutile, ꝙ non cenſeatur cauſa finalis, ſed impulſiua, quia ſi cenſeretur finalis, ſi eſſet falſa, non falleret relictum, de condit. & demon. l. cum tale. §. fi. ſi ergo nõ eſt cauſa finalis iuris præſumptione, non eſt ei inhærendum vt cauſæ, ſed debet reputari relictum ſimpliciter, quod lex interpretatur contemplatione officij in dubio. & iſte eſt quartus caſus, quia hic dico, ꝙ hic ſumus in caſu dubio: nam iura, quæ non probant, non excludunt dubietatem, immo irritant eam, vel faciunt dubietatem adeſſe, nõ abeſſe, quia in caſu dubij præſumitur propter officiũ, vel mixta contemplatione officij, & cauſæ alterius impulſiuæ, ita tamen ꝙ officium ſit cauſa finalis, ex quo non datur alia cauſa, quæ ſit finalis, relictum, vel legatum, ergo, &c. ſecus ſi teſtator expreſſiſſet certam cauſam, quare deberet. d. l. Aquilius. nam tunc potius vult debitum ſolui, quàm beneficium impẽdi: & ideo non eſt merum legatum, quia non præſtat beneficium, quæ impendit debitum. ff. de hæredi. inſtitu. l. ſeruo fideicommiſſaria. §. 1. & argumen. ff. ad legem Falcidiam. l. ſed vſufru. §. dos. l. cum dotem. Nam verba, vt probent, certa & liquida eſſe debent, vt legitur, & not. ff. depoſi. l. 1. §. ſi quis argentum. & ita videtur mihi de rigore iuris, cum bona æquitas, & bona conſcientia multum perſuaderet contrarium, quia non diſputationi, ſed veritati inhæret vir bonus, tamen in puncto iuris ſcripti: quia confeſſio debiti eſt incerta, & non habet cauſam, nec exiſtentialia ſua, poteſt optime defendi, quod nata filia neglecta tutela non debeatur relictum in via iudiciorum alio extrinſecus non probato, quia licet cauſa, quæ vera non probatur, non vitiet legatum, tamen non auget robur legati, nec tuetur ipſum contra impugnationes legitimas, quia cauſa q̃ non apparet vera, non poteſt aliquid operari. & ſi dicatur, ꝙ iudicium teſtatoris meruit, vt creditor, non vt tutor, reſpondeo, non conſtat de credito, ſed in l. tutor petitur. §. 1. conſtat de alia cauſa, quæ erat vera, hic autem non. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio vtriuſque iuris doctor, & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui, ſalua ſemper veritate, &c.

CONSILIVM CCCLVII.

1 *Clauſula abſolute poſita quando debeat referri ad omnia.*

In Chriſti



1 In Chriſti nomine. †Clauſula abſolute poſita refertur ad omnia, extra de appellatio. c. 2. requiris. niſi implicaret contradictionẽ: vt l. ſi idem cum eodem. §. fi. de iuriſdi. omn. iudi. vel aliam induceret abſurditatem, vt no. de leg. 1. l. talis ſcriptura. & hoc eſt verum, quando eſt clauſula perfecta, & ſimpliciter poſita, ſecus ſi non ſit clauſula, ſed pars clauſulæ, & orationis: nam tunc nõ refertur ad alias clauſulas ſeparatas, quibus non ineſt, ſed ſolummodo ad id, cui adijcitur, vt l. 3 ff. de libe. & poſthu. & l. plures. de rebus dub. & C. de liber. præte. l. 1. cum multis ſimilib. modo occurrit mihi dubium, vtrum iſta ſit clauſula generalis, an ſit pars clauſulæ. Ita quod ab illo verſi. & ſimiliter. vſque in fi. non ſit niſi vna clauſula habens duo membra. Primò quando ſoluuntur datia. Secundò quando non ſoluuntur datia. Nam ſi eſt clauſula generalis incipiendo, & punctando. ibi & ſi datia, &c. tunc refertur ad omnia. Si aũt litera legatur ſuſpenſiue vſque in finem, tunc ſecus, quia eſſet pars clauſulę, & ſic non intelligeretur de adiudicationibus. l. prætor. §. erit. vi bon. rapt. quod verius credo: quia prima pars meretur priuilegium immunitatis ex cõiunctione ſanguinis, & ideo non credo ſtatuentes voluiſſe eos grauare. C. de codi. l. fi. §. pen. & C. de imponen. lucr. deſcri. l. 1. libro 10. quando ergo dubitatur, vtrum ſit clauſula, vel pars clauſulæ, id prẹſumitur: quia quòd magis dictat naturalis æquitas, præſumendum eſſet de mente Legiſlatoris. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio V. I. D. ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCLVIII.

1 *Damnum datum in re communis ſocietatis an ſit commune.*

In Chriſti nomine. In cauſa occaſione Generanellorum ablatorum per Chiarauallem vertente inter Franciſcum, & Maria-
1 num loquendo breuiſſime, videtur dicẽdum, † quòd damnum eſſet commune; quia datum in re communis ſocietatis ſine aliqua culpa Mariani. Nam iſte fuit caſus fortuitus, vt patet: quia nulla prudentia ſapientiſſimi hominis potuiſſet præuideri: ergo damnum eſt commune. ff. pro ſocio. leg. cum duobus. §. quędam ſagariam. & §. ſi in coeunda. & §. final. & Inſtitu. pro ſocio. §. final. In contrarium videtur, quòd Marianus hoc paſſus eſt propter paternum vocabulum: nam nominis paterni occaſio hoc damnum infixit, & inimicitiam cauſauit, propter quam ablati ſunt Generanelli, quæ inimicitia culpæ adnumeratur, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit. l. ſi merces. §. culpæ. locati. l. penul. ſolu. matrim. Item quia mediante fauore domini Trincæ potuit Marianus recuperare Generanellos: & mihi proponitur, quòd facere debuit, & non fecit, & ſic fuit in culpa. Item quia debuit comparere Tuderti, & agere contra Chiarauallem, quia prætenſo nomine ſuo fecerat accipi Generanellos, & ſi de facto non poterat, erat iniuria, quam Chiarauallé faciebat de facto perſonæ Mariani, quæ non debet alteri nocere, iuxta not. in l. nam & Seruius. in princip. in 2. gloſſ. de nego. geſt. & hoc videtur ſatis æquum, & congruum, tamen dubito, ne prima opi. ſit verior de iure, & ideo non conſulo ſuper hoc negotio præciſe, & bene facerent componere inter ſe, ſi tamen probaretur culpa Mariani: quia ſciens quod euenire poterat propter nomen paternum, non perſpexit, tunc ſine dubio totum periculum eſſet ſuum, &c. Et ita conſulo ego Baldus de Peruſio Vtriuſque Iuris Doctor, & ad fidem me ſubſcripſi & ſigno mei nominis ſignaui.

Caſus autem, ſuper quo conſului nunc, ſub hac forma proponitur, videlicet.

CONSILIVM CCCLX.

1 *Legatum factum in ſubſidium maritandi, & non augmentandæ dotis nuptæ non debetur.*

1 In Chriſti nomine. † Quia dictũ legatum fuit factum in ſubſidium maritandi, & non cauſa augmentandi dotem nuptæ à parentibus, vel propinquis, dico dictum legatum dictæ filiæ realis non deberi, & verba teſtamenti eam manifeſte repellunt, & defectus etiam cauſæ finalis: quia in perſona non habet locum legatum, vt ff. de condi. & dem. l. cum tale. §. falſam. & ff. ad Tre. l. à filia. §. alumno. Nam illa verba, ita quòd non extaret, & c. ſatis hic verificantur, quia non extat talis, qualem teſtator dare iuſſit. vnde ſatis non extat, quia in debita qualitate non extat, vt ff. de leg. 3. l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. & hoc verum, ſi dos fuit conſtituta in ipſo matrimonij ortu vel ante. ſi vero poſtea ex interuallo fuiſſet dotata per coniunctos, forte non perderet eorum facto ius dicti legati, arg. ff. de hæredi. inſtit. l. paterfamilias teſtamento. nõ obſtat. ff. de actio. & oblig. l. obligamur. §. lege. quia ibi loquitur in patre, qui tenetur dotare filiam iure naturæ. hic in hærede damnato dotare ſolum in ſubſidium maritandi: & ſic non obſtat ei, quod prædixi ſuperius. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCLXI.

1 *Falſarius, proditor, ſi quis ab alio vocatur, qui vocauit, non punitur pro duobus verbis iniurioſis, ſed pro vno tantum.*

2 *Qualitas iuncta delicto non inducit pluralitatem delictorum.*

3 *Proditor dicitur tripliciter.*

1 In Chriſti nomine. Quidam † dixit alicui, falſarius ꝓditor. Quęritur, vtrum puniatur pro duobus verbis iniurioſis, an pro vno verbo. & eſt ſciendum, quòd quandoque verba ſignificant de neceſſitate diuerſa crimina, vt fur, adulter, homicida: tunc ſtatuto dictante, quòd pro quolibet verbo iniurioſo quis puniatur, imponerentur tot pœnæ, quot ſunt, & improperantur crimina. ff. de priua. delic. l. nunquam plura. quandoq; verba ſignificant idem de neceſſitate, vt ſi pluries dicãt alicui eodem contextu, tu es latro, tu es latro. & tunc vnũ crimen eſt: quia ex iterata collocutione verborum non oritur nouum delictum: ſed eſt magis quædam ſermonis continuatio, & delictum continuatum, quam nouum delictum, argumen. ff. de teſtibus. leg. vnum. quandoque ſignificant verba delicti, & qualitatem eius, vt ſi dicatur, tu es latro, tu es peſſimus latro. vel ſi dicatur, tu es homicida, tu feciſti homicidium proditorie. tunc non eſt niſi
2 vnum crimen, † quia qualitas iuncta delicto non inducit pluralitatem delictorum. ff. de accu. l. ſena. cenſuit. ff. de nox. l. in delictis. §. ſi detracta. quandoque ſunt talia verba, quæ poſſunt ſignificare diuerſa, & etiam non diuerſa: & tunc in dubio non præſumitur pluralitas delictorum, ar. not. de iureiu. l. eum, qui.
3 §. qui popularibus. & eſt iſte caſus noſter. † Nam proditor dicitur tripliciter. Primò, qui prodit principem, vel rempub. ad leg. Iulia. maieſt. l. 3. Secundò, qui prodit ſocium, vel amicum occidendo, vel vulnerando, vt no. Barto. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. de pœ. Tertiò, qui prodit eum, quem in fide ſuſcepit. ff. de præuari. l. 3. ff. de pœ. l. ſi quis aliquid. §. inſcientia. modo ponamus, falſus teſt. depoſuit falſum teſtimonium contra ſocium nõ coniunctum ſuum, certe in crimen falſitatis proditionis incidit: quia ergo poteſt & vnum ineſſe alteri in dubio, præſumitur idem factum, & non plura crimina: & ideo debet imponi vna pœna, & non plures pœnæ. vnde exponitur falſarius proditor, vt illud falſarius ſit in vim adiectiui, & proditor vi ſubſtantiui, Inſti. de tutelis. in prin. & facit, quod no. Barto. ff. de reg. iu. l. Item apud Labeonem. §. ait prætor.

Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CASVS.

In Dei nomine. Cicius Iunctæ Martini de Saxoferrato deceſſit condito teſtamento, in quo ſupraſcriptã Antam & Franciſcam ſuas filias reliquit, quibus iure inſtitutionis legauit certam quantitatem pecuniarum pro qualibet earum. In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus vtilibus, & directis proprijs, & eccleſiaſticis Nicolaum, Franciſcum & Bartholomæum ſuos filios ſibi hæredes vniuerſales in æquali parte inſtituit, & iuſſit, quòd ſi aliquis ipſorum decederet infra pupillarem ætatem, vel poſtea quandocunque ſine filijs legitimis, quòd dicta eius bona, & hæreditas deueniant in ſuperuiuentes. & ſi prædicti ſui filij, & hæredes omnes deceſſerint infra pupillarem ætatem, vel poſtea quandocunque ſine filijs legitimis, iuſſit, quòd eius bona, & hæreditas deueniant, ſcilicet in dictis ſuis filiabus ducentæ libr. den. pro qualibet earum, & alia ſua bona deueniant in Vannem ſuum fratrem, vel eius filios, & hæredes maſculos tantum. Item iuſſit, quòd ſi dictus Vannes deceſſerit ſine filijs legitimis maſculis: quòd prædicta eius bona, & hęreditas per eum ſupra ſibi relicta deueniant in ſupradictas ſuas filias & earum filios, & hæ-

redes. deceſſit dic. Bartholomæus in pupillari ætate ſuperſtit. prædictis Nicolao, & Franciſco filijs dicti teſtatoris. Poſt hæc deceſſit Vannes prædictus frater dicti teſtatoris ſubſtitutus ſuperſtite ex dicto Vanne Angelo eius filio, poſtmodum deceſſit dictus Franciſcus pubes, & condito teſtamento, in quo Nicolaum prædictum eius fratrem ſibi hæredem vniuerſalem reliquit, & eidem ſubſtituit dictum Angelum, & eius filios. deinde deceſſit dictus Angelus ſuperſtite ex eo vno filio maſculo nomine Franciſco. vltimò deceſſit dictus Nicolaus condito teſtamento, in quo prædictum Franciſcum filium dicti Angeli ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit ſuperſtitibus prædictis duobus Franciſca & Sancta, & quibuſdam filijs dictæ donnæ filiabus ſupradicti Cechi teſtatoris. Modò quæritur, ad quem debeant pertinere bona, & hæreditas prædicti Cechi, an ad prædictas ſuas filias, & filios filiæ, an ad dictum Franciſcum filium dicti Angeli Vannis prædicti fratris dicti Cechi: cum proponatur pro parte dictarum filiarum Cechi prædicti prædictum Vannem, & Angelum eius filium deceſſiſſe, antequam decederet dictus Nicolaus filius, & cohæres dicti Cechi teſtatoris, de cuius bonis agitur, & cætera.

CONSILIVM CCCLXII.

1 *Appellatione filii in teſtamentis an contineatur nepos. adde ſupra conſil. 302. & in conſi. 363.*

1 In Chriſti nomine. † Opiniones variæ ſunt, an appellatione filij in teſtamentis contineatur nepos. Nam Andreas de Piſis, Cyn. & Ray. in l. Gallus. §. inſtituens. dicunt, quòd non. Bar. in l. liberorum. dicit, quòd ſic, per l. Lucius. de hær. inſtit. vbi appellatione filiorum fratris liberos comprehendi dicit Scæuola. ſed nomine liberorum continentur nepotes, ergo, &c. & ad §. inſtituens. reſpondet Bar. quòd ibi teſtator proprio nomine deſignauit filium non generali, & appellatiuo nomine. Ego diſtinguo, aut interpretatio, quòd nepos includatur, congruit naturali charitati teſtatoris, tunc includitur nepos; quia præſumitur quilibet teſtator quantum poteſt teſtari prudenter, ſeu ſecundum dictamen rationis naturalis. d. l. Gallus. §. quidam recte. & ita loquitur. l. Lucius. Nam ibi potius debet adijci nepos, quam ſeruus, qui prorſus extraneus. Non obſtat. §. inſtituens. quia teſtator ſentit de certo, non de omni, eod. tit. l. Titius. aut extenſio filij ad nepotem eſt contra ordinem naturalis charitatis. & ſic eſſet dura interpretatio, & iſta non eſt fienda, vt not. in auth. de re. fideicommiſſarij. §. manifeſtum. Idem in diſpoſitione implicata ad fauorem, & odium, ſeu grauamen, vt Inſtit. qui dare tut. poſ. §. fi. Nunc in propoſito excludere, vel arctare filias propter liberos fratris, eſt contra naturalem erga liberos charitatem. & ideo non interpretabor, ꝙ includantur nepotes. Non ob. quòd teſtator dicit, hæredes: quia iſtud venit contra qualificatiue, & non extenſiue: aliàs ſequeretur, ꝙ etiam hæres extraneus excluderet filias, quod eſt falſum. Item hoc ipſe teſtator declarat, dum dicit, ſi Vannes deceſſerit ſine filijs. Non autē repetit, hæredib. Si autem verbum hęredum ponatur in conditione per ſe non veniendo ad qualificationem filij, ſed abſolute, intelligitur de omnibus liberis. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. fi. Senſus ergo eſt iſte, ꝙ debeant eſſe filius, & hrs, & non ꝙ dictio includat alios liberos remotioris gradus. Nam ſi hoc eſſet, verbum filiorum ſuperflueret, & nihil operaretur, quod eſſe non debet. in prima quæſtione eſt dicendum, & faciendum, quia dubia eſt pp indiſcretum nomen hęredis, nam copula ampliatiue teneri conſueuit. ff. de leg. 3. l. ea tamen. ſed ibi non erat copula poſita per modum qualitatis, ſed inter ſubſtantias ſeparatas. Et ideo teneo, & conſulo prædictis filiabus, quibus pars ſororis præmorientis accreuit, &c. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſ.

CASVS.

In Chriſti nomine. Punctus facti, ſuper quo conſilium petitur exhiberi, talis eſt. Contra Franciſcum Angelutij de Aſſiſio extitit per do. Capitaneum dictæ ciuitatis formata inquiſitio in eo, quòd dictus Franciſcus doloſe cum quadā ſpada ferrea vulnerauit Ruffinum vno vulnere in manu ſiniſtra ipſius Ruffini cū ſanguinis effuſione. pp quod vulnus dicta manus remanſit, & remanebit debilitata. & p̄dicta commiſſa fuerunt prope tabernam per duas domos vnius, vt in inquiſitione continetur. qui Franciſcus ſuper dicta inquiſitione confeſſus fuit dictum Ruffinum vulneraſſe in manu ſiniſtra ipſius Ruffini, & de debilitatione dictæ manus dixit ſe velle ſtare iudicio medicorum, ſecundum formam ſtatutorū Aſſiſij fuit adhibitus medicus, qui ſententiauit, & ꝓnunciauit. & declarauit dictā manum remanſiſſe in poſterū debilitatā præſente di Franciſco, & cōtradicente, quæ Capit. Aſſiſij videns prædict. Franciſcum in li. 380. den. dandorum, & ſoluendorum cameræ cōis Aſſiſij, & in 75. lib de. dandorum, & ſoluendorum dic. Ruffino pro dicta membri debilitate ſententialiter condemnauit, duplicata ſibi pœna rōne loci ſcd̄m formam dictorum ſtatutorum, detracta quarta parte pp beneficium confeſſionis, quæ ſententia aſſeritur tranſiuiſſe in rem iudicatam. producta fuit corā iudice competente, & petita executione mandati ſcd̄m formam ſtatutorum Aſſiſij, qui Franciſcus in termino ſibi ſtabilito ſuas exceptiones produxit coram dicto iudice, quæ vobis diriguntur: & obijcitur etiā pro parte dicti Franciſci dictam ſententiam in dicta quantitate condemnati d. Ruffino exequi nō debere, cum ſecundum formam dicti ſtatuti dicta quantitas attributa dicto Ruffino per dictam ſententiam non debuit duplicari, & obſtante ſtatuto, quòd intelligatur eſſe maleficium, & obſtante ſtatuto de pœna percutientis, vnde membrū remanſerit debilitatum, & etiam ſtatuto, ꝙ pœnę maleficiorum duplicentur, & quia non apparet legitime de dicta membri debilitatione, ſecundum quòd aſſerit in dicta ſentētia. ex aduerſo pro parte dicti Ruffini dicitur contra dictum Franciſcum non obſtantibus obiectis ſententiam dictam eſſe rite latam, & exequi deberi in dicta quantitate ſibi commiſſa debita, eo maxime quòd dicta ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & etiam quia idem Franciſcus quantitatem debitam communi perſoluit, & ſic dictę ſententię acquieuit. Modò quæritur viſis petitione dicti Ruffini, & dicta ſententia producta per ipſum Ruffinum. & viſis exceptionibus & allegationibus dicti Franciſci, & etiam viſis ſtatutis memoratis, & alijs iuribus partium prædictarum, quæ iura vobis diriguntur, etiam ipſis vt publicis plenam fidem adhibeatis, &c. Quæritur, vtrum dicta ſententia contra dictum Franciſcum exequi debeat in quanti. condemnationis dicto Ruffino, & ſic in totum, vel in partem, vel dicta ſententia ſit nulla, vel aliqua, & quæ ſint partes iudicis exequentis. Super quibus omnibus ſalubre conſilium poſtulatur.

CONSILIVM CCCLXIII.

1 *Sententia lata etiam contra ius litigatoris debet mandari executioni.*
2 *Sententia ſine proceſſu nihil valet.*
3 *Aſſertioni iudicis de proceſſu non creditur.*
4 *Sententia qualibet, a qua nō eſt appellatū, dat victori iuſtā cām litigandi.*

1 In Chriſti nomine. † Si thema eſſet verum, dicta ſnīa valeret, & deberet executioni mandari, etiam ſi cōtra ius litigatoris eſſet lata in maiori quantitate, vt ff. de his, qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. ver. ſed ſi in cauſa furti. & facit totum illud generale, ſnīam exequendam, quæ nō continet expreſſum errorem. ff. de iudicijs. l. ſi prætor. in prin. ff. fam. erc. l. cum putarem. ff. de peculio. l. eo tempore. in prin. ff. de rei vend. l. ex diuerſo. appellare debuiſti, dicit Imperator, ſi tibi ſententia diſplicebat. C. ſi ſæpius in integ. reſti. poſtul. l. 1. ideo enim ſunt remedia appellationis introducta, vt iniuſtitia ſnīarum corrigatur. ff. de appel. l. 1. vnde commiſſa appellatio vna eſt querela, niſi prima ſententia ſit ipſo iure nulla. ff. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcindantur. l. 1. in prin. C. quando prouo. non eſt neceſſe. l. 2. ff. de appel. l. ſi expreſſim. & viſis actis non inuenio inquiſitionem de cica-
2 trice, inuenio dictum medici, & ſententiam, † ſed nihil valet ſententia ſine proceſſu. ff. de re iudic. l. ſi cum nulla. C. de fideic. liber. l. fin. ff. communi diui. l. vt fundus. ad officium enim pronunciatio non pertinet, niſi intentata, vel ſub intentatione tacite incluſa. ff. de ædil. edi. l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de aqua plu. ar. l. alterius. §. de eo opere. ff. de inſtito. l. habebat. de appel.
3 l. ſcio. † nec creditur iudicis aſſertioni de proceſſu, vt in c. quoniam cōtra falſam. & no. C. de arb. l. ne in arbitris, & ex actis apparet non eſſe inquiſitū de cicatrice: quia acta non dicunt hoc. C. de error. aduo. l. errores. licet prēſumendū ſit, ꝙ fuerit inquiſitum de hoc, ſententia non valuit, tn̄ petens executionem non
4 debet in expenſis condemnari, † quia quælibet ſnīa, à qua non eſt appellatum, dat victori iuſtam cauſam litigandi, vt C. de rebus cred. l. generaliter. §. 2. & præſertim iſta, de qua loquimur, quia eſt fundata ſuper veritate actitatorum, & re vera fuit inquiſitum: licet non appareat vere per acta errorem, tamen malitia neſcio cuius taliter, qualiter ſcripſi. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Peruſ. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.



CONSILIVM CCCLXIIII.

1 *Appellatione filiorum, an veniat nepos in teſtamentis. & ſupra conſil. 362.*

Paterfamilias condidit teſtamentum, in quo filium ſibi vniuerſalem hæredem inſtituit, & dixit, quòd ſi dictus filius in pupillari ætate, decederet, vel poſtea quandocunque, quod ſua dicta hæreditas deuoluatur ad Titium, vel eius filios. accedit, quòd mortuo teſtatore, ſuperſtite tamen filio inſtituto, mortuus eſt Titius, & eius filius relicto nepote ex filio. demum moritur filius, vellet nepos Titij venire ad bona, quæritur, an poſſit. ſuper qua quæſtione videtur maxime dubitandum, per l. quod ſi nepotes. de teſta. tute. & inſtit. qui dari tuto. poſ. §. fin. & contingit propter
1 communem appella. † Circa quod conſiderare debemus, quòd filiorum appellatio profertur quandoque per modum perſonæ determinatæ, in quam confertur, & de qua diſponitur, & aliquando per modum ſolius appellatiui, & diſpoſitionis indeterminatæ: nō vt in certam perſonam. & ſic velut appellatiuum collatum loco proprij nominis, & per quem vt de præſenti cōfertur ſub demonſtratione certa, vt ſignificet, & demonſtret loco proprij nominis, non per relationem, vel demonſtrationem alicuius certi corporis, ſed indeterminata reſpectu appellatiui. Tertiò, vt non in perſonam, in quam diſponitur, ſed vt ſignum & forma conditionis appoſitæ. de primo loquitur. l. contraria. de ſecundo. l. ſi Iulianus. §. mutui. ad Mace. & l. filium. eo. tit. & iuſta. de ver. ſig. & l. in his. & l. ſolennis. de cond. & dem. & l. ſi vir vxori. eo. ti. & §. ſed hoc præſenti. in auth. de ſan. epiſ. col. 9. l. in conditionib. de cond. & dem. & l. Iul. eo. tit. & ar. l. 3. C. de inſt. & ſubſt. & pluralis in ſingularem ex mente reſoluitur, vt C. quando dies leg. ced. l. ſi vxori. & l. non eſt ſine liberis. Super cuius declaratione eſt conſiderandum, ꝙ quædam ll. dicunt, app. filiorum non contineri nepotes propter cōem app. vt d. §. fi. & l. ꝙ ſi nepotes. Quædam dicunt contineri propter verbi ſignificationem, vt l. liberorum. §. ſed quod Pap. de ver. ſig. & ſic poſſet intelligi. l. iuſta interpretatione. i. notabilis expreſſa ſignificatione quædam pertinens, & rationis identitas, vt d. l. ſed Iulianus. & l. filium. ſic etiam poſſet intelligi d. l. iuſta. ſumendo aliter verbum interpretatione. Secundò venit conſiderandum, ꝙ in conditionib. mentem attendimus multum, & effectum, vt l. in conditionib. de cond. & dem. & l. 3. §. conditio. de adim. leg. Item quod bonum, & æquum eſt, vt l. in his. de con. & dem. pro cuius quæſtionis deciſione eſt ſciendum, quòd aliquando hæc appellatio ponitur, vt ſignificet certam perſonam, & loco proprij nominis perſonam demōſtrat, in quam diſponitur: & tunc videtur ſicut proprium, ex impoſitione & vſu ſignificat, ſeu repreſentat: ſic & appellatiuum poſitum proprij nominis loco ſic intelligitur, d. l. quòd ſi nepotes. & d. l. fi. ſicut & circa appellatiuum, quod ad eundem effectum ponitur, vt probatur eod. tit. l. duo ſunt Titij. & l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter. de leg. 2. & de man. teſta. l. ſi ex plurib. aliquando ponitur in propria forma appellatiui, nō per relationē ad certum corpus, ſed vt ſignificet ſecundum vim appellatiui, & tunc loquuntur ll. quæ dicunt, appellatione filij contineri nepotem, ſiue ſignificato, ſiue ſaltē ex mente, vel interpretatione I. C. ſic intelligitur. l. ſed Iul. §. 1. & l. liberorum. §. ſed quod Papi. & l. iuſta. aliquando ꝓfertur vt ſignum, & forma conditionis, & in hoc oportet ꝙ tranſit ad regulas, & numeros conditionum, & ſecundū eas iudicare. eſt aūt conditionū natura, vt in eis mentem inſpiciamus, non verba, vt d. l. 3. C. de inſti. & ſubſt. vbi conditio emancipationis apponitur: & tn̄ non emancipatio, ſed mors interueniens parificat diſpoſitionem pp eundem effectum, & mentem: & tn̄ non ſunt idem nec ex ſignificato, nec ex appellatione. Item nec ſolutio, & acceptilatio ſunt idem: & tn̄ conditio ſolutionis parificatur per acceptilationem, vt l. Iul. de cond. & de. Itē conditio nuptiarum parificatur ingreſſu, vt d. §. ſed hoc præſenti. Itē eſt regula, vt in eis inſpiciamus bonum & æquum, vt d. l. in his. eſt aūt certum, ꝙ non prętulit teſtator filios Titij, vt in perſonam, in quā diſponatur. Sed ſi voluiſſet, nō potuiſſet teſtator conferre, non tn̄ ex hac diſpoſitione filio, vel nepoti confertur. qđ ſatis patet, nec loco proprij nominis ſignificat, nec poteſt, cū de naſcituris loquatur, qui proprium nomen non hēt. l. maximum vitium. in fi. C. de li. pręt. ſed ponuntur vt appellatiuum, ſed ſcd̄m ius appellatiuum ſignificet ex verbi ſignificatione, vel ſaltim ex mente, ſeu verbi interpretatione comprehendat nepotem, vt in ſcd̄o allegatur. Item ponuntur vt ſignum ex forma condōnis, in qua inſpicere debemus mētem, ſed eadē eſt mens, qa neminem habuerit, vel habere potuerit notum, neminē ſub propria perſona dilexit; quia nec diligere potuit, ſed in appellari. Item qa eis non contulit, ſed reſeruat nō priuando Titium, patet, quòd totū affectione ſua, & ea, quæ in Titium, & eius filios, qua eidem bona voluit cōferre, vel collata ſeruare, poſitum & diſpoſitum eſt, ſed ꝙ pariter filios, & nepotes ex ſilio diligit, vt in auth. de hær. ab inteſt. §. 1. & Inſti. de hær. quæ ab inteſt. §. 2. ergo pariter de omnibus diſpoſitum videtur. Item non poteſt videri teſtator non conceptos propria ſignificatione dilectionis dilexiſſe: quia nondum ſuæ vitæ tempore erāt in rerum natura, vel concepti, vt in auth. de hæredi. ab inteſt. §. plane. ff. vnde cogna. l. 1. §. pro eo. ſed ſecundum eam quam habebat ad Titium, cū ſunt filiorum filij futuri: ſed quod pariter diliguntur, & vocantur. Item non eſt dare rationem, quare propter filios magis, quam nepotes ex Titio, qui cœperunt locum filij tenere, & obtinere, & loco filiorum in bonis ſuccedere, & vocari. Item hoc ſuadet bonum, & æquum, vt d. l. in his. propter quod mihi Iacob. But. ſic conſulendo videtur, quod conſilium ſigillo meo roboro, & ad fidem me ſubſcripſi, &c.

CONSILIVM CCCLXV.

1 *Interpretatio legis communis, an & quando poſſit allegari in quæſtionibus ſtatutorum.*

In Chriſti nomine. Statutorum ſcripta, & opin. antiquorum, &
1 modernorum vacillant, ideo ipſis reſecatis ſic dicas. † quia aut quæritur de interpretatione. l. communis, an poſſit allegari in quæſtionibus ſtatutorum, an de interpretatione ipſius. l. municipalis. Primo caſu refert, quia aut ius vetus eſt correctū per nouum legiſlatorem, vt C. de nouo codic. confir. l. 1. §. hunc igitur. aut iuri veteri eſt derogatum ſimiliter per nouum legiſlatorem, vt C. de lati. lib. toll. in princip. ff. de verbo. ſignific. l. derogatur. aut ipſi iuri veteri eſt additum, vel detractum, ſeu ipſum eſt expoſitum per nouum legiſlatorem, vt ff. ad munic. l. 1. §. qui operas. ff. de verbo. ſign. l. verbis legis. in fin. & tunc. l. municipalis ſecundum aliam determinationem iuris communis intelligi poſſet, argum. ff. de ſepulch. vio. l. 3. §. diuus. ratio, quia non dicitur interpretatio fieri, ſed iuris ſtatutum ſeruari. C. de vete. iur. enucl. l. 1. §. iubemus igitur. in 1. conſti. C. §. quibus verbis ver. adijcientes. & ff. de iuſti. & iur. l. ius ciuile. in princ. aliàs nullæ leges communes poſſent allegari circa materiam ſtatutorum, quod eſſet abſurdum. aut eſt vnus actus in alium reſolutio, ſeu vna ſpecies in aliam reſoluta, & ſic propria qualitas, & natura attributa contra propriam ſignificationem verborum, & tunc non poſſunt, argumen. ff. de ſupel. lega. l. Labeo. ſolut. matrim. l. ſi vero. §. de viro. & arg. ff. ſi ager vect. l. 1. §. qui in perpetuum, quia non dēt ſubaudiri actus extrinſecus, vt ff. de pub. l. quæcunq;. §. fi. & no. ff. de verbor. obliga. l. ſciendum. ff. de teſtamen. milita. l. quod conſtitutum. & l. fin. & de bonorum poſſeſ. ex teſtam. mili. l. 1. de condit. & demonſt. l. cum auus. C. de fideicommiſ. l. cum acutiſſimi. de iure fiſc. l. fina. §. Papinia. de aqua plu. arcend. l. 1. in princ. de ſtat. lib. l. 3. §. ſi quis. & l. Labeo. & in infinitis. ll. quæ ſubaudiunt, ſeu intelligunt nouos caſus, ſed verba omnino exponuntur extraneè, & improprijſſimè, & contra propriam ſignificationem verborum. aut eſt propria verborum expoſitio, vt patet. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. in prin. ff. de verbo. obliga. l. 1. in fi. & inſtitu. eo. §. vtrum. & no. ff. de orig. iur. l. 1. in fin. & tunc etiam poſſum, argu. ff. de auro & argen. l. Plautius. de leg. 3. l. non aliter. de fun. inſtruct. l. cum de lanionis. §. 1. de leg. & S. C. l. benignius. & l. cum ambigua. Si vero agatur de interpretatione ipſius. l. municipalis, tunc aut verba proprie exponuntur, & ſecundum propriam ſignificationem declarantur. & poteſt eſſe ratio, quia talis declaratio nil nouum inducit; ſed vetus inductum detegit, & exponit, vt ff. de teſt. l. hæredes palam. § ſi quid. de ac. rer. do. l. Labeo. §. cum quis. ſi ſerui. ven. l. ſicuti. §. ſi quæratur. de rei ven. l. ex diuerſo. §. 1. & hoc tenet Dy. de ver. ſig. l. 1. pro quo faciunt. ll. proxime allegatæ, aut ad alium

caſum extend. ſeu reſtring. & tunc aut ratione abſurditatis eui-
tandæ,& poſſum,V.G. ſi ſtatutum prohibet de nocte ire cũ lu-
mine, multofortius ſine lumine intelligã prohibitum. Item ſi
prohibet portare bladũ extra comitatum cũ aſinis, intelligam
idem deportantibus cũ bobus,cum curru,vel iumento.Item ſi
prohibet portare frumentum, multofortius farinam. licet Dy.
in hoc dicat contra,& male.ff.de leg.3.l.quæſitum.§. illud ar.ad
ad prędicta.ff.ad Maced.l.Iulianus.§.mutui.cum ſemper abſur-
ditas à iure intelligatur excluſa. & ſic verbis omiſſis. ff. de nego.
geſt.l.Pomp.de excu.tuto.l.oportet.§.aliud.l. in ambigua. ff. de
legi.ad quod accedat.C.de condi.inſer.l.cum patrem.&de teſt.
l.hac conſultiſſima.& de leg.1.l.ſi quis à filio.§.1.ff. de fideic.lib.
l.fi.de reg.iu.l.aliud.§.abſurdum.de publ.l. Cæſar. ſic intelligo.
ff.de mun.& hono.l.vt gradatim.§.ſed ſi lege. ibi enim.l.muni-
cipalis reſtringitur licet Dy. dicat,quòd ſimpliciter declaratur,
quod eſt falſum,vt ibi patet expreſſe.Item ſic intelligo.l.2.C.de
noxa.nam illud contingit grãtia euitandæ abſurditatis, ſcilicet
ne ex delicto alterius alter puniatur innocens contra iura.C.de
pœ.l.ſancimus.& ſic no.C.de decre.decu. ſuper immun.in rub.
lib.10.& prædicta etiam probantur ex eo, ne detur occaſio cir-
cumſcribendi,arg.ff.de tranſa.l.cum hi.§.ſi cum lis.de reb.eo.l.
magis puto.§.ſi pupillus.cum ſi.aut ratione ſuadentis ęquitatis,
& tunc aut.l.municipalis perſonaliter eſt concepta, & non ex-
tenditur in aliam perſonam, etiam omnimodam rationem ha-
bentem,vt ff.de conſt.prin.l.1.in fi.de reg.iu. l. priuilegia.& l.in
omnib.Inſti.de iure naturali.§. ſed quod Principi. aut non per-
ſonaliter,tñ in incerto caſu certo modo diſponit,& tunc aut æ-
quitas mortua eſt ſcripta in corpore iuris, & eam ſeruabo ẽt in
alio caſu,in quo eadẽ æquitas reperitur. exemplum, ſi ſtatutum
concedit immunitatem perſonalib.muneribus à maiori.25. an.
minor.30.multomagis in minorib.25.ann.locum habebit,quia
æquitas ſcripta hoc dictat.ff.de munic.l.1. Item ſi ſtatutum ma-
iorem 25.minorem 40.repellit à conſilio publico multofortius
minorem 25.ff.de mun.& hono.l.ad rem publicam.& patet ra-
tio. quia in eius oppoſitum reſultaret abſurdum. ad quod facit,
quod proxime dixi.aut ęquitas motiua nõ eſt ſcripta in corpore
iuris,verbi gratia, quia ſtatutum gabellæ concedit, ꝙ creditor,
vel alius non dominus habens ius in re poſſit vendere ſine ga-
bella,non extendam ad dominum, licet in ipſo fortior æquitas
videatur.Item ſi permittit vendi frumentum à dominis ſine ga-
bella,non extendam ad vinum,licet in ipſo ſit ſimilis rõ ęquita-
tis,ar.d.l.non aliter de leg.3.l.proſpexit.qui,& à quib.& l.quod
conſtitutum. de teſt.mil.ad muni.l.conſtitutionib. de exercito.
l.1.§.ſi is.qui.de ver.ob.l.quicquid aſtring.C.de leg.conſt. l.1. &
argu.d.l. ſi vero. §. de viro.nam ſtatuentes non videntur hoc in
mente geſſiſſe,arg.ff.de exc.tu.l.ex his.de ſupel.lega.l.Labeo.in
fi.Nec ob.ff.de legi.& ſen. conſul. l. iura.& de vi & vi ar.l.1.§.qđ
vulgo.& quod not.ff. de re.iu.l. quæ pp neceſſitatem. & l.quod
contra.& qđ no.Dyn.in c.in argm̃.lib.6.quia loquuntur in iure
communi,hic vero in ſpeciali,& municipali,arg.d.l.priuilegia.
& l.in omnib.de re.iu.& in c.priuilegium perſonale.lib.6.& eſt
ratio.quia ipſa.l.cõis illud concedit.ff.de leg. & S.C. l. non poſ-
ſunt. hic lex muni. non declaratur ex eo: quia ceſſaret diſpõ iu-
ris cõis.ille caſus eſſet deciſus,quod abhorret legiſlator, arg.ff.
de ven.inſp.l.1.§.ex hoc reſcripto.C.de vete.iu.enuc.l.1.§.cunq;
materia.at in l.munic.ſecus, quia caſus per ipſam non prouiſus
iuris cõis diſpoſitioni relinquitur, & per illud deciditur, per l.
ſi extraneus.ff.de cond.ob cauſam.& l. commodiſſime. de libe.
& poſth.& l.ſi cum dotem.in prin.ff.ſol.ma.& quod ibi not. Et
per hoc patet Dyn.in hac materia defeciſſe,vt ff. de lega.3.l.qui
duos.de ver.ſig.l.1.Guido de Suza.Nic.de Ma.Iaco.de Aret.mi-
nus plene dixiſſe.C.quæ ſit lon.conſue.l.1.Ray. Ego Baldus.

CASVS.

In nomine Dñi. Factum,ſuper quo conſiliũ petitur,ſic ſe ha-
bet. Quidam Marinus Beccioli de Treuio deceſſit ab inteſtato
relicta vxo.& filia pupilla nata ex ipſo marito, & dicta eius vxo-
re.demum ipſa vxor volens ad ſcđa conuolare vota,petijt tuto-
rem dictæ filiæ pupillæ, & poſtmodum tranſiens ad ipſa ſecun-
da vota genuit ex dicto ſecundo viro vel aliam filiam. demum
deceſſit ipſa filia Marini in pupillari ætate ſuperſtitib. auo mr̃-
no, matre, & ſorore ex parte matris. auus maternus petijt hæ-
reditatem dictæ ſuę nep.dicens ipſam matrem dictæ puellæ de-
functæ nuptui traditam ante petitionem tutoris, & ideo fore
excluſam ab hæreditate filiæ. mater negat. ſoror ipſius puellæ
ex parte matris dictæ vult hæreditatem, vel dicit ſe in aliqua
parte ſuccedere: modò quæritur, vtrum mater ſuccedat in to-
tum, vel pro parte, poſito quòd probaretur, quòd deſponſata
fuiſſet ante petitionem dicti tutoris, licet matrimonium per
carnalem copulam non conſumauerit ante petitionem prædi-
ctam, & in dicto caſu vtrum dicta ſecunda filia, & ſoror dictæ
puellæ ſuccedat in totum,vel in partem.

CONSILIVM CCCLXVI.

1 *Mater tranſiens ad ſecunda vota,an & quando perdat ſucceſſionem filii.*
2 *Frater vterinus an excludatur à ſucceſſione inteſtati per auum maternũ.*

1 In Chriſti nomine. † Mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota nõ pe-
tito tutore, ſi erat minor 25.annis, nõ perdit ſucceſſionem filij.
C.ſi aduer.delictum.l.fi.Si vero erat maior 25.annis,&nubit in-
tra annum,priuatur ſucceſſione,in auth.de nupt.§.ſi autem tu-
telam. quia non debuit tranſire ad ſecunda vota tam feſtinanter
ſpreta charitate liberorum. ſi vero poſt annum nubens petijt
tutorem,ſero petijt, & priuatur ſucceſſione, vt lege, ſciant. &
hoc de tutrice non eſt dubium, quòd priuatur ſucceſſione, niſi
primo tutorem petat,&rationem adminiſtrationis reſtituat,vt
C.ad Tert.l.omnem. mater ergo iſta ſucceſſione filij impube-
ris priuatur,præſertim quia tempore, quo petijt, erat nupta,li-
cet non tranſducta.l.nuptias, de reg. iur. nubendo enim reddi-
dit re vera ſe inhabilem ad petendum tutorem,&ideo priuatur
ſucceſſione filij. ſed certe hoc nõ eſt bene clarum, nam iura lo-
quuntur de matre tutrice, quæ nubit ſpreta tutela, non de non
tutrice,niſi dicamus,quòd imò in d.§. ſin aũt tutelam. fit men-
tio in illo ver.& ſimpliciter æqualem, &c. Et ſi dicatur, quòd
pœnæ nubentis infra annum ſunt ſublatæ, vt no.Inno.in ca.vlt.
de ſecun.nup. Reſpondeo,verum eſt,quando ratione ſolius fe-
ſtinantiæ imponuntur: ſecus qñ ratione feſtinantiæ liberorum:
quia tunc non ſublatæ, punienda eſt ergo per liberos quæ nu-
pſit præcipiti feſtinatione non petito tutore, & ſeipſam impe-
diuit, ne de iure petere poſſet tanq̃ effecta ſuſpecta per tranſi-
tum. & licet in hoc paſſu dubitem, tamen credo eam priuari.
2 † modo reſtat aliud,an frater vterinus excludatur à ſucceſſione
inteſtati per auum maternum: conſtat enim de patre & matre,
ꝙ præferuntur coniunctis ex vno latere tantum, vt in auth.de-
functo.& plene no.per Cy.in auth.itaq;. C. cõia de ſuc.ſed auo
materno non vr̃,quòd excludat fratrem vterinum: quia vterq;
coniunctionis iure, & non agnationis coniungitur perſonæ
defunctæ.Tamen vr̃ contrarium: quia auus maternus ſuccedit
ſimul cum fratre vtrinq; coniuncto ſecundum veram opin.vn-
de ſicut frater vtrinque coniunctus excludit fratrem vterinum
tantum: ita videtur, quòd auus excludat: quia æqualis eſt auus
fratri vtrinque coniuncto, ſecundum opin.communem,no.in
d.auth.hunc paſſum non decido aliter. Ego Baldus.

CASVS.

In nomine domini.Dubium,ſuper quo quęrit Matthæus de-
clarari veſtro ſano conſilio,tale eſt. Danellicius Nerij pater di-
cti Matthęi ſuum condidit teſtm̃ quod nobis oñdit in publicam
formam reductum,in quo ſibi inſtituit Angelum, Matthæum,
Antonium,& Catherinã ſuos filios hr̃des æquali portione: & ſi
aliquis eorũ dictorum filiorum decederet ſine liberis, alterum
ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes ipſi ſubſtituit. iſta vero Ca-
tharina ante mortem teſtatoris poſt conditum teſtm̃ ſine filijs
deceſſit,&poſtea deceſſit teſtõr remanentib.ex eo dictis Ange-
lo,Matthæo,& Anto.ſuis fratrib. Angelus poſtea ſuum condi-
dit teſtm̃, in quo reliquit Matthæo & Antonio ſuis fratribus
inter ambos viginti ſolidos den. & in dictis 20. ſ.den. ſibi hr̃des
inſtituit, & plures ſuper bonis ſuis petere non poſſent. reliquit
etiam dominæ Vannæ eius vxori pro dotibus ſuis 226. lib. Item
pro augmento dotis, quam fuit confeſſus habuiſſe ab ea domi-
na Vanna 200.fl. auri. In omnibus autem ſuis bonis dictam do-
minam Vannam eius vxorem ſibi hæredem vniuerſalem inſti-
tuit, &c. mortuo ipſo Angelo remanſit in domo dicta domina
Vanna, & adhuc manet, & tenet, & poſſidet vna cum dicto
Matthæo: quia mortuo ipſo Angelo intrauit in domum dicti
Angeli,& etiam tenuit,tenet,&poſſidet bona hęreditaria, quę
remanſerunt dicti Angeli fratris ſui,&c. Quæritur,quid petere
poſſit,vel acquirat ipſa domina Vanna ex dicta inſtitutione hæ-
reditatis dicti Angeli ſui mariti, & cui competit ipſorum actio
petendi



petendi ab altero. Notum etiam, ꝙ di. Angelus erat diuiſus à di-
ctis ſuis fratribus, & bona, quæ remanſerunt Danellici inter ip-
ſos fratres diuiſa, ipſe Angelus partem ipſorum bonorum alte-
rius alienauit,& certa alia bona acquiſiuit.& hoc dico pro legi-
tima, & trebellianica,&c. Teſtamentum dicti Angeli pertinẽs
dictæ dominæ Vannæ notarius non vult dare,vt poſſimus in in-
ſtrumentis producere vobis: ſed tantum oſtendit, in quo vidi
inter cætera dictam inſtitutionem,& legatum Matthęo,& An-
tonio factum ſub dictis verbis ſupraſcriptis.

CONSILIVM CCCLXVII.

1 *Simplex diuiſio non præiudicat fideicommiſſo.*
2 *Bona aliena in quantitate pro rata in legitima, & treb. imputantur.*

1 In Chriſti nomine. † Simplex diuiſio non præiudicat fideicom-
miſſo,de lega.2.l. cum pater. §. hæreditatem. & plene not.ff.de
verb.obl.l.qui Romæ.§.duo fratres.& ff.de tranſact.l. qui cum
2 tutoribus.† in principio, & bona alienata imputantur pro rata
in legitima,& trebell. vt in authen. de reſtitu.& ea, quæ parit.§.
quamobrem,& ff.ad Treb.l. Marcellus.§.res quæ. vnde in effe-
ctu dicti fratres debent habere dimidiam partem partis dicti
Angeli, non obſtantibus diuiſione, & alienationibus antedi-
ctis,vt in c.ſi pater,de teſtis,lib 6.& extra eo.c.Ray.& c.Raynu.
reliquum eſt vxoris præfatæ.bona autem, quæ non fuerunt pa-
tris,ſed fuerunt acquiſita per di. Angelum, non continentur in
iſta reſtitutione, ſed ſunt libere dictæ vxoris, niſi eſſent empta
ex pecunia redacta ex bonis pr̃nis,& eſſent vltra legitimã & tre-
bellianicam,de vul.ſub.l.cohęredi.§.cũ filiæ,ver.nec fideicom-
miſſo,de le.2.l.Imperator.§.fi.Item ſeruandũ debitum dotis nõ
nocet di. Theo.qa frater nõ obligat alium frem̃. l. ſi quis in tan-
tam.non nocet di. Theo. quia prius commiſit vim expulſiuam
contra di. Vannam,&c. Et ita dico,& conſulo ego Bal.de Peru.
V.I.D.& ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCLXVIII.

1 *Quarta Presbytero Parochiali, & Epiſcopo ex quibus relictis debeatur.*

1 In Chriſti nomine. † De relicto facto altari,vel pio loco non de-
betur quarta presbytero parochiali, niſi de relicto facto illi Ec-
cleſiæ vbi teſtator ſepelitur,c.in noſtra,de ſepul. nam de tali re-
licto, etiam ſi illa Eccleſia eſſet exempta, tunc debetur quarta
parochiali,& de illa quarta Epiſcopus debet habere ſuam quar-
tam, ita quòd eſt quarta quartæ, niſi illa Eccleſia eſſet exempta
ab Epiſcopo, vt no.ſupra,eod.lib. conſil. 142. & prædicta vera,
quòd debetur quartæ parochiali ſacerdoti, niſi relinquatur in
illis caſibus priuilegiatis,de quibus in c.fi.de teſt. vt vnum ſcias,
quòd & in illis caſibus debetur quarta parochialis, quando re-
linqueretur alicui ex ordinibus mendicantibus, vt fratribus
ſancti Franciſci, vel ſancti Dominici, vel Heremi. vel Carmel.
vt in clemen.dudum.§.verum,de ſepul.& per no.ibi per docto.
epiſcopalis autem quarta videtur deberi, quando relinquitur
eccleſijs exemp. à iuriſdictione Epiſcopi: ſed ſi non exemp. de-
betur niſi in caſibus nota.in d.c.fi.de teſtamentis, & de iſta ma-
teria vide in iſto libro conſilio 142.

CASVS.

In Chriſti nomine. Quidam dedit dotẽ pro muliere, & ſtipu-
latus fuit dotẽ ſibi reddi, & ſuis hæredib. in caſu, ꝙ ſi matrimo-
nium diuideretur ſine filijs,&c. pro qua dote reddenda, & re-
ſtituenda fuit obſignata quædã petia terræ, & data fuit licentia
ingrediendi tenutam,& poſſeſſionem dictæ petiæ terræ in caſu
reſtituendæ dotis,& habendi, tenendi, & poſſidendi dictã ter-
ram, donec de dotibus fuerit ſatisfactum,&c,& dicitur in inſtr̃o
inde confecto, ꝙ fructus nõ computentur in ſortem, ſed quod
eos dedit,& donauit tanquam amico, & bene merito pro mul-
tis gratijs, & acceptabilib.ſeruitijs acceptis à dicto dotante, vt
in inſtr̃o dicitur habitis,& receptis,& quæ cõfeſſus fuit habuiſ-
ſe & recepiſſe,& renunciauit exceptioni,&c. Matrimonio diſ-
ſoluto,& caſu reſtituendæ dotis adueniente, dotans prædictus
ingreſſus fuit poſ. dictæ petiæ terræ iure pignoris, & hypothe.
obligatæ, & ex ea plurium modorum fructus recepit. nunc do-
tem recipiens vult dictã dotem reſtituere,& dicit, quòd fructus
percepti ex dicta petia terræ debent computari in ſortem, & ꝙ
donatio dictorum fructuum in dicto inſtr̃o inſerta in fraudem
præſumitur eſſe facta, quæritur, quid iuris. Item quæritur, ſta-
tuto cauetur, vt vxo. prædecedente in matrimonio vir lucretur
tertiam partem dotis pro matrimonio conſt. modo pater dota-
uit filiam, pro ea certam dotem cõſtituit, poſtea pater veniens
ad mortem. 50. lib. iure inſtitutionis reliquit vltra dictã dotem
ſuam pro augmento dotis ipſius, pro quibus 50. lib. habuit tria
ſtatia terræ,quam terram vir habuit,tenuit poſſedit per ſex an-
nos ſciente, & volente dicta eius vxore. Item proponit, ꝙ con-
ſtante matrimonio dictus maritus confeſſus fuit habuiſſe,& re-
cepiſſe à dicta eius vxore 93. lib. pro pagamento dotis; quas aſ-
ſeruit ad eius vxorem perueniſſe de bonis paternis,& quas pro-
miſit eidem ſuæ vxori reſtituere in caſu ſoluti matrimonij. nunc
dictum matrimonium eſt ſolutum morte mulieris, maritus
prædictus vult reſtituere tertiam partem tam dotis primo lo-
co conſtitu. quam etiam aliorum, quæ dicuntur in augmen-
tum data vigore dicti teſtamenti. Quæritur modo, vtrum de
iure poſſit,vel non.

CONSILIVM CCCLXIX.

1 *Fructus an extenuent ſortem, & dotem.*
2 *Vſura,an & quando in dotibus licita ſit.*

1 In Chriſti nomine. † In primo puncto dico, & videtur omiſſis
argumentis dicendum,quòd dicti fructus extenuent ſortem,&
ſic dotem,vt ff.ſolu.matri.l. Titia,vbi eſt caſus, quòd ſi dicatur,
quòd dicti fructus fuerunt donati. Reſpond. iſta non debet
cenſeri vera donatio,ſed potius ceſſio, vt C.mand.l.ab Anaſta-
ſio. ff. de tranſact. l. cum Aquiliana, & probatur aperte per id,
quod legitur,& not.ff.ſi certum peta.l. rogaſti. §. ſi tibi. & ff.de
pact. l. ſi tibi decem. in princip. & ibi per Guiliel. & Cyn. nam
quod accedit ſorti, vſura eſt,& licet vſura ſit licita, quando de-
betur marito pro oneribus matrimonij, vt extra de vſur.cap.ſa-
2 lubriter,& l.in inſulam.§.vſuras.ſolu.matri. † Item & cum mu-
lier repetit dotem vſque ad alimenta,vt C.de rei vx.act.l.rem in
præſenti.§.exactio.& l.pen. vt in poſſeſſione legatorum.tamen
cum extraneus repetit dotem, non ſunt licitę vſuræ.facit,quod
no.C.de vſur.auth.ad hæc.cum exactio,quæ extraneo datur,ſit
ſtricti iuris,vt Inſti.de actio.§. fuerat. de ſecundo puncto eſt ca-
ſus,quod idem in augmento.ff.de pact.dota.l. inter ſocerum.§.
cum inter.C.de iure do.l.etiam,cum ſimilib. Ego Baldus. de
Peruſio V.I.D.

CONSILIVM CCCLXX.

1 *Libellus,peto talem cogi,niſi petatur,an procedat condemnatio.*
2 *Contractus an probetur per teſtes deponentes,vt hic.*
3 *Proſeneta dicitur duobus modis, & quando poſſit eſſe teſtis.*

In Chriſti nomine. Tria dubia mouentur:
primum ſuper libello,
an ſit ineptus, nec ne. Secundum, an contractus ſit probatus,
nec ne conſiderata forma depoſitionis teſtium. Tertiũ,an poſ-
1 ſit repelli Iaco.Bagnoli tanq̃ proſeneta. † Super primo puncto,
dicit do.Bar.in l.1.C. de execut.rei iud,ꝙ non procedit libellus,
peto talem cogi, niſi petatur eum condemnari: quia cogi non
põt,niſi condemnetur. condemnari non põt, niſi petatur con-
demnari,vt l.fi.C.de fideic.li. ego dico, ꝙ ſi narratis narrandis,
concludo ſic,qualiter peto mihi dari,vel fieri, licet non dicam,
peto reum cõdemnari,procedit petitio.& gl.or. ita foret libel-
lus.dicit,ꝙ oĩa alia verba ſunt ſuperflua,in auth.de exhib.reis.§.
2 ſancimus & ita fuit, ſi bene petitio inſpiciatur. † Super ſecundo
puncto dico,ꝙ duo teſtes probant per ſenſum corporis cõuen-
tionem extare,vñ contractus eſt perfectus conſenſus,vt not.C.
de contrah.emp.l.in ementis.Item qa arra fuit pro parte pretij,
res non erat integra,vt no.ff.de contrah.emp.l. quod ſæpe. nec
potuit vni⁹ poſtea diſſenſu diſſolui,vt l.ab emptione. de pactis.
3 † Super tertio puncto dico,ꝙ proſoneta dr̃ duobus modis,vno
modo qui accipit pretium, alio mõ quia gratis,tamen per eum
fit conuentio, & forum. ſed vbi per ipſos principales ſine me-
diatore fit forum,non dr̃ proſoneta ille,qui partes coadunauit,
vel teſtes vocauit: quia iſte nullum miniſterium contractui præ-
bet,nec ex hoc meretur proſoneticum. & ita ſe habet commu-
nis intellectus,& proponitur in auth. de teſtib. §. quoniam ve-
ro.& in c.1.de teſtib.lib.6.& quod no.in l. eleganter.de dolo.in
princ. vnde Iac. proprie non fuit proſoneta, quia non præbuit
intrinſecum, & ſubſtantiale miniſterium, ſed extrinſecum in
congregando partes in vnũ locum. vnde non credo dici hunc
proprie proſonetam, cui non correſpondet proſoneticum,ſed
eſt quidã amicus, vt l.ſciendum. ff. de vſu. nec credo habere lo-

cum in eum rationem prohibitionis: quia contractus non eſt ſuus ordinatione, vel vtiliter, ſed partium principalium. vnde vt l.repellit eum, vbi vtilitas & affectus, quæ ſunt duæ rationes aſſignatæ, in d.§.quoniam.in gloſ.non enim afficitur quis ad id, quod factum eſt per alium, & non per ſe, & nullæ lege cauetur, quòd iſte repellatur, ergo, &c.l.1.ff.de teſtib.cum ſimili.probat ergo ſaltim conuentionem, licet non probet aliud dubium: quia dicit ſe dediſſe, & in hoc fuit interuentor, & miniſter. facit, quod no.in l.deferre.§.1.de iu.fiſ.& quod not.in c.Romana. de teſti.lib.6.in gl.ſing.& ſic de alieno facto creditur, de ſuo facto, vt teſti non creditur: quia iſta ſunt ſeparabilia.& ſecundum gl.Accur. in d.§.quoniam.de toto creditur, ſi non ſperat commodum: quia admittitur, licet non cogatur. ſed gl.iuris canonici dicunt, quod proſoneta inuoluens non admittitur, niſi de voluntate vtriuſq; partis, vt no.3.q. 1. ſi quis epiſcopus. de teſti. cogen.cap.dilectorum.per Bar.quicquid ſit de proſoneta, dico, quòd in conuentionis arra iſte non fuit proſoneta: quia partes conuenerunt per ſeipſas immediate, & ex actis vtriuſq; partis poteſt perpendi per iudicem, qui debet cuncta rimari, quòd hic fuit facti veritas; & ideo puncta ſeruentur, vt extra de pact. cum ſi.ait prætor, pacta ſeruabo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXI.

1 *Verba huiuſmodi appoſita in mandato dante liberam, & plenam poteſtatem, & adminiſtrationem, &c. ad recuperandum, acquirendum, manutenendum, & fructuandum ad voluntatem cõſtituentis, reſtringunt mandatum liberum.*

2 *Habens mandatum cum libera non poteſt donare.*

3 *Abbatiſſa recipiens aliquid pacto expreſſo pro monialibus recipiendis committit ſimoniam. & infra conſi.373.*

In Chriſti nomine. Viſo tenore ipſorũ dictorum inſtrumentorum mandati, & donationis factæ abbatiſſæ, & conuentui dicti monaſterij per infraſcriptum magiſtrum Adam procuratorem magiſtri Tho.de Luco pro dotib.Ioannetę & Iacobutiæ, & pro ipſarum ingreſſu, & recepta cum prædictis in ipſo inſtrumento contentis, de iure valuit, & bona donata valoris 500. fl. & vltra poſſint peti per ſucceſſores dicti magiſtri Tho. cum vna de dictis monialib.deceſſerit, iamdiu eſt, & ſucceſſores dicti magiſtri Thomę non fuerunt requiſiti, vt aliam monialem eligerent recipiendam in dicto monaſterio in locum defunctæ ſcdm pacta, quæ in dicto inſtrõ continentur. vr̃ de iure dicendum, ꝙ prædicta donõ de iure non valuerit, & non tenuerit, & ꝙ bona donata repeti poſſint ab abbatiſſa in conuentu monaſterij prælibati.
1 quod probo iurib.& rationib.infraſcriptis.† Et primo, ꝙ verba appoſita in inſtrõ mandati ad recuperandũ, acquirendum, manutenendum, & fructuandum ad vtilitatem magiſtri Thomæ, conuertendum, ꝙ in inſtrõ mandati continetur, non dẽnt porrigi ad diminutionem, ſeu alienationem, vel contrarium effectum.ff.de adi.le.l.lega.& de cond.& de.l.cum tale. §. fi. & licet in dicto inſtrõ mandati contineatur, ꝙ dictus magiſter Thomas dedit magrõ Adam ſuo ꝓcuratori plenam, & liberam ptãtem, & adminiſtrationem bonorum, tñ ſtatutum determinatur illa clauſula, reſtringendo ad bona prædicta.ſ.ad acquirenda, repetenda, & ad ſeruãda ad eius vtilitatem. reſtringitur enim libera ptãs, & ſpãliter mandatum ad prædictas, & alias cãs, & negotia, q̃ habebat, & habiturus erat in diſtrictu Reatis contra ſuos aduerſarios.& ſic gñalitas præcedens eſt intelligenda ſcdm diſtinctionem, & determinationem ſub eadem ſerie, & continuatione verborũ in dicto inſtrõ contentorum, de ver. ſig. l. ſi cũ fun-
2 dum.& de leg.2.l.cum pr̃.§.dulciſſimis.† Secundò: quia poſito ꝙ dictus ꝓcurator habuiſſet ſimpliciter mandatũ cum libera, tñ non potuiſſet donare, niſi hoc ſibi ſpãliter conceſſum fuiſſet.ff. de don.l.filius.& de pac.l.quæ iure.& de off.vic.c.fi.lib. 6. & ratio ponitur in dictis iurib. qa donare eſt perdere. pro hoc facit. ff.quæ in frau.cre.l.ſi pr̃ filio.de pec.leg.l.qui peculij.& licet dos non ſit titulus lucratiuus, ſed onerosus quantum ad recipientem dotem.ff.de act.& obl.l.ex ꝓmiſſione.tñ quantum ad dantem ſic, vt bñ probatur.C.de rei vx.ac.§.accedit.in fi.ff. de adm. tu.l.cũ plures.§.pen.& ibi no.gl. q̃ incipit donõ. hic autem erat talis perſona, q̃ donare nõ cogebatur, vt d.l.ſi extraneus. & ideo donõ erat, quia illud donari vr̃, quod nullo iure cogente conce-
3 ditur.ff.de reg.iu.l.donari.cum ſi.† Tertiò: quia pactum factum inter dictum procuratorem ex vna parte, & abbatiſſam, & conuentum dicti monaſterij ex altera de recipiendo dictas moniales in monaſterio pro terris, & poſſeſſionibus ſupradictis, & de alijs in loco mortuorum ſubrogandis & eligendis cum modis, & conditionibus in dicto inſtrumento contentis, manifeſtam continet ſpẽm ſimoniæ, & ideo de iure non valuit, vt patet ex tex.extra de ſim.c.tua nos.& c.quoniam ſimonia.cum in ſpũalibus omnis pactio ceſſare debeat, q.3.2.quamuis. & de pact.c.cũ pridem.ad hoc; quòd nec prætex.alicuius conſuetudinis excuſatur. & de ſimo.c. Iac. ad talia ergo illicita, & acqui. prohibita mandatum procu. quantumcunq; plenum, & generale extendi non poteſt.ff.de condõ.indeb.l.ſi procurator.§.Celſus.tale pactum etiam fuit contra iura expreſſe, videlicet, quòd magiſter Thomas eius hæres, & ſucceſſores haberẽt ius eligendi, & ſubrogandi in d.monaſterio alias mulieres in locum defunctarum, cum & in eccleſijs ſecularibus collegiatis iura canonica abhominata fuerunt ius eligendi competere laicis, de ele.c.ſacroſan. eccl.& ca.maſſana. ergo multo magis in regularibus, in quibus non ſolum eliguntur per abbatiſſam, & conuentum, ſed ẽt per alium. probantur mater, & matres ingredientes, quod in caſu propoſito eſſe non poterat ſecundũ pacta in dicto inſtrumento contenta, ſecundum quæ in omnem euentum ſubrogandas recipere oportebat.& ideo concluditur, quòd pacta cõtra leges, & canones habentur pro infectis.C.de leg.l.non dubium, & de iureiu.c.quæ contra iura. lib. 6. & ſucceſſores prædicti magiſtri Thomæ poſſunt petere dicta bona ab abbatiſſa, & conuentu dicti monaſterij, cũ in eas non fuerit tranſlatum dominium per dictum proc. ad hoc non habentem ſpeciale mandatum. C. de proc.l.ſi procurator. de noua. l. non abſtulit. & quod cum eo.l. ſubuentum.hr̃ ergo pro non dato, quod datum fuit ab illo, qui de iure dare non potuit.ff.de of.procon.l.3.§.fi.& de iu.pa.c.qđ autem.& ſic in oẽm euentum concluditur, ꝙ ſucceſſorib. magiſtri Thomę contra monaſterium ſupradictũ de præſcriptione non eſt curandum, quia fuit interrupta dupliciter, & quia bona fide caruerunt quæ contra iura mercatæ fuerunt, vt dicit regula iuris, qui contra iura, lib.6.&c. Ego Ioannes de Can.

CONSILIVM CCCLXXII.

1 *Conceſſa emphyteuſis in perpetuum vſque ad quam generationem, & ad quantum tempus extendatur.*

2 *Dictio in perpetuum, exponitur diuerſimode.*

*Emphyteuſis ſi concedatur vſq; ad tertiam generationem, an primus recipiens computetur in numero, infra conſi.375.*

In Chriſti nomine. Tempore diui Federici Imperatoris quidã Abbas S.Petri de Rauenna legitime conceſſit in emphyteuſim dominab. Dialtæ Sardamorũ de Euf. & eorum hæredib. in perpetuum quaſdam terras, & poſſeſſiones.poſtea multæ ex præfatis dominab. remanſerunt. & nunc hodie extat D. Lucia ex generatione dñæ Sardamorum procedens per legitimã conſequen-
1 tiam.† modò quæritur de illis verbis, in perpetuũ, vſq; ad quam generationem, & tps extendatur. ad quod breuiter reſpondeo, ꝙ intelliguntur, quamdiu penſio ſoluatur, vt ff. ſi ager vec. vel
2 emphy. pe. l.1.§. qui in perpetuum.& inſtit.locati.§.adeo.† Iſta dictio, in perpetuum, diuerſimode exponitur. Primò ad vitam alicuius. ff.pro ſoc.l.1.Secundò vſq; ad 30.vel 40.an.Inſt.de perpe.& tempo.act.in princ.Tertiò ſine tpis præfinitione, vt l.pure.in fi.de exc.doli. Quartò accipiebatur olim in emphyteuſim eccleſiæ ad tertiam generationem, in auth. de non alie. §.emphyteuſim. ſed hodie quia poteſt cõcedere eccleſia perpetuam emphyteuſim, intelligitur in omnem generationem, imo dicunt quidam plus: quod intelligitur in omnem hæredem etiam extraneum, quamdiu penſio ſoluatur: ſicut in emphyteuſim priuati iuris, vel ciui. ſed ſi generatio eſt legitima, habet ius iſta, quæ ex genere ſubſiſtit, velut ex quodam fonte memoriæ, de verb.ſign.l. prouinc. §.fi.& expreſſe hoc not.in auth.de non eligen.§.alienationis.gl.quæ incipit, hic not.

CONSILIVM CCCLXXIII.

1 *Habens mandatum generale cum libera, an poſſit donare monaſterio pro ingreſſu monialium, & an talis donatio valeat. adde ſupra conſi.371.*

In Chriſti nomine. Viſo tenore dictorum inſtrõrum, quęritur, an geſta à dicto magiſtro Adam, vt procurat. magiſtri Thomæ de Luco in forma, quæ vt geſta fuerat, ſeries dictorum inſtrumentorum oſtendit, de iure potuerunt fieri, nec ne. & ſi ſucceſ-
1 ſores dicti magiſtri Thomæ poſſunt dicta bona repetere. † & videtur de iure dicendum, ꝙ dictum mandatũ non fuerit ſufficiens ad prædicta, quæ geſta fuerunt. nam ſiue dictum mandatum referatur ad iudicia, & negocia cõnexa iudicijs, ſicut mandatum ad exigendum refertur ad ſolutionẽ recipiendam, quæ ſponte fit ſecundũ veram opi. ſiue enim referatur ad negocia totaliter à iudicijs ſeparata, vt ad contractus: tamen non debet referri ſecundũ veram opi. ad gratuitam alienationẽ: qa initio mandata vr̃, non conceſſio, qđ vi aut clam.l.ꝓhibere.§. planè. ff.de pac.l.cõtra iuris ciuilis regulas.§.ſi filius.ff.de ſol.l.ſi is cui. §.Flauius. & ſi dicatur, imo venit in mandata, quia ex iuſta cauſa hoc fecit: nam cauſa dotis iuſtiſſima eſt cauſa. ff. de ver.ob.l. à Titio. & ſicut dos datur pro onerib. matrimonij, ſic monaſterio poteſt dari pro onerib. & alimentis ingredientis. nec ſimonia cõmittitur, ſi fit pp neceſſitatẽ alimentorũ, & monaſterij, vt no.extra, de ſimo.c.non ſatis. & c.tua nos.qa debet intelligi potius fieri per viam eleemoſynæ, & ſubuentionis, quã per modum ſimoniæ, vt ff. pro ſoc.l. merito. & maximè ſi apponeretur ſuper bonis ingredientis: quia tacitè ineſſe videtur: vt in auth.ingreſſi.& hic primo videtur factũ de bonis ingredientis, poſtea per ſeipſum traditur monaſterio, ar.ff. ſi cer.pe.l.ſingularia.& ff.de don.inter virũ, & vxo.l.3.§.ſciendũ.ſed reſpondeo, ꝙ non eſt verũ, ꝙ ſit iuſta cauſa quo ad procu.niſi cauſa, quæ incumbit domino negotiorũ, vt no.in d.§.ſi filius.& de adm.tu.l. cum plures.§. in primis. Itẽ omnis pactio in talib. reprobatur, niſi apponatur de cõſcientia, & ordinat.iuris.de ele.c.ſignificaſti.de præb.c. niſi eſſent.de ſimonia.c. cum ſatis.& c.nobis & c. tua nos. & no.1.q.2.in ſumma. nec ſub obtentu paupertatis debet ſimo.cõmitti, vel ſcelus perpetrari. vnde mãdatum ꝓcuratoris ad talia nõ porrigitur ex aliqua iuris interpretatione, niſi per verba ſpecificata mandetur, vt ff.ꝙ quiſq; iur.l.3.§.ſi procu. & ff. ſi qs ius dicenti. l.1.§. ſi procu.quæ in frau. cred.l.ſi pr̃.cum ſim. qa ergo in donationib.vt l.filius. de dona.& delic. exigitur mandatum ſpecificatũ, & hic fuit generale, ergo nõ ſufficit.ff. de cond.ind.l.ſi procu.§.celſus.ff.de pecu.l.qui peculij, cum infinitis ſi.primo ad hoc eſt aduertendum; qa hẽt mandatũ ad gerendum negocia dñi, & vocetur: dñs Titius non habet mandatum ad gerendum negocia Seij.ff.de neg.ge.l.3.§.apud Marcellum.no.ff.man.l.ſi mandauero.§.ſi curator.ſed iſte procu.ſic faciendo non geſſit negotia dñi, ſed ei qui donat.ff. de manu.l.ab agnato.ff. de in rem verſo.l. & nihil. cum l.ſeq.ergo nõ venit in mandato.ſed ſi dñs ratificaſſe ꝓbetur, tunc hęres non poſſet repetere, ſiue cauſa eſſet honeſta, ſiue turpis: qa in tali cauſa eſſet potior condõ poſſidentis dñio tranſlato, ff.de cond.ob tur.cau. l.idem eſt.& l. ſi ob turpẽ.§.fi. & ꝙ etiam ex turpi cauſa tranſeat dñium, patet: qa ſi non tranſiret cõditio ob turpẽ cauſam, nunquã competeret, cum nemo rem ſuam condicat, niſi à fure. ff. vſufru. quemadmo. caue.l.fi. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLXXIIII.

1 *Suſpectus vt quis capi poſſit, quæ requirantur, & adde ſupra conſi.338.*

2 *Agens contra aliquem tanquam hæredem debet probare conuentum hæredem.*

3 *Agens vt hæres, debet ſe dicere hæredem, nec oportet, vt de hoc fiat fides per inſtrumentum.*

4 *Procurator habens mandatum ad iurandum, an poſſit præſtare iuramentum de ſuſpicione fugæ debitoris ſtante ſtatuto &c. vt hic.*

5 *Iuramentum an præſumatur eſſe delatum à iudice de ſuſpicio. & fuga.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrum captura facta de Mathæo Cechutij ad petitionem procuratoris D.Iacobutiæ tanquã debitore ſuſpecto, & fugitiuo, rectè, & ritè facta ſit, nec ne, viſis actis, & actitatis in cauſa, & trib.ſtatutis cõmunis Tuderti, vno ſub rub. de præcepto guarentigiæ. alio, ſub rub. de eo, qui habuit protocollum. tertio ſub rub. qui dare tutores.& præmitti oportet, ꝙ ad hoc, vt captura poſſit fieri tanquã de ſuſpecto, ſtatutũ requirit primo, ꝙ de debito appareat per inſtr̃m guarentigiæ. Secundò, ꝙ illud inſtr̃m fuerit oſtenſum iudici. Tertiò, quia creditor eius hæres, vel ceſſionarius eorum iurõ firmauęrunt ſe debitorẽ habere ſuſpectum.& intellige, ꝙ hoc iur̃m debet eſſe delatũ à iudice, & hoc per primũ ſtatutũ. Per ſecundum ſtatutum requiritur, ꝙ protocolla mortui notarij, quæ exemplantur, habeant in ſe publicam formã, & ſint ſignata ſigno notarij mortui. Per aliud ſtatutum datur quibuſdam iudicib. neceſſitas generalis ſuper decretis interponendis. Item præmitto, quod hic fuiſſe videntur producta tria inſtrã, vnum originale debiti principalis, ſeu contractus, alia exempla.ſ.teſtĩ, & aditionis, non dicuntur exempla ex cõmiſſione notarij mortui facta in ſuo teſtõ. modo ex p̃dictis multa inſurgunt dubia: primò cum captus neget ſe hæredẽ, & per cõſequens debitorẽ, vtrum ex prædictis probatur, ipſum eſſe hæredẽ debitoris. Secundò, vtrum agens, qui pro parte vr̃ egiſſe vt hæres, debuerit aliter probare, quã probauerit ſe hæredẽ. Tertiò, vtrum iuramẽtum prædictum attentã forma ſtatuti potuerit præſtari per procuratorem habentẽ mandatum ad mutandum. Quartò, vtrum dictum iuramentum p̃ſumatur in dubio fuiſſe delatum, nec ne:
2 † Et iſtud p̃mittitur tanquã certiſſimũ, ꝙ ille, qui agit cõtra aliquẽ tanquã hæredẽ, debet probare conuentum eſſe hæredẽ.& dicit tex. ꝙ dicta ꝓbatio interdũ eſt difficilis, ff. de intetro.act. l.2.nam adijſſe hæreditatẽ alicuius, iſtud eſt facti, & nõ p̃ſumitur, niſi ꝓbetur, vt no.ff.ſol.mat.l.ſi cũ dotẽ. §.tranſgrediamur: tamen hic ſatis videtur hoc probatum per inſtr̃m teſtamenti, & aditionis hæreditatis: nam tale inſtr̃m aditionis hr̃ditatis ita prodeſt abſentib. ſicut p̃ſentib.vt no. in l.fi. ff. de intetro.ac.qa adeundo quaſi contrahit cum creditorib. vt in §.eorum. & in quaſi contractib. non requiritur p̃ſentia perſonarum: vt patet in actis nego. geſt. ff.de neg. ge.l.ſi qs abſentis. & per totum, de reg.iur.l.ſemper qui non.& ꝙ iſti ſumpto debeat dari fides, apparet, quia eſt ſumptum ſecundum formã ſtatuti, & ſumens atteſtatur, ꝙ ex publico: ergo ꝙ ex ſignato ſolido ſigno tabellionis, alias non eſſet publicum, vt C. de aſſeſſo.l. fi.& no. inſti.de
3 publi.iudic.§. item lex.cum ſi.& hoc de primo puncto.† Super ſecundo dico, ꝙ ille, qui agit vt hæres, debet docere ſe hr̃dem: nec oportet, vt de hoc fiat fides per inſtr̃m: qa ad hoc, ꝙ ſit hæres, non eſt principalis cauſa, ſuper qua debet confici inſtr̃m; ſed magis eſt effectus illius cauſæ. Nam ius, quod hr̃ vigore inſtrumenti guarentigiati, non tranſmittitur etiam ad hr̃dem inteſtati: qa iuris ſucceſsionis eſt, vt ff.de pe.hæ.l.2.& 3.ff.de edẽ. l.quædam.§. is autẽ.& ideo ſi facta eſt fides ſummariè, vt ſit hæres, vr̃ ſufficere, ar.ff.de exi.l.theſaurus. dum tamẽ ſi poſtea negetur, probetur, vt no.ff.de bo. poſ.l.3.§.pe. & ff.de leg. præ.l. filium.§.ſi quis.ſed certè in caſu noſtro nullo modo inuenio factam fidẽ: & lex dicit, ꝙ conſtare liqueret, & deberet p̃tori de iure agen. & obligatione cõuenti, ff.qui.ex cau.in poſ.ea.l.hoc autẽ.ff.ne vis fiat ei.l.1.§.hęc verba.& ſi nõ conſtat id, qđ factum eſt, dẽt in irritũ reuocari, l.fi.§.fi.ꝙ met.cau.de bo. auth.iu.poſ. l.cum vnus. & ideo pro ea parte, pro qua egit vt hæres, non videtur facta fides pro captura, ſed pro alia parte ſic: qa quoties plurib. nominib. agitur, põt res pro parte vnius valere, pro alia parte nõ, ff.de iudi.l.nõ idcirco.ff. de ap.l. ſi perluſorio.§. ſi habes. Nec ob.l. theſaurus. qa loquitur in iudicio, vel articulo ad
4 præparationẽ, hic ad exactionẽ.† Super tertio eſt dubium, qa ſtatutũ videtur requirere iur̃m eorum, qui ſuam cauſam agunt: ergo non ſufficit iur̃m procuratoris, vt.C. de iur. calum. auth. principales. Nam vera conceptio verborũ repugnat, per alium fieri non põt, qđ eſt faciendũ per ſeipſum C.de cad.tol.§.ne autem. Item iſtud ſtatutum eſt contra ius cõmune. ff. de re iudi. l. de vnoquoq;. ergo debet intelligi de iurõ eorum ꝓpriè, nõ interpretatiuè, qa reſtringere debemus, non ampliare. ſed contra dico, ſi procu. hẽt in mandatis ad iurandũ. ff. de iureiu.l.iuſiurandum.§. fin. quia iſtud eſt iur̃m loco probationis, non calumniæ.facit, qđ no.in c.vt circa.de elec.lib.6. & quia iur̃m debet præſtari, ante litem conteſtatam circa tenutas, & capturas, poteſt p̃ſtari per procuratorẽ, vt no.ff.de dam.infect.l.qui bona.§.ſi alieno. Nã hic non iuratur in forma iudicij, ex quo enim non requiritur citatio aduerſarij, non põt dici, ꝙ ibi ſit forma iudicij, vt not. in d. l. 3. §. pe. de bo. poſ. nec ob. ꝙ verba ſtatuti dñt intelligi, & accipi ꝓpriè, & ſtrictè: nam iuramentum ꝓpriè præſtatur à dño, in cuius animã iuratur, non à procur.qa ius refert hoc principaliter, & ꝓpriè ad dñm, ſic, ff. de ma. vin.l.pa-
5 ter.† Super quarto dico, ꝙ ex quo iudex recepit, præſumo eum detuliſſe, & exegiſſe iur̃m, argu. C. de rela.l.1. in fi. ff. de fideic. tu.l. cum oſtendimus. §. vlti.& no. de dote præle.l. Theopompus.facit ꝙ no. per Innoc. de eo, qui fur.or.ſuſcepit.c.innotuit. præſuppono, ꝙ procuratorium ſtat bene, & ꝙ conſtet de commiſſione: quia cõmiſſio non p̃ſumitur, vt l.1.de man.prin.& C. de exhi.re.l.neminẽ.& C.de iu.fiſ. prohibitum.lib.10. Ego Bal. de Peruſ.legum Doct.

CONSILIVM CCCLXXV.

1 *Emphyteuſis ſi concedatur, vel recipiatur vſq; ad tertiam generationem, non computatur prima perſona recipiens, ſed quid ſi dicatur pro tertia generatione, vel vſq; ad tertiam finitam. nu. 2. item quid ſi verbis ſimplicibus concedatur. nu. 3.*

4 *Pactum in dubio debet præſumi reale, & non perſonale. Item perſonale, & non perſonaliſſimum.*

*Conceſſa emphy. in perpetuum, vſq; ad quam generationem extendatur. ſupra conſ. 372.*

1 In Chriſti nomine. † Conceſſa eſt alicui emphyteuſis vſq; in tertiam ipſius generationem maſculinam, & fœmininam finitam. Modo quæritur, vtrum in generatione cõputetur iſte primus recipiens, nec ne. & vr̃ dicere gl. ord. ꝙ connumeretur, in Auth. de non alienan. §. alienationes. in glo. 2. quæ incipit, hic no. in fi. coniuncto §. alienationes, nam gl. intelligit, ꝙ tertia generatio comprehendat filium, & nepotem tantum, pro hoc facit, ꝙ dictio, vſque, debet hic poni excluſiuè, non incluſiuè, ar. ff. de pac. l. veterib. ff. de verb. ob. l. quicquid aſtringendæ. vnde licet perſona recipiens non cõnumeretur, tamen de pronepote non poteſt intelligi. ad id facit, ꝙ verba in dubio debent referri ad naturam cõtractus, ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. & no. per Dy. ff. ad Treb. l. ex facto. §. fi. ff. de verb. ſig. l. in conuentionib. & emphyteuſis eccleſiæ habet hanc naturã, vt d. §. emphyteuſim. ergo &c. facit, quod no. ff. ſol. mat. l. etiam. In contrarium facit, ꝙ accipiens non eſt generatio ſuij pſius: qa nil generat ſeipſum, ſicut vero manifeſtum eſt, ꝙ omne, ꝙ generatur, ab alio generatur: ergo nõ computatur in numero. ſic dicimus in gradibus, ꝙ ſtirpes non computantur in numero, vt not. ff. de gra. l. Iuriſcon. inſti. de ſucceſ. libe. §. ſed noſtro. & de con. & affi. c. non debet. & patet in arbore conſangui. ff. affin. & hoc etiam probatur: quia ſi computaretur, & dictio, vſque, poneretur exclu. nec nepos comprehenderetur, quia accipiens eſſet vna generatio: filius ſecunda, nepos tertia: ſed tertia non includitur: ergo directè cõcludemus contra. §. emphy. Et ideo veritas mihi videtur, ꝙ in numero non computetur prima perſona, ſeu ſtipes, qa nõ eſt generatio, ſed cauſa generationis: ſic maritus, & vxor non ſunt affines, ſed cauſa affinitatis, vt inſti. de nup. §.
2 affinitatis. de cond. ob cau. l. quod Seruius. † dubium ergo non conſtat in hoc, vtrum prima perſona cõputetur pro prima generatione, ſed ſtat in hoc, an illa verba, vſq; in tertiam generationẽ, ponantur incluſiuè, vel excluſiuè. & gl. p̃alle. ſentit expreſsè, ꝙ ponatur excluſiuè. ſed ego dico, ꝙ quando emphyteuſis eſt recepta pro tertia generatione, tunc eſt certum: qa includitur: idẽ ſi dicatur vſq; in tertiam generationẽ finitam. Nam iſta dictio, finitam, hoc demonſtrat, vt vſq; in finẽ tertiæ generationis duret. & ſic tota tertia generatio ex vi ſermonis includitur: quia nouiſſimo iure poteſt concedi emphyteu. etiam imperpetuum, vt not. in d. §. alienationis. & ſic nõ obſtat dictus. §.
3 † Si autem concederetur emphyteuſis verbis ſimplicibus, vſq; in tertiam generationẽ, & non dixit, finitam, nec dixit inchoatam. tunc eſt dubium, an iſta dictio, quæ apponitur ſuper gradu ab homine ponatur incluſiuè. Nam quando apponitur ſuper gradu à lege, certũ eſt, ꝙ ponitur incluſiuè, vt inſti. de ſuc. agna. §. fi. & no. C. vnde legi. l. certum. & ꝓbatur in d. c. non debet. de conſan. & affi. & in c. ſtatutis. de hæreti. lib. 6. ſed quando apponitur ab homine, in contractu obligatorio videtur appoſitum, arg. l. veterib. ego credo, ꝙ ponatur incluſiuè: qa præſumitur in dubio, ꝙ voluerit recipiens acquirere etiam tertiæ gñationi, ff. de proba. l. ſi pactum. & arg. C. de leg. l. in annalib. & facit, quod no. Cy. C. de ope. libe. l. liberti, libertæque. ſecundum opin. Ia. de Ra. Non ob. l. ne trib. quia illud intelligitur in eo, ꝙ augeret obligationẽ, hic non augetur, ſed facit eam magis tranſmiſſibi-
4 lem. † & ad hoc facit: quia pactum p̃ſumitur reale, non perſonale, & pari ratione debet p̃ſumi perſonale potius, quam perſonaliſſimum. ff. de pac. l. iuriſgentium. §. pactorum. & l. qui in futurum. §. fin. & facit, quod no. Cy. ſecundum Petr. C. de contrahend. & commit. ſtipula. l. veteris. Ego Bald. de Peruſi. legum Doctor.

CONSILIVM CCCLXXVI.

1 *Bannum habet vim citationis. adde infra conſi. 433.*

In Chriſti nomine. Super dicto puncto videtur mihi Bal. V. I. D. valere, & opitulari producenti. & hoc duabus rationibus, pri-
1 ma ratione, † ꝙ bannum cum aſſignatione termini habet vim citationis & poteſt dici citatio: cum enim bannum dicatur nunciatio, vt extra, qui matrimo. accuſ. poſ. c. cum in tua. & cum denunciatio dicatur citatio, vt C. quomodo, & quando iudex. l. tres denunciationes. ergo ſequitur, ꝙ bannũ poteſt citatio appellari. & hoc enim clarum apparet ex natura termini aſſignati. quatenus eſt de natura citationis, vt l. 2. C. de iur. do. impe. ad idem facit, ꝙ citatio quandoq; fit per præconẽ, vt in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iud. cum ergo infra terminum anni dierũ à die banni lati fuerit data concordia, ſequitur, ꝙ debet valere. ſecunda ratio: qa videtur, ꝙ ſit licitum ꝑuenire, & ꝙ diligentia in ꝑueniendo non reddit actum inutilẽ in eo, ꝙ procedit de partium voluntate, ſicut eſt concordia, vt C. de fideicommiſ. l. poſt mortem. Et ita dico ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXVII.

1 *Cadens à poſſeſſione an, & quando poſſit agere de euictione.*

In Chriſti nomine. Factum ita ſe habet. Simon ſer Angeli de Corrona accepit in vxorem dñam Benutiam, promiſſaq; ſibi. ſ. ſer Angelo fuerunt mille nomine dotis. mortuo ſer Angelo ſuperſtite dicto Simone, & Ioan. eiuſdẽ ſer Angel. filio, & Barth. eius nepote ex altero filio præmortuo, dictus Simon fuit factus procurator generalis dicti Ioannis, & curator dicti Barth. qui Simon nomine cõmuni accepit inſolutum pro dictis mille quaſdam poſſeſſiones ſitas in territorio caſtri Fogiani. tandem volendo venire ad diuiſionẽ, inter ſe elegerunt arbitros, qui arbitri fecerunt diſcuſſionẽ, & diuiſionẽ inter eos, dicto Simoni pro dicta dote aſſignauerunt dictas poſſeſſiones, & d. Simon eas poſſedit pluribus annis, tandẽ cecidit à poſſeſſione prædicta ſumpta occaſione ex quadam reſtit. in integ. conceſſa cuidam Carcaſioni: modo quia fuit promiſſum de euic. vult dictus Simon agere contra dictum Carcaſionẽ, qui de facto occupauit poſſeſsionẽ, & denuncia. fratri, & nepoti, ꝙ aſsiſtant
1 cauſæ, & proteſtatur eius dam. & intereſſe euictionis. † Quæritur, vtrum teneatur ad hoc nec ne. & iſta quæſtio cõſiſtit in intellectu duarum legum, quæ ſibi adinuicẽ videntur contrariari. vna dicit, ꝙ ſi emptor, vel ſimilis mouet litẽ alteri, auctor ſuus tenetur de euic. ſi ſuccũbat emptor, ff. de euic. l. ſi euicta. §. duplæ. Alia dicit, ꝙ ſi emptor ſua culpa cecidit à poſſeſsione, nullum hẽt regreſſum contra auctorẽ. ff. de euic. l. ſi rem, quã. §. ſi culpæ. Iſte Simon aut cecidit à poſſeſsione pp negligentiam, & tunc eſt in culpa, aut per violentiam: & hoc etiam culpæ adnumeratur, & non debet euictio. C. de ac. em. l. vi pulſos. ff. loc. l. ſi merces. §. culpæ. & l. in his. ſol. mat. Item iſte Simon non vr̃ poſſe agere: qa iſtæ poſſeſsiones tantum non vident fuiſſe cões, ſed propriæ etiam ante laudũ, adiudicatio ergo facta dicto Simoni de re ꝓpria non valet, ſed ſi nõ valet principale, nõ valet acceſſorium, id eſt, nõ debetur euictio, de contrah. emp. l. ſuæ rei. C. loca. l. qui rem. de condi. & demõ. l. mea res. ſed vr̃, ꝙ agere poſſit contra auctorẽ, ſ. contra fratrẽ, & nepotẽ, à quibus per diuiſionẽ hẽt cauſam; quæ res erant cõmunes, de euic. l. ſi plures. §. mota quæſtione. & ſi dicatur, ꝙ culpa ſua perdidit poſſeſsionẽ, reſpondeo, non pp hoc perdit ius agendi de euic. niſi quando culpa ſua ꝑdidit tam poſſeſsionẽ, quam ius, puta qa res eſt præſcripta, vel habuit eam pro delicto. ff. de euic. l. ſi intentati. ergo contra inuaſorẽ auctor debet aſsiſtere, & tueri emptorẽ, vel ſimilem, d. l. ſi euicta. §. duplæ. & ſi dicatur, Simoni fuit aſsignata res propria. reſpondeo, ſit ita; tamen hoc poteſt fieri per ſententiam, fa. er. l. ſi maritus. l. Pomponius Philadelphus. & venit euictio; qa expreſsè hoc fuit ꝓmiſſum. vel põt dici, ſi ꝓbant vera eſſe, quæ ſuppoſita ſunt in themate, ꝙ illæ poſſeſsiones non erãt ꝓpriæ, ſed cõmunes, quia cõmuni voce, & cõmuni periculo in cõmuni acceptæ: vnde merito valuit euictio, C. fa. er. l. ſi familiæ. ff. eo. l. inter cohæredes. §. 1. & ideo vr̃ concludendum, ꝙ ſi Simon agat petitorio, & prædicta in facto probentur vera, ꝙ Ioan. aut Barth. tenẽtur defendere Simonẽ, aut Simone ſuccumbente ei de euic. ex prædictis apparet, ꝙ culpa cõmiſſa reſpectu veræ poſſeſsionis non excludit eui. reſpectu proprietatis, licèt tex. in l. ſi rem quam. §. ſi culpæ. ſuperius allegata faciat multum in contrarium, ſed intellige, vt ſupra dixi, ſaluo ſemper ſaniori intellectu. Azo etiam in ſum. C. de euic. §. fin. videtur dicere, ꝙ ille, qui culpa ſua amiſit poſſeſsionẽ repellitur, ſed

ſi ita



ſi ita generaliter intelligatur, gl. in §. qui duplæ. eſſet ſuperflua, vnde debet intelligi, quando perditur aliquid, ꝙ iuris ſit, non ſi nudum factum poſsidendi ad hoc, ꝙ non agatur. facit C. de ac. empt. l. vi pulſos. ſed concedo, ꝙ non tenetur venditor defendere à violentia, ſed in iudicio ſic. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peruſio.

CASVS.

Punctus talis eſt. Inquiritur per iudicem maleficiorum communis. Eugubij contra Iacobũ Petrucij in eo ꝙ percuſſit cum quodã lapide Thomaſutium Maſceti vna percuſſione in facie cum ſanguinis effuſione, & ꝑdicta fuerunt cõmiſſa per dictum Iacob. noctis tempore, videlicet poſt ſonũ campanæ, quæ pulſatur de mane pro die, qui Iacob. habuit pacẽ à dicto Maſceto, infra 10. dies à die cõmiſſi maleficij, in quo quidẽ inſtrumento dicitur ſimpliciter, ꝙ dictus Thomaſutius fecit pacem cum dicto Iacobo de dicta percuſſione facta per dictũ Iaco. contra dictum Thomaſutium de tali menſe Decembris, die non aliter declarato, noctis tẽpore: modo dr̃ per officiales, ꝙ illa pax non opitulatur producenti, eo ꝙ non eſt facta de maleficio, de quo inquiritur, cum in inſtrumento pacis non dicatur ſimpliciter die tali, & ſic, aliud vr̃ eſſe maleficium, de quo inquiritur, & aliud illud, de quo die facta eſt pax. reſpondetur pro parte dicti Iaco. ꝙ appel. diei non comprehenditur, & nox intelligatur de naturali. ad hoc dr̃ per officium, ꝙ iſtud eſſet verum, vbi ſtatutum non diſtingueret diem à nocte: ſed ſtatutũ diſtinguit in inſtrumento pacis die tali, intelligitur de die artificiali ſecundum diſtinctionẽ ſtatuti. ad hoc pro parte dicti Iacobi reſpondetur, ꝙ illa diei appoſitio non fuit adiecta in inſtrumento pacis propter ſtatutũ, quod loquitur de duplicatione pœnarũ, ſed ꝓpter aliud, ꝙ loquitur de pace, & eius beneficio. Quæritur modo, vtrum omiſſio illius qualitatis, videlicet noctis habeat nocere, quo minus inſtrumentum pacis ꝑdictum non intelligatur de maleficio, de quo inquiritur, & vbi non apponeretur. Si notarius, qui fuit rogatus de dicta pace, poſsit illud ſupplere abſq; præiudicio, viſa inquiſitione prædicta, & ſtatuto, de quibus ſupra ſit mentio.

CONSILIVM CCCLXXVIII.

1 *Pax, in qua eſt omiſſa qualitas delicti, an proſit inquiſito.*
2 *Delictum licèt ſit iterabile, tamen non præſumitur iteratio, niſi probetur.*
3 *Remiſſo delicto, & eius qualitas videtur remiſſa.*

1 In Chriſti nomine. † Videtur mihi Baldo Peruſi. Vtriuſq; Iuris Doctor. ꝙ dicta pax proſit dicto inquiſito, quanq̃ in inſtrumento pacis non fiat mentio de tẽpore noctis. & hoc tribus rationibus. Primò, quia inſtrumentum pacis refert ſe ad proceſſum inquiſitionis, vnde per relationẽ ad aliud efficitur certum, vt l. in ſumma. de re iudic. vt l. hæc ſententia. de ſententijs, quæ ſine
2 certa quantita. profe. † Secundò, licèt delictum ſit iterabile, tamen non p̃ſumitur iteratio, niſi probetur, vt no. ff. de iureiu. l. eum qui. §. in popularibus. & de fide inſtru. c. cum Ioan. Heremita. & ideo non poteſt intelligi pax de alio, quã de iſto. ad hoc.
3 ff. de fund. inſtru. l. fundus, qui locatus. † Tertiò, quia remiſſo delicto, licèt non ſit facta mentio de qualitate, videtur & qualitas remitti: qa qualitas eſt acceſſoria. & ideo quando eſt ſublatum principale, & acceſſorium eſt ſublatũ, ſed de acceſſorio, vel de qualitate non fuit aliquid dictum, de nox. l. in delictis. §. ſi detract. de reg. iur. l. cum principalis. cum ſimilib. Et ita conſulo, & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCLXXIX.

1 *Vtrum hæredi in re certa inſtituto accedat vniuerſa hæreditas, ſi hæres vniuerſaliter inſtitutus viuo teſtatore moriatur, vel alias eius aditio impediatur.*
2 *Teſtator ſi inſtituit hæredem in re certa & coarctauit ſuam inſtitutionem in hærede, ipſum eſſe tacitum, & contentum, & plus petere non poſſe, certum eſt, mortuo hærede vniuerſali ante reſtitutionem, an expiret inſtitutio in re certa.*

In Chriſti nomine. Thema, ſuper quo petitur cõſilium, tale eſt. Titius ſuum condidit teſtamentũ, in quo ſibi hæredẽ inſtituit ſororẽ ſuam in duca. 20. & appoſuit hanc clauſulam, videlicet, ꝙ ex ipſis 20. ducatis ipſa ſoror debeat eſſe tacita & contenta, & ꝙ amplius de bonis ſuis petere non poſsit. vniuerſalem vero hæredẽ inſtituit quendã ſuum fratrẽ vterinum, qui frater ante mortem teſtatoris deceſsit ſciente dicto teſtatore, qui teſtator poſtea ſuperuixit per annos quinq;, vel circa. deinde dictus teſtator deceſsit nullo alio condito teſtõ. modo venit ſoror hęres inſtituta in 20. ducatis, & dicit totã hęreditatẽ iure inſtitutionis ad ſe pertinere, & contra dr̃ eam id nullo iure poſtulare. Quæritur ergo, qd iuris. & pro declaratione intellectus diu: de quæ-
1 ſtiones. † Et prima ſit iſta. vtrum hæredi in re certa inſtituto accedat vniuerſa hæreditas, ſi hæres vniuerſaliter inſtitutus viuo teſtatore moritur, vel alias eius aditio impeditur. & arguitur, ꝙ non, tali ratione, iſte inſtitutus in rẽ, vel in quantitate certa habetur loco legatarij, C. de hærd. inſt. l. quoties. ſed hr̃ditas non adita per inſtitutũ non accreſcit legatario, ſed facit legatũ deficere. C. de fideicõmiſsis. l. eam quã. & l. ſi nemo. de re. iur. & eſt gl. ord. inſtituto in re certa, ꝙ in certa inſtitutione vniuerſali vitiatur inſtitutio in re certa, ff. de excep. doli. l. liberi. ꝑterea aut dices hoc cõtingere pp ius accreſcendi, aut ex p̃ſumpta inſtitutione vniuerſali, aut qa teſtator non põt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, non iure accreſcendi. ꝙ ſic probo portio accreſcit portioni, & vbi quis non habet portionẽ, non poteſt ei accreſcere, ff. de vulg. ſubſ. l. ex facto. l. Iulianus Longinus. & no. ff. de acq. hær. l. ſi totam. ſed inſtitutus in re certa non habet quotã portionẽ, ergo ſibi non accreſcit: qa certa res non facit quotam partẽ hæredi. patet, ex quo plenè legitur, & no. ff. de tranſ. l. controuerſia. C. de rei vend. l. cum à matre. ff. ad Tre. l. 1. §. ſi hæres. & l. cogi. §. generaliter. non ex vniuerſali inſt. præſumpta, qa ibi eſt datus cohæres. in vniuerſo ceſſat p̃ſumptio, vt non totũ habeat inſtitutus, qđ teſtõr voluit, ff. de vulg. ſubſt. l. verbis ciuilibus. in ratione ſui. nam ꝙ vniuerſaliter hæredi eſt aſsignatum, alij non eſt tacite ꝓhibitum, & ademptum, de leg. 1. l. quod in rerũ. §. ſi qs poſt. in fi. nec curandum eſt, an ꝓhibitio ſortiatur effectum acquiſitionis: quia nihilominus habet vim adeptionis, ff. de adi. leg. l. & ſi transferam. Item ſi inſtitutio in re certa trahatur ad vniuerſum, iſtud eſt ex p̃ſumpta voluntate teſtatoris, qa qui aliquẽ hæredem inſtituit, non p̃ſumitur velle decedere inteſtatus, C. de teſtis. l. nõ codicillum. extra de teſtis. c. cum tibi. ſed hanc coniecturã quoad inſtitutũ in re certa tollit expreſſa inſtitutio de alio vniuerſaliter facta, arg. ff. de iudicijs. l. cum prætor. nam expreſſum facit ceſſare tacitum & præſumptiuum, C. de pac. conuen. l. fi. no. etiam, quia teſtõr poſſet decedere pro parte teſta. & pro parte inteſtatus, qa immo in totum decedit inteſtatus, cum res certa non facit quotã partẽ in eo, qui eſt inſtitutus in parte certa, vnde ceſſat iſta ratio. & no. C. de ſecun. nup. l. 1. & no. de acq. hæred. l. ſi ſeruus cõis extero. & ideo mirandum vr̃, de Dy. & ali. doc. in eo, ꝙ no. in d. l. quoties. & auth. ꝙ ratio illius §. ſi ex fundo. eſt, ne teſtõr decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: qa res certa nõ facit partem. vnde hoc poſito, ꝙ non accreſcat, non ꝓpterea diuiditur cauſa teſtati, & inteſtati. ſed integraliter ſumus in cauſa inteſtati, tex. tamen vr̃ fauere doctorib. & gl. ff. de teſt. mili. l. ſi miles vnum ex fundo. vbi dicit, ꝙ qa miles põt decedere pro parte inteſtatus, nõ accreſcit: ergo in pagano ideo accreſcit: qa non poteſt decedere pro parte inteſtatus. & ſic vr̃ ratio gl. & doc. fundari per illum tex. ex ꝑdictis ergo vr̃ inſtitutio ex re certa repudiante, vel excluſo hr̃de vniuerſali, nõ ꝓpterea trahitur ad vniuerſum: & cõfirmatur hoc: quia ꝙ legatũ trahatur ad vniuerſalem inſtitutionẽ, vr̃ impoſsibile, ſicut impoſsibile eſt, ꝙ obliquũ fiat directũ, arg. no. de vulg. ſubſ. l. verbis ciuili. Reſpõdeo, item inter hr̃dem, & legatarium nulla cõiunctio inducit ius accreſcendi, immo expirat legatum, & fideicõmiſſum, C. de fideicõmiſ. l. eam quã. nam acceſſorium nõ dat robur principali, ſed econtra, de iure codi. l. ꝙ per manus. & confirmatur, ꝙ nulla lex h. d. ꝙ ſit ius accreſcendi inter hæredẽ vniuerſalẽ, & quaſi hæredẽ inſtitutũ in re certa. nam §. ſi ex fundo. non dicit verbum ꝙ ſonat in ius accreſcendi, vel non decreſcendi: ſed dicit, ꝙ fundus appoſitus habetur pro non appoſito, vt dicimus, ꝙ inutilis adiectio fundi ab ipſo principio non reſtringat vtilẽ diſpõnem. vnde vt dr̃, ꝙ duo ſunt arbitri præcepta, ita duo ſunt teſtõris vniuerſales, primũ hæredem eſſe, hoc eſt iur. ſucceſſorem eſſe. de hær. inſti. l. quot. §. hæredita. ſed in tali fundo eſſe primũ de ſui natura aptũ eſt ad vniuerſum. Secundũ de ſui natura aptum eſt ad legatũ. ſed à ſeipſo non põt hæredi legari, nec detrahi, ff. de hære. inſti. l. ſi quis ita hæres inſtitutus excepto fundo. & l. ſi ſub conditione. §. fi. in ratione literæ. demonſtratio ergo certi fundi inſtitutionẽ non innuit, de ali. legat. l. Lucius. at quando

teſtator

teſtator ab initio cohæredem dedit vniuerſalem, non fuerunt duo teſtatoris pręcepta, ſed vnum tantum ad certam rem ſpāliter applicatum: & natura ſpecierũ eſt, vt in eis tempus teſtī inſpiciatur, & ex poſtfacto non augeantur, ff. de fun. inſtr. l. Lucius. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. teſtō. qui ergo ſe transferunt ad ius accreſcendi, vel nō decreſcendi, allegent aliquẽ tex. hoc dicentem. ſi pn̄t, & ſi nō erubeſcant, in auth. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. C. de colla. l. illam. amplius ponamus teſtorẽ deceſſiſſe viuente inſtituto in re certa, & viuente hr̄de vniuerſali, & tunc quærā, ſi dominium eſt tranſlatum ipſo iure rei relictæ, & non poteſt negari, ꝙ ſic, ad l. Aquil. l. huic ſcripturæ. de furtis. l. à Titio. pone ergo, ꝙ hęres vniuerſalis poſtea repudiat, & ſic vt legatum expirat dominium iure accreſcendi: ergo inuenit, cui accreſcere poſſit. Item qūo duæ qualita. contrariæ, vel incōpatibiles concurrunt in eodẽ ſubiecto. de leg. 1. l. legatũ. §. hr̄d. C. de codi. l. fi. In contrarium, ꝙ inſtō in re certa trahatur ad vniuerſum, ſi inſtitutio ī vniuerſali ſit in cauſa caduci: ſicut ſi à principio ſit datus cohæres, vel datus ſit in cauſa pro non ſcripta, & proba ſic. paria ſunt cohæredẽ adſcriptum non eſſe, vel inutiliter fuiſſe, & eſſe ſcriptũ, nō enim interpretatur factum, ꝙ nullum hēt effectũ: nec habere poteſt inutile, & nullo ad inuicem comperto, ar. ff. de leg. 1. l. ſi duob. §. hæres. ff. de ſuis, & leg. l. 1. in prin. ſed vbi ab initio hēt hr̄dem vniuerſalẽ, ipſe totum vendicat: ergo idem ſi ex poſtfacto caſus contingens ipſum ſolum ad ſucceſſionẽ demonſtret. & arguimus ex illa regula, qui non admittitur, nec admitti ſperatur ad partẽ, non facit partẽ, d. l. ſi duob. §. fin. ſic qui non admittitur ad hæreditatẽ, non excludit alium ab hr̄ditate, inſt. de l. fuſ. can. Secundò hoc ꝓbo, l. apertè cauetur, ꝙ inſtitutus ex re certa hēt ius accreſcendi, ff. de hær. inſt. l. Titius fundi Corneliani. nam cum iſta lex conſideret ius coniunctionis, ergo per conſequens cōſiderat ius accreſcendi. Tertiò hoc probo per no. per Cy. & Iac. de Are. in auth. nouiſſima, in q. vbi dr̄, ꝙ filius inſtitutus in re certa habet ius accreſcendi. & ſi dicatur, hæc eſt ratio: qa res certa reducitur per leg. intellectũ ad totam ſ. ad legitimā, vt dicit tex. in auth. vt cum de app. cognoſcitur. §. cæterũ. & ita reſpondet Mar. Si. reſpondeo, hæc reſponſio nulla eſt: qa legitima non eſt vera quota in hæreditate, cum non includat onera, & ideo ſola legitima nō facit filium hæredẽ in aliquo, vt ſubtiliter not. C. de rei vendi. l. cum à matre. & ꝓbatur ff. de bonis libertorũ. l. ſi libertus. §. qd̄ ergo. vbi tollatur & concurſus inſtituti, & ſubſtituti, qa non eſt propriè concurſus: nam licèt inſtitutus habeat legitimam, non eſt propriè hæres, & primo gradu, quia hęres in legitima ſola, propriè loquendo, non facit gradum, ꝙ alibi non reperitur. iſtud ergo ius accreſcendi operatur, nam inſtitutio eſt ius, non natura legitimæ portionis, præterea hæres inſtitutus in re certa habet nomen hr̄dis. & titulum honorabilẽ inſtōnis, vt no. in l. filium. §. ſed ſi portio. de lega. p̄ſtan. vnde ratione nominis, quod nomen hr̄dis non debet eſſe per omnia fruſtra, vt no. ff. de acq. hær. l. pro hr̄de. §. Papinianus. merito ſibi accreſcit. & vt ſubtilius dicam, nō eſt ꝓpriè accreſcere, ſed virtute roboratur, vt ꝙ erat nomine, nunc ſit re, & nomine: & ſic nomini accedat effectus rei, ff. ad Trebel. l. ſi hæres inſtitutus. huc accedit gl. arg. in l. ius noſtrum. de reg. iu. & C. de ſec. nup. l. 1. ſed magis, & fortius accedit, qd̄ no. ff. de adopt. l. ſi arrogator. in gl. magna. ver. ſed pone, amplius vr̄ de hoc gl. ord. C. de teſta. mil. l. 1. in gl. magna. ver. ſi autẽ vnus ex vna re &c. per quas gl. teneo, ꝙ pro hr̄de vniuerſali mortuo ante teſtōrem, vel repudiante, tota hæreditas pertineat ad inſtitutum in re certa, & forſan hoc, ex quadam tacita ſubſtōne. nam ius accreſcendi dr̄ ex tacita ſubſtitōne: vt l. Titius, & Męuius. §. Iulianus. de leg. 2. nec reperitur alibi textus hoc dicens. Et hæc ſolut. primę, quæſtionis, quæ viam aperit ſe-
2 cundæ q̄ſtioni, qua † q̄ritur, ſi teſtōr inſtituit hr̄dem in re certa, coarctauit ſuam inſtitutionẽ, iubendo ipſam eſſe tacitā, & contentā, & plus petere non poſſe: nunqd mortuo hr̄de vniuerſali ante reſtitutionẽ expiret inſtō in re certa, an vero amplietur ad vniuerſum, & ꝙ deficiat, non autẽ vniuerſum ad ſe trahat. vr̄ expreſsè ꝓbari. ff. de hęre. inſti. l. quot. §. ſi duo. in fi. §. vbi enim voluntas teſtōris refragatur, nō trahitur ad vniuerſum. ſed ad hoc aperte reſiſtit teſtator. qa taxando loquitur & ꝓhibendo, & vr̄ hæc natura verborũ taxantium, quæ impediunt ius accreſcendi, vt ff. ad Tre. l. Lucius. §. quæ hēbat. pręterea in re certa eſt inſtitutio vniuerſalis per interpretationẽ teſtī. non per apertam naturam verborum. ſed id, quod venit per tacitam interpretationẽ de facili tollitur per quālibet coniecturā contrariam, vt ff. de leg. 2. l. fi. in princ. p̄terea iſta inſtitutio in re certa de facili trahitur ad naturā legati, vel p̄lega. ff. de hæred. inſt. l. ex facto. §. dicebam. ſed in legatis poteſt teſtōr prohibere ius accreſcendi, vt ff. de vſufruc. l. domus. ergo ita eſt hic. præterea inſtō in re certa eſt quædam diſpō implicita ad inſtitutionẽ, & legatum, & per hoc voluntas teſtōris poteſt trahi ad duo: & ꝙ ipſorũ magis vult teſtator, illud erit ſequendũ, ar. ff. de ſerui. l. ſi tam anguſ. Ad contrarium faciunt plura, qa illa verba reſtrictiua fuerunt euidenter prolata fauore hæredis, ar. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus. §. qui Margaritam. & in eo, quod ſub ipſo hęrede veniret petendum, non in eo, quod peteretur per mortẽ hæredis. & hic vr̄ caſus ff. de leg. 3. l. Paulo Calimaco. §. Pomponius Euriperus. & ad idem ff. de hæred. inſt. l. ſi quis ita hæres inſtitutus excepto fundo. nam nimia coarctatio contra naturam actus non impedit actum fauorabilẽ, inſtitutio autẽ hæredis eſt actus multum fauorabilis, vt l. cum quidam. ff. de libe. & poſth. facit, qd̄ no. ff. de adop. l. ſi pater. in prin. ad idem ſi ratio iuris accreſcendi eſt: quia non poteſt eſſe pro parte inteſtatus, tunc ius accreſcendi adeo eſt ex neceſſitate, qd̄ prohiberi non pōt, vt no. in d. l. ſi ſeruus. de acq. hær. & confirmatur, qa cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati, niſi quando eſt vitium nullitatis, nam nullitas eſt vitium indiuiſibile, & nullum ad hoc trahi non pōt: qa non eſt iter à priuatione in habitũ: ſed vnde eſt via, quæ ducit ab habitu ad priuationẽ, de iniu. teſt. l. ſi ego. & de ſtatu. ho. l. homo liber. Item benignius eſt interpretatio facienda, vt relictum magis valeat, quā caducum fiat. Item verbũ, inſtituo, aliquid debet operari, ff. de hæred. inſt. l. quot. ex quib. vr̄, ꝙ dicta ſoror ad vniuerſum admittatur: qa teſtator non vr̄ de hoc caſu ſenſiſſe. ſolum enim fratrẽ ſorori p̄tulit, nec aliud eius conſilium animaduertitur, ff. de hæred. inſt. l. Lucius. Non ob. §. ſi duo. qa ibi teſtōr ꝓhibendo ad vniuerſum trahi, noluit decedere inteſtatus: quia nullum fecerat vniuerſalẽ hæredẽ. ideo merito non trahitur voluntas inteſtati ad voluntatẽ teſtati. ff. de hæred. inſti. l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi leg. & ꝙ no. C. de teſ. l. naturā. ſed hic caſu noſtro voluit decedere teſtatus. Item ibi poteſt valere ab inteſtato, hic non. & ideo valeat hic eo modo, quo p̄t: quia iuſtius eſt valere, quā ruere. in hoc puncto non eſt facilis ſolutio: qa qō eſt in primis voluntatis. deinde iure aliqui tenent, non eſſe locũ iuri accreſcendi, pro quibus facit: qa teſtōr ſic loquendo potius exhæredare, quā reſtituere vr̄, vt no. ff. de hær. inſt. l. qui volebat. exhæredati autẽ ius accreſcendi non habent, in auth. de hæred. & fal. §. exhæredat. ſed reſpondeo, & nego, ꝙ potius ſit modificata inſtō, quā odioſa priuatio. Item reſpondeo per §. Pompo. allegatũ, & ar. de conſt. & dem. l. Publius. §. 1. & ar. ff. ad Tre. l. à filia. §. alũno. ceſſante namq; cauſa dilationis, vel reſtrictionis, ceſſat dilatio, vel taxatio, quaſi ceſſante cauſa finali, arg. ad hoc ff. de teſt. tute. l. fi. p̄dictis accedat ff. de acq. hę. l. Pantonius. Item quando excluſio concernit alterius fauorẽ, ceſſante ratione fauoris ceſſat excluſionis effectus, vt ff. de au. & ar. leg. l. medico. §. fi. verba ergo exonerationẽ vniuerſalis hr̄dis reſpicientia adueniente caſu, quo non cadit exoneratio, non dn̄t aliqd operari: ad quod optimè facit in ratione ſui. ff. de contratab. l. ſi poſt mortẽ. §. liberi. p̄terea ego induco gl. l. quoties. C. de hær. inſti. relatā ad tex. pro iſta parte, nam lex loquit̄, quando teſtator reliquit vnā rem, & iuſſit eſſe contentũ. & gl. dicit, ꝙ ſi nō haberet cohæredẽ, haberet totũ, ſed iſta ſoror nō habet cohæredẽ: ergo totum debet hēre. gl. vr̄ ibi ordinaria, ſi ad tex. ſubtiliter referatur. huic ſatis accedat coniectura voluntatis: quia teſtōr potuit mutare voluntatẽ, & nō mutauit. vnde vr̄ fixiſſe pedẽ in pac. de prob. l. cum tacitũ. & l. quinquaginta. C. de inoff. teſ. l. 3. C. de teſta. l. ſancimus. pro certo in primo puncto ſatis ſum clarus, ſed in iſto ſecũdo vereor, ne voluntas teſtatoris offendatur. & ideo ſatis dubito, tamen de iure ſubtiliter puto ſororẽ prædictā fouere partẽ magis de iure defenſibilẽ, & excludere omnẽ aliam ſucceſſionẽ inteſtati, licet d. Bar. firmet partẽ contrariam, ſed in firmando etiā opiniones ipſe fuit nimis audax. & ex p̄dictis patet, ꝙ nec ipſe, nec alter verè, & perfectè paſſus iſtos ruminauit. Ego Bal. de Peru. ſic dico, & conſulo, & ad fidẽ me ſubſcripſi.

## CONSILIVM CCCLXXX.

1 *Executor datus in teſtamento cum plenaria, & libera voluntate vendendi abſq; contradictione hæredis, an poſſit vendere hærede irrequiſito.*



1 In Chriſti nomine. † Super eo, quod quæritur, an executor datus in teſtō cum plenaria, & libera voluntate vendendi abſque contradictione hæredis, ſicut fuit in teſtō dominæ cohæredis Rucię, poſſit vendere hærede irrequiſito, conſiderata plena, & libera poteſtate ei conceſſa. videtur de iure dicendum, ꝙ poſſit vendere, licet non requiſiuerit hæredẽ: quia ſi pōt vendere hærede irrequiſito, ergo & eo ignorante: valet enim talis poteſtas data executori per teſtatorẽ, de ali. lega. l. alio hr̄de. & no. in l. 2. C. quando decreto opus non eſt. tamẽ ſi venderet minus iuſto pretio, tenetur talis executor hr̄di, & idẽ ſi alias cōtingeret culpa, quia appoſuit manũ ad rem meliorẽ, cum poſſet vendere deteriorẽ, ar. ff. de nego. ge. l. 3. §. hæc verba. cum ſi. ſi venderet per dolũ colludendo cum emptore, tunc ipſo iure nō valet contractus, ſi hr̄s velit nō valere, ff. de ac. emp. l. Iulianus. § ſi quis colludent. nam non vr̄ permiſſus dolus, de his, quæ in frau. cre. l. ſi pr̄. ff. man. l. creditor. §. fi. cum ſi. non tamen nego, quin tutius ſit ſemper monere hæredem, ſicut cum ſit alienatio per executorẽ legitimũ, vel per ipſum hæres eſt monendus, ad hoc facit extra de teſtamentis. ca. nos quidẽ. de lega. 2 l. ſi tamen quibuſdā. de in diem adie. l. neceſſe. C. de author. p̄ſtan. l. fin. de natal. reſti. l. 2. de hr̄dita. & falc. §. ſi qs autẽ non implens. nō tamen in mero executore puto neceſſarium de iure, ꝙ moneat, vel inſtruat hæredẽ, vt dixi, ſi culpa vtiliter adminiſtrat, tenetur hæredi; venditio tamen & executio valet, niſi fieret contra formā mandati, ff. de ne. ge. l. qui aliena. §. libertos. Item ſuper eo, qd̄ quæritur, an Iaconellus debeat lucrari partem dotis ex forma ſtatuti, qd̄ dr̄ non confirmatum, vel ex forma teſtamenti? videtur ꝙ non, quia in teſtō relinquitur pars debita, ſi nil debetur, in l. legatur. de leg. 2. & l. Mæuio. §. à me. Credo, ꝙ hoc ſit contra mentẽ teſtatricis, & contra ius, quia præſuppono non ſolum ſtatutum ſed conſuetudo præſcripta de lucranda hac parte, quæ conſuetudo nō indiget confirmatione, cum capiat robur ex tempore, vt l. de quib. & de ele. c. Cumana. vi ergo conſuetudinis eſt hoc potius, quam ſtatuti. Ego Baldus. ſic dico, & conſulo.

## CONSILIVM CCCLXXXI.

1 *Onus aliquod poſt perfectam donationem an poſſit imponi in dicta donatione.*

1 In Chriſti nomine. † Factum tale eſt, Do. Cardinalis de Tuderto conſtituit quoſdam ſuos procura. ad dandum, & donandũ irreuocabiliter inter viuos D. Machaltæ eius ſorori. & quibuſdam alijs certa ipſius bona cum his conditionib. ꝙ d. D. Machalta, antequā ei fiat donatio p̄libata, det, & ſoluat domino epiſcopo Tudertino D. d. Cardinalis, tantũ 7. flo. au. & hoc pro ſoluendis legat. & debi. patris, fratrum & ſororum d. D. Cardinalis, vel nepotum, & cognatorum, & nihilominus ſi aliqua per eoſdem patrẽ, fratres, ſorores, & nepotes, & cognatos cuiuſcunq; legata apparerent: ꝙ d. D. Machalta teneatur pro parte tertia dictorum legatorũ debitorũ, prout latius patet publico inſtr̄o inde confecto, poſtquā d. D. Machalta ſoluit dictos 7. flo. au. & tandem recepit donationẽ dictarũ rerum ſecundũ formā mandati dictis ꝓcuratorib. poſt qd̄ mandatũ d. D. Cardinalis fecit quoſdam codicillos, in quib. reliquit cōmuni Tuderti 1500. flo. au. pro omni, & toto in quo eis tam ex ſucceſſione patris, fratrum, ſororũ, & nepotũ, quā aliquocunq; modo teneri poſſet, quo mortuo cōmune Tuderti à d. D. Machalta exegit 10. flo. de dicta ſumma. Quæritur, modo, vtrũ ad reſiduũ dictæ tertiæ partis d. D. Machalta, vel ea mortua hr̄des eius teneantur &c. Super quib. conſultus ego Bald. de Per. V. I. D. dico d. D. Machaltam, vel eius hæredẽ ea mortua nō teneri, niſi ad ea onera, quæ in cōtractu donationis expreſſa ſunt, ſuper quo conſidero. Primò naturā actus perfecti. Secundò robur actus inter viuos. Tertiò ius quæſitũ. Quartò vim, & poteſtatẽ legatorũ. Quintò, & vltimò qualitatẽ poſſeſſoris. Et primo arguo ſic; donatio iſta fuit actus perfectus, vnde poſtea non recipit onus, nec modũ, vel potuit apponi onus extra formā, cum nec valuit onus extra formā contractus, C. de dona. quæ ſub modo. l. perfecta. Ex ſecundo ſic, potentior eſt contractus inter viuos, quā teſtm̄ præcedens, vel ſubſequens: vnde alienatio teſtatoris facta inter viuos derogat teſtō, & codicillis. nō econtra, de leg. 3. l. 11. §. ſi rem. de ali. lega. l. rem legatā. & maximè qa contractus iſte nō fuit lucratiuus, ſed oneroſus: vnde aliud onus extra contractũ ſola vnius contrahentis voluntate nō potuit ſuperaddi, C. de condi. ob cauſam. l. ſi repetendi. cōtractus enim regulant̄ voluntate duorum, nō vnius tantũ, vt l. in emētis. & no. in l. 1. C. de pac. Ex tertio arguitur, ſic, ius q̄ſitum ex contractu nō poteſt tolli, vel minui, vel onerari ſola alterius voluntate. accedāt omnia iura, quę loquuntur de iure q̄ſito nō auferendo. C. loc. l. ſi cum Hermes. ff. de pac. l. fi. de contratab. l. ſi poſt mortem. §. fi. vnde cum hoc fuerit ius q̄ſitum ex cōtractu ſecundũ formā contractus, poſtea per codicillos alterari, vel elidi non potuit, nec nouũ onus inſeri. Ex quarto ſic, vis, aut poteſtas legatorum, quando legatur quantitas, eſt oblig. hæredẽ vniuerſalẽ perſonali obliga. Item ꝙ parit hypothecariam. C. com. de lega. l. 1. & 2. hoc vero contra D. Machal. non poteſt parere actionẽ perſonalẽ, qa non eſt hæres, ad Treb. l. 1. §. ſi hæres. nec hypothecariā. qa bona quæ poſſidet, nō erant teſtōris tẽpore mortis ſuæ, d. l. 1. in fi. cōmunia de le. nullo ergo iure poteſt conueniri Item nec potuit grauari, ꝙ iure cōtractus, non iure relicti poſſideat, C. de fidei. l. ab eo. de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberis. ff. ad l. Falc. l. pater filium. Ex quinto, & vltimo, qa poſſeſſor eſt ſingularis poſſeſſor, contra quẽ non cōpetit actio pſonalis, nec realis; qa non poſſidet corpus hr̄ditarium. nam ante mortẽ alienatũ hæres & iure donatarij inter viuos tenet. vnde nō tenetur agnoſcere, niſi onus cōtractus, nō onus codicillorũ, cōtractus enim extenuant legata, nō econtra, l. vel vniuerſorũ. de inof. teſt. l. Papinianus. §. quarta. Concludo ergo, ꝙ vi codicillorũ D. Cardinalis d. Machalta dum viuit, vel ea mortua eius ſucceſſores conueniri non pn̄t, nec ex p̄dictis. ſ. codicillis poſſet ſumi origo petitionis, ſed ſi apparent alia relicta facta per patrẽ, vel fratrẽ, vel ſorores D. Cardinalis in hoc ſecundũ formā contractus ſeruanda eſt fides contractus donationis, C. de do. quæ ſub modo. Ego Bald. de Per. ſic dico.

## CONSILIVM CCCLXXXII.

1 *Capitula plura quando continentur in laudo, & petitur reductio, & pronunciatur pro petente, & partim contra, an poſſit peti pœna in totum.*

1 In Chriſti nomine. † Quando plura capitula cōtinentur in laudo, & petitur reductio, & ꝓnunciatur partim pro petente, partim cōtra petentẽ, an poſtea poſſit peti ita vt paria ſint in totum ſuccũbere, & in aliquo vincere, & in aliquo perdere, quantũ ad pœnā. Præmittendũ erat. quandoq; laudũ non habet niſi vnum capitulũ. quandoq; habet plura capitula. Primo caſu ſi circa illud capitulũ aliqd reformatur, pœna nō cōmittitur. Nam cum ſit actũ legitime, pœnā non meretur, de ver. ob. l. quidā cum filiũ. ff. loc. l. q̄ro. §. inter locatorẽ. ff. ad l. Fal. l. Seius, & Augerius. & ita tenet Dy. in regula, ſcienti. Secundo caſu quādo ſunt plura capitula, aut ſeparata, quæ nō ꝓcedunt per eandẽ rationem, aut contigua, aut cōnexa, ita ꝙ pro vno debeant reputari, primo autẽ, pōt qs fouere ius in vno capitulo, & in alio nō fouere iuſtitiam. ff. fa er. l. quædam mulier. ff. de iu. pa. l. Carmelia. ff. de mino. l. etiam. §. ex cauſa. nec excuſat æquitas vnius capituli temeritatẽ cōmiſſam reſpectu alterius capituli, de le. 2. l. qui ſolidũ. in prin. aut ſunt cōnexa, & tunc habent̄ loco vnius capituli, d. l. etiā. §. ex ca. & ff. de ap. l. appellanti. per Dy. cum ergo capitula ſint diſtincta, & ſeparata, quanq̄ in aliquib. ſit bene actũ, poſtea cōmittitur reſpectu aliquorũ, in quib. actũ eſt iniq;. Quod ſic ꝓbo, hæc petitio pœnæ ex forma cōpromiſſi non ſolum ſumitur ex vniuerſo, ſed etiam ex aliquo, ergo ſufficit ad verificandum pœnalẽ ſtipulationẽ, ꝙ in aliquo contrauentum ſit, de reb. dub. l. ſi is qui. 200. §. vtrum. & iudicatum ſolui. l. cum quærebatur. ff. rem ra. hab. l. ſi proc. ex quib. infero, ꝙ pœna ſit commiſſa. eſt verum, ꝙ quidam dn̄t, ꝙ Io. An. in ti. de arb. in ſuis addi. in §. ſequitur. in verſ. in addi. quæ incipit, Dy. in regula ſcienti &c. ꝙ ſi ille, qui petijt reductionẽ laudi, habuit iuſtam cauſam litigandi, & hoc ꝓbat, ꝙ excuſatur à pœna, licet ſuccubuerit in cauſa reductionis. & pro hoc facit, ꝙ no. inſt. de actio. §. Item mixta eſt actio cōtra eos, & ꝙ no. C. quorũ appel. nō reci. l. ab executione. & ar. de re. iu. l. qui in ius alterius. & de ver. ob. l. ad diẽ. & l. cum filius. §. in hæc. in gl. tex. tamen ibi facit in contrarium. Item ſi iudex, ad quẽ eſt recurſum pro reductione, malè ꝓnunciauit, ꝙ poſſit hoc refragari repetitione pœnæ, no. gl. ff. de ver. ob. l. qui Romæ. §. duo fratres, in gl. mag. ver. ſi autem duc. ꝙ malè dicit ex illa gl. poſſit etiā argui in cōtrarium, in verſic.

ſed

ſed quid hoc caſu. & pro hoc. de rei ven.l.ex diuerſo.vt idem ſit iudicium de principali, & pœnali, & per vnum iudicium aliud ordinatur, & liquidatur.& hoc eſt contra Ioan.And. & facit ad hoc gl. ord.ff. ꝙ met.cau.l.ſi cum exceptione. §. hæc autē actio. ſed propria opi. quæ eſt æquior, facit, ꝙ pœna petitur de contractu, non ex ſententia: & quando agitur actione perſonali,& ex contractu, omnis exceptio videtur ſalua, & omnis vetus defenſio; vt no. ff.de excep.rei iud. l. duob. quicquid ſit, hoc non allegatur, nec ꝓbatur etiam in caſu noſtro.& ideo dico pœnam commiſſam ex particulari conuentione:non obſtat allegatio,ꝙ compromiſſum fuerit nullum ꝓpter incertitudinē tertij, quæ allegatio videtur fundari per l. itē ſi vnus.§. ſi in duos.ff.de arb. & extra eo.c. innotuit. nam ille §.intelligitur,quando dicti electi diſcordant; tunc enim euaneſcit compromiſſum ſecundum modernos, & ſecundum gl.& tunc non euaneſcit:ſed valet tuitione prætoris, non vigore arbitrij incerti: concordantes coguntur eligere tertium ſecundum gl.in eadem l.§. paterni.nam ratio,quia tex.dicit non valere,fundatur ꝓpter diſcordiam.Iſta ratio ceſſat, ſi vel proprio motu ſine iudice inuicē conſentiunt, arg.de lega.1.l. huiuſmodi.§. fina.nec apud veſtros doc. eſt q.de eo,qđ faciunt concorditer, quia nō eſt ſubſtantia compromiſſi improbata, ſed qualitas, ſeu modus, ſicut alibi no. C.eo.aut diceremus, iſta clauſula appoſita ad augendum non debet operari interitum compromiſſi, ſi cōcordant ſecundum omnes, nec diſcordant ſecundum gl. ſecundum modernos non omnes,ſecundum quoſdam expirat compromiſſum, quia iudex non tenetur ſupplere, vbi pars ſibi voluit prouidere: etiam vbi inutilis prouiſio ſubſidiarium iudicis officium impediat.nam partes eligendo viam prouidendi videntur deſeruiſſe prouiſionem legalem, C.de iu.delib.l.fi.§.pe.Item ne ineptias contrahentium iudex protegat, ꝙ ſatis poteſt defendi, ar.C.de pac.conuen.l.fi. ſuper connexitate capitulorum dico, ꝙ non ſunt connexa ea, quæ non ſunt adinuicem ordinata,ſed habent rationem diuerſam. C.de reb.cred.l.generaliter.& ar.ff.de leg.2.l.neminem,& l.ſi ex duob.ea ergo,quorum vnum eſt æquum,aliud iniquum, non ſunt connexa, ſed quodlibet per ſe decernitur. Bal.de Per. legum doc.&c.

CONSILIVM CCCLXXXIII.

1 *Libellus rectè formatus quando dicatur.*
2 *Pœna conuentionalis poteſt peti ſimul cum principali.*
3 *Statuta ſpecialia quando duo ſunt, quod ſtatutum debet attendi, quando concurrunt ſuper eodem.*
4 *Dies, & pœna conuentionalis vbi fuit mora commiſſa in obligationibus dandi, vel faciendi, non recipit purgationem.*

In Chriſti nomine. Primò tria excutienda videntur, primo circa libellum,an ſit rectè formatus. Secundò circa proceſſum,an ſit procedendum via compromiſſi, nec ne, Tertiò circa ſubſtantiam petitionis, an pœna ſit cōmiſſa, & an mora poſſit purgari,
1 vel non. † Circa primum an libellus ſit rectè formatus, allegatur ſic. ille libellus eſt rectè formatus, vbi ex narratis ab actore infertur concluſio,& iſta eſt maxima regula in materia libellorum, vt no.ff. de excep. doli.l.2. §. circa. ſed hic ex narratis ab actore, & conceſſis, ſequitur concluſio ad condemnationē rei, ergo libellus eſt aptiſſimus. Secundò probatur ſic: quocunq; libellus poſſit tolerari dicitur aptus.iſta ſunt d.per Innoc.de iudicijs c. examinata. ſed iſte libellus poteſt tolerari, ergo eſt aptus. In contrarium,ꝙ libellus ſit ineptus,ſeu petitio,ſic probatur.in libello fit mentio duorum menſium, infra quos promiſit ſe facturum &c. nec exprimitur in libello principium temporis.& ignorato principio de proceſſu incerti ſumus,nam qui ignorat terminum à quo, quādo terminus cōmenſuratur tempori, nec cum incertus eſt de medio, & fine, vt no. Old.in l.1.§. diem.ff.de eden. & Ia.de Are.C. de teſt.l.teſtium. facit, ꝙ no.ff. de teſtib.l. ob carmen.§. fi. & ff. de mino.l.3.§. minorē.de teſtamentis.l. qua ætate. & naturaliter patet,ꝙ tempus eſt menſura motus, & eorum quæ ſunt in motu. & motus eſt ab extraneo à quo,ad extraneū ad qđ. oportet ergo, ꝙ principium temporis ſit certum, vt ea, quæ ſequuntur poſt principium ſint certa.ſed hoc eſt certū principium temporis, ergo libellus eſt incertus, nam quędam ſpecies ineptitudinis eſt incertitudo libelli, ſi opponatur, vt no.C,de anna. excep. l.fi. maximè in petitionibus pœnarum. vbi omnia certiora eſſe debent, vt ff. de cond. ind.l.
2 teſtō. §. fi.† Secundò probatur: quia in eodem libello cumulatur petitio pœnæ,& facti principalis: licet iſtud videtur impoſſibile, quia ea, quæ ſic ſe habent, ꝙ tolluntur ex actione, vel iudicis abſolutione, non pñt cumulari: de lega. 2. l. cum filius. §. varijs. ff.ſi fa. fur.ſe.dica.l.1.in fi.ff. de exce.l.fundum Trebatianum.& l. fundi.ſed ita videtur hic, nam ſors cum pœna tollitur electione. etiam vbi non fit nouatio, vt l.reſcriptum.§.ſi pacto. de pac. & de excep. doli. l. apud Celſum.§. Labeo. vbi vr̃ caſus. Item ſors, & pœna tolluntur exactione, nam ſorte ſoluta pœna non dētur, etiam ſi poterat peti vtrumq; inſpecto concurſu innatiuit.ff. de arb.l. Celſus. item ſi pronunciatur nō contractum in ſorte, obſtat exemplum in pœna, & ſi contrarium pronunciatur in ſorte, excluditur defenſio in pœna,vt no.ff. de ver.ob. l. qui Romæ.§. duo fratres. in fi. magnæ gl. item ꝙ requirantur duo iudicia. primum ſortis, ſecundarium pœnæ, facit, ꝙ no.ff. ꝙ me. cau.l. ſi cum exceptione.§. hæc autē actio: quia ergo regulæ impedientes cumulationē hēnt locum in caſu noſtro,impeditur cumulatio. & quando cumulantur ea, quæ cumulari non pñt, libellus pro nullo reputatur, vt ff.de adul.l.ſi maritus. §. fin. Pro declaratione huius puncti ſciendum eſt,ꝙ quandoq; pœna cōmittit actus reſciſſionē, tunc nō poteſt libello eodem, nec dētur ſimul cum principali, vt l. cōmiſſoriæ. de pac. inter emp. quandoq; non continet actus reſciſſionē, ſed nouam obligationē,& tunc refert,aut talis pœna non poteſt peti vna cum principali, & tunc non procedit libellus de vtroq;, ſed dēt eſſe formatus de alterutro, vt in §.Labeo. aut poteſt peti vna cum principali, & tunc eius eſt pœna legalis, & procedit connexa petitio ſimul.de re.&c.c.pœna.C.loc.l.conductores.& C.vnde vi.l.cum ab re.& vtrobiq; no. & ſi pœna non eſt adhuc cōmiſſa, poteſt pœna conditionaliter peti: fundato tamen principali iudicio in petitione ſortis. nam in ſola conditione nō poteſt fundari proceſſus, nec cauſa petitionis diuidi. nam quēadmodum conditio, aut eius exiſtentia non eſt ius in actu, ſed in potentia, & ideo non fundat iudicium, facit ff.de vſur.l.1. in prin.aut pōt peti ſimul cum principali, & procedit ex diſpōne legali, vt in pœna contemptus, & tunc non poteſt vtrunq; peti: licet enim mora non poſſit purgari inuito actore, quia non cogitur actor recipere ſortem: tamen ſi recipit ſponte, à pœna receſsiſſe videtur,vt l.Celſus.& no.in l.2.de iure emphy. & ideo non poteſt in libello copulatiuè concludere ad exactionē vtriuſq;.fallit, C. de tranſ.l.vbi pactum.& l.ſi quis maior,aut ꝙ ſimul poſsit peti, & exigi,eſt actum expreſsè inter partes, & tunc ſtandum eſt formæ pacti,vt vtrunq; ſimul poſsit peti,& exigi.facit,quod no.de ver.obl.l.cum ſtipul. ſim mihi à proculo.ſecundum opi.Roſ.& eodem libello ſuper connexitate cauſarum vr̃, ꝙ vtrumq; poſſit peti. & ceſſat hic regula legis, fundi,& fundum. ad hoc benè facit,quod no.de ver. ob.l.2.§.Item ſi in facto in gl.or. & de ac. emp.l.1.in prin.l.ſi cum excep.§.hæc autem actio.per Gul.C.de iud.l.1. & ꝙ no.extra,de teſt.c.Ray. in gl.Ber. Iſte enim eſt caſus noſter.vnde vr̃,ꝙ libellus ſit benè conceptus.Non ob.argm̃.de incertitudine, quia edito inſtrumento circa facta eſt dies, vt ff. vt in poſ.l.poſtquam.§.ſi dies.& libellus quandocunq; declaratus procedit, vt ff.de rei vend.l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum. §. vlt. & hoc de primo puncto. & confirmantur prædicta: quia forma in modo agendi. vnde ſi contractus eſt alternatiuus, procedit ex eo alternatiua petitio,de eo, quod cer.lo.l. non vtique. §. ſi conditionalis, procedit libellus conditionalis non incipiendo à conditione, ſed à diſpoſitione. nam illud qđ eſt in obligatione, eſſe debet in petitione. de ſolu. l. ſi ſtipulatus.§.final.& ratio quia eſt quidam contractus pœnalis habens duo capita ſortis, & pœnæ, admittitur petitio duplex, vt ꝙ cumulatur in contractu, poſsit cumulari in petitione, vt ſuperius latè probaui. & facit. C. de contrah. & commit. ſtipulat. l. nu-
3 da.Circa ſecundum de modo procedendi ſuper petitis † videndum eſt, poſtquam dictum eſt de forma petitionis: & iſta quæſtio pendet ex intellectu ſtatutorum. nam ſtatutum de executione præcepti, & inſtrumenti publici vult celeriter expediri infra breuiſsimas dilationes. aliud ſtatutum de compromiſsis coactis, quia hæc lex conditionaliter nata eſt propter ſocietatem, videtur vrgere ad compromiſſum. hic videndum eſt; quia vtrunq; ſtatutum videtur principaliter fauere, vnum cauſæ inſtrumenti,& præcepti,alterū perſonæ ſocialium, & hæredum, quæ iſtarum ſpecialium deroget alteri, & an ſtatutum de executione habeat locum de inſtrumento non liquido, & an ha-





beat locum,vbi producitur inſtrumentum:non tamen vbi producitur præceptum, ſuper quo præmittendum eſt, quòd ſicut ſpecies derogat generi,ſic ſpecies ſpecialiſſima derogat ſpeciei non ſpecialiſſimæ, & indiuidua derogant ſpeciei, de le.3. l.hæres meus.§.duæ ſtatuæ. ſi autem eſſet par ſpecies in ſtatutis addendo eam ſpeciē,q̃ benignior eſt, & ſpecialiorē habet in ſe rationē,quia non multum debet ponderari,ſicut nos dicimus,qñ concurrunt plures tanquam priuilegiati, ille eſt potior, in quo reperitur potētia ratione fauoris,C.qui pot.in pi. ha. l. aſſiduis. §.excep.ff.qui po.in pig.hab.l.interdū.de priuile.cred.l.ſi vētri. §.in bonis.videndū ergo, quod eſt nomen ſpecialius,an nomen inſtrumenti,an nomen ſocietatis.& videntur habere ſe vt excedentia,& exceſſa,nam inſtrumentū prædicatur de inſtrumento ſocietatis,& aliorum contractuū. rurſus ſocietas alia cū inſtrumēto,alia ſine.& ſic diuiditur in membra, & membra quaſi indiuidua ſunt coniuncta ſub ſpecie iuris.videtur nomen ſocietatis ſpecialiſſimū eſſe, nam inſtrumentū de ſocietate eſſe, vel nō eſſe non eſt diuiſio in ſpecies inferiores, ſed in modos probādi: hac ratione videtur eſſe locum cōpromiſſo.In contrarium petere cauſam compromitti eſt quædam ſpecies diffugij,& declinationis iudicij, C.de iudi. l.pe. ſed vbi debitum eſt clarū, ratio ſuadet fruſtratorias non moras decidi.C.de tempo.appelat. l.2. prouiſio autem cum tempore certo facit debitum pœnę eſſe liquidum ex ſolo curſu temporis. Nec oportet creditorem aliter probare negatiuam,de proba. l.quinquaginta. de ver.ob.l.hoc iure.Cy.de iure emphy.l.2. de accuſ. c.ſuper his. per Inn.arg.C. de litis conteſt.auth.offeratur.Ibi dum dicit, ꝙ non modo, &c. item ſi eſt quædam decimatoria, debuit ante litis conte. opponi.C.de excep.l.fi.&quod notatur in c.fi.de excep.in c.paſtoralis.ſecūdum Inn. ergo videtur, ꝙ non poſſit peti cōpromiſſum; quia videtur per calumniā peti. vnde cum petēs debeat iurare, ꝙ non petit animo calumniæ, & liquidò apparet de calumnia, non debet ſua petitio admitti, ff. de iureiu.l.iuſiurandum.Nā vt ait Inn.paria ſunt ineptè petere,& euidenter iniuſtè,c.1.de offi. vica.per Inn.tūc enim petitio impugnatur ex ſeipſa:ſiue pateat error ex forma,ſiue ex materia,ar.ff.ne quis eum.l.1. §.Offilius. iudi.ſol.l.vir bonus. Ne quis vela regia. l.2.cum ſi.Itē nemo poteſt declinare iudicem in executione, extra de ap.c.nouit. Item compromiſſum de re dubia eſſe debet, qñ ſit in arbitratorē, ſicut tranſactio. ſed hic non eſt dubium, qñ ex cōtractu,& tēporis tractu certum eſt.& ſi dicatur,negocium facit rem dubiā,vt l.fi. qui ad libe.procla.nō licet. reſpondeo, verum eſt, ꝙ facit dubiā rem probandā,ſed non rem probatā. confundit enim probatio negantem,de pœnis c.d.reis.amplius occaſio eſt duplex à priore,vt l.Calfurnia.& à poſteriori, dicitur autem occaſio ordinatus caſus quomodammodo contingens, vt C. de legi.l.non dubium.de incendio.rui. & naufra.l.1.§.ex incendio.qđ vi,aut clā. l.alius.§.eſt & alia.& facit,quod no.ff.rerū amo. l.ſimiliter.ff.de dolo.l.cum quis pœnarum. l.concluſio. occaſione contingit in actibus naturaliter tendentib.in ord.ad pœnam:aptitudo enim conſideratur, & eius effectus dicitur occaſionaliter contingere,inſt.ad l. Aqui.§.his autem verbis.ff.de pe.hæ.l.vtrū.cum igitur in caſu noſtro pœna extra naturā contractus fuerit inſerta, non dicitur eſſe occaſio,niſi adeo remota, qđ debet conſiderari,vt ff.de furt. l.verū. & ſic ſumus omnino extra caſum ſtatuti. Itē priuilegium,qđ erat in actione ꝓ ſocio,videtur amiſſum ſtipulatiōe interpoſita,ff.de noua.l.alia.& l.emptor. Quid dicendum? hinc inde me ratio ventilat, nam intelligere ſtatutum de exequendis inſtrumentis incertis & non liquidis, poſſet inducere magnā abſurditatem: q̃ enim conditionalia & incerta ſunt indigent liquidatione,& probatione.C.de compenſa.l.fi. C.de ſent.quę ſine cer.quan.l.fi.ibi,pręſertim,&c.liquere autem debet, conſtareq; prætori de conditionis euentu, de iudi.l. ſed ſi reſtituatur.ff.de cond.& dem.l.quæ ſub conditione & l.qui hæredi.§.fi.de pig.act. l.ſi rem. §.fi.& not.ff.de dolo. l.filius. qui.ex cau.in poſ.ea.l.hæc adijt.in princ.& in c.1.de offic.dele.in fin.in clem.& in non liquidis nō poteſt eſſe vniformis dilatio,nec ratio terminorum.Item ſtatutum facit mentionem de inſtrumentis & præceptis, vnde ex hac copula datur intelligi, ꝙ loquitur de inſtrumentis ſimilibus in ratione executionis præcepti. hoc autem non eſt niſi in liquidis,ad hoc ff.de leg.3.l.fi. §.cui dulcia. & ar.ff.de re,dub.in l.1.copula enim poſita à lege præſumitur ęqualia copulare,non autem contraria,ſicut eſt certum,& incertum,ar.ff.de leg.l.non poſſunt. C.de reuo. do.l. his ſolis.poſſet fortè diſtingui,aut cōpromiſſum fuit petitum ante factā liquidationem, & tunc rectè fuit petitum. & habeat locum ſtatutū de cōpromiſſis coactis,& facta iā liquidatione,&tunc non procedit petitio cōpromiſſi, ar.C.de adul. l.quamuis indubitati.& iſtud credo æquum, & iuſtum, ſiue actor, ſiue reus petat compromiſſum.in hac autem cauſa legi eſſe datum terminū ad probandum,nec aliquid poſitum,vel articulatū.& per conſequens nec probatū. vnde ſi in hoc ſcilicet in acti. cauſæ non eſt error, credo compromiſſum petitum fieri debere. Non ob.terminus ſtatuti:quia legi ſtatutum in non liquidis aſſignare certum terminum.& quia illa meta,ſi qua eſt præfixa,foret iudici, nō parti,& ideo non claudit os parti.& no.doc.C.de iudi. l.properandum.in prin.& de excu. tu.l. ſcire. §.conſequens.per Iac. & Ol. Aliud eſt enim referre ad excluſio.patris. C.vt omnes tam ciui-
4 les.l.1.† ſuccedit nunc tertia quæſtio, in qua quod ſentio, non dico:quia non ſumus in diffinitiuo calculo, ex quo cauſa debet compromitti.vnum tamen teneo, ꝙ in hoc teneo opi.gl. ꝙ vbi eſt dies,& pœna conuentionalis, mora commiſſa in obligationibus dandi, vel faciendi, non recipit purgationem. & quia articulus iſte eſt de apicib.iuris,& articulus de ignorantia, vel difficultate,an excuſet,ſubſiſto pro nunc. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLXXXIIII.

1 *Vſusfructus quid ſit, quid fructuum commoditas.*
2 *Vſusfructus cedi non poteſt, ſecus eſt in commoditate fructuum.*

1 In Chriſti nomine. † In hoc puncto conſiderandum, ꝙ aliud eſt vſusfr.aliud eſt fructuum commoditas. Nam vſusfr. eſt quid inſeparabile à perſona, ꝙ cedi non poteſt, de noua. l.vſusfr.ff.ſol. matr.l.ſi vſusfructus.inſti.de vſufr. §.finitur. Natura enim inſeparabilia non poſſunt cedi, ff.de iu.do. l.ſi mulier. §.ex aſſe.fructuum verò commoditas bene poteſt cedi.de periculo & com. rei ven.l.neceſſario.§.fi.Item cōſiderandum, ꝙ vſusfructus formalis fuit legatus Ciolæ,& Agnodellæ.ff.de vſufru. l.ſi quis ita, & ibi no.& mortua Agnodella Ciolæ. ff. de vſufr.accreſcendo.
2 l.1.§.interdum.† vidēdum ergo,an in ceſſione, quam fecit Ciola,includatur ius,& actio iſtius vſusfr.ſatis videtur ex prędictis, ꝙ non:quia ius vſusfructus nō poteſt cedi, ſed commoditas bene poteſt cedi.ſed verba inſtrumenti ius ſignificant, nō merum factum perceptionis fructuū. & ideo vſumfr. de quo quæritur, includere non videtur. Nec ob.iuramentum, quia iuramētum habet vim confirmationis, vnde non ampliat, ſed roborat, de lib.le.l.Aurelio.§.teſtamento. Item non valet ceſſio, niſi vſque ad quātitatem, quam quis re vera perſoluit. C.man.l.per diuerſas.& illius litis ſumptus, vt ibi not.nunc verò ius vſusfr. includeretur.Item nec videtur cedere ius contra ſeipſum, vt l.1.in fi. de no.oper.nunc.vnde ſi ius vſusfr.includitur, aut erit contra l. per diuerſas.l.1.in fi.quæſtio eſt ſatis dubia, ſed de iure credo,vt ſuperius dixi. Ego Baldus de Peruſ.

CONSILIVM CCCLXXXV.

1 *Numeratio pecuniæ facta pro communi vtilitate ad negociandum inducit ſocietatem.*

1 In Chriſti nomine. † Numeratio iſtius pecunię facta ad negociandum pro communi vtilitate cōtractum ſocietatis induxit: quia ſocietas eſt, ſi vnus ponit pecuniam,alter operam,vt plenè not. C.pro ſo.l.1.& iſta ſocietas ſoluitur renuntiatione, vnde Pacius potuit ſocietati renunciare,& pecuniā petere, ff.pro ſo.l.actione.§.renun.& maximè quia expreſsè eſt dictum, & ad ſuam petitionem & terminum. in contractu commodati eſt ſecus, ꝙ vſu non finito non poteſt repeti commodatum: vt no. C.commod.l.2.dubium facit in hac quæſtione, quia non videtur liquida quantitas,cum ratio non ſit reddita,nec appareat, quæ ſunt reliqua.Sed reſpondeo,immo eſt certum ex inſpectione formę inſtrumenti,niſi probetur damnum, nam non præſumitur damnum,niſi probetur.& facit,quòd not.C.de ſent.quæ ſine cer. quan.l.2.quod ibi no. Ego Bal.de Peru.legum doct.

CONSILIVM CCCLXXXVI.

1 *Stante ſtatuto, quòd filia debeāt maritari de paragio, an paritas ſit ſeruanda in maritandis filijs.*

1 In Chriſti nomine. † Viſo dicto puncto videtur dicendum, quòd verba ſtatuti vrbis Romæ, quæ dicunt, quòd filiæ debeant ma-

ritari de paragio, intelligantur, ꝙ paritas ſit intelligenda attenta conditione perſonę, quantitatis patrimonij, & numero liberorum, vt ff. de leg. 3. l. ſi filię. ita namq; bonus vir debet modum dotis ſtatuere, de minor. l. ſi ex cauſa. §. in dotis. in hoc magis eſt attendenda conſuetudo generalis, quàm ſolius patris, accedat quod legitur de fund. inſtr. l. cum de lanionis. §. aſinam. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. de verb. ſign. l. tugurij. & l. vt Alfenus. licet enim inter liberos ſit ſeruanda ęqualitas, ſi poteſt ſeruari, vt l. vlt. communia vtriuſque iudicij. tamen in caſu noſtro non minus debet dotari, quæ eſt indotata, quamuis pater duas alias non maritauit cum dote decenti: ſicut econtrario ſi pater alicuius filiarum ſingulari affectu contractus vltra menſuram dotem dediſſet, ff. de leg. 2. l. cum filius. §. hæres meus. Nō ideo hanc viam in cæteris filiabus ſequemur. ſtrata ergo media incedendum eſt, & non quantum pater dederit, ſed quantum ratio dictat ponderandum, conditio ergo perſonæ inſpicienda eſt, præcipuè in iſtis, ſic in multis alijs, de vſu & habi. l. plenum. §. equitij. de act. & obl. l. fin. aptè dicitur nubere, quæ nubit pari. & facit ff. qui, & à quibus. l. ſi rogatus. §. matrimonij. Ego Bald. de Peruſi.

CONSILIVM CCCLXXXVII.

1 *Pace facta inter duos inimicos cum promiſſione hincinde de non offendendo in perſona, vel in reb. ſi alter fuerit interfectus, & derobatus, an fideiuſſores teneantur tam de robaria, quàm de offenſa occiſi.*

1 In Chriſti nomine. †Proponitur, quòd inter quoſdam inimicos facta fuit pax, & promiſſum hincinde non offendere in perſona vel rebus, ſub certa pœna toties committenda, quoties fuerit contrauentum, & dati fuerunt fideiuſſores, & tandem duo de vna parte occiderunt alium de alia parte, & poſtquam occiderunt, iuerunt ad domum dicti occiſi, & derobauerunt domum. modò à fideiuſſoribus offendentium petuntur duæ pœnæ, vna ratione homicidij, alia ratione robariæ. & per hoc quia ſunt plura delicta, numerus delictorum inducit numerum pęnarum, C. de accuſ. l. ſi quis homicidij. de priuatis delic. l. nunquam plura. Item duo ſunt capita, vnum de offenſione perſonæ, aliud de rebus. & in vtroque eſt conuentum, ergo ex quolibet c. pœna debetur, cum actum ſit, vt ſæpius committatur, vt l. ſi duo. §. fin. ff. de arbitr. In contrarium, quia iſte prius fuit occiſus, & ſit pax morte finita: vnde ammodo nō poteſt pax rumpi iam mortuo, argumen. de bon. liber. l. qui libertus. §. poſthumus. & in auth. de nupt. §. deinceps. Nam morte finitur contractus pacis, argu. ff. de capi. l. non à patre. ergo finiuntur omnia capitula contractus, & omnes pœnæ in futurum committendæ, argum. not. ff. de mino. l. verum. §. 1. ſed poſſet dici, quòd imo mortuus offenditur, & cadaueri fit iniuria, vt C. de ſepul. viol. l. qui ſepulchro. in verbo, domus defunctorum. ff. de iniu. l. 1. §. quoties. & defunctus dicitur habere amicos, & inimicos. argu. in l. 1. §. eleganter. de ventre in poſ. mitten. quid dicendum? So. fateor, quòd ſi primò eſſet derobatus, poſtea occiſus, eſſent duæ pœnæ, quia eſſet ventum cōtra duo capitula. ſed ſi primò eſt factum homicidiū, & deinde ex interuallo eſt derobata domus, iſta robaria non eſt ruptura pacis; quia quod non eſt, rumpi non poteſt, de iniuſt. teſta. l. nam ſi ſub conditione. §. poſt defectum. de verb. ob. l. decem. ad hoc facit de neg. geſt. l. 3. §. hæc verba. in ratione ſui. & de ſeruit. leg. l. pater. ſi autem ſimul eſt facta occiſio, & robaria, tūc crederem duas pœnas infligendas, quia totum videtur tempore pacis perpetratum, ff. de manumiſſ. teſta. l. qui duos autem. ergo robaria præcedit, homicidium autem ſequitur, & ſi ſequitur, aut incontinenti, aut ex interuallo. & facit ff. de act. & obl. l. nunquam actiones. & quod not. in c. 1. de reg. lib. 6. in Nouel. & ibi habemus iſtam diſtinctionem, ff. de adult. l. quod ait. §. fin. ff. quod vi, aut clam. l. ſi alius. §. eſt & alia. incontinenti tamen intelligo hoc, quando ſine interuallo temporis ſit, & in eodem loco, ita quòd actus ſint continui, vt ſi quis occidit, & immediatè ſpoliet, hæreditas enim vim non pateretur, nec furtum, ff. ſi quis teſta. li. eſſe iuſſus fuerit. l. 1. §. Scæuola. Ego Bald. ſic dico, & conſulo.

CONSILIVM CCCLXXXVIII.

1 *Rectores deputati per principem, vel confirmati habent iuriſdictionem cognoſcendi, & puniendi de leuibus criminibus.*

2 *Crimina atrocia quæ dicantur, & quæ leuia. nu 3. & adde infra conſi. 412.*

1 In Chriſti nomine. †Si princeps non vult, & ciuitates, vel nobiles vniuerſitatis nullam habent iuriſdictionem, multominus vniuerſitatem poſſidere, ſola enim permiſſio vel tolerantia principis concedit iuriſdictionem, quæ quaſi pręcario tenetur à principe, & cum princeps vult, non erit: & ideo in poteſtate principis loca, ſtatuta, & conſuetudines ſunt, de ſepulchro violato. l. 3. §. diuus. in auth. caſſa. & in ca. 1. de conſt. lib. 6. nam Imperator eſt dominus legum, & poteſt tollere, & reformare, vt in 1. conſtit. C. §. quib. & apoſtolicus, qui eſt princeps principum, & dominus dominantium, tamen in caſu noſtro non eſt dubium, & dubitandum: quoniā dicta inquiſitio proceſſit: quia ſtatuta fuerunt confirmata, & inter cōfirmata eſt ſtatutum noſtrum, vt ff. de mili. teſtam. l. tribunus. §. Iul. non enim dicitur crimen graue attento genere pœnæ, quia pecuniaria parua, nec quia de prioribus, ideo enorme, quia prior, & decurio æquiparantur, & nō omnis iniuria facta decurioni eſt graue crimen, maximè quia
2 non dicitur, quòd in contumelia officij. † pluribus autem modis dicitur crimē atrox, vno modo omne, quod dolo, de mino. l. auxilium. §. in delic. de reg. iur. l. ad ea. Secundo modo ſecundū qualitatem pœnæ dicuntur atrocia, vel leuia. ff. de publi. iudi. l. 2. & not. ff. de accu. l. leuia. & ideo leue cenſetur delictum, quod
3 lex punit leuiter, in auth. de defen. ciui. §. audient. † & poteſt dici, quòd omne crimē ſit leue, ex quo imponitur pœna pecuniaria infra 300. aureos, eo. ti. §. & iudicare. & ideo de talib. poteſt inquiri per rectorem loci, ſi ſuperior vetet, intelligo de principe, qui poteſt vetare, non de præſide prouinciæ, qui non poteſt iubere iuſta, & licita iuriſdictione inferiores vti, vt not. Arch. 11. q. 1. de perſona. conſuetudo autem dat iuriſd. de emanc. libe. l. 1. ff. de iuriſdi. om. iu. l. more maiorum. de diu. offic. l. viros. cum ſi. & facit, quod no. Inn. de conſti. c. cum acceſſiſſent. & ff. de iu. l. 2. §. is datur. de fo. compet. c. cum contingat. & per Guil. de Cu. in l. & quia. de iuriſ. om. iu. cum ſi. concluditur igitur rectores dicti communis, qui per ſuperiorem deputantur, vel confirmantur, habere iuriſdictionem cognoſcendi & puniēdi de leui. criminib. & intelligo leuia, pro quib. imponitur pœna pecūniaria mera, & parua. & ꝓbatur per no. in d. §. in delictis. Bal. de Peru.

CASVS.

Factum tale eſt, & proponitur. Quidā Dominicus Mei emit vice, & nomine Colæ Sacchi de ipſius Colæ pecunia quandam vineam, & certas alias poſſeſſiones, à Federico Serbelli, domina Petrucia & Conſtagiono pro pretio 42. flo. auri, prout patet præſenti inſtrumento, quod vobis mitto. verum & eodem loco, & tempore, & teſtibus actum extitit, inter partes prædictas, ꝙ ſi dicti venditores infra certum terminum negligent prædictas poſſeſſiones recolligere pro dicto pretio 42. flor. auri, ꝙ liceret eis, & emptor deberet lucrari medietatem vindemiæ futuræ dictæ vineæ, prout de dictis pac. patet in quodam alio inſtrumēto, cuius copiam vobis mitto, dicti venditores nunꝗ dixerunt velle recolligere poſſeſſiones prædictas infra dictū terminum, nec poſſunt, imo dictus Cola, & heredes eius tenuerūt ſemper dictas poſſeſſiones pacificè, & quietè: modo dictus Conſtagionus dicit, ꝙ vult recolligere dictas poſſeſſiones pro duab. partib. ſ. pro parte ſua, & dominæ Petruciæ p̄dictæ, q̄ conceſſit dicto Conſtagiono in vita ſua, & dicit dictus Conſtagionus, fructus oēs debere cōputari in ſortē, cum dictus contractus fuerit re vera pignoratitius, & ad hoc probandū ꝓducit ſolummodo inſtr̄m prædictū cum dictis pactis, prout continet̄ in copia prædicta, quā vobis mitto. & dicit dictas poſſeſſiones valuiſſe vltra 80. flo. auri tp̄e dicti cōtractus, & hoc non ꝓbat. pro parte verò hæredū dicti Colę dr̄ dictas poſſeſſiones fuiſſe purè venditas, licet cum dictis pactis. itē dn̄t dictas poſſeſſiones nō valuiſſe tp̄e dicti contractus vltra 50. & ad plus 52. flor. auri. & hoc ꝓbant dicti hæredes. item ſer Federicus vnus ex venditorib. p̄dictis dicit, dictas poſſeſſiones fuiſſe purè vēditas, licet cū ĵ ſcriptis, pactis: & hoc contra notariū, qui ſcripſit p̄dicta. Modò q̄ritur declarari, vtrū dictus cōtractus debebat iudicari pignoratitius, nec ne.

CONSILIVM CCCLXXXIX.

1 *Contractum pignoratitium quæ faciunt iudicari.*

2 *Indicia plura an requirantur, vel ſufficiat vnum ad inducendam præſumptionem ſimulationis, & fraudis contractus.*

1 In Chriſti nomine. † Quòd dictus contractus debeat iudicari pignoratitius, videtur ꝓbari tali ratione: cum aliquid percipitur pro reuenditione vltra pretium datum, talis contractus cenſetur pignoratitius, vt extra de pign. c. illo. ſed hic aliq̄d vltra pretium percipitur, videlicet medietas fructuum, ergo non debet cenſeri pura venditio, ſed potius pignus. Secundò probatur ſic, qn̄ pactū congruit naturæ emp. tunc ex pacto præſumitur emp. ſed qn̄ non congruit emptioni, ſed fœneratitio cōtractui, tunc p̄ſumitur pignus. ita no. Cy. & Ia. de Are. C. plus valere q̄d agit̄. l. emptione. ſed illud pactū, ꝙ lucretur fructus pendētes, vel nō pendentes, abhorret à natura reuēditionis, in qua ſi quidē fructus ſint recollecti, non includuntur niſi ex mora, vt l. 2. C. de pac. inter emp. ſi ſint pendentes, oēs includuntur, vt l. fi. §. pe. q̄ in frau. cred. vnde diuiſio fructuū, de qua loq. it̄ inſtrumentum, nullo tp̄e, & nullo modo pertinet ad naturā puræ reuēditionis, ſed potius ad naturam vſurarum: quia etiam ſi ſequenti die poſt contractum redditur ſors, tn̄ ex forma pacti deberet lucrari dimidiam fructuū, certè quicquid accedit ſorti, eſt vſura. ff. ſi cert. pet. l. rogaſti. §. ſi tibi. & talis contractus p̄ſumitur, qualis ex pactionib. declaratur, ff. de contrah. emp. l. qui manū ſata §. nemo. In contrarium, ꝙ debeat iudicari vera emptio, ſic probatur: nā in dubio omnis contractus p̄ſumitur verus, & non ſimulatus, vt C. de prob. l. cum precib. ergo iſte cōtractus præſumitur verus. Scd̄ò probatur hoc; quia confeſſio vnius ex correis debendi, & recognitio debiti nocet alteri correo, vt C. de duob. rei. l. fi. ſed vnus ex conuenditorib. inſolidum obligatis recognoſcit fuiſſe verum contractū, vnde ſtandū eſt dicto ſuo, cum bonam fidem
2 agnoſcere præſumatur, vt ff. manda. l. quintus. † Tertiò ꝓbatur per dictum c. illo vos. nam illud c. pręſumit ſimulationē ex indicijs. nam ex vno indicio non indicatur, cum vnum indicium ſit minus, quàm ſemiplena probatio, vt no. ff. de prob. l. probatio. qn̄ ergo tria indicia, vel ſaltim duo concurrunt, tunc præſumitur contractus ſimulatus, ſed ſi non occurrit niſi vnum indiciū, tunc eſt ſecus, maximè ſi aliud indicium eſt in contrarium, ſicut eſt hic: nam non poteſt negari, quin dictum correi faciat ſaltim indicium contra correum, vt C. de fi. inſtrum. l. 2. Declaro, quid eſt dicere tria indicia, duo, & vnum. tria indicia ſunt, quando fructus computarentur in ſortem, quando adderetur vltra ſortem, quando quis eſſet ſocius fœneratoris. ex trib. duo ſufficiūt; quia indicijs pluribus concurrentibus argueretur effectus. & ita dicit ex duob. non dicit ex vno tantum. Item ex indicijs pluribus concurrentibus iudicatur in c. ad noſtram. de emp. & ven. nam ibi vnum indicium erat, quia mutuum noluerit accipere, contractus præceſſerat ex mutuando. Secūdum indicium erat, quia res erat longè maioris pretij, non præſumitur fraus, nec ex ſolo pacto, niſi forte cōcurreret cum illo aliud indicium, quod erat ſolitus fœnerari, non ſufficeret, vt no. Iaco. de probatio. l. 1. §. pro certo. etiam in iſto contractu ſunt præſumptiones pro, & contra, tamē finaliter credo, ꝙ ſi vnus ex venditorib. in iudicio recognouit & confeſſus fuit contractum fuiſſe verum, & nō pignoratitium, quòd huic confeſſioni contra eos ſit ſtandum, per caſum dictæ l. vltimæ. C. de duob. re. & iſtam opin. teneo per dictam l. ego Bal. de Per. legum doct.

CASVS.

Factum tale eſt. Quidam frater Vbaldus ſindicus, & procurator monaſterij ſanctæ Marię ſchalarū vendidit Cecho Matheoli quandam petiam terræ pro certo pretio, in qua terra eſt quædam formula, per quam ſolebat diſcurrere aqua, quæ exibat de quodam molendino dictorum fratrum ſuper dictam terrā poſitam in quadam alia parte terræ dictorum fratrū, & in ipſa dicti fratres reſeruauerunt ſibi dictam formulam, vt patet manu Ser Matthæi Ioannis de Eug. & poſt dictam venditionem dicti fratres venerunt cum dicto Cecho emptore ad certa pacta, vt patet manu ſer Nucij Nigri notarij de Eug. quæ inſtrumenta emp. & pactorum vobis mittimus in publicā formā. modo fratres videntes, quia molendinum eſt deſtructū, vendiderunt ſibi aliam terram, vbi erat locus dicti molendini, & etiam vendiderunt omnia iura, quę habebant in dicta formula. modo ille emptor dicit ꝙ dicta formula eſt ſua, & ꝙ vult ipſa vti ad aliū vſum quàm ad curſum aquæ. Reſpondetur per dictum Cechum. ꝙ dicta formula ſolum eſt deputata ad curſum aquæ, & ad alium vſum ea vti non poſſunt, & ꝙ ipſe Cechus offert ſe paratum omnia adimplere, quæ continentur, & ad quæ tenetur ſcd̄m formam inſtrumenti dictorum pactorum. modò quæritur viſis inſtrumentis prædictis, & puncto ſupraſcripto, q̄d iuris ſit in prædictis, an dictus emptor d. molendini poſſit vti dicta formula ad alium vſum, quàm ad vſum aquæ, quia vult ipſam laborare, & eam vendere, an ſit dicti Cechi, & an poſſit dictam formulā intrare inuito dicto Cecho.



CONSILIVM CCCXC.

1 *Fundo vendito reſeruata formula, quæ eſt in ipſo fundo, an intelligatur talis reſeruatio quo ad dominium, an quo ad ſeruitu.*

2 *Acceſſus an, & quando pateat alicui ad rem ſuam.*

1 In Chriſti nomine. † Quæſtio iſta hēt duo dubia. Primus punctus eſt, an dicta reſeruatio dictæ formulæ fuerit facta quo ad proprietatem, an quo ad ſeruitutem aquæ ducendę per fundū venditum. Et quod videatur facta per modum ſeruitutis, & ſic non liceat ad alium vſum permutare, videtur caſus. ff. de ſeru. ruſt. prædio. l. qui duo prædia. In contrarium, ꝙ videatur reſeruata plena proprietas ſic, ꝙ licitū ſit domino vti, ad quē vſum vult, vt ff. de pac. l. nemo videtur caſus. ff. de leg. 1. l. ſi fundū ſub conditione. §. qui fundum. & hoc videtur verum, nam verba dicūt, ꝙ reſeruauit ſibi formulam certæ latitudinis, &c. vnde iſta verba ſapiunt exemptionem, ſeu excluſionem, imo expreſsè dicit, ꝙ formula in venditione non veniat, &c. meritò ergo in venditio. non venit, vt ar. C. de peri. & comm. rei venditæ. l. ſi vina. & ſic non receſſit à commercio venditoris, & fuit facta ad menſuram: & dicta formula non fuit menſurata, nec pro eius ſolo, ſiue area, aut alueo ſolutum aliquod pretium. meritò ergo nō quod alienatur, in priſtino dominio retinetur, argu. ff. quibus ex cau. mai. leg. hoc vtilem. dubium mihi facit: quia ſuperficies excepta videtur, eo quòd fuit reſeruata forma certæ longitudinis, nam ſi proprietas fuiſſet reſeruata vſque ad centrum tęrræ, reſeruatio porrigeret vires ſuas, ſicut ſurſum vſque ad cœlum. vnde ex iſto pacto videtur innui, quòd ſit reſeruata ſuperficies tantum, arg. ff. de ſerui. ruſt. pręd. l. Lucius Titius Gaio. adiectiones enim quandoque ampliant, vt ff. de vſufru. l. Proculus. quandoque limitant, ff. de verb. ſig. l. ſi cum fundū. ad idem ff. de actio. & obl. l. obligationum ferè. §. placet. ver. ſic & in contrahendo. non autem dico, quòd ſit ſeruitus aquæ, ſed ꝙ ſit vtile dominiū ſuperficiei reſeruatum. quandoq; enim aliquid reſeruatur principaliter propter ſe, & tunc reſeruatio interpretatur pleno iure, ſi natura verborum patitur. ff. communia præd. l. ſi in venditione. ff. de leg. 1. l. ſi quis legauerit fundum Cornelianum. quandoque reſeruatur acceſſoriè: & tūc quandoq; accedit ſeruituti, & cenſetur reſeruatū per modum ſeruitutis, vt d. l. qui duo prædia. aut accedit proprietati, ſicut hic formula accedit molendino: & tūc videtur exemptū ſaltim vtile dominiū, & ſuperficies. & ita eſt in caſu noſtro, ſiue ergo ꝓprietas, ſiue ſuperficies fuerit reſeruata, potuit in alium alienari, ff. de ſuperfi. l. lege 1. §. quod ait. Et hoc de primo puncto, de quo concludendo dico, ꝙ non eſt ſeruitus, ſed proprietas, vel ſaltem vtile dominiū, & quædā non inſeruntur, & tn̄ quo ad quid in venditione includuntur, ff. de acq. rer.
2 dom. l. Marcius. † Super ſecundo puncto, an pateat ingreſſus ad illam formulam venditori, vel ſucceſſori ſuo, conſiderandū eſt, ꝙ interdum quis vult ingredi agrum ſuum per locum ſuum, interdum per locum alienum, interdum per viam publicam. Primo caſu, & tertio licitus eſt acceſſus, & ſi via publica ſit deſtructa, tunc ſeruanda eſt lex, ſi locus. §. fi. ff. quemad. ſerui. amit. ſecundo caſu quando volo tranſire per agrum alienum, tunc aut vtendo ſeruitute conceſſa à domino agri, & poſſum eo inuito, vt ff. de ſer. vrb. præd. l. olimp. & ff. de vſufr. l. ſed ſi quid ædificauerit. §. proprietatis. aut vtēdo proprietate, & nō poſſum, vt ibi no. in q. iſta conſiderandus eſt tenor pactorū, nam pactū dicit, ꝙ tunc ſit licitus acceſſus venditori, ſi emptor non purgat formulam: ergo à contrario ſenſu non eſt licitū, ſi emptor purgat. & hoc ideo, quia dicta cluſa erat vallata muro, vnde murus frāgi nō potuit, vt no. Inn. in c. 1. de immu. ecc. & hoc teneo, q̄a pacta talia ſunt ſeruanda, vt no. C. de pac. inter empt. l. fi. & arg. à contrario ſenſu in pactis habet vim pacti expreſſi, vt ff. de pac. dot. l. inter ſocerū. §. cum inter. item pactum formulæ manutenendæ fuit factū gratia vtriuſq; part. nā ex hoc emptor habet vtilitatē: q̄a poteſt purgare hortos emptos. vnde iſtud cōmodū ſibi non pōt auferri de aqua plu. ar. in concedendo. nec poteſt impediri, quo minus teneat formulā purgatā, ſi talis eſt qualitas agri empti, quod inde percipiat commodum. Ego Bald. de Peru.

CASVS.

In Chriſti nomine Amen. Punctus q̃ſtionis, ſuper quo conſi-
lium poſtulatur, talis ſubſtãtialiter eſſe dignoſcitur. quidã ciuis
vrbis Veteris nomine Lucius Bartolocij habens vnicã filiã no-
mine Catherinã, legitimã & naturalẽ nuptam viro ſuo tradidit,
ex qua ſunt plures filij, & quandã eius neptem carnalem ex filia
defuncta nuptam, & dotatã, & viro traditam per ipſum Luciũ,
& quẽdam eius nepotem carnalẽ ex filia ſua defuncta, vt præ-
dicitur, dotata, & viro tradita, conſtitutus in extremis ſuũ con-
didit teſtm̃, in quo inter alia iure inſtitutionis reliquit cuilibet
certam quantitatem, prout oculata fide in ipſo inſtr̃o teſtamẽti
videre poteris, dictã Catherinam eius filiam ſibi hæredẽ vniuer
ſalem inſtituit in omnib. ſuis bonis, quod teſtm̃ vobis tranſmit-
titur, prout iacet. Opponitur & dicitur ꝓ parte dictorũ nepotũ
d. teſtatoris defuncti, ꝙ ipſe Lucius non potuit dictos ſuos ne-
potes grauare in debita portione, q̃ eis obuenit ſeu competit in
bonis dicti teſtatoris iure naturę, & Trebellianicę, vel alio quo-
cunq; iure, &c. Nunc quæritur ſuper prædictis, viſo dicto teſtõ,
& certis ſtatutis noſtri cõmunis, quæ vobis tranſmittimus, quid
iuris, & ſi dictum teſtamentũ tenet pro hęrede, à prędictis lega-
tis debeat obſeruari, vel quæ portio de iure debeatur eiſdẽ ne-
potib. ipſius teſtatoris in bonis ſuis, & quo iure, vel quid agen-
dum ſit per hæredem eius ad conſeruationem iuris ſui.

CONSILIVM CCCXCI.

1 *Stante ſtatuto, quòd diſpoſitio inter filios, & nepotes, & filias, & neptes facta rata ſit, & firma, nec poſſit retractari, an excludatur actio ad ſupplementum.*
2 *Statuto non intelligitur ius legitimæ adimi, vel minui, niſi ſpecialem mentionem de legi. faciat.*
3 *Statuto poteſt minui legitima.*
4 *Legitima filiorum quanta ſit.*

1 In Chriſti nomine. †Præmittendum eſt, ꝙ
licet ſtatutum dicat, ꝙ
diſpoſitio inter filios, & nepotes, & filias, & neptes facta rata ſit
& firma, nec poſſit retractari, tamen per iſta verba non excludi-
tur actio ad ſupplementum legitimæ, quæ ideo introducta eſt,
vt teſtamenta ſint firmiora, & non ſubuertantur, vt C. de inoff.
2 teſt. l. omnimodo. & l. ſancimus. † Item per ſtatutum non intel-
ligitur ius legitimæ adimi, vel minui libe. niſi ſtatutum ſpecia-
lem mentionem faciat de legitima, & tunc minuere poteſt in
totum, adimere nõ poteſt: quia legitima eſt quaſi de iure natu-
rali, in totum tolli nõ poteſt, ſed modus, ſeu quota legitimæ eſt
de iure ciuili, & ideo olim minor fuerat, nunc eſt aucta in auth.
3 de trien. & ſe. §. 1. †Item per ſtatutum poteſt adhuc diminui, Dy.
in c. indultum. Cy. C. de nup. l. ſanci. tamen ſi ſtatutum vtitur ge
neralibus verbis, & non ſpecialib. non trahuntur verba genera-
lia ad legitimam. C. de inoff. teſt. l. ſi quando. §. ſi. facit, quod no.
ff. de tranſac. l. de his. per Gul. de Cu. Item ſtatutum prædictum
intelligitur, ꝙ non retractetur propter defectum ſolennitatis,
ſeu numeri teſtium: ſed ſi pater exhęredaret filium, bene poſſet
retractari, ff. de inof. teſt. l. Titia. & facit, quod no. in auth. ex cau
4 ſa. Hoc præmiſſo † venio ad quæſitum, & dico, ꝙ conſiderato
numero liberorũ, qui ſunt tres, nomine legitimæ inter omnes
debetur tertia pars tutorum bonorum. primo detracto ære alie
no teſtatoris, quod teſtator debuit, vt in §. quarta. cuilibet ergo
nepotum debetur tertia tertiæ. ſ. 5. pars de nouem partib. totius
hæreditatis, diuidendo eam per nouem partes: verbi gatia ſi to-
tum patrimonium teſtatoris facta coll. in computatione dotiũ,
valet nouem milia cuilibet nepotum debentur mille, in quibus
mille imputat neptis ex filio dotem ipſi nepti datam, & nepos
ex filia dotem datam matri ſuæ, vt C. de coll. l. illam. §. fin. verbi
gratia: ſi dos fuit 500. nepos retinet illa 500. ſine onere l. vxor. §.
pater naturalis. de leg. 3. & alia 500. ſibi ſupplentur ab hærede v-
niuerſali de alijs bonis teſtatoris. ſi autem dos fuiſſet mille, nil
deberet ſuppleri, ſi verò eſſet plus quam mille, illud plus nõ co
geretur remittere in communi, quia exiuit de bonis dotantis,
vt l. dedit dotem. de coll. bo. de trebellianica nepotum non eſt
fienda mentio, quia ius Trebellianicæ non poteſt competere
inſtitutis in certa quantitate, vbi eſt vniuerſalis cohæres, ad leg.
Fal. l. lex falc. §. vnquam. ad Trebellia. l. 1. §. inde Neratius.

CONSILIVM CCCXCII.

1 *Subſtitutio facta per verbum cõmune eſt omni tempore fideicommiſſaria.*
2 *Mater non excluditur à ſucceſſione filij ratione non petiti tutoris quando parum vixit.*
3 *Alienata imputantur in legitimam.*
4 *Renuntiatio in certis rebus non facit accreſcere cohæredibus.*
5 *Re ipſa minori fit mora.*
6 *Inſtrumentis notarij deportati propter ſuam confeſſionẽ an ſit danda fides.*

1 In Chriſti nomine. †Super primo puncto,
videlicet an dicta ſubſti
tutio ſit credenda pupillaris, vel fideicommiſſaria, inhærendo
cõmuni opi. qa eſt facta ꝑ verbũ cõe, & qa teſtator non diſtinxit
tpa, dico, ꝙ eſt omni tpe fideicommiſſaria; vt no. in l. precib. & l.
centurio. & inſt. de pu. ſub. §. extraneo. maximè qa mater erat in
medio, licet Cy. in l. precib. in noua addi. & gl. in §. qua ratione.
videatur ſentire, ꝙ ſit pupillaris infra tẽpora pubertatis. & text.
etiam in c. ſi pater. de teſt. li. 6. & pro modo non reſpondeo, quia
prolixus eſſet ſermo. non ergo diſcedo à communi opi. maximè
quia nõ erat mater in medio, vt d. l. precib. Super ſcdo puncto,
an ius dictæ ſubſti. cõpetat pro virili Petro filio, & hr̃di Cechi,
dico ꝙ ſic, non vi paternæ tranſmiſſionis, ſed ideo quia teſtator
ſubſtituit hæredes ſubſtitutorum, ff. ad Treb. l. ſi quis Titio. ff.
2 de ver. obl. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. †Super tertio puncto, an
mater prædicta excludatur à ſucceſſione ratione non petiti tu-
toris, dico, ꝙ non, quia morte filij, qui nõ ſuperuixit, excuſatur,
C. de leg. hære. l. ſciant. nam tp̃s eſt trium menſium, vt patet ex l.
ſi debitori. de iudi. coniuncta l. fin. C. de exec. rei iudi. Item pro-
batur per l. 1. ff. de iu. deli. vbi ſit mẽtio centum dierum. Itẽ pro-
3 batur in d. l. ſciant. vbi fit mentio anni, &c. † Super quarto pun-
cto, an alienata per matrem imputentur in legitima detrahẽda.
dico, ꝙ alienata imputãtur in legitima, vt in auth. de reſti. & ea,
quę pa. §. quamobrẽ. ſicut in Tre. vt ff. ad Tre. l. Marcellus. §. res,
4 quæ. † Super quinto puncto, an ex renun. Angeli Thomaſij ac-
creuit aliquid d. Petro. Reſpond. ꝙ nihil accreuit: qa iſta renun.
in certis rebus non eſt renunciatio fideicõmiſſi vniuerſalis, ſed
eſt pactum de non petẽdo ſpeciale ſuper quibuſdam rebus. vn-
de cum dicti Ang. & Tho. adhuc ad fideicommiſſum vniuerſale
admittantur, quod non eſt caducum, vel quaſi, alteri nõ accre-
ſcit, vt in §. pro ſecundo. & ꝙ non ſit vniuerſalis renunc. apparet
per l. neminem. de leg. 2. ff. de ac. hær. l. 1. & 2. Item vnde facit in
5 ſimili. C. ad Velle. l. iubemus. † Super ſexto puncto, an debeãtur
fruct. ſuæ partis Petro ratione minoris ætatis, dico, ꝙ ſic ex die
aditæ hæreditatis per matrẽ: quia minori fit mora re ipſa. i. eoi-
pſo ꝙ ſibi non ſoluitur, & eſt ſpeciale fauore minoris, vt C. qui.
cau. in integ. reſt. non eſt ne. l. in minorum. & l. Titia Seio. §. vſu-
6 ras. de le. 2. & no. in l. mora. ff. de vſu. † Super ſeptimo puncto, an
valeat inſtr̃m dicti notarij viſa inquiſitione, confeſſione, & ſnĩa,
prout iacet, videtur dicendũ, ꝙ non: quia cõfeſſio infamat, ſicut
ſententia, vt l. qm̃. de infa. & qa facta eſt ſentẽtia deportationis,
q̃ omnem honorẽ excludit, & omnia iura perdit deportatus, &
habetur ꝓ mortuo, vt l. 1. ff. de contrata. Itẽ quia & infamia facti
vr̃ eũ reijcere à fide officij, ff. de ſen. l. Caſſius. C. de ſuſce. & arch.
l. ſi aliquid. ad hoc facit, qđ no. de prob. l. iubemus. ff. de eden. l. ſi
quis ex argentarijs. §. 1. ff. de infa. l. 2. §. miles. In contrariũ facit:
quia in criminali confeſſione non habet vim ſententiæ, qa ſen-
tentia expectatur. ff. de cuſt. reo. l. ſi confeſſus. de pœ. l. quod ad
ſtatum. Item non ob. ſententia, quia non apparet, à quo fuerit
lata, vnde imperſonalitas, id eſt, incertitudo perſonæ vitiat, de
teſt. tut. l. duo ſunt Titij. de le. 3. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos.
C. de conſti. pec. auth. ſi quando. Ego non credo, ꝙ iſtius inſtru-
mento ſit danda plena fides, quia ſordida perſona eſt inter infa-
mes connumeranda, l. ea. l. §. hac l. maximè in teſtamẽtis, in qui-
bus integra fides probationis eſt. igitur & hoc verum, niſi pro-
betur, quòd poſtea exercuerit tabellionatum: quia tunc ſtatur
inſtrumento, vt no. in auth. de tab. in vlt. col. in glo. hoc eſt, in fi-
ne, quæ gl. non eſt alibi. & no. per Bar. in d. l. ea. l. quamuis de di-
cta gl. non fuerit recordatus. Ego Bal. de Peru.

CASVS.

In Chriſti nomine amẽ. Pũctus talis eſt. Reformatũ & obten-
tũ fuit in conſilio populi communis Eug. de menſe Iunij ꝓximè
præteriti, ꝙ gabella collectionis vini præſentis anni vẽderetur
pro vno anno incipiendo à die Calendis menſis Octobris pro-
ximè futuri, & incantaretur, ꝙ plus offerenti traderetur, & con
cederet. & dicta reformatio obtẽta in prælibato cõſilio ipſa ga-
bella incantata ſub monitu, ꝙ quicunq; plus ad dictã gabellam
poſuerit, ſeu ipſi gabellæ plus promiſerit, habebit à communi
prædicto vnum flor. ſub quo incantu quidam in dicto conſilio
ipſi



ipſi gabellæ promiſit millę flo. auri, poſt verò p̃dicta per aliquos
dies iteratò fuit p̃fatum cõſiliũ coadunatũ, in quo gabella præ-
fata fuit etiam incantata ſub incantu, ꝙ quicunq; à ſupradictis
mille flor. ſupra promiſerit dictę gabellæ, habebit pro quolibet
floren. ß. 2. R. ſub quo incantu duorum ſolidorum multi fuerũt
promittentes, inter quos promiſit quidã Orſellus Ribaldi, qui
obtulit pluſquam omnes alij, & obtulit 1500. flor. auri. & ipſa
promiſſione facta conſilium præfatum receſſit, & ipſe Orſellus
de dicta gabella nõ fuit inueſtitus, nec ipſa gabella tempore ſuę
pollicitationis ſibi fuit tradita vel conceſſa, & per eum non ſte-
tit. Alio verò die grando maxima venit per aliquas partes Eug.
& ipſis partibus ſatis damnum intulit, videlicet vuas deuaſtãdo.
& poſt damnificationem huiuſmodi, & aduentum dictæ gran-
dinis iteratò præfatum conſilium extitit celebratum, & in ipſo
extitit dicta gabella incantata ſub multis incantis cõmiſſis, nul-
lus obtulit. Modò pro parte communis dicitur, ꝙ dicta gabella
concedi, & tradi debet dicto Orſello tanquam plus offerenti:
& ꝙ ipſe Orſellus tenetur cõmuni ſoluere pretium, quod pro-
miſit, videlicet 1500. flor. in terminis declaratis in conſilio præ-
dicto, & emere gabellam prædictã, & præſtare fideiuſſores ido-
neos de ſoluendo pretium ante dictum, non obſtante damnifi-
catione prædicta, & grandine: cum quicunq; plus promittit ga-
bellæ dicti communis ſecundum conſuetudinem dictæ ciuita-
tis tenetur dictam gabellam emere, & ſoluere pretium, quod
promittit, & hoc habetur ex conſuetudine, & ex forma ordina-
mentorum communis Eug. & ꝙ nulla gabella cõceditur alicui,
niſi incantetur in pluribus conſilijs fiendis diuerſis diebus. pro
parte verò dicti Orſelli allegatur, ꝙ ex quo grando venit ipſo
non inueſtito de ipſa gabella, & ipſa gabella damnificata extitit
propter grandinem, ipſa ad manus communis exiſtente, nõ te-
netur de iure ipſam gabellã emere ipſo inuito: cum ipſa gabella
non ſit in eo ſtatu, in quo erat tempore pollicitationis factę per
Orſellum prædictum. & ꝙ ipſe Orſellus non inuenit fideiuſſo-
res, ꝙ nimis inflauit, ſeu poſuit gabellam prædictam, & ꝙ ipſius
gabellæ emptio non fuit perfecta. Modò quęritur, ſi dictus Or-
ſellus propter dictam damnificationem huiuſmodi poteſt re-
cedere de iure à promiſſione prædicta, vel nõ, & ſi ipſam gabel-
lam ipſo inuito emere debet, & ſoluere pretium, quod promi-
ſit, vel non: & ſi, & inquantum à dicta promiſſione nõ poſſit re-
cedere, & ipſam gabellam non obſtante dicta damnificatione,
& grandine emere teneatur, ſi debet fieri ſibi computum per
commune, & quemadmodum, &c.

CONSILIVM CCCXCIII.

1 *Periculum contingens ante perfectam venditionem eſt venditoris, perfecta autem venditione & emptione eſt emptoris.*
2 *Stante ordinatione, quòd ille, qui plus offert, habeat gabellam, ſi in primo incãtu aliquid offeratur, in ſecundo plus offeratur ante deliberationem, ſi ſuperuenerit grando, an ille, qui plus obtulit in ſecundo teneatur recipere: cum in tertio incantu propter grãdinem nihil, vel parum fuerit oblatum.*
3 *Pretium debetur, quando quis tenetur alteri ad ſolam patientiam, & pro patientia ſola percepit aliquam quantitatem, etiam ſi nihil perceptũ ſit.*
4 *Commune ſi locat vel vendat gabellam, an teneatur ad nudam patientiã.*

1 In Chriſti nomine. Premiſſis duabus regu-
lis, quarũ prima eſt, † ꝙ
periculum contingens ante perfectam conditionem eſt vendi-
toris. ſecunda regula eſt, quòd periculum contingens perfecta
venditione, & emptione eſt emptoris, ſiue emat rem certam, ſi-
ue ſpem incertam, vt l. neceſſariò. de peric. & comm. rei vend. &
C. eo. l. 2. & præmiſſa alia regula, ꝙ vbi in futura perceptione nõ
iam facta contingit damnum diuino iudicio, ſicut eſt, qñ gran-
do venit in contractu locationis, ſit remiſſio, vt no. C. loca. l. li-
2 cet. † Primò oportet videre, quis contractus ſit iſte, an locatio,
& conductio, vel venditio. Secundò, an ſit contractus perfectus
ſub tacito pacto adiectionis in diem, an verò imperfectus: & an
ſit iſta promiſſio prima ante ſtabilimentum quædam pollicita-
tio pro venditione futura: ꝙ ſi eſſet contractus, non eſſet in ſpe-
ciem venditionis perfectæ: iſta ſunt dubia. Item aliud dubium
eſt; an debeat diſtingui inter grandinem ſolitam, & inſolitam,
vt l. fiſtulas. §. frumenta. de contrah. emp. & dico, ꝙ iſte contra-
ctus videtur ex vna parte perfectus, ſtatim facta promiſſione;
quia præcedit interrogatio, ſi quis ꝓmittit, & ſequitur reſpon-
ſio. vnde propriè non eſt nuda pollicitatio, ſed magis ſtipulatio
quædam. In contrariũ ſit interrogatio generalis, & incerta com
paratio: poſtea reſpondẽs eſt perſona ſpecialis & certa, dum ali-
quis, ſi iſta eſt ſtipulatio: ergo hincinde eſt obligatio. Reſpon-
deo, de natura obligationis eſt, vt obligetur promiſſor, non ſti-
pulator. ego dico, ꝙ hic vterq; obligatur, ſed diuerſo modo: nã
promiſſor obligatur præcisè, ſed fiſcus non obligatur ita præci-
sè; quia poteſt adijcere alteri meliorem conditionem offeren-
ti: ſed ſi alius offerat, tenetur adijcere promiſſor. C. de fid. inſtr.
& iure haſtę fiſ. l. ſi tempora. Concedo tamen, ꝙ iſte contractus
eſt præambulus ad futuram venditionem fiendam purè, & ple-
nè; quia ita agitur inter partes. nam in incantu apponuntur ver-
ba futuri temporis, ſ. quicunq; tantum promiſerit, vnde vende-
tur. vnde non ſtatim videtur facta vẽditio, ſed fienda. C. de con-
trah. empt. l. ſed in emendis. ibi in gl. facit, quod no. ff. de pe. hęr.
l. in extima. contra ſentit Bart. in l. licitatio. in prin. ff. de pub. &
per eundẽ Bart. in conſi. 404. Alij dicunt, ꝙ ſtatim eſt facta em-
ptio, licet poſtea redigatur in ſcripturam, quod nõ placet, imo
eſt quoddam præparatorium, ex quo ſecuto principali contra-
ctu non agitur, quia confunditur in principali, arg. ff. iudic. ſo. l.
cum quærebatur. de ac. empt. l. ex empto. §. ſi is qui vina ex iſto,
quia perfecta eſt obligatio, videtur damnũ promiſſoris. Sed in
cõtrarium videtur: quia imperfecta eſt emptio, videtur damnũ
venditoris: prętereaiſte cõtractus appellatur locatio quandoq;
licet appelletur vẽditio. ꝙ ſit magis propriè locatio, ſic probo;
quia dominiũ principalis remanet venditori, ergo propriè non
eſt venditio, ff. de contrah. emp. l. cum manu ſata. §. pen. ſicut. n.
ex re corporali, puta ex fundo percipitur fructus, ita ex incor-
hic breuiter me expedio, ꝙ ex quo ſtatuta caſtri ſunt per ſupe-
riorẽ confirmata,ſequit̃,ꝙ poteſtas habeat iuriſdictionẽ,& pa-
rũ prodeſſet habere ſtatuta, ſi non eſſet magiſtratus, qui ſtatuta
exequeret̃,ff.de ori.iu.l.2.§.poſt originẽ. Præterea poteſtas de-
putatur à ſuperiore,& de iure magiſtratus municipales pñt co-
gnoſcere de leuib.criminib.in Auth.de defen.ciui.§.audien. &
ciu.& caſtrũ dicitur municipiũ,vt no.ff.qui.ex cau.maio.l.lega-
tis.& ſi dicat̃,iſta crimina non ſunt leuia, vbi tot vulnera inter-
3 uenerũt,vt l.is,qui cũ telo. & l.1.ff.ad l.Iul. de vi pub. † Rñdeo,
de iure cōmuni nō ſunt leuia nec ex facti qualitate,nec ex gene-
re pœnę.ſed ex quo per formã ſtatutorũ pœna leuis,& pecunia-
ria imponitur,crimen leue iudicat̃,de pub. iud. l. 2. Itẽ ſi dicat̃,
ꝙ iſta ſtatuta,quæ præiudicarẽt iuriſdictioni, per ſuperiorẽ nō
ſunt cōfirmata.Rñdeo,nō prẹiudicat ſtatutũ,ſed præuentio iu-
riſdictionis: nō.ẽm dr̃ præiudicari ſuperiori, eo ꝙ iuriſdictio ſit
attributa inferiori, vt C.de off.præfect.vr.l.1.in fi. vbi eſt de hoc
tex.no.Cōcludo ergo,ꝙ cũ ptãs iuriſdictionẽ habuerit,dẽt pro-
nunciari iuxta formã literarum dom. Alba.pro inquiſi.Ego Bal.

CONSI-



CONSILIVM CCCCIII.

1 *Mater an teneatur petere, quod tutores cogantur adminiſtrare.*
2 *Relictis tutoribus teſtamentarijs, an mater teneatur ſuſcipere tutelam.*
3 *Legatum pro dote an ſit conditionale, an caſuale, & an poßit ei imponi onus, & an tranſmittatur.*

1 In Dei nomine. † Videtur prima facie dicen-
dũ, ꝙ mater ſit priuata ſucceſ-
ſione pp duo: quia non petijt tutores cogi ad adminiſtrandũ, ff.
ad Tert.l.2.§. ſi mater. & quia tranſiuit ad ſecũda vota ſpreta tu-
tela,& nō reddita ratione adminiſtrationis,C.ad ter.l.omnem.
& ſic hæreditas deuenit ad proximiorẽ eius, & eſt ſequens pro-
ximior in gradu poſt matrẽ,C.qui petant tut.l.nepotib.In con-
trariũ videtur, quod mater non tenetur petere, ꝙ cogatur ad-
miniſtrare, niſi tutores petiti ab ipſa matre nō ſint relicti in te-
2 ſtamento,C.de admi.tu.l.fi.§.in perſonis.& ibi per Cy.†itẽ ma-
ter nō ſuſcepit tutelã, nec tenebatur, ex quo teſtamẽto relique
rat tutores teſtamentarios,C.de te.l.ſi mater.vnde nō pt̃ dici,ꝙ
debuerit reddere rationem, ſi ſe non implicuit adminiſtratio-
ni tutelæ,& ſic non obſtat in Auth.de nup.§.ſin autẽ tutelam.&
hæc eſt verior opi. & ideo nō credo ſecundum ea, quæ propo-
3 nuntur,matrem eſſe priuatam ſucceſſione, † an legatũ pro do-
te ſit conditionale, an caſuale, vel non:no.in l.Titio centum.§.
Titio genero. de cond. & dem.& per Cy.C.de nup.l.ſancimus.
quicquid ſit,debetur filiæ vſq; ad legitimam ſine onere. & hoc
libere tranſmittit filia ad matrem prædictam, de hoc no. C. de
nup.l.ſancimus.in quatuor quæſtionibus per Cy. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCIIII.

1 *Oratio quando ex vniuerſo ſumitur, quantũ ad propriam ſignificationem, quælibet pars debet eſſe vera.*
2 *Legitima, & Trebel.non venit in fideicommiſſo conditionaliter facto.*
3 *Iure canonico in terris eccleſiæ ſufficiunt duo teſtes in teſtamentis.*
4 *Teſti ritè examinato non creditur, ſi dixit vnum, poſtea dicit contrarium.*
5 *Licet teſtis dicat falſum in vna parte, tamen creditur in alia.*
6 *Si relinquitur in teſtamento legatum ſub conditione, & repetatur legatũ in codicillis non facta mentione de conditione, & petatur ex codicillis, non eſt opus adimplere conditionem.*

1 In Dei nomine. † Præmittendũ eſt ad euiden-
tiam, ꝙ quando oratio ex vni-
uerſo ſumitur quantum ad propriam ſignificationem, quęlibet
pars debet eſſe vera,de re.du.l.ſi is,qui ducenta.§.vtrum.tamen
in fideicommiſſaria ſubſtitutione diſtinguitur, aut ſupereſt ali-
quis, qui ex præſumpta voluntate teſtatoris excludet ſubſtitu-
tum, & tunc non vocatur ſubſtitutus, aut non ſupereſt, vt quia
vltimus deceſſit ſine liberis, tunc in eius parte, & iure vocatur
ſubſtitutus vt.ff.ad Treb.l.hæredes mei.§.cum ita.& hęc diſtin-
ctio ex præſumpta voluntate teſtatoris contra propriũ ſignifi-
catum recepta eſt.Aut cōditio ſumitur ex aliquo: tunc ex quo-
cunq; verificatur hoc idem in indefinita, ff.ad Treb.l.Lucius.§.
Caio.hoc præmiſſo conſiderandum eſt, quod inter fratres fuit
ſubſtitutioni inſerta conditio, quæ ſumitur ex aliquo, vt ſi ali-
quis, &c. vnde indubitanter eſt de decedentibus ſine filijs ma-
ſculis legitimis,quia ita dicit teſtamentũ, ſuperſtites ſubſtituo.
v.g. A.& B.deceſſerunt ſine filijs maſculis legitimis, ſucceſſerũt
ex fideicommiſſo C.& D.deinde deceſſit D. cum filio, ex parte
iſtius non eſt tractandũ,C.de inſt.& ſubſt.l.antepen.deinde de-
ceſſit C. ſine filijs, portio iſtius venit in fideicommiſſo deducta
2 legitima,& Treb. eius, ꝙ ex inſtitutione cepit iſte C. † quæ le-
gitima & Treb. venit in fideicommiſſo conditionaliter facto:
vt c.Rayn.& c.Ray. ecce ergo, quod in perſona vltimi morien.
ſine liberis habet locum poſterior ſubſtitutio, ſed debet detra-
hi legitima,& Treb.& de iſto puncto no.in l.pater filiũ. §. duo-
3 bus.ad l.fal.& C.de impu.& alijs ſubſt.l.pen.&c.† Super ſecun-
do puncto communis eſt opi. ꝙ de iure cani. in terris Eccleſiæ
ſufficiant duo teſtes idonei. & hoc probatur in tex.in ratione
ſui,de teſtamentis. c. cum eſſes. & c.relatum. niſi per ſtatutum,
4 vel conſuetudinem loci eſſet aliter ſtatutũ. † Super tertio pun-
cto dico,quod teſtis ritè examinatus ſi dixit vnum, non credit̃,
ſi poſtea dixit contrarium,ſecus ſi non rite,vt no. in c.cum cau-
5 ſam.de teſt.per Ber. † Super quarto puncto dico,quod licet te-
ſtis dixerit falſum in parte,ff.de fal.l.filius.§.ſequens quæſtio. &
C.de teſti.l.iubemus.de tranſ.l.ſi ex falſis. & l.querela. C.de fal.
6 & no.de hær.c.fraternitatem.per Inn.†Super alio puncto con-
ſiderandum eſt, quod legatum teſtamenti eſt ſpeciale, & con-
ditionale fideicommiſſum codicillorum eſt vniuerſale & non
eſt repetita conditio fiendæ refutationis. vnde ſi ex codicillis a-
gitur, non eſt opus refutationem facere, vt ff.de cond.& dem.
l.non ad ea. Ego Bald.

CASVS.

In Chriſti nomine.Punctus quæſtionis talis eſt.Quidam no-
mine Puccius obtulit ſe,& bona ſua hoſpitali,& Eccleſiæ S.Ma
riæ de Roſa, certis bonis exceptis: & ſibi reſeruauit, vt in dicta
oblatione apparet. deinde dicta bona reſeruata eidẽ hoſpitali;
& Eccleſiæ donauit hoc modo, ꝙ ratione præfatæ donationis
deberent dari cuidam Eccleſię 50.li.den.ſi clericus ibi morere-
tur,notarius de inſtr̃is pdictis rogatus publicauit publicã dona-
tionẽ ſcdo factã, & non adiecit modum prædictũ, inuenitur tñ
ſcriptum in protocollo, ſeu prima ſcriptura. modo quæritur,
vtrũ prædictum inſtrumentum publicũ valeat,vel ne, &c. E.B.

CONSILIVM CCCCV.

1 *Inſtrumentum ſi eſt verum in aliquo, & in aliquo eſt falſum, vel defectiuum, an credatur in aliquo.*

1 In Dei nomine. † Quæſtio eſt, ſi inſtr̃m eſt ve-
rum in aliquo, & in aliquo eſt
falſum & defectiuũ,an ſibi credat̃ in aliquo.gl.ponit in l.ſi ex fal
ſis.cōiter ponũt doct.ſi capitula ſunt ſeparata, vtile & verũ non
vitiari per inutile,& falſum.& vr̃ hoc probari.ff.de fal.l.filius.§.
ſequẽs quęſtio. & C. de teſtis.l.iubemus. Inn. dicit nō credi tali
inſtr̃o,de hær.c.fraternitatis. dico, ꝙ aut falſitas eſt circa ſolen-
nita.aut circa negociũ: ſi circa ſolennitatẽ, quia tangit vim to-
tius inſtr̃i, nihil valet, C.de fal.l.ſi creditor cōclud.ff.de fid.inſtr.
l.petita.ſi circa falſum,illud,per ꝙ ædificat̃ totum factũ,& tunc
nil valet inſtr̃m.& ſi falſitas eſt in modo vel cōditione totius ne-
gocij,vt extr.de fid.inſt.c.cum Io. heremit.aut falſa eſt quædam
particula,quæ non tangit aliquam partẽ,nec informat,tunc vi-
tiat̃ falſum, & valet id ꝙ eſt verũ,vt no.C.de fal.l. querela. non
dico,ꝙ verũ nunquam excludatur per falſum,ſed excludit̃ pro-
batio veri,quia non poteſt fieri ex reprobo inſtr̃o. veritas ergo;
q̃ nō probat̃, opprimit̃, ꝙ nō apparet, nō præſumitur eſſe verũ;
vt l.3.& l.Rutil.& facit in ratione ſui de ver.obl. l.1.§. cũ adiecit.
& 9.diſt.ſi ad ſcripturas.& C.de fid.inſtr.l.2.ex his apparet dicto
inſtr̃o nō ſtari in aliquo,ſed protocollo, ſi producat̃, bene ſtat̃,
quia merã continet veritatem, in Auth. de Tab.§.fi.falſum eſt,
nō ſolũ cum adijcitur,ſed cũ detrahit̃ veritati, C.de epiſc.& cle.
l. preſbyteri. ſed illud eſt no. ꝙ ſi vna pars producit inſtr̃m, iſta
ꝓductio ſufficit vtriq; parti, vt no.ff.de eden.l.1.§. editiones. &
de cenſ. c.olim. per Inn. ſi aũt inſtr̃m extat, tñ à nemine produ-
citur tale inſtr̃m, nihil in iudicio operatur. ff. de mino. l.mino-
res 25.annis omiſſam.& no.ff.de proba.l.quoties.§.ſi. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCVI.

1 *Actor tenetur probare id, quod poſuit in libello.*
2 *Teſtes adducti ſuper venditione vini quid teneantur probare.*

In Dei nomine. Præmittendũ eſt, ꝙ actore nō
probante reus abſoluitur, vt l.
actor,ꝙ aſſeuerat.ff.de prob.ideo in primis videndum eſt, ꝙ in-
1 cumbat probari actori, & ſi eſt probatũ,nec ne. † ſciendũ eſt, ꝙ
id debet probare,ꝙ poſuit in libello, vt l.habebat. de inſtitoria.
2 in libello aũt narrat †venditionẽ certę quantitatis vini pro cer-
ta quantitate precij. Itẽ promiſſio dandi mercatorẽ in promiſ-
ſorem dicto venditori: & tandẽ fuerunt formati articuli multũ
ſapienter. primus articulus de venditione nō videtur probatus
per Colam Benincaſe teſtem: quia in fine dicit ſe neſcire, quan-
ta quantitas vini iaceret in vegetibus & vegeticulis: & ſic neſcit
quanta fuerit quantitas vendita: ergo non probat, quia neſcit
certitudinem.nam ſcientia teſtis debet eſſe certa, non opinati-
ua,vt no.in §.ſi plures. Item in precio diſcordat à petente, quia
dicit,ꝙ preciũ totius vini fuit ęquale,& actor dicit,ꝙ diuerſum.
& ſi teſtis in vno deponit cōtra veritatẽ,nō credit̃ ſibi in aliquo,
vt in c.pura & ſimplex. Itẽ Bonus ſecundus teſtis nō probat, tũ
quia dicit ſe non recordari de nu.vegetũ, & vegeticulorũ, & ſic
ignorat narrata eſſe vera, & incertitudo continens generat in-
certitudinẽ in contento,de leg.2.l.omnia.§.cum ita. tũ, quia in
prin.dicit,ꝙ non fuit dicta in termino,ꝙ eſt cōtra narrata, actor
debet ſtare, vt l.cum preciũ. vnde habet actor neceſſe fateri, ꝙ
teſtis ſit vitioſus. Item quia de quantita. vini iſte nō reddit cãm
ſcientiæ viſus,ſed auditus ab actore,& ſic nō probat, vt l.ſolam,
item Angelucius Mancini non probat eiſdẽ rationib. itẽ Fan-
tinus Petri non depoſuit ſuper primo articul. item Vagnolus

dicit

dicit ſe audiuiſſe, tñ non dicit, ꝙ vnus fuerit confeſſus præſente
altero. item quia deponit contra articulũ Pet. Andrioli, nec ſu-
per primo Bar. nõ probat cõtractum, & omnis probatio debet
eſſe certa, vt no. in l. 1. §. ſi quis ar. depoſuit. & in c. in præſentia.
de proba. vnde ſalua veritate nõ videt̃ mihi, ꝙ ſit probata ven-
ditio certæ quantitatis vini veri, nec certi precij, & per conſe-
quens promiſſio dandi mercatoris non p̃t eſſe probata: quia ſi
nõ apparet debitũ, nõ p̃t probari id, ꝙ accedit debito, l. 1. §. de-
bitũ. de conſt. pecuniæ. & no. in l. ſciendum. de ver. obl. item cũ
fuerit de pac. initis facta apodiſſa, & illa vitio actoris, cui fuit tra
dita nõ producitur, quomodo reus poteſt cõdemnari ſuper in-
certo? nam cõtra nõ producentẽ cedulam præſumitur, vt l. fi.
C. de fid. inſt. Item non apparet facta traditio, menſuratio, nec
oblatio vini legitimo tempore, ergo reperitur actor, vt in §. of-
ferri. & no. de ædil. edic. l. ædiles. §. fi. & ar. loca. l. ſi in lege. §. co-
lonus. & l. quæro. §. inter locatorem. propter quæ credo reum
abſoluendum. Ego Bald. de Peruſio legum doctor.

CONSILIVM CCCCVII.

1 *Statutum Florentinorum non ligat Paduanos, & ſic forenſes.*

1 In Dei nomine. †Ridiculũ eſt dubitare, an ſta-
tutum Florentinorũ liget Pa-
duanos, qui Florentiæ nõ contraxerũt, nec quaſi, nec delique-
runt, nec quaſi. nam Imperator nõ p̃t ligare nõ ſubditos, nec Pa-
pa. nec vllã ratione Florẽtiæ forum ſortitur, vnde nullo iure, &
nulla æquitate ligari p̃t. nemo em̃ niſi ſuo ſubdito, & forũ ſor-
tienti p̃t imponere legẽ, vt l. cunctos populos. & l. extra territo-
rium. & extra. qui filij ſint legit. c. per venerabilẽ. & in ca. paſto.
de re iud. & in cle. & in c. 1. de conſt. li. 6. & in c. poſtulaſti. de for.
comp. per Inn. & de ſen. exc. ca. à nobis. per Inn. nam ſtatuta fa-
cere eſt iuriſdictionis, vt probat̃ in diffi. iuriſdi. ergo non p̃t fieri
ſtatutum contra illum, qui non eſt de iuriſdictione. facit de mu-
ne. & hon. l. reſcripto. §. fi. C. de decurio. l. diuer. iur. cum infini-
tis ſi. &c. Ego Bald. de Peruſio.

CONSILIVM CCCCVIII.

1 *Sacramenta puberum habent locum, non ſolum in contractibus, ſed etiam in diſtractibus.*
2 *An iuramentum ſuppleat defectus ſtatuti, quod requirit conſenſum conſanguineorum.*

In Dei nomine. Super eo, quod quæritur, an
filij Dulcetæ ſuccedant Bien-
no eorũ auo, & Paluciæ eorum auiæ, & Franciſcæ eorũ mater-
teræ, & in qua parte. & an quia Dulceta finiuit, & refutauit pe-
nitus excludantur, & in totum ſuccedant filij Matthæi, qui ſunt
conſobrini filiorum Dulcetæ, viſis ſtatutis & teſtamento Pau-
lutiæ, videtur dicendũ, ꝙ de iure cõmuni d. Dulceta adulta po-
1 tuit tranſigere, & paciſci cum iuramento,† quia auth. ſacramẽ-
ta pub. habet locũ non ſolũ in contractib. ſed etiã in diſtractib.
vt no. in l. 3. de contrario iud. tu. ff. & ex quo ipſa iura ſua aliquo
recepto refutarunt, nullũ ius habent de iure cõmuni, quia iure
2 præcedenti eos liberauit ille, quib. finem fecit. †ſed dubium eſt
propter ſtatutũ, quod requirit præſentiã conſanguineorum, &
annullat contractũ: tñ quia ſtatutum non improbat iuramentũ
expreſsè, videtur valere refutatio cum iuramẽto: quia iuramẽ-
tũ facit eam maiorẽ, & ideo ceſſat ſtatutũ, ꝙ loquitur de mino-
rib. vt in auth. ſacramenta. & no. in l. 2. C. de reſcin. ven. nam ius
ciuile requirit præſentiã, & decretum iudicis, ꝙ plus eſt, quàm
præſentia conſanguineorũ, & tamen ſine iudice valet propter
iuramentũ. Aduertendũ tñ eſt, ꝙ refutatio loquitur de ſucceſ-
ſione, & bonis paternis, & ideo nõ videt̃ extendi ad ſucceſſionẽ
aliorũ. ſed r̃ndeo, ꝙ filij iſti Dulcetæ nõ habent ius in bonis ma-
terteræ ex perſona Dulcetæ, quia nõ tranſmiſit hæreditatẽ non
aditam. C. ad Orfi. l. non pro numero. vbi videt̃, ꝙ habeant ius
ex perſona ſua pp edictum ſucceſſoriũ. de inoff. teſt. l. ſi is qui. C.
de ſucceſ. edic. l. fin. niſi quis dicat, ꝙ paciſcendo vr̃ adijſſe, dico
hæreditatẽ, & tanquam hæres feciſſe pactũ de non petendo in
bonis poſſeſſis à Matthæo: nõ em̃ fuit mera repudiatio, ſed pa-
ctum non gratuitũ, ꝙ citra nomẽ, & ius hæredis fieri nõ poteſt,
de act. hær. l. pro hærede. §. Papinianus. de hæreditate Vannis
non eſt dubiũ propter refutationẽ. Item de hæreditate Palu-
tiæ non eſt dubiũ, quia non apparet repudiata, nec adita. vnde
videt̃, ꝙ filij Dulcetæ ſuccedant virili portioni ſcilicet filij Mat-
thæi ſcd̃m vnam opi. in ſtirpẽ ſcd̃m aliam, quæ eſt verior, vt no.
in auth. de hær. ab inteſt. §. ſi igitur defunctus. nec ſtatutũ impe-
dit, quia non loquitur in hoc caſu. Item nec refutatio impedit,
C. de tranſ. l. ſi de certa. ff. eo. l. cum Aq. Ego Bal. de Peruſ.

CONSILIVM CCCCIX.

1 *Stante ſtatuto, quod de criminibus in tantum tempus fiat accuſatio, an poſt tempus procedat accuſatio.*
2 *Probatio quamuis luce clarior, vel confeſſio delinquentis, poteſt opponi de exceptatione præſcriptionis accuſa. de delicto.*

1 In Dei nomine. † In cauſa accuſationis inſtitu-
tæ per Beneccaſanũ contra Cõ-
ſtantiũ, de qua in iſtis actis, & alijs fit mentio, dicendũ eſt, ꝙ de
iure d. Conſtantius venit abſoluendus. & hoc, quia lege cauet̃,
ꝙ tempore crimen aboletur: ideo elapſo tempore nulla puni-
tio fieri poteſt, etiã ſi de crimine liqueret, ff. de iniurijs. l. ſed ſi
vnus. §. ſi ante iudicẽ. ſed hic lapſum tempus eſt accuſandi, nem-
pe tempus anni, vnde poteſt dici, ꝙ anno iniuria deleta eſt, ff. ꝙ
met. cau. l. ſi cum exceptione. §. 2. nam ſtatutũ hoc tempus dif-
finit. & ideo poſt tempus accuſatio non durat, ff. de mino. l. au-
xilium. in prin. Item lapſum quinquenniũ, ꝙ de iure cõmuni in
adulterij quæſtione ſtatutũ eſt, ff. de adulterijs. l. mariti lenoci-
nium. §. quinquenniũ. vnde iſta exceptio fuit obiecta, & obſtat
abſq; dubio, vt plenè legi. & no. C. de adulterijs. l. ita pudor. & ſi
dicatur, ꝙ hic fuit actũ de rapt. R̃ndeo, raptus nõ eſt probatus,
quia rapere eſt per vim, vel ſeductionẽ, vt l. 1. in fi. C. de rap. virg.
ducere, vel eripere, ff. ne quis eum q̃ in ius vo. l. ſed eximendi.
certè nec adulteriũ eſt probatũ, ſed vehemens indicium ſit cõ-
2 tra Conſtantiũ probatũ ſuper adulterio. † ſed pp lapſum t̃pis eſt
præſcripta impunitas, ẽt ſi probatio eſſet luce clarior: imo ẽt ſi
eſſet confeſſio ſpõte facta in iudicio, tñ poſſet opponi exceptio
præſcriptionis, vt l. ſuperius allegatis. ſequitur ergo, ꝙ d. Con-
ſtantius à raptu eſt abſoluendus, quia nõ probatũ, & ab adulte-
rijs, quia præſcriptum. Ego Bald. de Peruſio legum doctor.

CONSILIVM CCCCX.

1 *Teſta. in quo filius eſt præteritus, eſt nullum.*
2 *Suus præteri. tranſmittit ius dicendi nullum, niſi tacite, vel expreſſe teſta. approbet.*
3 *Tempus longum qui patitur labi, an videatur tacite renunciaſſe iuri dicendi nullum.*
4 *Ius dicendi nullum quanto tempore duret.*
5 *Filia ſi præterita dicat teſtamentum nullum, prodeſt ſibi: quia habebit dotem ab inteſtato ſtante ſtatuto, quod maſculus ſuccedat, non fœmina dotata.*
6 *Stante ſtatuto, quia filia fœmina non ſuccedant ſtantibus maſculis, & aliqua earum moriantur, antequam dotentur, dos efficitur caduca, & remanet penes fratres.*
7 *Stante ſtatuto, quod filia fœmina non ſuccedant ſtantibus maſculis, an earum dotem, qua ſuccedit loco legitima tranſmittant ad earum ſucceſſores.*

1 In Dei nomine. † Primò videndũ eſt, an teſta-
mentũ ſit nullum, vel aliquod.
& non eſt dubium, ꝙ de iure communi eſt nullum ipſo iure, vt
ff. de libe. & poſthum. l. Gallus. §. in omnib. & l. inter cætera. & l.
maximum vitiũ. & inſt. de exhæredat. liber. in prin. & in §. aliud
2 quoq; capitulum. † Item nec eſt dubitandum, ꝙ ſuus præteri-
tus tranſmittit ius dicendi nullum, vt C. de poſt. hæred. inſti. l.
vxoris ab ortu. ſicut querela. C. de inoff. teſt. l. ſi quis filius. niſi
tacitè, vel expreſsè paternum teſtamentum approbaſſet, ff. de
3 iniuſto teſt. l. filio præterito. † Sed bene dubitandum eſt, an ius
dicendi nullũ tacitè repudiaſſe videtur quæ paſſa eſt labi longũ
tempus, & factũ, & ijs ſcientibus & patientibus longo tempore
pacifice poſſediſſet. videt̃, ꝙ ſic, vt d. l. filio. & ff. de proba. l. Pro-
cula. ff. ad carbo. l. ſi impubes. l. quæſitũ. & ſcd̃m hoc teſtamen-
tum nõ poteſt dici nullum poſt longam patientiã, ar. C. de pet.
hær. l. ſi filij. ff. de acq. hær. l. qui in aliena. §. 1. quod no. C. qui ad-
mit. ad bon. poſ. po. l. 1. non em̃ per ſe hoc facit longũ tempus,
ſed faciunt hic indicia alia iuncta tempori. & no. C. cõmuni diu.
4 l. pen. & d. l. Procula. † de ſui namq; natura ius dicendi nullum
tanto t̃pe durat ſicut ius adeundi. i. 30. annis, vt C. de iu. deli. l. li-
cet. nã inter ſe connexa ſunt, præteritã dicere nullũ, & adire. C.
de rep. hær. l. 3. Itẽ durat tanto t̃pe, quanto t̃pe durat petitio hæ-
reditatis. ſ. 30. ann. ff. quib. ex cauſis maio. l. non ſolũ. C. de edic.
diui Adria. toll. l. 2. & l. fi. in fi. Item ſi ius dicendi nullum eſt offi-
cium iudicis, durat 30. annis. & not. C. de præſcript. 30. anno-
rum. leg. ſicut. ſed ex accidenti ſopito poteſt citeriori tempo-
re præſumptio induci, non ex ſolo tempore, ſed ex actibus
vel pa-



vel patientia, arg. de vſuris. l. qui ſemiſſes. de dona. inter virum,
& vxorem. l. ſi ſeruus communis. Ex præmiſſis dico, ꝙ de iure
communi d. Laurentia poteſt dicere teſtamentum nullum, alio
non probato extra, ſecus ꝙ ſapiat probationem, vel confirma-
tionem teſtamenti, nam dictæ pupillę teſtamentum approbare
5 non potuerunt. † ſed videamus, quid ſibi prodeſt. nam ab inte-
ſtato per formam non ſuccedit ipſa, ſed maſculus. reſpondeo, in
6 dote, vt ſic ſtatutum. † Quid ergo de ſororibus, quæ pupillæ
innuptæ deceſſerunt. Reſpondeo, dos eſt facta caduca, arg. de
cond. & de. l. Titio centũ. §. ſed cum ante. & ideo remanet pe-
nes fratrem. C. de cad. tol. §. pro ſecundo. & ſine onere, quia o-
nus dotandi, & alimentandi perſonalia ſunt, nec ius accreſcen-
di recipiunt. C. de cad. tol. §. ne autem. ff. de vſufructu. l. domus.
Item licitum fuit filiæ repudiare hæreditatem, vt in capit. 2. de
pact. lib. 6. ideo contra fœminam pro maſculo videtur conclu-
dendum. facit, quod not. de adulte. l. publico. per Iacobum, &
7 Cy. † poſſet tamen dici, quia non eſt veriſimile, quod ſtatutum
voluerit in totũ priuari fœminas, ꝙ non debeatur eis, & ſucceſ-
ſorib. earum legitima. nam dos, de qua ſtatutum dicit, loco legi-
timæ videtur aſſignata, & loco alimentorum ſubrogata. vſque
ergo ad legitimam ſit facta tranſmiſſio. facit, quod not. Ricar.
& Cy. C. de nup. l. ſancimus. & iſtud eſt multum æquum, & con-
gruum, vt l. cum ratio naturalis. de bonis damnator. Ego Baldus
de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXI.

1 *Statutum contra prædones forzantes, vel iniuriantes, non habet locum contra longo tempore cum titulo poſſidentes.*
2 *Citatio minus legitima, & nulla æquiparantur, & reddunt proceſſum nullum.*

1 In Chriſti nomine. † Incipiamus à princi-
piis, videlicet à ſtatuto
loquẽte de cedulis mittẽdis in caſſa, an iſtud ſtatutũ habet locũ
contra illos, qui longo tẽpore cũ titulo poſſederunt. & credo,
ꝙ non, conſideratis verbis eiuſdem ſtatuti. nam de ſolo prædo-
ne, vel forzante, & iniuriante loqui vr̃, & ideo ad iuſtos poſſeſ-
ſores trahi non debet. non. n. p conſilia ciuitatũ ſunt iuſti p̃do-
nes eijciẽdi, ſed iudiciis legitime ordinatis prius ſunt conuincẽ-
di, q̃ priuandi. ff. qui, & à quib. l. ſi priuatus. & l. quoties. de pol-
licita. de act. & obl. l. negantes. de pactis. l. ſi pacto, quo pœnam.
C. vnde vi. l. meminerint. C. ſi per vim, vel alio modo. Item con-
ſideratis verbis alterius ſtatuti, de eo, qui poſſedit per decen-
nium cum titulo, ſtatutum tuetur poſſeſſorem, vnde ex iſto ſta-
tutum loquens de cedulis haberet locum in poſſidente cum ti-
tulo, tamen iſtud eſſet verum ante decennium, non poſt de-
cennium, vt C. de cenſorib. l. apud eum. ibi dum dicit nullum
repetendi volumus eſſe principium. lib. 11. Deinde veniamus
ad proceſſum iudicis, & dico, ꝙ contra Segeriũ, ſeu Sorgerium
2 fuit expreſſum minus legitime, † nam vbi citatio non valet ipſo
iure, nec quicquid iudex facit: quia citatio minus legitima, &
nulla æquiparantur. & ſic vbi nulla eſt citatio, nullus eſt pro-
ceſſus, vt l. nam ita diuus. & l. de vnoquoq;. ita cum citatio ipſo
iure non tenet, vt l. 1. ff. de feriis. & no. diffuſe per Inn. extra de
dila. c. 1. ſed citationes factæ de Segerio ipſo iure fuerunt nullæ,
non quia factæ ad domum, ſed propter breuitatem temporis.
cum enim appareat ipſum fuiſſe in Caſtellione Aretino quaſi
relegatum, quomodo potuit citari in mane ꝓ ſero. impoſſibi-
le præceptum fuit, inſt. de verbo. obliga. §. loca. quæ ſententiæ
ſine appel. reſcin. l. Paulus. item non peruenit citatio ad ſuam
notitiam, ſicut lex requirit, C. vbi in rem actio. l. 2. & l. 1. §. item
cum ex edicto. Tertiò veniamus ad petitionem Segerij, & di-
co, ꝙ ſua petitio eſt fundata de iure cõmuni, q̃a iniuria facta pri-
ori p iudices, vel priores, ſeu quoslibet officiales eſt reuocanda
of. iud. & no. ff. de euic. l. em. no. C. de iu. fiſ. l. ꝓhibitum. li. 10. de
purga. c. ſignificantib. Item eſt fundata per capitula laudi primi,
ꝙ adhuc integ. l. 4. §. ſi ex cõuen. de re iu. nã cum ipſo iure fuerit
nullus ꝓceſſus. & hoc liqueat p aperturã ꝓceſſus, & inſtrumẽ-
ta notoria de re certa, & non dubitanda cõpromitti debet, ſed
quod male factum eſt, reuocandum eſt. facit in ratione ſui ff. ad
exhi. li. 1. §. ſciendum. vt in poſ. lega. l. is, à quo. ad Treb. l. ille, à
quo. §. ſi de teſtamento. cum ſi. Ex quibus & aliis, quæ poſſunt
allegari, concludẽdo pro Segerio: neque enim officere ſibi de-
bet, ꝙ eo ignorante factũ eſt, cum is metu abeſſet, vt l. 1. ff. quib.
ex cau. maio. & ibi no. Odof. de expul. ciuitatis Veronæ. & quia
iſtud indicium ſapit potius cauſam poſſeſſorij, q̃ petitorij, de-
bet reſtitui Segerio poſſeſſio ſaluo iure aduerſariorum in cauſa
proprietatis, ar. in l. ſi. C. quorum bon. de acq. poſ. l. exitus con-
trouerſia. de re iud. l. diuo. §. ſi ſuper. de præſcrip. 30. ann. l. ſi quis
emp. §. fi. Ego Baldus de Peruſio legum doctor

CONSILIVM CCCCXII.

1 *Crimen leue & graue quot modis dicatur, & ſupra conſi. 388. & 402.*

Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Per. V. I. D. & ad fidem
me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui. † Et eſt
verum, ꝙ id, quod tetigi de caſib. infra 300. aureos in ciuilibus
cauſis, inuenitur expreſſum in criminalibus. no. tex. dicit, quod
cognoſcunt de leuibus delictis, non aperit aliter, & ideo adhuc
eſt dubium: nam leue crimen, & graue dicitur pluribus modis.
primo modo perſona, tempore, vel re, vel loco perſonæ, vel lo-
co delicti. iſti quinque modi ponuntur. ff. de iniu. l. prætor edi-
xit. §. fi. cum ſeq. Secundo modo dicuntur delicta grauia omnia
capitalia, non alia, vt not. in l. ad ea. de reg. iu. Tertio modo di-
citur graue delictum, quod cõmittitur dolo, nõ id quod cõmit-
titur culpa, vt no. ff. de mino. l. auxiliũ. §. in delictis. & l. ſi ex cau-
ſa. §. ſi mulier. Quarto modo dicit̃ leue, & graue ex genere qua-
litatis pœnæ, vt plene no. per Dy. ff. de accu. l. leuia. & illo reſpe-
ctu loquitur auth. niſi breuiores. C. de ſen. ex breuic. rec. vbi di-
cit Cy. leues eſſe, vbicunque non excedũt 100. aureos, & etiam
dicit ibi, quod imo procedendo in cauſis ſeruatur conſuetudo
fori. quomodo ergo intelligemus delictum leue hic, an ex ge-
nere pœnæ, an ex animo, diſtingue: aut delictum committitur
ſine dolo vero, vel interpretato: & reputo iſtud delictum leue,
cum Præfectus vigilum cognoſcat. l. fi. ff. de offi. Præfec. vigi. l.
3. §. cognoſcit. eo. tit. aut cum dolo, & tũc refert: aut tale delictũ
eſt capitale, ſecũdum ius commune, tunc licet ſtatutũ minuat
pœnam, non tamen dicitur leue, vt ſi pro adulterio ſtatutum
imponat pœnam 100. lib. nam ipſum crimen in ſe enorme eſt,
d. §. in delict. Item in homicidio, falſitate, & ſi. facit, quod no. in
§. publice. per Iac. Bũt. Item facit, quia iſta pertinent ad iudices,
qui maius imperium habent, & qui habent gladij poteſtatem,
vt l. congruit. ff. de offi. præſid. facit l. 2. C. de ſportulis. aut de iu-
re communi aliter delictum non eſt capitale, ſed tamen eſt ca-
pitale per formam conſuetudinis, vel ſtatuti, & idem: quia ſta-
tutum, & conſuetudo poteſt facere delictum atrocius, q̃ ſit de
iure communi, vt ff. de extraord cri. l. facultati. §. ſunt quædam.
aut tale delictum non eſt capitale, neq; de iure cõmuni, neque
de iure mun. tunc ſubdiſtinguo, aut pœna eſt ſupra 30. aureos,
& non dicitur leue, ſed graue, vt in §. audient. & ideo non co-
gnoſcit defenſor, vel magiſtratus municipij. aut eſt ĩ 300. aur. &
tunc dico, ꝙ defenſor municipij legitime cognoſcit, & patet:
quia hæc cognitio, & punitio iure magiſtratus competit. & hęc
eſt mens gl. l. imperium. de iu. om. iud. & male. l. placet, de peda.
iud. ſecundum gl. ord. firmat opi. Cy. in auc. de man. prin. §. ſi ti-
bi. & Gul. de Cu. firmat in l. imperium, ꝙ cauſæ leuiores dicun-
tur infra 100. aureos, quod eſt tutius. & ita ego practicarem: per
quod apparet, ꝙ in caſu noſtro iuriſdictionem habuit poteſtas.
non ob. l. 2. C. de ſportulis. quia loquitur in delegatis. Item non
ob. de modo mulctandi. l. eos, quia loquitur in mulcta, non in
pœna. Aut poteſt eſſe maior, & minor 300. aureorum, vt pœna
confiſcationis, nam in paupere eſt maior 300. aureorum, quia
non habet tantum in bonis indiſtincte. ſi eſſet minor, dico, ꝙ in
hoc dubio non haberet iuriſdictionẽ, vt C. ne ſine iuſſu princi-
pis certis iudicibus liceat confiſcare. l. vnica. non obſt. de appel.
l. ampliorem. §. fi. quia ibi in ciuilibus cauſis loquitur. Et ita di-
co, & conſulo ego Bald. prędictus, & meum conſilium declaro,
& prædicta reputo eſſe vtilia, & ſatis nota. Ego Baldus de Peru.

CONSILIVM CCCCXIII.

1 *Nepotes an in ſubſtitutione nomine filiorum veniant.*

In Chriſti nomine. Viſo teſtamẽto Bozza-
ni de Burgo, in quo in
omnibus ſuis bonis vniuerſales inſtituit dominam Mutiam, &
dñam Vannam filias ſuas, ſi vero aliqua dictarum ſuarũ filiarum
qñcunq; deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit ipſi moriẽti aliã ſuam
filiam ſuperuiuentẽ, q̃ ſi non vixerit ſubſtituit ſibi filios, vel filias
ſibi ſuperſtites, & ſi ambę ſuæ filię non extantib. vel remanenti-
bus aliquibus filiis deceſſerint, tunc eo caſu ſubſtituit eis fra-
ternitatẽ San. Bartholomęi de dicto Burgo, deinde mortuus eſt
teſtator, deinde deceſſit vna filiarũ ſine liberis, deinde deceſſit

1 filius alterius filiæ ſuperſtite ex eo filius eius. † quæritur, ſi altera filia decedat ſuperſtite nepote an ſit locus ſubſtitutioni prædictæ, nec ne. dubitationem facit verbum, filiis. nam nomine filiorum de ſtricto vocabulo non continentur nepotes, nec nomine filiorum continetur pronepos, vt ff. de libe. & poſthum. l. Gallus. §. inſtituens. & de excu. tu. l. ſed & milites. §. 1. ver. hoc autem. ad idem facit inſti. qui da. tu. poſ. §. fin. In contrarium, quia nomine filiorum etiam nepotes includuntur, qñ tale verbum profertur ab aſcendente, de verb. ſigni. l. liberorum. §. ſed quod Papi. ad idem de ri. nup. l. ſenatus. nam vbi eſt par ratio leg. vel affectionis ad filium & nepotem, ibi iuſta interpretatione nomine filij continentur nepotes, ff. de verb. ſign. l. iuſta. Dico, ꝙ nepos excludit ſubſtitutum, quia vbi conditionaliter fit mentio filiorum: etiam nepotes, & omnes liberi continentur. ff. de hær. inſt. l. Lucius. vbi eſt caſus, ad idem ad Treb. l. ex facto. §. fi. iuncto text. cum gl. vbi idem eſt dicere ſine filiis, & ſine liberis, propterea licet ſubſtitutus non excluderetur hic per conditionem expreſſam, excluderetur per tacitam, vt ff. de condi. & demonſtr. l. cum auus. de fideicom. li. l. cum acutiſſimi. de inſtit. & ſubſt. l. generaliter. & iſta eſt veritas. & facit. C. de cōd. inſer. l. 1.

CONSILIVM CCCCXIIII.

1 *Notarius an poſſit apponere obligationem bonorum, licet in alia non ſit.*

1 In Chriſti nomine. † Cum per ſtatutū magis debeat attēdi ſtylus, & conſuetudo notarij, q̄ imbreuiaturæ breuiſſima ſeries, & cōſuetudo notarij præſupponatur, indubitāter videtur mihi Baldo de Peruſio V. I. D. dictam ſcripturam perfici poſſe cum obligatione bonorum: immo & ſi non exprimitur, intelligitur. & hoc probo per l. vlt. C. de fideiuſ. quia lex eſt ad hoc vera: ſi autem non haberemus ſtilum, & conſuetudinem, & ſtatutū contractus, non comprehenderentur extenſiua ad nouam ſpém obligationis, facit, quod no. de hære. inſt. l. illa inſtitutio. de ver. obli. l. ex ea parte. ff. mandati. l. ſi mandato. §. fi. & quod no. in gl. C. de fal. l. ſatis aperte. & vide ibi gl. Item facit extra de fi. inſtru. c. cum P. tabellio. Ego Baldus.

CASVS.

Punctus quæſtionis. Quidam ſer Ambroſius de Corneto proponitur percuſſiſſe quendam nomine Ioannem de Bitotio cum quadam vangha, de qua percuſſione mortuus eſt in anno domini 1371. de mēſe Iulij, & per Vicarium Corneti, & eius iudicem, & curiam de homicidio, dolo, & per inquiſitionem proceſſum extitit contra dictum ſer Ambroſium, ſuper quo proceſſu procura. dicti ſer Ambroſij comparuit de mandato domini Cardinalis Bictu. Vicarij. cum expoſitum fuit per dictum ſer Ambroſium, quod caſu occiderit dictum Ioannem, & admiſſus fuerit per dictos iudicem, & Vicarium ad reſponſionem ſuper dicto proceſſu, & ad alias probationes, & defenſiones dictus ꝓcura. dicti ſer Ambroſij nomine, vt ex actis apparet, poſtquam prædicti Vicarius, & iudex viſis defenſionibus dicti ſer Ambroſij eundem ſer Ambroſium condemnauerunt pecunialiter, de homicidio caſuali & de dolo abſoluerunt, & ſoluta eſt cōdemnatio prædicta, vt ex actis apparet. Nunc per iudicem maleficiorum curiæ generalis patrimonij, & eius curiæ, cōtra dictum ſer Ambroſium per inquiſitionem proceditur de eodem, allegatur pro parte dicti ſer Ambroſij, ꝙ eſt præuētum in dicta curia communis Corneti legitime, videlicet per citationem legitime factam, & etiam ſecundum ſententiam diffinitiuam ſubſequutam, & litem præcedentem proceſſum cum ſolutione, quia non poſſit trahi Corneto ad dictam generalem curiam in primis cauſis ciuilib. vel criminalibus iuxta priuilegium exemptionis S. memoriæ D. Vrbani Papæ V. conceſſum Cornetanis. modò quæritur, quæ ſint partes iudicis maleficiorum dictæ curiæ generalis patrimonij viſis, & cōſideratis prædictis. Pro parte iudicis curiæ patrimonij allegatur, ꝙ cauſa eſt capitalis, & ſic non debuit admitti procurator: nam fruſtra interuenit procurator in cauſa capitali, & ſic de præuētione allegari non poteſt, cum proceſſus factus Corneti non ſit legitime factus, vt iuris conſtitutiones requirunt, &c. Item allegatur, ꝙ coram iudice maleficiorū curiæ patrimonij ſer Ambroſius perſonaliter nondum comparuit, quod eſt neceſſe, cum cauſa ſit capitalis. Item allegatur, ꝙ ꝑuentio per ꝓcuratorem non debet præponi, cum in conſtitutionib. ſpecialiter ſit expreſſum ꝙ nulla exceptio in ciuili vel criminali cauſa habeat impedire con. & ꝙ ſer Ambroſius neceſſariò comparere perſonaliter debeat, &c.

CONSILIVM CCCCXV.

1 *An, & quando in cauſa capitali quis poſſit ſe excuſare.*

2 *Inquiſitio eſt remedium extraordinariū & de iure ſpeciali & communi.*

1 In Chriſti nomine. † Quod ꝓcedi nō poſſit ꝑ iudicē curiæ generalis cōtra dictū ſer Ambroſiū, q̄q̄ in primo iudicio excuſauerit ſe per ꝓcuratorem. ꝓbatur, quia dico, ꝙ permittente Papa, vel eo, q vices ſuas gerit, poteſt q̄s in cauſa capitali cauſam dicere ꝑ ꝓcuratorem. no. per gl. or. 3. q. 6. hæc quippe. ſed hic ſer Ambroſius habebat ſpeciale priuilegium domus Victuariæ, ergo rite ꝑ procuratorē comparuit, & ita peregit. Secundò ꝓbatur: quia etiam de iure communi tenet factum in cauſa capitali in fauorem abſentis ꝑ ꝓcuratorem eius vſq; ad ſententiā etiam incluſiue, vt C. de adul. l. quamuis indubitati. & in c. iuris ambigui. de reg. iu. lib. 6. tenuit ergo, quod in fauorem dicti ſer Ambroſij actum fuit. Tertiò probatur, qa euentus cauſæ qñque demonſtrat, an procur. vel miniſter recte in cauſa interuenerit, nec ne, de dam, in fe. l. prætor. §. ſi controuerſia. per Iac. & no. C. de pet. hære. l. ſi putas. ſed hic exitus controuerſiæ pecuniæ condēnationē cōtinet, ergo ſit ita, ꝙ ꝓcurator male interueniat à principio: tamen ex poſt facto fingitur bene interueniſſe. nam & alibi male inchoatū conualeſcit. ff. de inoff. teſt. l. ſi non mortis. §. fi. Quarto ꝓbatur: qa ex quo de veritate conſtat, qa probatum eſt dolum abeſſe, non debet denuo dolus impingi, aut in dubiū reuocari, quod ꝑ legitimas ꝓbationes factum eſt notorium, & maxime ꝑ inquiſitionē. nam cum inquiſitionē debeat infamia præcedere, vt de accuſa. in c. qualiter, & c. licet Ely. & hic infamia per probationes legitimas ſit abolita, & ſit notorium, inquiſitio non valet, cum ceſſet infamia, loco accuſatoris eſſe debet. hic autem non eſt infamia, ergo inquiſitio ceſſat. Item & ſententia abſolutoria, & ſi nocens abſoluatur, infamiam tollit. & hic fuit abſolutus à dolo, ergo de dolo inquiri non poteſt. Quintò probatur, quando duobus aperta eſt via ad inquirendū de eodem maleficio, pręfertur ille, qui prius inchoauit, ff. de of. conſ. l. 1. & no. in l. ſiue cōtra. §. 1. de libe. agn. ꝑ Dy. ſed hic à principio fuit aperta via officiali Corneti, & iudici generali, vnde officiales Corneti præueniēdo ſibi totum officium vendicauerunt. facit ad hoc, quod no. per Archi. 11. q. 1. c. de perſona. Sextò probatur ſic: ex ſententia prima nata eſt exceptio rei iudicatæ, & exceptio ſolutionis etiam nata eſt ex ſolutione ſubſequuta, ex primo capite oritur exceptio rei iudicatæ, q̄ poteſt opponi ad proceſſum per procuratorem: qa declinatoria, iuxta no. in c. veniens. de accuſa. ꝑ Inno. & de procur. c. in noſtra. per Inn. ex ſecundo capite plena liberatio eſt nata, de excep. rei iudi. l. ſi q̄s cum totum. §. planc. facit, quod no. de præſcr. c. ſuper his. ꝑ Inn. Septimò probatur: quia de delicto eodem non debet ſæpius q̄ri, licet aliquid addat, aut etiam detrahatur, ff. na. caup. l. licet. §. poſſumus. Octauò probatur: quia omnes inquiſitiones ad vindictam prodite noſcuntur, & in remediis proditis ad vindictam minor pœna derogat maiori, ſeu atrociori, ff. de iniuriis. l. ꝙ ſenatus. ff. de accuſa. l. ſenatus cenſuit. C. qñ ciuilis act. l. 1. & no. C.
2 de teſt. l. nullum. per Cy. † Nonò probatur hoc ꝑ theoricam gl. inſt. ſi qua. pau. fe. dica. §. fi. quæ gl. ad hoc eſt no. & communiter allegari cōſueuit, ꝙ inquiſitio, qa eſt remediū extraordinarium, & de iure ſpeciali, non de iure cōmuni, vt no. in §. ſi publico. facilius excluditur etiam in eo, quod excedit. Ita debet illa glo. ad caſum noſtrum adduci. Decimò probatur, quia ius nemo habet fruſtra, ff. de inoff. teſt. l. ſi ſub hac. ergo iudex Corneti non fruſtra, habet offm̄: non. n. ſine cauſa gladium portat, vt ait Apoſt. & per conſequens ſententia ſua non eſt fruſtra, & tunc neceſſariò ſequitur, ꝙ ꝓſit d. ſer Ambroſio. Vndecimò probatur per l. ſepulchri violati. in prin. vbi. n. præpoſterato ordine admittendarum perſonarum ſtandum eſt ſenten. nec pluralis ratio habēda eſt. & ita dicit ibi Dyn. & Guid. de Su. ꝑ illam l. Duodecimò, & vltimò hoc probatur per l. qui de crimine. C. de accuſa. nam ad eundem iudicem mitti quis debet propter idem negotium, non coram diuerſis trahi, at ille abſoluit. ad hoc facit, quod no. Inn. de conſt. c. cum M. Ferrarien. & 2. q. 1. in primis. & ꝙ prædicta ſint vera pro vltima concluſione, vide Innóc. in c. cum dilectus. de pur. cano. vbi hoc tenet expreſſe. & idem credo contra dictum ſer Ambroſium per curiam generalem procedi non poſſe de iur. Ego Baldus de Peruſio.

CONSI-



CONSILIVM CCCCXVI.

1 *Eccleſiæ vel loco Minorum an poſſit per vniuerſitatem relinqui.*

In Chriſti nomine. Viſa ſubſtitutione Rodomontis, in qua vniuerſaliter ſubſtituit locū fratrum Minorū, reuocatur in dubiū,
1 † an eccleſiæ, vel loco Minorū poſſit per vniuerſitatem relinqui, nec ne. nam tex. in c. exiui de Paradiſo. §. qa igitur in ſucceſſionib. dicit, ꝙ fratres, & ordo non ſunt capaces: nō autem dicit de eccleſia. ſi autē nil de eccleſia, vel loco, ſtamus diſpoſitioni iuris cōmunis, ꝙ valeat relictū in auth. de eccleſia. ti. §. ſi quis in nomine. C. de ſac. ſan. eccle. l. fi. & tale relictum non contrectabunt ipſi fratres, vel non tangent, nec aliquid ſuis vſib. applicabunt: quia hoc eſt eis interdictū: ſed capiet procur. fiſci. i. eccleſiæ, l. 1. ff. de iure fiſci. & ita tenet Bar. in ſua minorica, quæ opin. ſalua reuerentia docto. nunquam viſa eſt mihi ſana, nec conſona mentib. ſtatutorū, dicendo, ꝙ cogitauerit relinquere Eccleſiæ Romanæ, quæ eſt ſumme diues, & opulenta, id, quod relictum eſt ſummo pauperi. i. eccleſiæ Minorū. nec credo, ſi teſtator fuiſſet de hoc interrogatus, ꝙ admiſiſſet, ſeu conſenſiſſet: nam ſi volebat relinquere eccleſiæ Romanæ, facile hoc ſibi erat dicere, C. de cadu. tol. §. ſin autem ad deficien. de pact. l. tale pactum. §. fin. Aut ergo dicemus nomine Eccleſiæ S. Franciſci vniuerſalem Eccl. Romanam ſignificari. & hoc contra mentem teſtatoris, & contra naturam ſpeciei, quæ pro ſe ſignificat: non aūt ſapit iuris, vel vniuerſitatis ꝑdictionē, de leg. 3. l. ſi quid eorū. §. interemptū. Aut de eccleſia ſpeciali, ſicut ſonāt verba, & mēs teſtatoris. & tunc aut de eccleſia. i. de muris, & tunc ꝙ muri capiāt, fuit opinio damnata, quam tenuit Archiepiſcopus Moyſes, vt not. in l. ſicut. quod cuiuſque vni. no. Aut de eccleſia, id eſt, de collectione fratrum, & tunc Eccleſia non eſt capax, ſicut ordo, d. §. quia igitur. & facit, quod not. Azo in ſumma, C. de ſacr. ſanct. eccle. §. videndum ergo. Item ridiculum eſt dicere, non poteſt relinqui fratribus, ſed poteſt relinqui Eccleſiæ, & cuſtodi altaris, vt dicit Bar. hoc enim qd aliud eſt, niſi verba ſacra cauillari, & mentē iuris lacerari: cum tñ potius ment. quid dicatur, animaduertendum. ff. ad exhibend. l. penult. ff. ad Tertullian. l. 2. §. tractari. & eſſet facere fraudem de nomine ad nomen, C. de ſecundis nuptiis. l. hac edictali. in fin. principij. & de legi. l. fraus. cum ſimilib. vnde poteſt ſibi dici, litera tua occidit, ſpiritus autē viuificat, 1. q. 2. c. Marc. Item Ioannes Papa talibus acquiſitionibus renuntiauit, vt in extrauagan. ad conditorem. §. fi. & ita no. Io. An. in c. vlt. de pact. lib. 6. in nouel. & ita veritas eſt, quod talis ſubſtitutio non tenuit. Sed puto, quod in pios vſus expendenda ſit, vt l. legatum. de vſufruct. le. de reli. do. c. qa contingit. & de hoc capite poſſit in pios vſus Eccleſiæ, & fratrū aliquid conuerti authoritate diſtribuentis, non iudicio mero teſtantis, vt in cle. dudum. §. verum. de ſepul. nam ad pios vſus ornamentorum, vel ædificiorum, vel alimētorum diuinorum. Item ad cultum diuinum capere poſſent, vt dicit d. §. quia ipſe vſus capit, non fratres. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXVII.

1 *Teſtator ſi priuat ſubſtitu & non dixerit, cui applicetur, cui debeat applicari.*

In Chriſti nomine. Magiſter Benedictus deceſſit viuo teſtatore, Nicolutius deceſſit 25. dieb. poſt teſtatorem maior. 14. anno. vel ab inteſtato ſuperſtite Thomaſſutia eius ſorore, deinde ad vnum menſem poſt mortem teſtatoris deceſſit Maſſiolus, & hæres eius nil fecit de iuſſis à teſtatore mentionē, relictis duob.
1 pupillis hæredibus, & filiis ſuis, qui tenent bona. † Quæritur quid iuris, an debeant priuari dicta hæreditate, nec ne, & ad quem debeat deuenire. Conſiderandum autem eſt, ꝙ dicta ſubſtitutio, quæ facta fuit d. Nicolutio, fuit fideicommiſſaria, ꝑcipue qa Nicolutius deceſſit in adulta ætate, vt no. in l. precib. & l. cēturio. & in §. extraneo. & in §. qua ratione. & de hoc nullū dubiū eſt. Itē conſiderandū, ꝙ fideicōmiſſum poteſt directe auferri, & adimi. C. de fideic. l. fideicōmiſſum. de le. 1. l. ſi ita ſcriptū. inſti. de codic. §. 1. Tertiò eſt conſiderandū. ꝙ qñ teſtator adimit legatū, vel fideicōmiſſum, tunc tale fideicōmiſſum, vel legatum de medio tollit, & hęres ab eius ſolutione liberat, vt inſt. de adi. leg. §. 1. & aliis s̄ allegatis. Et ꝑ iſta quæſtio noſtra ſoluitur: nam teſtator priuando illū, q erat ſubſtitutus ꝑ fideicōmiſſum: non dixerat, ad quē debeat peruenire, tñ nō eſt dubiū, ꝙ reuertatur ad hæredem hæredis, cui etiā de modo implēdo caueri debuit vt l. ſi tibi. de leg. 3. & facit. C. de indic. vidui. auth. cui relictum. in ſubſtitutione autē directa maior eſt dubitatio, per l. militis. eo. §. Neratius. de mil. teſt. ſed in fideicommiſſario nullū eſt dubium apud habentes intellectum. apparet ergo, ꝙ ad Thomaſſuriam reuerſa eſt hæreditas: quia eſt hæres legitima d. Nicolutij: ſed dubium eſt: qa pupilli fuerunt iſti filij, & hæres Maſſioli, an habeant reſtitutionem in inte. & vr̄, ꝙ ſic, ff. de mino. l. 3. §. ſi quid filio. In contrariū videt, qa tempus currit maiori, & eſt tēpus ſtatutū ab homine, vnde currit ſine ope reſtitutionis, vt legitur, & no. ff. de mino. l. Aemilius Largianus. & de iure vr̄ veritas æquiparando teſtamēta contractib. ff. de leg. 1. l. ꝙ in rerum. per Dy. licet iſta opi. multum videatur dura, tamen eſt vera de iure. reuerſum ergo eſt fideicommiſſum ad ſororem, cum onere tamen aliorum legatorum, C. de cad. tol. pro ſecundo. & §. in nouiſſimo. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXVIII.

1 *Statutum diſponens circa teſtamenta, an habeat locum in eo, quod ſit extra territorium.*

2 *Ius deliberandi poteſt hodie per pupillum doli capacem tranſmitti, nec requiritur auctoritas tutoris.*

1 In Chriſti nomine. † Super primo puncto ſciendum eſt, ꝙ quādoque ſtatutum diſponit circa merā ſolennitatē, qa dicit, ꝙ in teſtamēto ſufficiāt duo teſtes. qñq; circa quandā habilitatē: qa dicit, ꝙ mulier nō poſſit teſtari ſine ꝑſentia quarundā perſonarū: qñq; diſponit circa aliquā ꝑſtationem, puta, ꝙ hęres debeat ſoluere gabellā. primo caſu ſtatutū non habet locū in eo, quod fit extra territorium. qa locus, vbi fit inſpicitur quò ad ordi. actus. Secundo caſu habet locum etiam in eo, quod fit extra territorium: aliàs facile eſſet exire territorium, & ibi teſtari. habilitas enim & inhabilitas inſunt perſonæ, & ſequuntur perſonam, vt l. ex ea. de poſtulando. Tertio caſu inſpicitur locus perſonæ, nō locus actus: quia ad perſonam ſe refert obligatio. nunc quæſtio noſtra eſt de ſecūdo mēbro, & ideo mulier Tudertina vbiq; locorum debet ſeruare formā ſtatuto. Tuderti. Sed videamus, ꝙ dña non erat Tudertina, eo ꝙ maritus habebat tunc domiciliū extra Tudertum: nam vxor ſequitur domicilium viri, leg. exigere dotem. & C. de incolis. l. miles. & l. cum quædam puella. cū ſi. videatur attento domicilio valere teſtm̄ iure cōmuni factum. facit. C. de teſt. l. fi. vt in hoc caſu non inſpiciatur origo iuris ſuæ ciuitatis, ſed purum domicilium, de capi. dimi. l. amiſſio. §. qui deficiunt. & hoc credo verum, ꝙ teſtm̄ talis dominæ valuerit, quia talis mulier non erat ſub lege Tudertinorum, ſed ſub iure communi. & ideo quia libera à ſtatuto Tudertino, non potuit per ſtatutum inhabilitari. & poſito, ꝙ D. Tarlatus eſſet verus ciuis Tudertinus, & in numero ciuium, & non hoſtiū. tñ verum eſt potius domicilium viri attendi, ēt erga vxorem, q̄ iuris originem, vt l. 1. C. de mulie. in quo loco. libr. 10. & per hoc patet reſponſio ſuper teſtamento. ſed reſtat videre, ſi Franchus tranſ-
2 miſit hæreditatem maternā non aditam. † dicēdum eſt ꝙ non, ſed potuit tranſmittere ius deliberandi, vel ſi non tranſmiſit, ipſo iure hæres eius poſſet petere reſtitutionem in integr. ſi tēpora quadriennij largirentur, aliàs non, de reb. dub. l. ad vos. credo tamen, ꝙ ius deliberandi hodie poſſit per pupillum doli capacem tranſmitti, nam hoc eſt ita fauor, quod non poteſt eſſe damnum aliquod. vnde non requiritur tutori authoritas in tali tranſmiſſione, quanq̄ ſecus eſſet iure antiquo, vt l. ſi infanti. §. ſi vero. de iu. deli. & l. cum antiquiorib. & facit. C. ad Orfic. l. non pro numero. & in hoc ſciendum eſt, ꝙ Francho de iure communi, cum non extent fratres vtrinque coniuncti, nec fratrum vtrinque coniunctorum filij, ſuccedit Pelionus frater vterinus. auth. poſt fratres. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXIX.

1 *Caſtro cōceſſo cum mero & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, an veniant condemnationes factæ ante conceſſionem.*

In Chriſti nomine. Dominus noſter Papa nobili, & egregio militi, atq; doctori D. Nicolao conceſſit in Vicariatum perpetuum quædā caſtra cum mero, & miſto Imperio, & omnimoda iuriſdictione tēporali: & conceſſit eidē poteſtatem exigendi, & ſuis vſib. applicandi omnes fructus, redditus, & ꝓuentus dictorum caſtrorū, &c. contingit, ꝙ ante iſtam conceſſionem vniuerſitas

vnius ex iſtis caſtris erat condemnata cameræ Romanæ in maxima quantitate, nunc camera vult illam condemnationẽ exequi, & exigere. In cõtrariũ pro parte d.D.Nicolai dicitur, quod camera omne ius ſuum in ipſum tam in futurum, q̃ in præteritum conceſſit, & commiſit exigendum d.Do.Nicolao: & quod
1 ad eum pertinet dicta executio, non ad cameram. † Quæritur, quid iuris: pro parte cameræ allegatur ſic. iſta pœna erat commiſſa ante donationem caſtrorum, & ideo non videtur venire in donatione caſtrorum, ff.quod vi aut clam.l.is, qui præſentem.§.ſi poſtea. Item iſta pœna erat extrinſecus ꝓuenta ex nullo, non aũt erat acceſſio naturalis, vel quaſi naturalis, ergo non venit in ſucceſſionẽ, ar.ff.de pe.hær.l. vtrũ. Itẽ iſte nõ eſt redditus, vel ꝓuentus caſtri, cum non colligat̃ ꝑ camerã illius caſtri, ſicut in peculio ſerui non dicitur eſſe, ꝙ ſeruus debet dño, & cõceſſo peculio ſerui, vel conceſſo ſeruo cum peculio, non intelligitur conceſſum, quod domino debetur, vt ff. de pe.leg.l.ſi peculium.§.ſicut.& l.ſciente. In contrarium quod videtur conceſſum, ſic probatur: iſta pœna eſt fructus iuriſdictionis: quia renaſcuntur ſecundum Cy.in l.diuortio.§.ſi in fundo.ſol.ma.& eod.tit.l.fi.per Bart. quam eccleſia dat in illo caſtro: quia ſi non haberet iuriſdictionem, non poſſet imponere pœnam. Itẽ eſt fructus non ſeparatus à ſolo, cum non ſit facta exactio. ſed caſtrum conceſſum Dom. Nicolao eſt conceſſum cum fructibus. ergo iſti fructus veniunt, & includuntur in conceſſione: quia adhuc ſolo cohærẽt, vt l.fi.de iu.fiſ.& ar.in l.fiſcũ.§.fi.ff.q̃ i frau. credi. Itẽ iuriſdictio eſt quid vniuerſale, & bãna ſunt naturalia cõmoda & naturales ꝓuen.iuriſdictionis: ergo omnia vident̃ eſſe cõceſſa, ar.de pe.hæ.l. itẽ veniunt.§. fructus. & ff. de vſufru.l. vſufr.& l.omnes. Itẽ cũ vniuerſitate oĩa iura trãſeũt, de cõtrah. emp.l.in modicis.de acq.re.do.l.q̃dã.de re iu.l. cum Bertoldus. de iu.pa.c.ex literis.ꝑ In. Itẽ beneficia principum. vbi extraneo non derogãt, latiſſime interpretanda ſunt, de conſt. prin. l.beneficium.C.de bo.vac. l. fi.itẽ princeps bona cõcedendo videt̃ iura & actiones concedere, de verb.ſign.l.princeps bona. Item iſtud caſtrum debet tradi liberum nulli obligationi, vel hypothecæ ſubmiſſum. nam ſi hoc eſt in legato, vt l.ſi res oblig.de le. 1. ergo multò fortius in beneficiis, q̃ latius patent. Item ꝓpter hoc ergo omnia cõtratulit.ff.de off.pf.vr.l.1. §. cum vrbẽ. Item quia Vicarius fungitur loco dñi, & eſt ſimilis ꝓcu. ar.ff.fa.er. l. ſi pignori.in fi.ſed ꝓc. factus ad res illius caſtri poteſt debitũ contractum ibi exigere: ergo & D. Nicolaus poterit exigere, ff. de ſo.l.quero.ſo.ꝙ ſuperſit conſulẽdus dñs noſter Papa, qui declaret, queãdmodum beneficia ſua eſſe vult, ff.de re iu.l.Neratius. & ꝙ interim talia caſtra ꝓpter dicta debita non poſſunt moleſtari per generales collectores, quaſi quod D.Nicolao ſpecialiter eſt conceſſum & deputatum, videtur cæteris denegatum, de le.1.l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.& ibi per Ia. Item non eſt veriſimile, ꝙ princeps voluit concedere caſtrum exinatum debit. ſed vberrimum caſtrum. nam principis munificentia debet eſſe expers diminutionis, vt dicit text.no.in auth.cõſtitutio. quæ de digni.§.illud.

CONSILIVM CCCCXX.

1 *Maleficium criminaliter intentatum non probatur, niſi probetur locus, & tempus.*

2 *Locus probatur dupliciter.*

1 In Chriſti nomine. † Quia nõ ꝓbatur maleficiũ criminaliter intentatũ, niſi ꝓbetur locus, & tempus deductũ in libello accuſationis, eſt videndũ, an in caſu noſtro ſit ꝓbatum de loco, nam ſi eſt plene probatũ, debet ſequi condemnatio iuxta probata, ſi non eſt ꝓbatũ de hoc, debet ſequi abſolutio, vt C.de ꝓb. l.ſciãt cũcti.C.de accu.l.tunc cõuenit.& no.extra de accu. c. qualiter, & qñ.per Inno. & patet in exemplo Danielis, vt no.C.de teſti.l.
2 teſtium. † Sciendũ eſt ergo, ꝙ locus dupliciter ꝓbatur, vel cõfi. adiectione, vt ff.de teſti.l.forma, & ibi gl.or.q̃ incipit, no.vel cetera, & ſpeciali circuitione: vt l.certum.ff.ſi cer.pe.ſi autem circumlocutio non ſit certa, non eſt pœnæ locus, ar. optimum. ff. de cond.& dem.l.in teſtamẽto.1.in fi. ſicut enim nõ procedit libellus, vbi non confinatur, vel coarctatur locus, multo minus valet dictum teſtis, quia magis debet eſſe clarum dictum teſtis, q̃ libel. vt no.ff.depoſiti.l.1. §.ſi quis argen. His præmiſſis venio ad caſum noſtrum. duo teſtes, ſ. Ruffinus dicit inſultum factum ad domum, in qua habitabat Paulus, nõ dicit, ꝙ ſit domus cõfinata, in accuſatione, eſt verum, ꝙ ſequitur verbum in dicta domo, &c. & iſta dictio facta eſt relatiua, non tñ apparet, ꝙ teſtis retulerit ſe ad accuſationẽ, ſed ad dictum ſuũ, & dictũ ſuum eſt incertum. vñ nihil probat, niſi repetitus ex officio curiæ declaret dictum ſuum, ſecundum quoſdam, vt not.in auth.de teſti. §. quia vero.extra de teſti.c.cum clamor. per Inn. & ſicut non ꝓcederet libellus dicendo, ꝙ inſultus fuit factus ad domum vbi habitabat pro ſua arte exercẽda, non confinando domum, nec ponendo, in qua porta, vel parochia ſit, vt no.in d.l.forma.& gl. or.ita multo minus valet probatio, cum ſit incerta, vt extra de prob.c.in præſentia.& ar.in l.ſi domus.de le.1.& legitur, & not. in l.fi.ff.de præto. ſtip.& ſic concluditur, ꝙ dictum Ruffini non probat: quia deponit de loco incerto, nec refert ſe ad locum in accuſatione cũfinatum, ſed indefinite loquitur, & ex dicto ſuo non conſtat, quis locus ſit iſte, & vbi ſit. alius teſtis. ſ.Lucia eodem morbo laborat. ſ.deponit de incerto loco, & non diſtincto per confinia. libellus Conradi eſt vnus teſtis. & dicto vnius non creditur, vt l.iuſiurandum.vel & de iſto ſatis eſt dubium, ſed nõ clare, licet obſcure loquatur. Conſilium ergo meum eſt, quod rebus ſic ſe habẽtibus non ſit ꝓbatum, & reus ſit abſoluendus, &c. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXXI.

1 *Recepta emphyteuſi pro ſe, & ſuis deſcendentibus, ſi vſusfructus rei emphyteuticæ relinquatur vxori, & nolint eſſe hæredes, ſed habere rem emphyteuticam, an vſusfructus debeatur.*

1 In Chriſti nomine. † Quidã recepit à quadã eccleſia emphyteuſim pro ſe & ſuis deſcendentibus, vſque in tertiam generationem, nec facta mentione aliqua, ꝙ reciperet tanquam pro hæredibus, ſed ſimpliciter: deinde emphyteuta moriens reliquit vxori ſuæ habitationem rei emphyteuticæ, filij vero nolunt eſſe hæredes patris, ſed volunt emphyteuſim iure contractus. modò quæritur, vtrum dicta vxor debet habere dictam habitationem, nec ne. Ad quod reſpondeo, & dico, ꝙ dicta emphyteuſis tranſit ad filios, & ſi non ſint hæredes, & iſta eſt opi. Spe.in titu. de locato.§.nunc aliqua.ver.158.& hoc ponunt moder. doct. in l.vt iureiu.§.ſi liberi.de ope.libe.& de verb.obli.l.quod dicitur. & ideo pater rem filiorum legare non potuit, ſi ipſi nõ ſunt hæredes, vt plene legitur.& no.C.de rei ven.l. cum à matre. nam quis poteſt acceptare contractum, & repudiare hæreditatem, C.de inoffi. teſt.auth.vnde ſi parens. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXXII.

1 *Podere vendito cum toto territorio, & diſtrictu, an veniant omnes partes integrales ipſius, licet ſit in alio territorio.*

Super quibus conſultus ego Baldus de Peru. V.I.D. allegabo pro & contra, vt magis appareat veritas: de-
1 inde reſpondebo illud, quod finaliter credo. † & videtur, ꝙ nõ includitur id, quod primò poſitũ eſt in diſtrictu Humanæ: quia territorium Caſtri Humanæ poſitũ eſt ꝓ termino: & ideo cum veniat ad terminãdum, & limitandũ, non includitur in contractu, vt ff.de contrah.emp.l.cum ſeruo.§.fi.reſpon.2.cum.n.agri deſtinatione patrisfa.conſtituatur, vt ff.cõmunia prædio.l.ſi q̃s duas.§.plane.& regionib.idem ager diuidi poſſit, vt ibi dicitur merito, appellatione huius nihil venit, niſi quod ſub demonſtrata regione includitur. & licet verba in prima parte contractus fuerint generalia: tñ reſtringuntur per ſequentia, arg. ff.de verb.ſig.l.ſi cum fundum. & licet falſi confines non vitiẽt contractũ, nec falſa vocabula, vt ff.de leg.3.l.patronus.§. Sẽpronio. tñ vera confinia contractum limitãt, & declarãt, ſicut mẽſura, vt ff.de contrah.emp.l.Rutilia Polla.& facit.ff.de cenſ.l.forma, cum ſi.in cõtra non, quia verba dicunt, cũ toto territorio, & diſtrictu. omnes igitur partes tam integrãtes, q̃ adiacentes poderi, & caſtello veniunt in cõtractu, q̃a qui totum dicit, nullã partem excipit, & partes de facili includũtur, vt ff.de proc.l.ꝓcurator totorum.& ff.de le.3.l.vxore.§. legauerit. & §. qui. bene facit. & licet verbum pro podere, poſitum eſt in diſtrictu Aquæpendentis, non reſtrictionis, ſed demonſtra. loco. habet. maxime ſumpta ex quanti. pretij, coniectura, ſicut prudenter allegabatur, vt l.1.de reb.dub.& l.1.§.1.de ſuperficiebus. in glo.ord. Secundò dico, omnia concludi debent, in podere, & caſtellare poſitum in contrata, & diſtrictu Aquæpendent.iuxta rem, &c. & alios confines, & cum territorio & diſtrictu. vnde ſi diligenter aduertatur latitudo territorij, & diſtrictus, non eſt hic confinata



finata, vel coarctata, ſed latitudo poderis principaliter vendita, & bene confinata, propter ergo illam adiectionem, cum toto territorio, & diſtrictu, adiacentes poſſeſſiones veniũt, ad quas ſalua ratione recti ſermonis nulla poteſt coercio adaptari, ff.de aur.& argen.leg.l.Plautius. hic accedat illa copula, & alios confines, quæ ampliare conſueuit, de legat.3.l. ea tamen adiectio. Ego Baldus de Peruſio legum doctor.

CONSILIVM CCCCXXIII.

1 *Res ſubiectæ fideicommiſſo poſſunt alienari cauſa dotis, & poſſunt alienari vſque ad legitimam.*

1 In Chriſti nomine. † Frãciſchinæ, quæ deceſſit in pupillari ætate, ſucceſſerunt ſorores, videlicet Veneta, & Agneſa iure directo, & ſine detractione alicuius legitimæ, vel Trebellianicæ, q̃a in ſucceſſione directa non habet locum detractio: q̃a teſtamentũ nullum præteritione matris, licet antiquo iure erat aliud, ſed eſt impugnandum per querelam inofficioſi, vt in auth.de hære. & fal.§.hæreditas.& per Cy. in l.Gallus.§.1.in mag.diſt.c.nõ potuit ex teſtamento ſuccedere Veneta Agneſæ. nec venire vt hæres teſtamentaria, ſi mater dicat nullum: ſed ab inteſtato ſucceſſerũt.ſ.mater.i.Dilatutia, & ſoror.i.d.Veneta, vt in auth. defuncto.tñ mater fuit obligata reſtituere Dilatutiæ vigore fideicommiſſi medietatẽ, & medietatẽ aliã retinere potuit ꝓ legitima, & Trebellianica ex pſona filiæ.ſ. Agneſæ, q̃a legitima, & Trebellianica trãſmittitur ad hæredẽ. tñ hic aduertendũ, q̃a qualitercunq; ſuccedat̃ Agneſę, maritus quondã ipſius, habebit tertiam partẽ dotis ex forma ſtatuti: q̃a permiſſum eſt filiæ cauſa dotis alienare, vt ĩ auth.res q̃. Itẽ eſt ꝑmiſſum alienare, vel legare vſq; ad legitimã, vt in auth.de reſti.& ea, q̃ parit.§. quãobrem. & ideo maritus debet habere dictam tertiam cõputato dicto lucro. Viuianæ mater, & Nicolaus ex teſtõ ſucceſſerunt iure ſubſtitutionis fideicommiſſariæ factæ per Canam, debent bona Canæ ſic diuidi in effectu, quia detracta legitima, & Trebellianica, ſi fuit factum inuentarium, aliàs non detrahetur Trebellianica ſecundum vnam opin. vel immo ſemper detrahitur ſecundum aliam opi. reputatam in dicta legitima, & Trebellianica dicta tertia bonorũ parte Agneſæ: quia fuit relicta per eam ſuo marito de bonis paternis: reſiduũ quod ſupereſt, debetur pro vna tertia parte matri, ꝓ duabus tertiis fraternitati, quia de fideicõmiſſo duplum tam relictũ fuit fraternitati, q̃ matri, & illa quarta Andreæ, & Franciſci, q̃a fuit caduca, accreuit ex coniunctione verbali modo prædicto: quia in iure accreſcendi eadem tota eſt, quæ in iure ſubſtitutionis expreſſæ, C.de impu.& aliis ſuſt.l. 1.& l.teſtamẽto.cum ſi.imo dico, ꝙ fraternitati non detrahitur Trebellianica, quia ad pias cauſas ceſſat Trebellianica ſecundũ communem opin.legiſtarum, ſed legitima detrahitur. Concluſio de omni eo, quod tangebat Viuianam ex teſtõ Canæ mater habet dimidiã, ex qua reſtituere debet duas partes fraternitati, detracta tertia duarum partium nomine legitimæ, & Nicolutius habet aliam dimidiam, de qua reſtituere debet dictæ matri dimidiam tertiæ: quia aliam dimidiam retinet pro legitima, & Trebellianica, & fraternitati duas partes detracta tertia pro legitima tantum computum faciant illi de habito. Ego Baldus de Peruſio legum doctor.

CONSILIVM CCCCXXIIII.

1 *Teſtamentum factum ante acceptionem vxoris, & ſuſceptionem filiorum, an rumpatur quo ad inſtitutionem, & quo ad legata.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſito, ꝙ dictus teſtator poſt teſtm̃ accepit vxorem, & ꝙ ei nati fuerunt duo filij, videlicet Vgolinus & Magdalena ex dictis coniugibus legitime procreati, & ꝙ tan-
1 dem dictus teſtator eis ſuperſtitib. ſit defunctus. † quare an dictum teſtamẽtum ſit ruptum quò ad inſtitutionem hæredis tãtùm, & legata firma permaneant, videtur probari per auth. ex cauſa. quæ habet locum in præteritione nati ſecundum omnes, & etiam ꝙ in præteritione poſthumi, vt no.in l. 1. C. de codicil. & fideicommiſ.libe.le.generaliter.§.ex teſtamento.ff.de manu. teſtam.l.vxorem.ff.de captiu.l. bona. in glo. penul. ſecundo videtur probari per clauſulam illam, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum. Nam relictum in defectum teſtamẽti valet, quamuis per præteritum expugnetur teſtm̃, caſus eſt in d.§.ex teſtõ.ff.de in.teſta.l.poſthumus.§.ſi paganus.de le. 2.l.Lucius.§.filiam.& ita tenet Dy. licet gl. velit contrarium in auth. ex cauſa.& Gul.tenet eam in l.fi.C.de codi.alij habent per Gul.ſuper l.1.illius tituli, in contrarium, ꝙ legata non habent locum in præteritione poſthumi, qñ teſtator nullo modo cogitauit de grauandis liberis, ſecundum veram opi.no.C.de poſt. hær.inſt. l.1.& hoc probatur ſic, non plus operatur teſtm̃, quod ex cauſa præteritionis rumpitur, q̃ id, quod nõ rumpitur, ſicut eſt teſtamentum milit.in quo tamen vitio præteritionis, ſed coniectura voluntatis dicit lex legata non deberi poſthumo præterito, de quo teſtator nõ cogitauit, vt C.de mil.teſt.l.ſicut certi.& l.ſi cũ vel in vtero. Item donatio eſt fortior, q̃ legatũ, & tamen reuocat̃, C. de reuo.dona.l.ſi vnq̃. ff.de pact.l.tale pactum. §.vlti. item hic ageretur contra præteritum, quod eſſe non debet, vt ff.de leg.3.l.ex filio. ſecundò quia illa clauſula habet verba præſentis temporis, ſi non valet, &c. quæ conditio eſt falſa, ꝙ teſtamentum valuit à principio, vt l. 3. de iniuſto teſta. & ſic clauſula nihil operatur in præteritione poſthumi, de leg. 2. l. ſi ita ſcriptũ.per Dy. & ita tenent omnes doc.imo dicunt quidam, ꝙ qñ de liberis grauandis non eſt cogitatum, ꝙ eſt per verba futuri temporis, nihil operatur formata clauſula: quia deficit voluntas teſtator.de iure codicillorum, l. is qui. & arg.ff.de milita. teſtamento.l.mil.eo.§.miles in ſupernis. nam in caſu noſtro teſtator non habebat vxorem, & ideo de filiis legitimis non cogitabat. & ſic ceſſat voluntas grauandi filios quibus omnia ex voto parant, parere debet ipſa natura, vt l. teſtimonium. certa eſt concluſio mea, ꝙ ex dicto teſtamento à dictis filiis peti nõ poſſunt, quia clauſula illa prolata ab ignorante, & non cogitãte de filiis in præiudicium filiorum nihil operatur, maxime cum per verba præſentis temporis eſt prolata. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXXV.

1 *Tutor ſi promiſit fideiuſſori conſeruare eum indemnem ad ſuam petitionẽ, & extrahere ipſum de obligatione, & male inceperit facere facta ſua durante tutela, an fideiuſſor poterit peti eximi à dicta fideiuſſione.*

1 In Chriſti nomine. † Quæſtio ſtat in hoc, ſi tutor ꝓmiſit fideiuſſori conſeruare eum indemnem ad ſuam petitionem, & extrahere ipſum de obligatione, & poſtea tutor male incepit facere facta ſua: vnde durãte tutela fideiuſſor petit ſe eximi, & conſeruari, an iſta petitio procedat, necne? & videtur, ꝙ non procedat: quia impoſſibilium nulla eſt petitio, nec pronunciari poteſt ſuper impoſſibili, vt l.non ſolum.de act.& obl.& l.Paul. quę ſentẽtiæ ſine appel.reſcin.& l.ſi deceſſerit.qui ſatiſ. cog.ſed impoſſibile eſt durante tutela fideiuſſorem tutoris abſolui, quia nec tutor abſolui poteſt.ff.de minor.l.minor 25.ann.ex aſpectu. & C.eo.l. de tutela.& ſicut tutor non poteſt abſolui, ita nec fideiuſſor eius. Præterea tunc fideiuſſor poteſt petere liberari, quamdiu ſterit in obligatione efficaci ad agendum, ſecus ſi non fuit efficax, l.facere poteſt.ſo.ma.& ibi per Iac.C.mandati.l.pro ea.& ibi per Cy. ſed tutor durante tutela non poteſt conueniri, ergo fruſtra fideiuſſor interim timet, l. niſi finita.§.fi.de tute.& ratio diſtrahen. Præterea hoc factum eſt inobedientiæ, de neg. geſt.l.ſi quis mandato. ſed ad factum non poteſt agi, ſi de iure non poteſt fieri, ff. de leg.1.l.apud Iulianum.§. fi. cum ergo durante tutela non poſſit fideiuſſor liberari, ergo ad hoc agi non poteſt. In contrarium, quia licet nõ poſſit liberari, poteſt tñ cauere ſibi fideiuſſor per indemnitatẽ, vt l.ſi creditores. de priui. credi. vnde interpretantur ꝓmiſſum id, quod fieri poteſt, non id quod fieri non poteſt, argu.de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori.§. ſed ſi rerum. & hoc verum credo, vt debeat conſeruari indemnis eo modo, quo procedere poteſt de iure. ſ. per idoneam ſecuritatem, non per liberationem. Et ita dico, & conſulo ego Bald.de Peru. V.I.D. & ad fidem prædictorum me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſignaui, ſalua ſemper ſubſtantia veritatis, & conſilio alterius melius, & rectius ſentientis.

Ego ſer R. adhibitis per dictam Dominam Dialcutiam, & de eius ſpeciali & expreſſo mandato ad ſubſcribendum dicto inuentario loco dictæ Dialcutiæ hæredis ſcribere neſcientis me vice & nomine ſubſcribo, affirmans dictum inuentarium ſecundum conſcientiam meam, & me præſente fuiſſe, & eſſe bona fide factum, & perfectum, & me nõ eſſe conſciũ alicuius malignitatis. & ideo me ſubſcripſi ſecũdum formã iuris: ego talis, &c. teſtis adhibitus, & rogatus intereſſe confectioni dicti inuentarij prædictis omnibus loco creditorum, & legatariorum abſentium interfui, & me ſubſcripſi: rogati debent eſſe iſti ad mi-

ad minus tres teſtes. & ego talis notarius dictum inuentarium
in præſentia dictorum teſtium de dicto loco fide dignorum,&
immobilia poſſidentium,& dictam Viuianam ſe cognouiſſe af-
firmantium,ac etiam dictam Dialcutiam hæredem cognoſcen-
tium,& aſſerentium ſe non conſcios alicuius malignitatis: ſcri-
pſi,& compleui rogatus,& ſignum meum appoſui conſuetum.
debent apponi duo alij teſtes, quorum non requiritur ſubſcri-
ptio. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXXVI.

1 *Emphyteuſis an ſequatur filium, vel filiam, vel liberos, ſi monaſterium ingrediatur.*
2 *Pacto an poſſit fieri, vt ingrediens monaſterium non ſuccedat in emphyteuſi.*
3 *Monaſterium an habeatur loco filij, & quid in præiudicium alicuius eccleſiæ.*

In Chriſti nomine. Super puncto præmiſ-
ſo multæ allegationes
factæ ſunt per alios multum ſapiẽter, quas non refero, ſed bre-
1 uiter venio ad factum. † & eſt conſiderandum, ꝙ emphyteuſis
ſecundum veram ſententiam ſequitur filium, vel filiam,& libe-
ros, ſi monaſterium ingrediantur, vt no. in auth. ingreſſi. in fin.
magnæ glo.& per Inn. extra de prob. c. in præſentia.& durat pe-
nes monaſterium ex perſona monachi, quandiu monachus na-
turaliter viuit, ar. de le. 2. l. pẽto. §. prædium. ff. de pig. l. lex vecti-
gali. ff. loca. l. ſi quis domum. §. & hoc ſubiungi poteſt. & ſimile
in vſufruct. dicimus, nam monaſteriũ potius dr̃ habere cõmo-
ditatem vſusfructus, q̃ ipſum vſumfructũ, q inſeparabilis eſt à
ꝑſona, ff. de peric.& cõmo. rei ven. l. neceſſario. §. fi. de noua. l. 4.
ff. ſo. ma. l. ſi vſusfructus.& iſta eſt bona ſimilitudo. quia gl. æqui-
parat in d. auth. ingreſſi. Secundo p̃mitto, ꝙ ſimpliciter natura-
lis rei poſ. per pactũ immutari poteſt: q̃a cõtractus ex conuen-
tione legẽ aſſumunt, ff. de po. l. 1. §. ſi conuenerit. & in emphy-
teuſi eſt expreſſum, ꝙ pacta ſunt formaliter obſeruãda,& q̃ ſunt
extra naturã cõtractus, vt C. de iure emph. l. 2.& maxi. pactũ de
non alienãdo eſt ſeruãdum, vt in auth. de emph. §. ſanctiſſimos.
& ar. C. ne rei dñicę vel tẽp. l. vniuerſos.& no. C. de cõd. ob cãm.
2 l. à leg. in gl. mag. † Reſtat ergo videre, vtrũ p dicta duo pacta, vel
aliquod p̃dictorũ pareť impedimentũ dicto monaſterio ex per-
ſona dictæ monialis intẽt.& vr̃ ꝙ ſic. primò: q̃a illud pactũ, ꝙ d.
D. Vgucius ſuccederet in bonis, & ecõtra, vr̃ arctare & reſtrin-
gere ipſam ſucceſſionẽ, vt non habeat locum inter reliquos, ni-
ſi inter ipſos duos, vt ff. de vulg. ſubſ. l. cohæredi. §. q diſcretas.&
§. qui patrẽ.& ff. de verb. ſig. l. ſi cum fundum. Secundò vr̃, ꝙ il-
lud aliud pactũ, ꝙ dicta domus nõ potuit vendi, nec cõcedi lo-
co religioſo, ſimiliter obſtet: nam ille cui opponiť hoc pactum,
tenetur facere, & curare, ne ad locum religioſum vadat, vt no.
expreſſe. ff. de ver. ob. l. ſi ita qs. §. ea lege.& facit. ff. de leg. 2. l. pe-
to. §. fratre.& ff. de ver. obl. l. in illa ſtipulatione per te non fieri.
& ff. loc. l. in lege. & ff. de pac. l. non impoſſibile. Item de quali-
bet alienatione debet intelligi, vt no. expreſſe in l. 2. C. de vſuca.
pro emp.& C. de fideicom. l. voluntas.& ff. de ſtatulib. l. ſtatulib.
à cæteris. §. quintus. nam & verbum concedere, quod eſt inſer-
tum pacto, generalem habet ſignificationem, ff. de leg. 3. l. iuſta.
§. vxori.& l. vxor. §. 1.& facit, quod no. ff. de dona. l. pe. Item quia
nomine ipſius monialis retro non fuit ſolutus cenſus, ergo in-
cidit in canonem, quod monaſterium alij potuit conferre, nec
poſtea accipiendo canonem præiudicauit ei, cui ante conceſſe-
rat, vt ff. quemadm. ſer. l. ſi partem. §. 1. ff. de bo. lib. l. octuaginta.
ex quo enim expirauerat emphyteuſis, bene potuit alteri con-
cedi, ff. de aqua quoti. l. 1. §. permittitur. & extra de dona. c. per
3 tuas. † In contrarium facit: quia dicit gloſſ. quod monaſterium
habetur loco filij, vt emphyteuſis trãſeat ad monaſterium tan-
quam ad filium, vt dicit D. Dy. quod hoc eſt verum, ſi ingredia-
tur monaſterium. ita dicunt ipſi in d. §. ea lege. Sed iſta ratio nõ
videť vera in emphyteuſi eccleſię: quia in præiudicium alterius
eccleſiæ monaſterium non habetur loco filij, vt in auth. de ſan.
epiſ. §. ſed hoc præſenti.& C. ad Treb. auth. niſi rogati. in fi. Præ-
terea illud eſt verũ, niſi expreſſe ſit determinatus caſus, ex quo
agitur per formam pacti, vel teſtamenti. ſed hic eſt determina-
tum, ꝙ monaſterium ſuccedere non poſſit, ergo, &c. vt not. ff.
ad Trebel. l. Lucius. §. tres hæredes. præterea ſi monaſterium
haberetur loco filij, etiam mortuo filio emphyteuſis duraret
penes monaſterium ex ſua perſona: quia habetur loco filij,
ſed illud eſt falſum,& contra gl. 3. auth. ingreſſi. nam morte mo-
nachi finitur. ar. ff. de vſufru. l. Sticho. C. de leg. l. vxor patrui. ff.
de contrah. emp. l. qui tabernas. Quid ergo dicendũ, nunquid
dicitur vendidiſſe, vel conceſſiſſe loco religioſo ingrediendo
monaſt.& videtur ꝙ non: quia hoc fit p l. non p conſenſum in-
gredientis, arg. de legi. l. ab adminiſtratione. nec eſt prohibita
cõceſſio iuris: ſed hominis, vt in l. 2. ff. de rebus eor. & ex quo eſt
ingreſſus licitus, ergo,& quicquid ex eo neceſſariò ſequitur: q̃a
cum aliquid permittitur, videť permitti quicquid ſequitur ex
illo: dumtamẽ non requirat aliquod aliud factum extrinſecum,
& ſeparatum à permiſſione, vt no. Cy. in d. auth. ingreſſi.& c. lo-
cati. l. certi iuris. in 3. q.& per gl. ff. de pac. Item q̃a ſimile, ecõtra.
& no. Cy. in l. 1. C. ſi rector prouinci,& facit, ff. de iuriſd. om. iud.
l. 2.& ibi no. ff. ſi vſufru. peta. l. 1. §. 1. & ff. de ſerui. ru. prædio. l. 3.
§. ſi hæres. inſt. Item mona. magis ꝓprie eſt hic cõmodum ſen-
tiens, q̃ emphyteuta, vt d. l. neceſſariò. §. fin.& hanc partem pu-
to veram, ꝙ donec viuit iſta monialis, monaſteriũ eius habeat
hanc cõmoditatem. nec obſt. ꝙ non ſoluit canonem. nam alius
ſoluit, nec refert, quo nomine ſoluerit: quia vbi tractamus de
conſeruatione iuris, non refert quomodo fiat, vt no. Dyn. ff. de
verb. obl. l. cum ſeruus.& de vſufru. l. arborib. §. quid tamen. &
ff. quemadmo. ſer. amit. l. qui fundum. Item non ob. pactum de
ſuccedendo inter primos: quia non propterea arctat pactum
reale inter poſteros, vt ff. de ſerui. ruſt. prædio. l. cum fundo. quę
eſt ad hoc multum no. & confirmo prædicta ſic. pactum quod
tacite ineſt, ſi exprimatur, nihil operatur, vt C. de fideiuſ. l. non
recte. ſed tacite ineſſe videtur, vt in potentiorem, & aliam ec-
cleſiam non alienetur, vt in auth. de aliena.& emphyteu. §. ſi ve-
ro contigerit quemlibet. & tamen per ingreſſum monaſterij
transfertur ius, vel ſaltim commoditas in monaſterium per in-
greſſum, ergo, &c. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXXVII.

1 *Reus voluntarius, & qui non eſt aduerſarius principalis, an poſſit opponere contra delegationem factam vltra vnam dietam, vicina ciuitas dicitur, ſi differt per 100. miliaria. nu. 2.*

In Chriſti nomine. Reuerendiſſimus Do.
1 Arch. theannus † vide-
tur velle cõmittere articulũ iuriſdictionis, ꝓ parte noſtra obie-
ctũ eſt,& dr̃ delegationẽ, nec dominũ epm̃, vel clerum Floren-
tinum, aut D. Simonẽ huc trahi poſſe, cum ſit vltra vnam dietã.
ſed ipſi replicant,& dicunt, ꝙ licet D. eps̃ Florentinus, & ſuum
capitulum, atq; clerus habeant domiciliũ in ciuitate, & diœc.
Florentina,& ꝙ ipſa ciuitas, & diœceſis diſtet à diœceſ.& ciuit.
Peruſij vltra vnã dietã.& ꝙ etiam D. Simon habeat Florentinæ,
vel alibi etiam in loco diſtrictus domicilium, tñ dictum manda-
tum iuriſdictionis valuit ꝓ eo: q̃a contra D. epm̃ Florentinum,
eius capitulũ, vel clerum non fuerunt litem impetrati, nec etiã
citati in cã, vñ nõ ſunt rei neceſſarij, imo nec rei vllo mõ, vt no.
In. de exce. c. cũ inter priorẽ. & ſic ipſi non trahunť, ſed ſeipſos
trahunt faciendo ſe voluntarios oppoſitores. Item perſona ve-
niens ex tranſuerſo non mutat forum, vt ff. de iud. l. venditor. C.
vbi in rem acti. l. 1. licet non admittatur, niſi veniat ꝓ ſuo inter-
eſſe, vt extra de teſti. c. veniens. C. de litigio. auth. nunc ſi hæres.
ff. de inoffic. teſt. l. ſuſpecta. Item ipſorum cauſa non debet dici
propria, ex qua in iudicio non ſunt citati, nec ſunt dñi lit. C. de
app. l. dominus lit. ff. de app. l. ab exceptione. §. vlt. Item dicunt,
ꝙ iſta cauſa non eſt etiam D. Simonis, nec ſua intereſt in aliquo:
q̃a ad ipſum non pertinet cõmodum. nec eſt citatus ratione ſui
officij iniuriatus, ſed ratione quorundam geſtorum licet per-
peram, & iudi. ex commiſſione ſibi facta,& aſſeruit per domi-
num tunc generalem & nuntium apoſtolicum iniuriam. & ſic
eſt conſiderandus totus ambitus, & tota latitudo, intra quam
ſituata eſt ciu. Peruſina. & hoc reſpũ non eſt facta delegatio ex-
tra fines debitos, ſed intra fines, & ꝙ dictus Simon non ſit hic
aduerſarius principalis, probant: quia non concluditur contra
eum ꝙ ad aliquid condemnetur, ſed ſolum petitur factum per
eum nullum declarari, vel reſcindi, ex qua reſciſſione ipſe in
nullo obligatur, nec damnificatur in aliquo. & ſic proprie ipſe
non eſt pars, nec citatur vt pars, ſed quia ex officio ſuo graua-
uit partem, ideo citatur in cauſa, vt in c. venerabilem. §. 1. de
ſen. excom. lib. 6.& no. In. de tranſ. c. de cætero. poteſt. n. ſi vult,
defendere factum ſuum, ſed non cogitur, ſed maxime hic, quia
dicitur, ꝙ ad hoc habuit ſpeciale mãdatum à domino generali,
& ſic



& ſic non grauauit D. Simon, ſed dominus generalis. ex. de app.
c. nouit.& ar. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. ff. de ma. vin. leg. pr̃ ex
ꝓuincia. nã merus miniſter eſt tãq̃ pica,& organũ, nec dr̃ ꝓpriè
grauare, facit ff. de euic. l. ſi pignora.& ꝙ no. in ſimili. C. ſi q̃s al-
teri, vel ſibi. l. multũ.& quod no. Dy. de reg. iur. l. ꝙ quis manda-
to. p̃terea dicunt eſto, ꝙ D. Simon ſit reus principalis, tamẽ huc
trahi põt, inſpecto quo nomine trahiť, q̃a quodãmõ nomine ali
eno. ſ. commiſſarius dominus generalis, q generale hẽt domici-
liũ, vel eſt ſine domicilio, q̃a non hẽt fixos lares, ergo vbiq; tra-
hi p̃t, arg. de dã. infe. l. 4. §. abeſſe. ver. ꝙ ſi nec habitationẽ hẽat.
primo dicunt, ꝙ in iſto iudicio non requiritur pars, nec in hoc
hẽt formã iudicij,& ꝓcedi põt ſine pte, ſicut alias cõtingit. C. ſi
vt ſe ab hr̃d. abſt. auth. ſi oẽs. C. ad Treb. l. iubemus.& in auth. de
hæred.& fal. l. ſi vero abſunt. ff. de bo. poſ. le. 3. §. pe. ille, cuius in
tereſt, vr̃ à iure, l. q grauatos. nam ex quo offõ inferioris ſine par
te,& ſine forma iudici factũ eſt, contrario offõ ſupioris reuoca-
ri dẽt, C. de accu. l. abſentẽ. ff. de euicti. l. minor. ff. de adm. re. ad
ciui. p. l. 3. §. graui. ff. ꝙ met. cau. l. ſi. extra. de pur. c. ſignificãtib. p
p̃dicta extẽdunt. §. cum aũt. licet non allegent tales leges, tamẽ
allegant rõnes. ſed ego in contrariũ facio tale fundm̃, & dico, ꝙ
ſumus in contradictorio iudicio, ſed in omni iudicio contradi-
ctorio requiritur ꝑſona iudicis, actoris & rei, alias non hẽt for-
mã iudicij. ff. de iudicijs. l. inter litigatores, cũ ſi. tunc q̃ro, quis ẽ
hic reus, ſi dicatur, nemo, nõ procedit iudicium. Item ſi dicatur
ꝙ dominus Simõ ſit reus, tunc quæro, quis eſt hic reus, tũc q̃ro,
aut principalis, aut acceſſorius, vel adhærẽs, non eſt adhærens,
quia ſolus, ergo principalis. ſi principalis, tunc habeo intentũ,
quia reus principalis trahatur vltra vnam dietam, contra §. cum
aũt. c. ſtatutum. de reſcrip. li. 6. Præterea contra dominum Simo
nem directò eſt oblata petitio, facta citatio, & impetratio lite-
rarum,& ſic attento libello ſupplicatorio conuentionali, & ci-
tatorio ipſe eſt pars, ipſe eſt reus, ipſe eſt tractus,& tex. in §. cum
autem. prohibet, ne trahantur. & ex hoc ſolo, ꝙ trahatur vltra
terminos illius, igitur non valet reſcriptum ipſo iure, vt in eo. §.
&c. in fi. prohibetur eñ ibi tractio, & rõ illius §. fundatur, quia
non debet quis vexari tot laboribus & expenſis, q̃ rõ hic locum
hr̃e vr̃. primo dico, ꝙ nedum dñm Simonẽ, ſed dñm ipſum flo.
& clerum iſta cã directe tangit, ꝙ intereſt epiſcopi, capituli, &
cleri hr̃e coadiutores: & cõtra ipſos poſſent petere executionẽ
mandati,& diſtributionis ꝓ ſuo intereſſe, ſicut agit cohr̃s cõtra
cohæredẽ, vt contribuat ad expenſam monumẽti, ff. de ann. le.
l. 5. §. Põponius. ff. fa. er. l. his cõſequenter. §. Celſus.& ex iſto mã-
dato de contribuendo eſt q̃ſitũ ius clero flo. ad iſtã collationẽ,
ſic & alias collatio petitur iure actionis, ſeu officio iudicis, ar. C.
de codicil. l. ſi ſoror. cum ergo iſtud iudiciũ veniat directe in p̃-
iudiciũ cleri Florentini,& in maiorẽ ſarcinã ipſorũ, cumq; agãt
de dãno euitando, ergo eorũ principaliter intereſt: q̃a intereſſe
eſt dãnũ emergẽs &c. vt no. in l. j. de ſnijs, q̃ ꝓ eo. & licet nõ ſint
citati verbo, ſũt citati ipſo facto: q̃a ſciũt cãm ſuã agi, & ẽt quia
ille, cuius intereſt, vr̃ citatus à iure, q̃a ſcit, ff. d̃ re iud. l. ſępe. ergo
eſt reus neceſſarius ſaltim neceſſitate cãtiua, ſi nõ vult ꝑdere ius
ſuũ: cũ ergo ipſo facto trahať, ergo poſſunt opponere ſcripto, ſi-
cut ſi ex officio eſſet datus tutor pupillo, & tutor appellaret. nã
pupillus, quia de ſuo commodo vel incõmodo agitur, dr̃ reus,
& pars principalis, & ff. de min. l. verum. §. ex facto. C. ſi de falſis
allegatio. p totũ.& cã iſta, licet ex offi. iud. originẽ ſumpſerit, tñ
dr̃ cã pupilli, & in ea pupillus tractus corã delegato poſſet tueri
ſe ex §. cũ aũt. nã ibi nõ curatur, an actio, vel officiũ intẽreť, nec
eſt in hoc vis aliqua. Item non põt negari, quin præfatus epiſco-
pus,& clerus ſunt prouocati ad iudiciũ, de no. op. nun. l. de pu-
pillo. §. q remiſ. de procu. l. nõ cogẽdũ. §. fi. de bo. auth. iudi. poſ.
l. ſi pupillus. §. defendere.& ar. ff. de in ius voc. l. libertus. §. à pa-
rro. q̃ bñfaciunt. nec obſtat dictũ Inn. in §. cum inter. quia loqui-
tur de perſona acceſſoria, q̃ incidenter tangit, hic de principali,
ſine qua iudiciũ fundari nõ põt, ꝑſona autem veniens ex tranſ-
uerſo non eſt de eſſe iudicij, iõ nõ dr̃ trahi. Itẽ in omni appel. eſt
appellans & appellatus, quæro, q̃s eſt hic appellatus, generalis,
nõ: q̃a non eſt hic de eo mentio: dominus Simon vt eius cõmiſ-
ſarius, non, q̃a functus eſt officio ſuo. ſ. commiſſariæ, C. de pro-
curat. l. inuitus, de ſol. l. hoc iure. de pactis. l. ſed ſi tantũ. de re iu.
l. admo. in prin.& l. iudex. de arbitris. l. dicere. §. fin. Aut ergo dñs
Simon ſuo noĩe, vt capitulum, & clerus, & vtroque modo non
valet reſcriptum, nec poteſt dici, ꝙ ſit appellans, & non appel-
latus in hac cã: quia appellãs, & appellatus ſunt correlatiua, ſeu
relatiue appoſita. vnde non inuenitur vnũ ſine reliquo. ff. de re.
permuta. l. j. ff. de acceptil. l. fi. Itẽ nec vr̃, ꝙ poſſit aliter fundari
ꝓceſſus iſte, niſi ſit, q iudiciũ ſuſcipiat; ſed extra p̃dictos nemo
eſt,& ſi ipſi coguntur iudiciũ ſuſcipere, eo ipſo trahunť ad vetitũ
examẽ, ff. de iudicijs. l. ſed & ſi reſtituať. §. ex quib.& l. 2. ff. de arbi
tris. l. non diſtinguemus.& l. item ſi qs. C. de aſſertio. tol. l. 1. C. d̃
iuriſ. om. iud. l. in criminali. Item non eſt verum, ꝙ dictus Simon
non damnificetur, imo damnificať, ſi ſuccumbet, vt C. de excu.
tut. l. ſi ſeruitus.& de ſen. excõ. c. ſacroſ. Item eſt ſibi dedecus, ꝙ
nõ pluſquã intereſt, ff. ſi quis omiſ. cã teſta. l. Iulia. Itẽ. §. ſecus. di-
recte facit pro iſta parte, quia ibi dicit, ꝙ faciens ex officio con-
ueniend. eſt, ſi committiť, ergo trahiť. nec eñ ſi dñs epiſcopus
excõicaret aliquẽ ex officio, pp hoc poſſet trahi vltra vnam di-
etam: quia generalis eſt iſta taxatio, ſicut ff. de mili. teſt. l. in frau-
dem. §. ſi. Sed aduerſarij noſtri multum exaggerãt iſtud factũ, &
in vnũ prorumpunt, dicentes dignum eſſe eis auxiliari: tunc ex
non vera cauſa dicãt ſe grauari, eo ꝙ ciuitas Reatina non eſt vici
2 na, nec circũpoſita: ſed diſtat à noſtra p ſex dietas, & vltra. † ego
neſcio hanc menſuram, ſed in iure habemus, ꝙ vicinia dicitur
interdum, ſi diſtet per centum miliaria, vt no. ff. de dam. infec. l.
4. §. ſi tam vicinum. de centum poſito, non credo, ꝙ tantum ex-
tenderetur, vt extra de ferijs. c. 3. ar. ff. de flumini. le. 1. §. 1. quicq̃d
ſit iſte articulus, non expedit nobis nec domino Archidiacono,
licet reputem eum bonum hominem,& iuſtum, tamen videtur
nimis voluntarius,& vult committere hunc paſſum ſuper iuriſ-
dictione conſilij ſapientis,& vult ſuſpectos, & conſultos, quos
nolo dare, niſi habeam à vobis.& ideo rogo dominationem ve-
ſtrã, ꝙ mihi reſcribatur facturo quicq̃d potero: ego dubito pro
pter id, quod dixi,& quo ad factum in opinione eſſe dicunť: ſed
iſtud non videtur obſtare, quia licet ſit opi. quo ad factum. i. mã
datum, tamen quo ad diuidendam præſtationem, & damni cõ-
tributionem fuit factum domini Simonis. Item quo ad ius ſala-
rij eſt pertinens ad recipientem, ff. mand. l. idemq;. §. idem La-
beo.& ff. ad l. Falc. l. cum dotem.& cum ex certa ſcientia dicant
cõmiſiſſe, quia ſit diſtãtia locorum: tamen iſta ſunt vera, q̃a in l.
apparet per acta, nec ſcientia p̃ſumitur. & forte non ſufficit, q̃a
illa decretalis habet clauſulã derogatoriam. Ego Bal. de Peru.

CONSILIVM CCCCXXVIII.

1 *Subſtitutio compendioſa habet vim vulgaris non adita hæreditate.*

In Chriſti nomine. † Quia in ſubſtitutio-
1 ne facta Marino,& An
tonio continetur vulgaris, cum fuerit ſubſtitutio compendio-
ſa, quæ non adita hæreditate habet vim vulgaris, vt not. Cy. &
omnes doc. in l. precibus. dico, ꝙ ſi nemo inſtitutorum extitit
hæres matris, veniunt dicti vltimo ſubſtituti ex vi vulgaris, vt C.
de cad. tollen. l. vnica. §. pro ſecundo.& eſt ratio: quia quando te
ſtator facit plures gradus ſubſtitutorum excluſis patruis ſubſti-
tu. veniunt ſecundi,& à poſteriore gradu incipit teſtamentum,
vt ff. de libe.& poſthu. l. 3. §. fi.& no. in l. ſi poſthumus à primo. §.
itaque.& de vulga. ſubſti. l. quædam teſtamento,& l. ſi mulier. §.
vltim. quia aut volumus arguere ex tex. aut ex gloſſis, ſi ex tex.
ibi repellitur ſubſtitutus, quia ſucceſſerat ex primo gradu, ſi vo
lumus arguere à gloſſa dictæ leg. ſi mater. §. vltim. ibi eſt ideo:
quia ſubſtitutio prima,& per conſequens ſecunda erat tempo-
re limitata, licet ſi filius viuo teſtatore moriatur. vnde ſi mori-
tur prima, deficit conditio, ff. de libe. & poſthu. leg commodiſ-
ſime.& l. Gallus. & hic non fuit alia limitatio, niſi illa, ſi deceſ-
ſerit infra 20. annum. quæ conditio extitit. & ſi dicatur, quod
quodam ordine ſit facta ſubſtitutio, tamen hic non facit non
poſſe incipere ſubſtitutionem à gradu ſecundo ſubſtitutorum,
vt d. §. pro ſecundo, nam ſi ſubſtitutio eſt in caſu caduci, in pri-
mo ſubſtitutio vadit ad illum ſubſtitutum, ſicut inſtitutio, vt
ibi.& facit ea. leg. §. in primo. cum ſimi. & facit inſtitu. de vulga.
ſubſtitu. in princip.& ff. de conditio.& demonſtrati. le. Publius.
ff. de ventre inſpi. leg. pen.& per hoc patet, quid iuris de ſubſti-
tuto à domina Vaneta. nam rebus ſic ſe habentibus ipſi ſucce-
dunt, ſaltem alij præter fratres minores: quia de eis eſt dubium,
ſi videtur ſubſtitutio quo ad eos, quia quidam ſic: tamen amita
non ſuccedit, ſubſtit. eam excludentibus non adita, nec tranſ-
miſſa hæreditate per inſtitutum, nec iure deliberandi. de ſub-
ſtitutione paterna certum eſt, quod ſuccedit, quia in ſubſtitu-
tione vulgari facta per dictas mulieres non veniunt bona impu-



beris,

beris, ff. de vulgari ſubſtitutio. l. ſi mater. in principio. Ego Bald. de Peruſio legum doct.

CONSILIVM CCCCXXIX.

1 *Confeſſio ſolius prælati valet, & facit probationem in his, quæ pertinent ad ipſum ſolum, & eius ſolius commodum.*

1 In Chriſti nomine. † Quia communis eſt opinio, ꝙ in his, q̃ cõiter pertinent ad prælatum, & capitulum, conceſſio prælati, & totius capituli valeat, & probationem inducat, vt not. in Auth. hoc ius porrectum. licet contra no. in Auth, de non eligendo. §. ſi vero. & ideo ita debemus dicere, ꝙ in his, q̃ pertinent ad ſolũ prælatum, & eius ſolius commodum, valeat confeſſio ſolius prælati, præcipuè ad liberandum, & faciet fidem, & probationẽ: & maximè confeſſio epiſcopi facta magis eſt præſumendum, quam facta inferiorum prælatorum. nec eſt ſimile de tutore, & procuratore: quia ad eos non pertinet commodum, nec incõmodum, & ſunt meri miniſtri, C. de noua. le. non abſtulit. ſed in epiſcopo hoc præſumitur ius proprium ſaltim vtiliter, & ideo credo, quod talis confeſſio probet, & ei ſtandum. & quod rite factum fuit retractari non debet, & maximè ſuper his, quæ pñt dici quidam fructus, & obuentiones, vt C. de admi. tu. le. ſancimus. §. 1. Item dicta confeſſio fuit generalis, & gñaliter debet valere, ff. de pœn. l. empto. §. Lucius. licet enim non dicatur in nu. pec. ſatisfactum videtur de 25. flo. tamẽ in alio proponitur ſatisfactum, quod verbũ late patet, vt l. ſolutum. §. ſolutum. de ſol. & de cõſuetudine gñraliter videmus, ꝙ epiſcopi has cõfeſſiones faciunt, & debet in eis habere vim quaſi confeſſionis iudicialis, vt habeat cõpulſionẽ. & facit, ꝙ no. in l. certũ. §. pe. de confeſſis. & C. de tranſac. l. præſes. cum ſi. Ego Baldus de Peru. legum doc.

CONSILIVM CCCCXXX.

1 *Iudex qui formauit inquiſitionem 19. menſis excitatione 20. an dicatur præueniſſe iudicem maiorem, qui formauit inquiſitionem 18. ex citatione 20. die dato, quod ipſe iudex formauerit inquiſitionẽ de vulnere die 17. excitatione die 18.*

2 *Executio vna an tollat aliam, quando pœnæ non veniunt applicandæ eidẽ vniuerſæ pro diuerſis.*

3 *Ciuitates eccleſiæ an habeant merum, & mixtum imperium.*

1 In Dei nomine. † Circa primum punctum de præuentione viſa inquiſitione formata per poteſtatem Nurſiæ, primo ſuper vulnere, quæ formatæ fuit die 17. Aprilis ex citatione facta ſuper ea die 19. Aprilis. & alia inquiſitione facta de homicidio, ſeu de morte ſecuta ex eo: facto & vulnere, die 19. menſis Aprilis, excitatione facta ſuper ea die 19. Aprilis, & viſa inquiſitione facta per capitulum generale prouinciæ, & de eodẽ homicido, & cõtra eodem die 18. menſis Aprilis & viſa conſtitutione dñi legati, q̃ incipit, nonnulli, in fi. in qua continetur, ꝙ ſi in ead. die concurreret citatio alicuius officialis alicuius terræ cũ citatione gñali officialis prouinciæ, ita ꝙ de prioritate temporis nullatenus appareret, p̃feratˀ citatio maioris curiæ, vt pote maiorem authoritatẽ habẽtis. occurrit dubiũ, vtrũ ptãs terræ Nurſiæ p̃uenerit in proceſſu cõtra dictos inquiſitos, nec ne. ꝙ p̃uenerit, vr̃ poſſe ꝓbari ex eo, q̃d certũ eſt, ꝙ in ipſa inquiſitione de vulnerato dictus ptãs Nurſiæ p̃uenit in tpe. & hoc vr̃ ſufficere: q̃a de eodẽ facto, de quo fuit inquiſi. eſt pœna ſecuta mors: vnde cũ p̃uenit ſup facto, vr̃ p̃ueniſſe ẽt ſup iure, & ſup omni effectu, qui ex illo facto põt reſultare, vt ff. de iureiu. l. duob. §. colonus. & §. exceptio. Item quia in primo ꝓceſſu vr̃ includi ẽt mors ex eo: q̃a in prima inquiſitione fiebat mentio de vulnere mortifero. & hic facit, ꝙ no. ff. de cõfeſ. l. q̃ Stichũ. ſcd̃m tertiam lec. Itẽ q̃a mors retrotrahitˀ ad diẽ vulneris, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. vnde cũ ſuperuenerit ius ex cã de p̃terito fingitˀ bene actũ, ff. de pig. ac. l. ſi ven. §. vltimo. & hoc vr̃ verum, maxime ſecundum eos, q̃ dicunt, ꝙ ex eodẽ proceſſu, & ex eadẽ inſtantia põt ſeq̃ condẽnatio de occiſo: quando eſt facta mentio, ꝙ vulnus fuerit mortale. ex quo not. per Iac. de Are. ff. de dã. infect. l. dãni. §. Sabinus. poſſunt allegari ꝓ, & cõtra iura, q̃ allegantur in Spe. de actore. §. viſo. verſic. ſed pone. & ver. ſi quid vulneraſti. & ſequenti. In contrariũ vr̃ verius pro eo; quia mutata eſt inſtantia p nouã inquiſitionẽ, & eſt mutatũ crimen, quia alia ſpecies criminis eſt homicidium, alia vulnus, & diuerſis legib. puniuntˀ, & diuerſis pœnis: & citatio facta ſuper vulnere nõ arctat ſuper homicidio, ergo nõ inducit p̃uentionem iuriſdictionis, quia ad alium finem, & ad alium effectũ denuo agiturˀ: vnde citatio facta in primo iudicio non valet inſecundo, & maxime quia ſecundum iudicium non poterat intentari, cum non eſſet ſecuta mors. Item quia eſt mutata forma ꝓceſſus, & forma termini, & mutata forma videtur mutata tota eius ſubſtãtia, vt ff. ad exhiben. l. vltim. & facit ad prædicta probanda ff. de inſtitoria. l. habebat. de adul. le. denunciaſſe. §. 1. ff. vi bo. rap. l. p̃tor. §. docere. ad l. Aqui. l. ſi vulnerato ſeruo. nec ex cõfeſſione facta ſuper vulnere poſſet ſine nouo ꝓceſſu fieri cõdẽnatio de homicidio: q̃a alia defenſio eſſe põt, quæ excludit condemnationem homicidij, & nõ pœnã vulneris, vt ff. ad l. Aquil. le. huic ſcripturæ. §. 1. & ideo credo, ꝙ nec p proceſſum, nec per confeſſionem ſuper vulnerato fuerit inducta dicta præuentio ſuper diuerſo proceſſu mortis: quia ſunt proceſſus diuerſi ge-
2 neris, & formæ & hoc ſuper primo puncto. † Super ſcd̃o puncto videtur dicendũ, ꝙ vna exceptio non tollat aliam: quia licet ex eodẽ facto non debeat fieri diuerſa punitio, tñ quia hic pœnę non veniunt applicandæ eidem burſæ fiſcali, ſed diuerſis pp authoritatem, & vigorem ſententiarum, q̃libet ſuam executionẽ meretˀ: quia imputent ſibi, ꝙ nõ ſunt vſi defenſione, quę poterãt ſententia, à qua non appellatur, retractari non põt, cũ in rem tranſiuerit iudicatam, & licet eſſet hic iniquitas, tamen hoc totum procedit pp rigorem iudiciorum, & authoritatem ſententiæ, vt dictum eſt: non enim debuerunt omittere defenſiones ſuas. Item debuerunt appellare, ſi eis ſententia diſplicebat, C. ſi ſæpius in integ. reſti. poſtu. l. 1. C. ſñiam reſcin. nõ poſ. l. 1. C. de re iudi. l. 1. primo reſpõſo. ſed plures actiones ad vindictam in executione cõcurrere non debent, vt ff. de iniurijs. l. p̃tor edixit. §. 1. & l. ꝙ ſenatus. & oẽs pœnæ criminales ſunt proditæ ad vindictam, & executio vnius impediat executionem alterius. iſtud eſt verum, ſi reus ſuis defenſionib. vſus ſit, ſed ſi paſſus ſit ſe ſæpius condemnari diuerſis pœnis applicandis diuerſis fiſcalib. cameram habentib. & non fecit defenſiones ſuas, eſt ꝙ ſuo vitio imputetˀ. arg. ff. iudica. ſol. l. iam ante. in prin. & ff. de cõdi. inde. l. q̃ ob rem non defenſam. vnde hanc pœnam patitur, non ex mera natura delicti, ſed addita culpa omiſſæ defenſionis. & hoc ſuper ſcd̃o puncto. Super tertio dico, ꝙ dicta conſtitutio non obſtat, quominus poſſit inquiri p curiam generalem prouinciæ: quia non eſt lata conſtitutio ad exonerationem delinquentiũ, ſed tm̃ ſindicorũ non denunciantiũ. vnde oĩs menſis eſt appoſitus, nõ ſuper initiãda inquiſitione, ſed vt interim ſyndicus non dicatur in mora. ſimile, quia terminus nõ extendit ſe ad aliud, niſi ad id, ſup quo ſtatuitˀ, vt C. de reb. credi. l. gñraliter. §. 2. & ar. ff. ad Tre. l. à filia. §. à calu. & C. de leg. hær. l. ſciant. coniuncta. l. 2. §. confeſtim. ad Tertu. † Sup quarto, & vltimo puncto dico, ꝙ merũ, &
3 miſtum imperiũ ciuitates eccleſiæ Romanæ non habẽt, ſed habẽt merũ, & miſtũ imperiũ rectores, qui per Eccleſiã Romanã deputantˀ, in Spec. de iuriſ. om. iudi. §. expedito. ver. ergo poteſtati. hoc em̃ apparet p formã priuilegij, ꝙ confert merũ, & miſtũ imperiũ, poteſtati, & licet p conſuetudinẽ poſſit quæri merum imperiũ, vt in l. iuriſdi. & no. in l. imperiũ. p Gul. tñ nunq̃ conſuetudo eſt fortior, quamuis dñi Papæ in terris ſuis, cũ ipſe poſſit dictam conſuetudinẽ, & quãlibet aliam in terris ſuo tẽporali iuri ſubiectis caſſare, & annullare pro libito voluntatis, vt pote cum ſit maioris authoritatis ipſe, quam conſuetudo, vt in l. 2. C. q̃ ſit long. conſue. ff. de ſepul. vio. l. 3. §. diuus. C. de fur. auth. nauigia. & in auth. oẽs peregrini. C. cõmu. de ſuc. cum ſi. abſoluta enim poteſtas principis per cõſuetudinẽ inferioris nõ põt refrenari: quia inferior in ſuperiorem nihil põt, vt ff. de arbitr. l. nam magiſtratus, & idem credo de domino Legato: quia conſuetudines terrarum eccleſiæ, q̃ quoquo mõ referre põt, eidem poſſet tollere, & caſſare: eatenus. n. huiuſmodi conſuetudines tolerantˀ à iure, quatenus tolerantˀ à ſuperiore, vt ſupra probatum. & iõ cõcludo ſup di. quarto puncto & dico, ꝙ ſcd̃m formã dicti priuilegij poteſtas dictæ terræ tãtã, & talem iuriſdictionem habet, quãtam, & qualẽ verba dicti priuilegij patiuntˀ, à quibus non eſt recedendũ, vt extra de priuileg. capit. porro. Ego Baldus de Peruſio.

CASVS.

IN Chriſti nomine amen: Factũ, ſup quo conſiliũ petitˀ, tale eſt. viſa accuſatione porrecta p ſer Girardum Ceterãt. de Saxofer. contra Maſciũ Pelegatum, Vitã Iotale, & dñam Flo. & actis, & actitatis ſuper dicta accuſatione, & inſtrumentis ab vtraque parte productis, quæritur quæ ſint partes iudicis.

CONSILIVM CCCCXXXI.

1 *Dolus quãdo in accuſatione deducitur, dolo nõ probato dẽt ſequi abſolutio.*

2 *Cauſæ quæ excuſant à turbatione poſſeſſionis.*

IN Chri-



1 In Chriſti nomine. † Quia in accuſatione inſtituta per dñm Girardum doli cauſa eſt deducta. & vbi agitur cum additione doli, nõ probato dolo debet ſequi abſolutio, vt legitur, & not. ff. de ſic. l. 1. §. diuus. ideo credo accuſatos abſoluendos. nam licet conſtitutio non requirat dolum, tamen, vbi accuſatus aſtringit ſe, & agit doli nomine, tunc dolus eſt de ſubſtantia probationis: quia ſola doli cauſa in iudicio eſt, vt in glo. or. eſt in d. §. diuus. & hic non eſt probatus dolus, nec ſcientia, & neutrum horum præſumitur, niſi probetur, ff. de pro. l. quoties. §. qui dolo. & l. verius.
2 † Secunda ratio eſt; quia ꝓbata eſt poſſeſſio dominæ Flo. antecedens menſem Martij: & ſic tempus delicti tantum de menſe Martij continuando dictam poſſeſſionem, & improbam, non tamen dicitur delinquere, maxime nunc, donec iudicis authoritate prohibeatur, vt l. 2. C. ſi per vim, vel alio mõ. l. 2. ff. vti poſ. Tertia ratio; quia probatũ eſt prius de antiquiore poſſeſſione dominæ Flo. q̃ accuſatoris. vnde nõ dicitur vim facere, ſed pati, vt extra de prob. c. licet cauſam. & no. ff. vti poſ. l. ſi duo. in prin. Quarta ratio eſt, ꝙ tutrix ratione officij videtur excuſari, niſi ꝓbetur dolus, ar. no. ff. de infa. l. athletas. §. calumniator. Quinta ratio pro alijs accuſatis: quia eorum defenſio adhæret defenſioni tutricis, cum acceſſio eorum fuerit cum dicta dña, vt colligitur ex tenore accuſationis, inquãtum innitimur, ꝙ velut de eodem facto accuſatur. ff. de iuriſ. om. iudi. l. ſi fami. ff. ꝙ vi, aut clã. l. ſemper. §. in ſepulchro. vnde dicta domina cauſat eis ſufficientem defenſionem, ſicut prior fabro, vt no. ff. de rei vend. l. in re. §. tignum. nam iure amicitiæ, & familiaritatis licuit eis accedere, ff. de acq. poſ. l. qui iure. facit, ꝙ not. Dy. ff. de ver. ob. l. ſi ſtipulatus fuero p te non fieri; quominus. in §. vl. & ff. de reli. l. oſſa. ĩ ſi. & p amicos põt poſſeſſio retineri, ff. quẽad. ſer. amit. l. q̃ fundũ. & ꝙ ſit per amicos, ſit quẽadmo. per nos ipſos, ar. de verb. obli. l. cum ſeruus. de neg. geſt. l. libertos. §. ſi. Sexta rõ eſt: quia turbatio nõ ſolum eſt facti, ſed iuris, ſicut poſſeſſio. & hic non vr̃ fuiſſe animus turbandi, ſed ſuo iure poſſeſſionis vtendi, ar. ff. pro. ſoci. l. merito. nã ẽt iniuſta ratione vera poſſeſſio excuſatur à dolo, vt C. de plagia. l. plagij. ff. d̃ libe. cã. l. igitˀ. vnde igitˀ rõ eſt: q̃a poſito, ꝙ non vterentˀ alij accuſati adminiculo defenſionis dñæ Flor. tñ pñt dicere, ꝙ actor non probauit de poſſeſſione, cum probetˀ alium poſſediſſe: cuius poſſeſſio non cõparatur cum poſſeſſione agẽtis, vt l. ſi vt certo. §. ſi duob. vehiculum. com. & in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſ. Septima rõ: quia ſcientia, patiẽtia, & volun. dñæ Flor. cum ad ipſius curã, & ſimilitudinẽ res pertineãt, habẽt vim mandati quo ad alios accedentes, ff. mã. l. q̃ patitˀ. nã eorum ope, & miniſterio viſa vr̃ & itineris ſocietate. vñ ſi licuit dñæ Flor. acceſſus, licuit & aſſociantib. eã, vt C. de adul. l. Gracchus. & legitˀ, & no. ff. de vi, & vi arm. l. cũ fundũ. ſcd̃m verã opi. & l. 3. §. cũ igitˀ q̃ corpus. Nõ. ob. ſi dicatˀ, ꝙ res iſtæ erant libellariæ, & reuerſæ ad eccleſiã: q̃a iſtud eſt quãtũ ad ius, ſed quãtũ ad factũ poſſeſſionis ſecus erat, cũ eſſet poſſeſſio occupata p dictã tutricẽ, & qõ noſtra eſt qõ facti, & poſſeſſionis, nõ ꝓprieta. le. 2. ff. ſi ſerui. ven. dico ergo p̃dictos abſoluẽdos; q̃a ẽt vbi plures ſũt cõpoſſeſſores, q̃ inuicẽ litigãt, & æque ꝓbãt de poſſeſſione; ſi vnus turbat aliũ, nõ incurrit in crimẽ: imo nec ſi expellit de poſſeſſione: quia cæteris parib. potior eſt contradictio rei, vt l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & eſt conſilium Spe. quia q̃ põt, expellat aduerſarium. Item dicta d. Flo. non poſſidet vi, vel clam, vel precario ab accuſatore, ergo dẽt abſolui. ff. vti poſ. l. 1. in ſi. C. eo. l. 1. & ſi p̃ſi. cæteri potiuntur, vt s̃. probaui. Ego Bal. de Peru.

CONSILIVM CCCCXXXII.

1 *Fratrum & ſororum filij ſuccedunt vna cum fratribus, & ſororibus.*

1 In Chriſti nomine. † Proponitur, ꝙ mortuo teſtatore deceſſit primo Bald. forte æta. 7. vel. 8. annorum. Item deceſſit Catherina ſuperſtiti. Franc. eius filio. poſtea vltimo deceſſit Pucretus in pupillari ætate. modo quæritur, an ei ab inteſtato defuncto ſuccedat ſola ſoror eius, quæ ſupereſt. ſ. Floretta, an vna cum dicta Floretta ſuccedat etiam d. Frãciſcus alterius ſororis filius. ſuper quo conſultus ego Bald. de Peruſi. vtriuſque iur. doc. dico. dictã Florettam, & d. Franciſcum ſuccedere æquis partibus: quia fratrum, & ſororum filij vna cum fratribus, & ſororibus vocantur ad ſucceſſionem, vt in Auth. vt fratrum filij. in rubro, & nigro. & in auth. ceſſante. C. de leg. hære. cum ſi. & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſignaui, & præſuppono, ꝙ vltima ſubſtitutio facta liberis &c. non fuerit directa, & ideo non trahatur ad vniuerſum, vt no. Dy. ff. ad Treb. l. cohæredi. §. & generaliter. & ſic non ob. ff. de vulg. ſubſti. leg. cohæredi. §. vltim. Ego Bal. de Peru.

CASVS.

Punctus talis eſt. Chriſtophanus Lelli percuſſit Ioannellum ſer Thomæ in facie cum ſanguinis effuſione. de menſe Decembris fuit commiſſum. de menſe Ianuarij habuit pacem ab offenſo. & poſt celebratũ inſtrumentum pacis, cum pax proceſſit de dicto menſe Ianuarij contra dictum Chriſtophanum de d. maleficio, lata ſñia infra 10. dies ꝓduxit d. Chriſtophanus coram d. Capitaneo inſtrumentum pacis: dominus Capitaneus recuſat admittere, pro eo ꝙ non fuit factum infra. 8. dies à die formatæ inquiſitionis, vel citra. Reſpondetur per partem, ꝙ dictũ inſtr̃m debet per Capitaneum admitti, ꝙ ſatis eſt ſatisfactum menti ſtatuti: quando inſtrumentum pacis eſt factum poſt maleficiũ cõmiſſum, & ante inquiſitionem formatam, vel citatur, ſeu excuſatur. Quæritur mõ, ſi dictus Capitaneus dẽt admittere dictum inſtr̃m, vel non. viſo ſtatuto cõis Aſiſij poſito ſub rubri. quod de quolibet maleſi. poſſit fieri pax, & de bñficio confeſſionis. ꝙ ſtatutum vobis tranſmittitur. Ego Baldus de Peru.

CONSILIVM CCCXXXIII.

1 *Habens pacem infra 8. dies à die lati banni, an videatur habere infra 8. dies à die citationis.*

1 In Dei nomine. † Ego pridie conſului in eo, q̃ habuit pacẽ infra 8. dies à die lati banni, & dixi, quod videbatur habere, infra 8. dies à die citationis: quia bannum cum aſſignatione termini eſt quædam citatio, vt patet expreſſe 15. q. 4. placita. allegaui etiam alias le. vt ſupra conſi. 366. ſed caſus vr̃ eſſe omnino diuerſus, quia hic extra omnem terminum ſtatuti eſt facta pax, & ideo non videturˀ valere ipſo iure, vt ff. de excu. tut. l. ſicut oportet. §. conſequens. ſed ego credo verum, ſi eſſet facta lapſo termino: quia non valeret. nam à forma leg. & termini non eſt recedendum, & mora cuilibet eſt nociua: ſed ſi quis eſt diligentior, & p̃uenit terminũ iur. iſta diligentia non debet ſibi eſſe nociua. nec videtur eſſe de mente legis, ꝙ quis non poſſit ante tempus occurrere, & ſibi p̃uidere ad cautelã futurorũ, ff. quæ in frau. cre. l. pupillus. p̃terea pax facta ante terminum durat in termino, & poſt terminũ, ff. d̃ verb. ſig. l. verbum erit. & not. ff. de acq. poſ. l. 1. §. veteres. & ideo pax facta eſt infra terminum, ſicut nunc dicimus, nunc Troia capta eſt. & ad hoc facit, ſi quis ſciat iudicem, ff. de condi. & demon. l. ſi iã facta. & ideo puta conſiderata mente, & ratione ſtatuti, & alijs ſupradictis, dictam pacem valere, & admitti debere de iure. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXXXIIII.

1 *Termino dato de voluntate partium ad opponendum, an debeat dari alteri alia dilatio, vel admitti ad opponendum.*

In Dei nomine. Super eo, quod quæritur, & in dubium reuocatur in cauſa & quæſtione, quæ vertitur coram ſapiente viro Marino Martini de Caſtro montis ſancti Martini arbitro, & arbitratore electo à Vanne Thom. ex vna parte, & Andrea Vannutij, ſyndico capituli monialium ſanctæ Luciæ de dicto Caſtro ex altera parte. iterum viſis terminis datis per dictum arbitrum, & arbitratorem dictis partibus, & ſpecialiter viſa productione facta per dictum Vannem, de quibuſdam ſcripturis die 21. menſis Februarij. & termino poſtea dato de conſcientia, & voluntate dictarum partium ad opponendum, an poſt dictum terminum debeat dari alia dilatio alteri, vel admitti pars ad opponendum, & probandum contra dicta inſtrumenta, cum Andræas petat no-
1 uam dilationem. Breuiter † reſpondeo, quod cum dictus terminus fuerit peremptorius, poſt dictum terminum dictus Andr. admittendus eſt non ad opponendum, ex quo infra dictum terminum nihil oppoſuit. vt no. qui acc. non poſ. leg. ſi eo. ff. de op. leg. l. mancipiorum. & plene no. in c. ſæpe. de verb. ſig. in cle. ad idem facit. ff. de fer. l. oratione. & quod no eo. tit. l. ſi. & ff. de accu. l. cum Titia. & hoc eſt verum, niſi allegaret, & probaret di. And. ſe in dicto termino impeditum fuiſſe, vt no. in d. l. oratione. & in d. l. fin. ff. de fer. iuſta cauſa impedimenti eſt abſentia aduocati, vt no. ff. qui. ex cau. maio. l. ab hoſtib. §. ſi. cum l. ſeq. & C. rẽpub. bo. poſ. l. 1. vel niſi dictus ſyndicus petat nomine monaſterij reſtit. in inte. vt extra de reſti. in integ. c. coram fœlicis. de

qua

qua incidẽter poteſt agnoſcere arbiter, C.vbi, & apud quos.le.
fi.& idem dictum eſt de terminis probatorijs, & poſt terminum
non poteſt admitti ad probandum, niſi probetur impedimẽtũ
vel per viam reſtitutionis, vt dictũ eſt, & probationes poſtea fa-
ctas p teſtes admiſſos cũ proteſtatione illa, & in quantũ de iure
tenetur & aliter non, cũ dicti teſtes de iure non debeant admit-
ti, non valent de iure per dictas leges, & ar.ff. de compenſa.le.ꝙ
in diem.§.ſi rationem.ſi arbitratori conſtaret de impedimento,
quia eſſet notorium publicè, vel etiam ſibi notum, quia arbitra
tor magis habet inhærere veritati, quam ſcrupuloſitati, & corã
eo non deſideratur proceſſus, vt no.Inn.in c.quintauallis.&no.
Dy.in conſi.quod incipit, Tholomæus Manentis.nam ſi arbitra
tor poteſt accipere de iure vnius partis, & dare alteri non in ma-
gna quantitate, vt no. in §.recepiſſe. ergo multomagis poteſt
grauare in termino, arguendo de re ad tempus, vt ff.de mil.teſt.
le.miles ita hæredem.§. & quia.& dicimus.ff. de verborum ob-
ligatio.leg. qui Romæ.§. Calimachus. Ego Baldus de Peruſio
legum doct.

CONSILIVM CCCCXXXV.

1 *Decedens ſuperſtitib.nepoti.ex filia non dicitur ſine liberis decedere.*
2 *Cauſa liberorum in ſucceſſione ab inteſtato prior, & potior.*
3 *Nepotes ex filia an excludãtur ab inteſtato nepote ex fratre exiſtente, ſtã-
te ſtatuto, quod morientibus ſine liberis ſuperſtitibus, ſeu ſuperſtite ſibi
aliquibus vel aliqua perſona vſque ad tertium gradum ſuæ agnationis
incluſiue, ſuccedat ſibi proximior de dicta agnatione. Item ſtante etiam
alio ſtatuto, quod nulla filia nepti &c. inſcriptarum perſonarum. vide
per te.*
4 *Subſtitutione facta, ſi aliquis hæredum fuit mortuus ſine filijs, an alius,
vel alij ſuccedant, an vltimo morienti ſine filijs, an cum nepti. ex filia
admittantur filij aliorum fratrum excluſis nepotib.ex filia.*
5 *Subſtitutio fideicommiſſaria non tranſmittitur.*

In Dei nomine. Punctus, ſuper quo conſilium
petitur exhiberi, talis eſt. Qui
dã noĩe Vgolinus Oducij Pauli de tuderto ab inteſtato deceſſit
ſupſtitib. & ſuperuiuentibus ſibi nepotibus natis ex filia ipſius
Vgolini, & ſuperſtite, & ſuperuiuente ſibi nepote nato ex fratre
carnali ipſius Vgolini: quæritur modo, ad quẽ de iure pertinet
hæreditas dicti Vgolini, an ad nepotes ex filia, an ad nepotem
natum ex fratre carnali. viſo ſtatuto communis Tuderti de ſuc-
ceſſionibus ab inteſtat. quod ſtatutum vobis tranſmittitur. Su-
1 per præmiſſio puncto eſt ad euidentiam præmittẽdum, † quod
ille, q decedit ſuperſtitibus nepotibus ex filia, nõ dicitur ſine li-
beris deceſſiſſe, vt Cod.de conditio.inſer.l.1.& ibi no. Secundò
eſt præmittendum, ꝙ in ſucceſſione ab inteſtat. vbi excludun-
2 tur tranſuerſales, † prior, & potior eſt cauſa liberorum, qua om
nibus alijs prælati ſuccedunt, vt in Auth. de hær. ab inteſt.§.1.&
Cod.de ſuis & legi.le.fi.& in auth.in ſucceſſione. ita quod de iu
re communi non eſt aliqua dubitatio, quod dicto Vgolino, qui
ab inteſt.ſucceſſit, ſuccedũt nepotes ex filia excluſo filio fratris
3 ſiue nepote tranſuerſali. † Sed dubitatio oritur in caſu præſen-
ti ex forma ſtatu. Tuderti. item ex forma teſtamenti dicti Odu-
cij.nam ſtatuto ciuitatis Tuderti cauetur, quod ſi aliqua perſo-
na de ciui.vel comitatu Tuderti ab inteſta. deceſſit ſine liberis
ſuperſtitibus ſeu ſuperſtite ſibi aliquibus ſeu aliqua perſona vſ-
que in tertium gradum ſuæ agnationis incluſiue, ſuccedat ſibi
proximior de dicta ſua agnatione &c. per quod ſtatutum agna-
ti cognatis præferri videntur. vnde videtur, quod filij fratris præ
ferantur nepoti, & filiæ. Item alio ſtatuto cauetur, quod nulla
filia, neptis, proneptis, ſiue abneptis alicuius infraſcriptarum p-
ſonarum, de cuius ſucceſsione tractatur, nec aliqua perſona, cu
iuſcunque ſexus, ſiue gradus exiſtat, deſcendens ex definita ta-
li perſona per lineam fœmineã ſuccedat, vel ſuccedere debeat,
vel poſsit ab inteſ.in aliquo eius patri, matri, auo, auiæ, proauo,
pauiæ, abauo, abauiæ ab inteſt.defuncto, ſeu defunctæ, nec ĩ di
cta eius ſucceſsione audiatur agendo, vel excipiendo ſuperſtite
aliqua prędictarum perſonarũ taliter defuncto aliquo eius filio
legitimo, & naturali inferioris gradus deſcendent. per lineam
maſculinam legitimam & naturalẽ ex tali perſona defuncta, de
cuius prædicta ſucceſſione tractaretur, & ipſam ſucceſſionem
acceptantem &c. Item teſtõ Oducij ſic conſtitueretur &c.in o-
mnib.aũt alijs bonis ſuis mobilib.& ſtabilib.iurib.& actionibus
vbicunque poſitis Vgolinum, Maſciolum, Ioannem, Nepoleo-
nem, & Polutium ſuos filios, & quemlibet ipſorũ, & pro æquali
4 portione ſibi hæredes inſtituit hac conditione appoſita, † vide-
licet, ꝙ ſi aliquis ipſorũ decederet ſine filijs legiti.ex ſe natis, ſub
ſtituit aliũ, ſeu alios, qui ſuperuixerint. ex qua ſubſtitutione põt
in dubiũ reuocari, nunquid fratris p̃mortui filius ad aliquid ve-
niat admittendus mortuo d.Vgolino, vt ꝑponit̃. nam ſecundũ
gl.q̃ eſt.ff.de ac.& ob.l.is, cui.tranſmittuntur conditionalia re-
licta. ſed mihi vr̃ non obſtantib.dictis ſtatutis, in d.teſtõ dictos
nepotes ex filia eſſe dictis nepotib.ex fratre præferendos. nam
fundata eſt intentio dictorũ nepotũ ex alio de iure cõi, ꝙ ſufficit
eis, niſi ꝑbet̃ aliqd, ꝙ eos excludat à beneficio iuris cõis, vt ff.de
proba.l.ab ea parte.ſed hic nil tale ꝑbat̃, ergo ſtandũ eſt iuri cõi.
nã ſtatutũ primum de ſucceſſionib.ab inteſta. non obſtat: quia
loquit̃, vbi qs deceſſit inteſtatus ſine liberis: ſed in caſu noſtro
deceſſit cũ liberis: quia nepotes ex filia ſunt de liberis, nam ſunt
deſcendentes, q continẽtur appellatione liberorũ, vt ff. de ver.
ob.l.cognoſcere.§.liberorũ.ff.de gradib.le.iuriſconſultus.ff.de
libe.p̃te.l.maximũ vitium.in Auth.de hære. ab inteſta.§.1. vnde
dictum ſtatutum non ob. Item aliud ſtatutũ, ꝙ filiæ fœminæ nõ
ſuccedãt ab inteſt.ſuperſtite maſculo, non ob. qa loquit̃, vbi ſu-
perſunt maſculi deſcendentes p maſculinam lineã, ſed hic non
ſuperſunt, ergo ſtatutũ in caſu noſtro non vendicat ſibi locum,
qa ceſſantibus maſculis ceſſat fauor, eorum, & excluſio fœmina
rum, & deſcendentiũ ab eiſdẽ, qa quoties vna pſona eſt imme-
diata cã excluſionis alterius, illa ceſſante ceſſat excluſio, vt ff.de
iniuſt.te.l.poſthumorũ.de lib.& poſth.l.Gallus.§.in omnibus.&
l.inter cætera.ff.de inof.te.l.pater filiũ.& l.ſi is, q. Item non ob.
teſtm̃ Oducij, qa ex eo vltimo moriẽti nulla eſt facta ſubſtõ, vñ
vltimo moriẽs ẽ liber à cã ſubſtõnis, vt ff.ad Treb.l.hr̃des mei.§.
5 cũ ita. † nã nec iſta ſubſtitutio conditionalis tranſmittitur. nam
ſicut directa ſubſtitutio conditionalis non recepit tranſmiſſio-
nem, vt ff.de ſuis, & legi.l.ſi ex plurib. ſic nec ex fideicõmiſſaria,
vt d.§.cum ita.& C.de fideic.cum ſi.& l.ſi in perſonam. & C. de
cadu.tol.§.ſin autem ad deficientis.& §.pro ſecundo.& no.in le.
vnica.C.de his, qui ante aper.tabu.& præſertim vbi teſtator di-
cit, ſubſtituo ſuperuiuentẽ. Nam ordinẽ moriendi conſiderat,
& ex natura verborum apparet vltimo morienti neminem ſub-
ſtitutum, poſtea conditio ſubſtitu.deficit, quia deceſſit cum li-
beris, vt C.de condi.inſer.l.1.& de inſtitu.& ſubſtitu.l.generali-
ter.§.vltim.cum multis ſim.Ego Bal.de Peruſi.

CASVS.

IN Chriſti nomine amen. Punctus qõnis talis eſt, quidã Ser-
uerius Manerti ſuum condidit teſtamentum, in quo fecit plura
legata, inter alia reliquit Clarutiæ ſuæ nepti 200.lib. ꝑ dote ſua,
vt maritaret̃, & debeat maritari, & ſi non vellet maritari, ſed ſta
re vellet in domo caſtè, & honeſtè ſine matrimonio, habeat vi-
ctum, & veſtitum. Item inſtituit Franciſcum ſuum filium hære-
dem vniuerſalem omnium bonorum ſuorum, & ſi dictus filius
ſuus decederet ſine filijs legitimis, reliquit vſufructuariã dñam
Sauinam vxorem ipſius teſtatoris. demum filius deceſſit ſine li-
beris, modo iſta Clarutia exiſtens vſufructuaria ſimul cũ vxore
dicti teſtatoris, alienauit quaſdam poſſeſſiones vſufructuarias ſi
ne conſenſu alterius vſuf.videlicet, vxoris dicti teſtatoris: tractu
temporis iſta Clarutia tradidit ſe nuptui cum dote ſibi relicta à
teſtatore, vt ſupra. modo quæritur primo, an ipſa exiſtẽs vſufru-
fructuaria, antequam maritaretur, potuerit vendere dictas poſ
ſeſſiones, ſiue vſumfructũ, & an valuerit venditio, & ſi tunc po-
tuit vendere ius vtendi, an nunc ipſa maritata dicta venditio re-
ſcindatur, & reuertatur ad aliã vſufructuariam. Secundo, an iſta
Clarutia poſsit modo aliquo petere de illo vſufruct. Tertio, an
ille vſus accreſcat alteri vſufructuariæ. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCXXXVI.

1 *Vſusfructus relictus primo ſub conditione, & ſecundo per viam ſubſtitutio-
nis, ſi ſubſtitutio habeat locum, debetur licet contra conditionem vene-
rit, ſub qua primo erat relictus.*
2 *Vſusfructus in rebus alienatis an accreſcat vſufructuario.*

1 In Chriſti nomine. † Quia vſusfru. p viam
ſubſtitutionis relictus
nepti prædictæ, & vxori non eſt relictus ipſi nepti ſub conditio-
ne ſi nõ ſe maritauerit, ſed libere, credo, ꝙ licet nupſerit, ipſum
vſumfructum habere debet, nec perdat nubendo, ff.ad Trebel.
l.mulier.§.cum proponeretur. ſed quia Clarutia alienauit, eſt vi
dendum, vtrum in rebus alienatis vſusfr.eius perierit, & accre-
uerit vxori teſtatoris. nam interdũ vſufructuarius alienat ipſum
ius vſusf.& tunc perit vſusf.& conſolidatur proprietati, vel ac-
creſcit



creſcit alteri vſufructuario cõiuncto, vt inſti.de vſufruc.§. finit̃.
Item interdum alienauit ſimplicem commoditatẽ fructuum,
& tunc non perit vſusfr. de periculo, & commo.rei ven.l. neceſ
ſario.§.fin. Interdum vult alienare ipſam proprietatem, & tamẽ
credo, ꝙ intendit à ſe plene eradicare, quia vſusfru.in tali re alie
2 nata pereat, ar.l.fin.C.de iure emphyt. † & ideo credo, ꝙ accre
uerit vxori, in cuius præiudicium alienatio fieri non potuit, de
vſufr.Trebel. & l. is qui. niſi alienatio eſſet facta pro legitima, ſi
qua debeatur tali nepti deſcendenti; quia poteſt detrahi per viã
alienationis in vna re, vt no.in Auth.de reſti.& ea, quæ parit. §.
1.& in Authen.res, quæ.per doct. ſi autẽ neptis erat filia fratris,
vel ſororis: tunc non habet locum legitima. Et ita dico, & con-
ſulo ego Baldus de Peruſio vtriuſque iuris doctor. & ad fidem
me ſubſcripſi.& ſigno mei nominis ſignaui.

CONSILIVM CCCCXXXVII.

1 *Remiſſio locatori dẽt fieri, ſi maiore vi non potuit vti re locata.*

In Dei nomine. Viſa locatione molendinorũ
facta per Brunitiam Ciſiolæ, d̃
qua apparet per publicum inſtrumentum Franciſci ſer Petri,
1 † & præſuppoſito, ꝙ vi maiore, cui reſiſti non potuit, de dictis
molendinis quodam tempore fructus percipere nõ potuerit,
pp deſtructionem dictorum molendinorum factam p gentes ſo
cietatis Anglicorum, dico ꝙ pro rata temporis debet fieri re-
miſſio penſionis, ſeu coptimi, vt ff.lo.l.Item quæritur.§. ex. & l.
ſi merces.§.vis maior.C.loca.l.excepto. ſed aliter gloſſari videat̃
in d. l.damnum. ſed veritas eſt, vt primo dixi, & ad l.damnũ. dic,
quod ibi contingit damnum in rebus coloni, nõ in re locata, vt
ibi per Cyn.no.Bal.

CASVS.

IN Chriſti nomine amen. Factum ſuper quo cõſilium petit̃,
tale eſt. quidam deceſſit ſuperuiuentib.matre, vxore, filio infan-
te, & ſocero, quæ vxor, non petito tutore dicto filio infanti trã-
ſiuit ad ſecundas nuptias, poſtea deceſſit dictus filius pupillus
poſt mortẽ patris poſt plures annos, ſupſtitib.matre, auo pater-
no, auia materna, & fratre carnali vterino. mõ q̃rit̃, quis p̃dicto
rum ſuccedat in hr̃ditate dicti pupilli defuncti modo præfato.

CONSILIVM CCCCXXXVIII.

1 *Decedens ſuperſtitibus matre, vxore, filio infante, & ſocero, & vxor non pe
tito tutore tranſiuerit ad ſecunda vota, ſi dictus filius moriatur ſuperſti-
tibus matre, auo paterno, auia materna, & fratre carnali vterino, quis
admittatur ad hæreditatem pupilli.*

1 In Dei nomine. † Iſta quæſtio eſt ſatis dubia, nã
ex quo erat auus, mater non vi
detur excludi; quia pupillus habebat tutorẽ legitimũ, vt no.ad
Tertu.l.matres. quæ mater ſecundum gradus prærogatiuam p̃-
fertur auo, & auiæ in ſucceſſione. Item fratri vterino, vt in au-
then.defuncto.& not.per Cy. Cod. communia de ſucce. auth.
itaque.ver.3.caſu. ſed doctor meus dicit, ex quo mater habet ius
prelationis in tutela, ſi alium non petit, vel ipſa non gerit tute-
lam, perdit ſucceſſionem: quia alterum facere debuit, vel alium
petere, vel quod ipſa acceptet tutelam, ff.ad Tert.l.2.§.ſi mater.
ver. quid ſi pater. non.n.poteſt dici, ꝙ habeat legitimum tuto-
rem, quamdiu mater eſt in medio, & eſt habilis ad tutelam. mul
tomagis repellitur à ſucceſſione, quæ nubendo ſpreuit filium,
C.ad l.Iul.l.omnem. quia plus delinquunt nõ petendo, & nubẽ
do, quam ſi non petit: tamen non nubit, ar. in Auth. de nup.§.
ſin autem tutelam. Si tenemus glo.loqui etiam ſecundum noua
iura, ad dicta iura ſuccedit hoc caſu. non ob. ver. quid ſi pater,
quia ibi non erat legitimus tutor, cum mater eſſet quaſi teſta-
mentaria tutrix potentialiter: quia cum poterat impetrare à prĩ
cipe ſe confirmari in teſtamẽtariam tutricem, ſicut erat relicta
à marito, vr̃ mater renunciaſſe tutelam ipſo facto.ſ. nubendo,
ar.ff.de diuor: leg. quod ait lex. vnde ſtatim ſucceſſit legitimus,
maxime hic. verum ſecundum illos, qui dicunt præferri legiti-
mum petito à matre, fruſtra.n. petijſſet, & non eſt imputandũ
matri, cum non fecit, ꝙ facere non releuabat quicquam, nõ ob:
§.ſin autẽ tutelam.& l.oẽm. qa ibi mater erat tutrix, vñ petitus à
matre ſuccedit loco matris in tutela, ideo recte petit̃, & exclu-
dit legitimũ: qa ergo cũ effectu peti põt, mater punit̃, ſi non pe-
tit. Itẽ debuit reddere rationẽ adminiſtrationis, vt l.omnẽ. facit
ad p̃dicta, ꝙ no.Cyn.in Auth.matri, & auiæ. in 8.q. So. ſi mater
acceptauerat tutelã, & nupſit mõ p̃dicto, dico eã à ſucceſſione
filij repelli, vt l.oẽm. ſi vero mater non erat tutrix, non credo eã
repelli à ſucceſſione, nã ex eo ꝙ non petijt, non excluditur; qa
non habebat ius petendi pp legitimũ, aut ꝙ ipſe non geſſit: &
nec pp hoc repellit̃, qa l.ꝑmittente abſtinuit, cũ tutela ĩ matre,
& auia ſit voluntaria. Sed quis ſuccedat, vbi mater excluſa eſt.
Rñd.hic nõ põt dici, ꝙ auia excludatur rõne non petiti tutoris
duplici rõne: tũ qa eſt auus legitimus tutor, cui ipſa non p̃fert̃:
tũ qa ille, cui eſt aperta via ex nõ petito tutore, ab alio nõ exclu-
det̃, ſi ipſe non petat. ff.ad Tert.l.2.§.ſi. Item nec auus excludit̃,
qa ipſo iure erat, licet de facto non geſſerit, ar.ff.de exc.tu.l. Ne
ſennius. Item nec frater vterinus iſtis p̃fert̃, imo nec concurrit
cum eis, vt in Auth. defuncto. concludo igitur excluſa matre,
auũ, & auiã ſuccedere, & fratri vterino anteferri. Ego Bal.

CASVS.

Factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt. Domina Ioan.
de ſancta Flora nupſit Ioann. Vignali ciui Sen. & ex eo filiam ha
buit nomine Catherinam, & deinde deceſſit dictus Ioan. ſuper-
ſtitib.dict.do.Io.& Catherina prædictis, poſtquam dicta d.Ioã.
matrimonium contraxit cum Gul.de ſancta Flora ciue.Sen. qui
G.erat tertio gradu coniunctus de iure canonico cum dicta Io.
& cum dict.Guli.tãquam vxor vixit plurib.annis, deinde di.Io.
deceſsit condito teſtamento per eam, quo dict. G. reliquit cer-
tas poſſeſsiones ſitas in comitatu Senarum, & in Caſtro ſanctæ
Floræ, in quib.cõſiſtebat medietas facultatum dictæ.d.Io.& di-
ctam Catherinam hæredem inſtituit. proponitur autem, ꝙ di-
ctum Caſtrum ſanctæ Floræ non eſt de comita. Sena. & ꝙ dictũ
teſtamentum conditum fuit in Caſtro ſanctæ Florę. proponitur
autem, ꝙ à quibuſdam di.d.Io.fuit reputata vxor dicti G.& tan-
quam dicti G.fuit habita, & tractata. quærit̃ de plurib. primo,
an dictum legatum factum di.Guil.per dictã G. tenuerit de iure,
& exigi poteſt ab hærede di d.G.poſito, ꝙ dictus G.& di.d.Io.ig-
norauerint ſe propinquos. & quid ſi probetur in Caſtro ſanctæ
Floræ publicam famam fuiſſe de parentela prædictorum Io. &
G.tempore contracti matrimonij, & ante. Secundo, poſito ꝙ
dictum legatum nõ debeatur de iure, an coram iudice ſeculari,
coram quo hæres di.G.petit ab hæredib.di.d.Io.dictum legatũ,
poſsit opponere de parentela, & eam probare coram eo, an ve-
rò tantum coram iudice eccleſiaſtico hoc debeat probari. Ter
tio quæritur, poſito, ꝙ do.G.fuerit capax legati, an di. Catheri-
na, vel eius hæres poſsint dicere ſe nõ teneri nomine legati pręfati,
niſi vſque ad quartam partẽ vigore ſtatuti, quæ vobis trãſ-
mittuntur. an vero non obſtantib. prædictis legatum debeatur
vſque ad dodrãtem: allegatur enim, ꝙ teſtator non fuit origine
ciuis Senen. nec teſtamentum fecit in ciui.vel communi. Senẽ.
& pro tanto diſpoſitio ſtatuti non vendicat ſibi locum in præ-
ſenti caſu, nec in bonis, quæ ſunt in ciuitat. vel communi. Sena.
ſuper dictis omnibus cum iuris allegationibus conſilium po-
ſtulatur.

CONSILIVM CCCCXXXIX.

1 *Fides ſola, & error ſingularis contrahentium matrimonium in gradu pro-
hibito non facit matrimonium teneri.*
2 *Legatum factum alicui inſerta falſa qualitate, an valeat, & teneat.*
3 *Exceptio, quæ dẽt probari corã epiſcopo, põt opponi coram iudice ſeculari.*
4 *Diſpoſitio ſtatuti an habeat locum in ciuẽ non originaliter habitante, etiã
extra territorium ipſius ſtatuti.*

1 In Chriſti nomine. † Super primo puncto
præmittendum eſt, ꝙ
ſola bona fides, & error ſingularis contrahentium matrimoniũ
in gradu prohibito non facit matrimonium tenere, quod im-
pediente gradu conſanguinitatis, vel affinitatis prohibetur, vt
C.de inceſt.nup.l.cum ancillis.ff.de ritu nup.l.qui in prouincia
2 §.diuus, & extra de clan.deſponſa.c.cum mihi.cum ſi. † Secũdo
p̃mittẽdũ eſt, ꝙ quando relinquit̃ alicui inſerta falſa qualitate,
ꝙ aut vera qualitas inducit prohibitionem legalem, & non va-
let relictum, vt ſi teſtõr legat ſpurio, quem legitimum reputa-
bat, vt in Auth.quib.mo.na.effician.legiti.§.vlti. & ff.de prob.l.
q teſtamentũ. aut vera qualitas non inducit prohibitionẽ lega-
lẽ, & tunc aut illa putatiua qualitas concernit affectionem te-
ſtõris, aut non. primo caſu aut teſtõr ſciebat qualitatẽ non ſub-
eſſe, & tũc valet legatũ, vel relictũ, ff.de hr̃di.inſti.l. nemo q. §.1.
aut errabat, & tunc non valet. C.de hære.inſti.l.nec apud.C. de
fidei.l.eam quam. aut dubitatur, & tunc aut ſcientia illius quali
tatis cõſiſtit in facto, & præſumitur error, & nõ valet relictũ, ſi-
ue iſta qualitas ſit naturalis, ſiue accidẽtalis, vt no. C.de hr̃d.in-
ſti.l.ſi pater.& l.nõ iõ.C. de teſti.l.neq; profeſsio, aut ſcientia il-
lius quali. cõſiſtit in iure, & p̃ſumit̃ ſciẽtia, & valet relictũ. C.d̃
hær.inſti.

hær.inſti.l.non ideo. Si vero qualitas non concernit affectionē teſtatoris, non vitiat falſa demonſtratio, ff.de hęred.inſti.l.quoties.ff.de condi.& dem.l demonſt.fal. Ex hoc concluditur, ꝙ in caſu iſto domina Io.reliquit Guli. tanquam ſuo marito, cum nō eſſet, de conſangui.& affini.cum haberet, ꝙ tale relictum de iure non valet, vt dictis ll.probatur. Item mulier, & maritus ſcientes impedimentum ſubeſſe adhuc, non valet relictum, vt C.de
3 inceſtis nup.l.ſi quis inceſti.† Super ſecūdo puncto dico, ꝙ exceptio, ſi non tenuit dictum legatum, poteſt opponi coram iudice ſeculari: ſed probatio affinitatis debet fieri coram epiſcopo, extra de ordine cogni.c.tuam.cum ſi. Super tertio puncto, quia quæſtio non procedit probato impedimēto matrimonij,
4 non eſt opus conſulere, ſed quia cōdi.†. Quæritur, quid iuris, ſi di.G.eſſet habilis ad capiēdum. nam quilibet præſumitur capax niſi contrariū probetur, vt nota.ff.de leg.1.l.Lucius.§.vlti.& ff.de prob.l.ab ea parte. quia ſecundum ius commune omnis præſumitur habilis, niſi quædam perſonæ probentur exceptæ. Reſpondeo, & præmitto, ꝙ nuptiæ habent vim originis: nā origo viri per ſacramēti vnionem matrimonij reputatur vxoris, quia vxor iungitur viro tanquam digniori, & eadem eſt conditio vnitorum, vt no.C.de muni.& origi.l.originis.facit C.de incolis.l.mulieres.ff.de min.l.mi.l.filij libertorū.§.1.& l.ea quæ no. hinc eſt, ꝙ ſtatuta, quæ ligant virum ratione originis, vel domicilij, ligāt vxorē, vt ff.de iud.l.exigere dotem. Item nuptiæ, quæ non valent de iure, non mutant forum, vt no.in l.cū quædam puella.ff.de iuriſd.om.iud.& ff.ad muni.l.ſi cum igitur ſtatutum communis Sena.diſponat circa perſonam, prohibēdo ne relinquat vltra quartam partem, ſeu vr̄ ꝓhibitio inhærere ꝑſonæ, vbicūq; actus fiat, & de qbuſcūq; bonis fiat, cū ſit defectus cāæ efficiētis, vt not. Gul.in l.cūctos populos. Alij dicunt, ꝙ iſta prohibitio tā quam odioſa nō hēt locū ī actu exercitato extra territoriū, ar.ff.de poſtulā.l.ex ea.nec in bonis extra poſitis, de bo.aut.indi.poſ.l.cū vnus.§.is qui. Sed dicet aliquis, ꝙ iſta non eſt principaliter pœna, ſed prouiſio liberorū primi mr̄imonij, C.de ſecun.nup.l.hac edictali.& no.per Inn.de ſecundis nup.c.pen.& l.fi.& idem per Hoſt.& ideo videtur fauor extendi, & debet interpretatione iuuari, non arctari, & ſi dicat, iſta domina nō erat amplius ſub lege: quia remaneret ad locū originis proprie, & verbo, & facto domicilium tranſtulerat, & res de facili ad ſuam naturā reuertitur, ff.de pactis.le.ſi vnus.§.ꝙ & in ſpecie. & abſurdum vr̄, ꝙ vidua non poſſit mutare forū primi viri, cum mortuo viro ſit ſoluta lege viri. Reſpondetur, ꝙ non videbitur mutaſſe alium extra domicilium Senen.nubendo in territorio Senen.licet de facto, ar.ff.de pecu.lega.l.cum filius.§.vlt.& ſic cum adhuc ſit ſub lege Senen.arctatur ab eadem lege. Breuiter ſi ſecundum matrimonium teneret, ſequeretur domicilium dicti viri.G.ſecundi viri, & eius ciuitatem, vt nota.Cod.de incolis.l.ciues.& prohibitio ſtatuti Senen.poteſt ad vtrunque adaptari tanquam ad ſubditos, & non valeret relictum, niſi vſque ad quartam, tenendo, ꝙ iſta prohibitio ſit fauorabilis: quia non eſt facta abſolute, ſed reſpectu filiorum, arg.ff.de condi.& demon.le.ſed ſi hoc.§.vlti.in bonis territorij Senen.vt infra dicam, ſi matrimonium non tenuit, tūc in nullo valet, vel ratione erroris, vel ratione inceſti matrimonij, vt dictum eſt. poſſet etiam quis dubitare, vbi matrimonium teneret: quia in iſta muliere concurrunt duæ qualitates, naturalis, ſiue originalis: ſed quia non eſt ſub l.nec obligatur illi legi, & accidentalis, vnde videtur potius inſpici naturalis cauſa, de tutelis.l.qui habet.l.fi.de his, qui ve.æta.pro donato.le.ſi me. Sed contrarium dico, quia in obl.inſpicitur actus poſterior, C.de pac.l.pacta nouiſſima.ſed iſte eſt actus accidentalis, ergo &c. Item vbi natura, & actus ſunt diuerſi, inſpicitur natura, vbi aduerſa contraria, inſpicitur accidens.ff.de poſtulat.le.1.§.beſtias.ff.de aſſeſſo.l.ſi eadē.ff.de iureiur.l.ſi manus. interdum accidens inordinat contra naturam, ſed ad ſupplendum, & corroborandum: nam & tunc in diſpoſitione abſoluta inſpicimus cām nālē, ſed ſi eſt reſpectiua ad accidēs, tūc inſpicimus cām accidentalem, C.de his, qui ve.æta.l.fi.ff.de lib.& poſth.l.filio, quē pater.ff.de cond.& dem.l.fideicōmiſſum. Sed adhuc dicet aliquis, quatuor rōnes fouēt relicto, ſ.origo mulieris, locus, vbi factum eſt teſtm̄, ff.de euic.l.ſi fundum.C.de teſti.l.fin.C.quemadmo.teſta.aperi.l.2.res extra territorium poſitæ: & arguo ſic, fortius ligat res extra territoriū ſnīa, quam lex, vt no.doc.in c.vt aīarum.de conſt.li.6.ſed ſnīa iudicis non ligat res extra territorium poſitas, vt l.cum vnus.§.is, qui. ergo nec ſnīa ſtatuti, facit pp gn̄alitatem legis, extra territorium.de iu.omn.iud. Item quia non licet in alienum immittere.l.ſicuti.§.Ariſto.ſi ſerui.vendi. Itē qa conſuetudo ſanctæ Floræ eſt ſecundum ius cōmune: ergo obſeruandum eſt ibi ius commune, & non ſtatutum ciuita.Sena.eſt & quarta rō: quia licet ſecundus maritus, qui erat originarius de ſancta Flora, eſſet ciuis Sena. forte ꝑ ſtatutū hoc erat quo ad ciuilia munera. & licet vxor eū ſequat̄ quo ad forū, cū nec vtrobique hēbat forū.ff.ad munici.l.aſſumptio.nulla.l.vr̄ dicere, ꝙ ſequatur virum quo ad prohibitionem teſtandi. coniunge iſta; nō ſubditus in loco non ſubdito, in rebus non ſubdi.non ligatur ſtatuto Senenſi. Primo iſtud ſtatutum vr̄ iniurioſum, vt C.de contrah.emp.l.dudum. quia ligat manus domini. item impedit liberam factionem teſtamenti. item eſt iuri communi contrarium, ergo reſtringendum, & non extendendum ad res, quæ ſunt extra territorium: quia odioſa nō debent extendi, de libe.& poſth.le.cum quidam. item ſi diceretur fauorabile, hoc eſſet in priuilegium liberorum: ſed nec priuilegium debet extendi, vbi in alterius iniuriam redundatur, vt in §.ſi quis à principe.l.2.ne quid.in lo.pu.de auth.& vſu pall.c.ex tuarum.& ff.de adm.tu.l.impuberi filio centurio.& ſi dicatur, ſtatutum diſponit circa perſonam concedatur, ſed diſponit circa perſonam reſpectu rerum, ergo non porrigitur ad res alibi poſitas, argum.de mune.& hono.l.reſcripto.§.fi.C.de mil.teſt.l.1. Sed aliquis dicet, imo diſponit reſpectu actus indiuiſibilis, ſ.teſtandi: & ideo porrigatur ad omnia bona: quia vbicunque ſint poſita, perſonæ conditionem ſequantur.ff.de acq.hær.l.Paulus.§.vl. vnde idem teſtamentum non debet diuerſo iure cenſeri.no.in l.precibus cum ſi. ſecus ſi cauſa inteſtati: quia nō concernit actum indiuiſibilem, cum ibi nullus eſt actus teſtatoris, nec requiritur in cauſa inteſtati habilitas perſonæ defunctæ, & ideo ibi rectè poteſt diſtingui ex locali diſtinctione ſecundum Guliel. ſed ad iſtud reſpondetur: nam cum tutela ſit quid indiuiſibile in ſe, & quo ad ipſum ius tutelæ, ff.de adm.tu.l.inter tutoris.& non porrigitur nec protenditur effectus datiuæ tutelæ, niſi quatenus protēditur iuriſdictio decernen.ff.de exc.tu.l.iuriſperitos.§.cū oriundus.& ibi no. ſed ibi loquuntur in curatore, qui principaliter datur reb.ſecundario perſonæ, ſecus in tutore, qui pricipaliter datur perſonæ, vt in l.pp.§.fi.eo.ti.vbi dicitur, ꝙ datio eſt excuſatio neceſſaria: ergo tenet datio, niſi dicas excuſatio.l.contradictio. quia non debet ſentire: eſt enim excuſatio iuris, & de iure, quando quis obedire non tenetur, ar.iudicatum ſolui.le.vir bonus.ff.ſi quis in ius vocatus.l.ex quacunq;.in gloſſ.ſed iſtā expoſitionē nō patitur litera, quia nō pręſupponit, ꝙ ipſo iure vtrobiq; ſit tutor, & non in effectu, & hoc eſt, ꝙ dicit, tutorē hēnti aliū dari. nam ipſo iure non p̄tēderetur, alibi non hēret tutorem: & ideo alius daretur nō hēnti ibi, & eſſet de regula, nō de exceptione: in iſta ſatis difficili qōne opin.doc.pn̄t induci hincinde. tn̄ conſidera.oīb.vr̄ mihi, ꝙ ſuppoſita capacitate d.G. valuerit relictum ei factum in bonis, quæ non ſunt de territorio Sen.quatenus.ſ.patitur.l.hac edictali.tn̄ in bonis exiſtentib.in territorio Senen.militat ſtatutum ciuitatis Senen.ar.ff.de ſolu.l.quæro. quod tamē ſtatutum aliqualiter eſt obſcurum; quia loqui vr̄, vbi præceſſit alia diſpoſitio, tunc habeat locum ſtatuti ꝓhibitio, ſecus ſi alia non præceſſit. ſic C.de teſta.auth. hoc inter liberos. tamen rubrica, quæ ſummat nigrum, eſt gn̄alior, cui gn̄alitati vr̄ ſtādum: quia rub.vim tex.habet, vt no.C.ob.chirogr.pecuniam.cum ſi. in hoc ſeruanda eſt practica conſueta, ſi de ſtylo, ſeu practica nō apparet.rubr.authē.per tex.habetur notatum in proœ.ſexti.in ver. Secus ſi ſubſcriptio non eſſet.auth.ſed monſtralis, arg.C.de religio.l.monumentorum. Ego Bal.de Peru.

CONSILIVM CCCCXL.

1 *Stante ſtatuto, quod officiales mercantiæ cognoſcāt de omni mercantia, & debito pendenti ex ipſa, an tales officiales erunt competentes in cauſa mutui facti alicui ſocietati.*

2 *Quæſtio nullitatis an impediat executionem ſententiæ.*

In Chriſti nomine. Præmiſſis verbis cuiuſdam ſtatuti in vulgari ſic dicentis de ogni mercantia, & debiti dependenti da eſſa, cognoſcano li officiali de la mercantia. Quæritur de tali quæſtione, dictus tranſlatus mutuauit ſocietati de Vaſconib. de Aretio mille flo.auri, quos florenos auri quidam de iure ceſſio petijt corā dictis officialib.mercantiæ, & lata fuit ſentētia, ꝓ eo randē actum



actum eſt de nullitate ſententiæ: quia dicitur, quod dicti officiales non hēnt iuriſdictionē. Modo q̄ritur primo, an ad dictorum officium pertinuerit iuriſdictio. Secundò q̄ritur, an cauſa
1 nullitatis impediat executionē dictæ ſententiæ, † ſuper primo facit dubium, ꝙ non fuit inſerta cauſa mercantiæ in mutuo, vnde cum mutuū poſſit accipi in diuerſas cauſas, ſequitur, ꝙ non apparet in eam cauſam acceptum, ꝙ aſſerat iuriſdictionē dictis officialibus. nam cauſa eſt hic de ſubſtantia probationis quo ad iuriſdictionē: ergo ſpāliter eſt ꝓbanda. accedāt omnia iura, quæ loquuntur de ꝓbatione cauſæ. ff.de tranſa.l.cum hi.§.cauſa.& §.ſi p̄tor.C.de edic.diui Adr.tol.l.fi.cum ſi. Contrarium credo, ꝙ ſit verum, nam ex quo fuit mutuatū ſocietati illorū mercatorum, p̄ſumit lex, ꝙ acceperit in cauſam mercantiæ, C.ad Mace.l.fi.§.fi.& ibi per doc.& eſt iſta p̄ſumptio iuris, quæ pro liquida ꝓbatione habetur, vt no.C.de periculo tutorū.l.tutor.& ideo credo, ꝙ iuriſdictio fuerit dictorum conſulum, qui potuerunt procedere ſecundū ſtatuta, & conſuetudines ipſorū, C.de iur.om.iud.l.iniquum.C.de conſt.pecu.l.2.in fi.in Aut.de fideiuſ.
2 §.argentariorū.† Super ſecundo puncto videtur dicendū, primo ꝙ quæſtio nullita.impediat executionē ſententiæ; quia eſt quæſtio p̄iudicialis, C.ſi ex falſis inſtr.l.fi.ff.de re iud.l.4.§.condemnatum.C.de proc.l.licet. nam ſententia, quæ eſt nulla, non meretur executionē nec nomen ſententiæ, C.de ſententijs ex breuicu.reci.l.2.& l.fi.& iudicium pendens, ꝙ ſententia operatur, ff.de excep.l.fundi.& fundū.& ſententia lata ſuper nullitate impediret executionē: ergo eſt lis mota. facit, ꝙ no.ff.de app.l.ſi expreſſim.ff.quę ſententiæ ſine appel.reſcind.l.1.§.1.cum ſi. Super hoc dicunt doc. aut nullitas poteſt ſtatim ꝓbari, & tunc non fit executio, C.de falſis.l.ſatis apertè.ff.de iud.l.ſi p̄tor.§.Marcellus.ff.de re iud.l.diuus.de excep.l.qui agni.& no.per In.de off.deleg.c.cum in iure.in princ.pro iſta diſtinctio.facit, vt no.ff.de iureiur.l.nam & poſtea.in prin.ff.ad exhiben.l.3.§.idē.C.de cōpenſa.l.fi.& hoc tenet Spe.de libellorū conceptione.§.nunc dicendū.ver.1. Applicando ad ꝓpoſitum ſic dico, ꝙ aut iudex corā quo agitur de nullitate, eſt iudex cōpetens, & tunc ſerua p̄dictam diſtinctionē, aut incompetens, tunc indiſtinctè talis motio litis nihil operatur, C.ne de ſta.defun.l.ſi pater.C.de aſſertio.tol.l.1.in fi.& erit iudex cōpetens in cauſa nullitatis principaliter intenta, ipſe idem ordinarius, qui tulit, C.quomodo, & quando iudex.l.ſi vt ꝓponis.prima.in vltima gl.C.de ſenten.& inter.om.iudi.l.1. Item ſuperior, cui ꝓnuntia.ſubalternatur. C.de accuſ.l.abſentē.& d.l.ſi vt ꝓponis.in tex. Item ſucceſſor.ff.de rebus eorū.l.quāuis. Item ſi cauſa nullitatis incidat in appel.iudex appella.ff.de iure patro.l.fi.ff.famil.erciſ.l.quædā mulier.& nota.in l.prima.C.quando prouo.non eſt ne.& is, ad quem non pertinet appellatio, non dicitur ſuperior, vt reſpectu talis cauſæ maiorē adminiſtrationē habeat, facit ff.de mino.l.minor autem magiſtra.& poteſt dici ſecundum Iacob.de Aretin.quod ille demum poteſt declarare ſententiam nullam, & is ſolus eſt iudex nullitatis qui poſſet in integrum reſtituere contra ſententiam; qa is demum debet poſſe declarare, qui poteſt reſcindere iudicatum.arg.l.fi.C.de leg. Ita tenet Iac.But.in l.3.C.ſi aduer.rē iudica. ſpectaret iure ſuperioritatis ad poteſtatē, qui hr̄ loco p̄ſidis, tunc ipſe eſſet iudex competens in nullitate. & de iure cōmuni hoc videtur verum, C.de iur.do.l.fi.in fin. aut per ſtatutū alteri eſſet deputata cognitio grauaminis illati per conſules, tunc ptās eſt iudex incompetens, & proceſſus corā eo factus nihil operaretur, nec etiam ſentētia eius, C.ſi à non compe.iud.l.fi.nam ꝙ vni eſt ſpecialiter conceſſum, vr̄ alteri ademptū.ff.de leg.1.l.ꝙ in rerum.§.ſi quis poſt.in fi.& ꝙ ibi per Iac.de Are. Concludendo, ſi iudex eſt competens, vel agens offert ꝓbationes nullitatis paratas, & retardatur execu. aut requiritur altior indago, quā natura executionis non patitur: & tunc fit executio ſaluo iure retractionis ſentētiæ, & executionis, ſi apparuerit poſtea ſententia nulla, de purga.vulga.c.ſignificantib.facit, qđ no.in c.calumnię.de re iudic.in clement.ad finē.& hoc de executione quæ fit ab homine: ſed de executione iuris non attenditur ꝓbatio: ſed veritas. vnde ſententia, quæ re vera eſt nulla, nunquā trahit ſecum iuris executionē, ff.de iniuſto teſt.l.ſi quis filio.§.ꝙ ſi quis. nam lex ſemper imitatur natura rei exiſtētiam in eo, ꝙ l.facit per ſeipſam, ff.de cond.ob cauſam.l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum.licèt in contrarium faciat d.Dy.ff.de acq.poſ.l.3.§.ſi ſeruus. ſed illud eſt verum, ꝙ præſumitur pro ſententia, quod ſit aliqua, & excuſet errantem, ff.de euict.l.Herennius.§.1.non tamen trahit ſecum iuris executionem: qa omiſſio modi, vel formæ etiam in actu fauorabili impedit diſpoſitionē legalem, ff.de ver.ob.l.qui Romæ.§.Flauius. Si vero coram iudice incompetenti eſt mota cauſa nullitatis, perinde eſt, ac ſi mota non eſſet, C.de iu.om.iud.l.in criminali.& l.nemo.cum ſi. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLI.

1 *Filius inſtitutus, cui pater ſubſtituit hoc modo, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq;, ſubſtituo illi Titium vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum, ſi decedat viuo teſtatore, qui poſtea moritur non mutato teſtamento, an veniat ſubſtitutus.*

1 Teſtator dixit in ſuo teſtō ſic, † videlicet, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque. ſubſtituo ei Titium vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum. Modo iſte pupillus decedit viuo teſtatore. tandem deceſſit teſtator nullo alio condito teſtamento, vel vltima voluntate. Modo quæritur, an Titius ſubſtitutus admittatur. Et dubium eſt: quia inſtitutus deceſſit viuo teſtatore. Et breuiter Bald. nunc in ciuitate Aſſiſij, & eſt primū conſilium, qđ vnquā reddidit, fuit conſultus ſuper primo puncto, & ſemper tenuit ꝙ ſubſtitutus admittatur; licet inſtitutus decedat viuo teſtatore. Nam de hoc eſt gl.in l.Gallus.§.1.de li.& poſth.vbi vulgaris expreſſa vendicat ſibi locum etiam inſtituto decedente viuo teſtatore: ſed tacita vulgaris non: ꝙ ſi non vendicat ſibi locum expreſſum, puta expreſſa pupillaris, ergo nec tacitū, id eſt tacita vulgaris in expreſſa pupillari contenta: licet de tacita vulgari ſint opiniones, vt no.per gl.& doc.in l.lex Cor.ff.de vul.& pup.tamen veritas eſt, vt dixi. Modo ad ꝓpoſitum redeundo, in caſu noſtro dico, ꝙ vendicat ſibi locū expreſſa vulgaris propter illa verba, ſubſtituit ei vulgariter, pupillariter, &c. Et hoc ex illo capite: qa hæres eſſe non pōt. nam vulga.ſubſtitutio habet duo capita, ſ.ſi hæres non erit, id eſt, noluerit, vel qa nō potuerit, vt eſt tex.C.de hęr.inſt.l.cum ꝓponas. vbi quando teſtator dixiſſet, ꝙ ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea quandocunque, talē ſubſtituo, nec dixiſſet vulgariter &c. tunc tali caſu ſubſtitutus veniret ex tacita vulgari cōprehenſā in pupillari, quæ non habet locum in inſtituto decedente viuo teſtatore, vt dixi. Bal. ita tenuit in prædictis conſilijs.

CONSILIVM CCCCXLII.

*Filia an poſſit teſtari de dotē.*

Punctus. Herculanus fuit confeſſus habuiſſe à domina Paula vxore Petri dante, & ſoluente de propria pecunia dicti ſer Petri 40.& hoc pro matrimonio contracto inter ipſum Herculanum, & D.Thomaſam filiam dicti ſer Petri, & dictę Do.Paulę, videlicet pro dote ipſius Do.Thomaſæ, quā dotē dic. Herculanus ꝓmiſit reſtituere dictæ D.Paulæ ſtipulanti pro dicto ſer Petro, ſi dictum matrimonium diuiſum fuerit ſine filijs, quæ D.Thomaſa poſt mortē dicti ſui patris condito per eam teſtamento, in quo dictum eius virum ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit, deceſsit ſine filijs. Nunc filij & hæredes dicti ſer Petri, & fratres dic. Thomaſæ petunt à dicto Herculano eis reſtitui dotem p̄dictam. excipit maritus, & hæres p̄dictus, ꝙ ipſa de dote prædicta poſt mortē ſui patris potuit teſtari: quia in dicta dote ſucceſſit, & ſibi tanquā eius hæredi eſt acquiſita. Modo quæritur, quid iuris. Quæſtio iſta eſt de apicib.
1 iuris, † & examinatur C.de rei vxo.act.l.vnica. quæ incipit, rem in præſenti.§.videamus poſt. per Cy.& in l.pe.ſol.matrimo.per Dy.& l.poſt dotē.eod.ti.per Bar.& hic ſi quis vellet referre argumenta pro, & contra, non ſufficerent multa folia. Sed concluſiuè, & determinatiuè iſtud eſt dicendum, ꝙ aut iſta Thomaſa ſucceſſit ſer Petro vna cum fratribus, & tunc eſt dos communis omnium ipſorum, & non conſolidatur ei ſoli, C.communia vtriuſq; iud.l.fi. Aut non ſucceſſit, qa fortè ſtatutū non vult, quod ſuccedat filia dotata extantibus maſculis. & ſic eſt quodammodo exhæredata à ſtatuto contemplatione dotis, vt l.qui volebat.de hæredi.inſtitu.& tunc conſolidatur ipſi filiæ, & poteſt de ea teſtari, vt d.§.videamus.& l.vltim.ff.de collat.dot. Et ſi huic filiæ non daretur dos, legitima portio ei denegari non poſſet, & de ea potuiſſet teſtari. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLIII.

1 *Pungere equum calcaribus vehementibus, ſi ex tali punctione currens aliquem percuſſit, an dicatur maleficium.*

 1 Per-

2 *Percuſſione tali, ſi percuſſus cecidit, & equus cum calce eum percuſſit, & facit duo vulnera, an dicatur vnum maleficium, vel plura.*
3 *Stante ſtatuto, quando ex percuſſione exiuit ſanguis, non proſit concordia, ſi ex percuſſione ſupra non exiuit ſanguis de accuſato ſed de ipſo animali, ſtatutum non habebit locum.*
4 *Iniuria non dicitur fieri ſtricte, vbi dolus non eſt.*

Coram vobis nobili, & potente milite domino Mi-
chale de Vulterris Cap. cõmunis, & populi ci-
uitatis Peruſij, & veſtro, & dicti cõmunis iudice D. Ioanne ſu-
per maleficijs conſtituto, denuntiat, & aſſignat Fran. Paulutij
ſyndicus villæ S. Mariæ de Villigenis, & Andreutius Meneci
ſyndicus villæ San. Crucis, villæ de Villigenis cõmunitat. Peru-
ſij portæ ſolis, Colam mercatorẽ de Nurſia forenſem, q̃a Cola
hoc anno die vlt. menſis Iulij proximè p̃teriti quandã equam,
ſuper qua ſedebat, calcaribus ſtimulauit, ita ꝙ dicta equa ince-
pit velociter currere, & cucurrit, in quo curſu cũ pectore dictę
equę fuit grauiter pecuſſus Bernardus Villani ciuis de Per. por-
tæ ſolis. Ex qua percuſſione d. Bernardus cecidit in terrã, & d.
equa pede ferrato percuſſit caput d. Bernardi vnica percuſſio-
ne, ex qua percuſſione facta fuerunt duo vulnera in capite d.
Bernardi, ex quibus ſanguis exiuit ex duob. locis capitis do. Ber-
nardi. & prædicta dicuntur fuiſſe in quadam via confinante di-
ctarum villarum, cõmuni diſtrictus dictarum villarum Sanctæ
Mariæ de Villigenis, & Sanctæ Crucis de Villigenis fines cuius
viæ, & loci ab vno res eccleſiæ Sancti Laurentij, quæ ſunt ex
vna parte dictæ viæ, & res Bartholomæi Vannis Gielloli, quæ
ſunt ex parte altera dictæ viæ. Primò videndum, ſi iſtud eſt ma-
leficium. Secundò, ſi eſt vnum, vel plura. Tertiò, vtrum tolla-
1 tur in totum per concordiam.† Quo ad primum ſciendum eſt,
ꝙ ſtimulare equum calcaribus de ſe nullum maleficium eſt, ta-
men poteſt eſſe quoddam p̃ambulum ad maleficium, & eſt hoc
ex circunſtantijs iudicandum, ſicut putare arborẽ non eſt ma-
leficium, ſed putare quando homines tranſeunt, ita quod alteri
noceat, delictũ eſt, ff. ad l. Aqui. l. ſi putator. Item facere foue-
am de ſe non eſt delictum: tamen facere in loco, vbi eſt tranſi-
tus gentium, ſi aliquis inde læditur, eſt delictum, ff. ad l. Aquil. l.
qui foueas vrſorum. Item velociter nauigare nõ eſt peccatum,
ſed ſi proinde altera nauis obruitur, tenetur, niſi tanta vis ex
improuiſo facta ſit, vt temperari non potuerit, ff. ad l. Aquil. l.
quemadmodum. §. ſi nauis alteram. Sic & de equo dicendum
eſt: quia interdum culpa equitatoris imputatur caſus in alium
contingens, notat. extra de homicidio. c. dilectus filius capel-
lanus. ibi dum dicit, nec voluntate, nec actu homicidium per-
petrauit. & c. ſignificaſti. & certè ex narratis attenta forma, nec
attenta facti natura reſultat propriè maleficium: & hoc de pri-
2 mo puncto. † Venio ad ſecundũ, poſito ꝙ reſultat maleficium,
vtrum ſit vnum, vel plura. & videtur, ꝙ plura inſpecto fine, vt
not. doc. in l. ſi gemina. arborũ furtim cæſarum. In contrarium,
ꝙ vnum inſpecto principio, vna enim culpa eſt, non plures cul-
pæ: quia non erat in poteſtate hominis peſſundatio equi. &
ideo numerus plagarum animalis irrationalis non damnauerat
factum hominis, quia non ſunt plura, vt d. l. ſi gemina. in tex. &
ideo non debet imponi pœna diſtributiua ſecundum nume-
rum: ſed pœna vnica, & complexiua, ſi qua exinde prouenit. &
hoc de ſecundo puncto, quia actus vnus, vt d. c. dilectus. in ver-
3 bo, actu. in ſingulari numero loquitur. † Circa tertium dicen-
dum eſt, quod in totum tollitur omnis pœna per concordiam:
quia hic non exiuit ſanguis de percuſſione facta ab accuſato, vel
inquiſito, ſed ab ipſo animali: & ſic non remanet aliqua pœna,
ff. ſi quadrupes pauper. feci. dica. l. 1. §. ideoq; ſi equus. nam in il-
lo §. cum natura iſtius dictionis deeſt, ibi caſus expreſſus cuili-
bet intuenti, & hoc attento generali ſtatuto de cõcordijs. Non
ob. aliud ſtatutum, quod loquitur, quod ſi concordia fieret fo-
renſi per ciuem de illis iniurijs, remanet dimidia pars pœnæ:
4 quia ſtatutum illud loquitur de iniur. † Propriè autem, & ſtri-
cte non dicitur iniuria, vbi non eſt dolus, ff. ad l. Aquil. l. ſed &
ſi quæcunque. §. 1. ff. de iniur. l. 1. §. 1. Sed hic non fuit, nec in-
tentatur dolus, de pœnis. l. ſi præſes. vnde valet omnino. Ego
Baldus.

## CONSILIVM CCCCXLIIII.

1 *Stante ſtatuto, quod de quolibet contractu emptionis ſoluatur gabella ad rationem tanti pro lib. vel duca. ſi aliquis emit rem pro pretio declarando per alium, non debet ſolui gabella.*
2 *Quoties ex declaratione futura acquiritur ius reip. talis declaratio fieri debet, ſicut fauore dotis, pauperum, & vltimæ voluntatis.*

Quoniam ſubſtantia emptionis conſiſtit in pretiõ,
vt ff. de contrahen. emp. l. pacta conuen-
1 ta. §. Paulus. † Et hic non ſit declaratum quoddã deriuatiuum.
ſ. pretium compromiſſum, vnde iſta declaratio dependet ex al-
tera quo ad ipſam ſubſtantiam, & ſic ſunt duo extrema. ſ. primi-
tiuum, & deriuatiuum, proculdubio contractus deficit in ſub-
ſtantia, nõ in conſequentijs. Et cum gabella formetur reſpectu
pretij, & pretium non eſt certum, gabella non videtur deberi:
& hoc tenet Gul. expreſsè. ff. de pac. l. ab emptione. In contra-
rium videtur: q̃a multum refert, vtrum gabella formetur reſpe-
ctu cõuentionis, an reſpectu obligationis, an reſpectu tranſla-
tionis dñij. Primo caſu quando formatur reſpectu conuentio-
nis, nõ videtur attendi obligatio, vel dominium, arg. ff. de peri.
& cõmod. rei vend. l. qui in venditio. & ita hic. Secundo, & ter-
2 tio caſu loquitur dictum Gul. † Præterea, ꝙ ex declaratione fu-
tura acquiritur ius reipublicæ, talis declaratio fauore reipubli-
cæ fieri dẽt, ſicut fauore dotis, & fauore pauperũ, & fauore vlti-
mę voluntatis, ff. de leg. 2. l. quidã. & l. 1. ff. de iure do. l. cum poſt.
§. gñr. ff. de epiſ. & cle. l. 1. Et ideo ſi arbitratores nolunt, vel non
poſſunt arbitrari, ꝓceditur à pari. Item reſpublica, & habens ab
ea cauſam non dẽt ſub aliquo colludio fraudari, nec ſub aliqua
arte, vel fictione, imo ipſa fraudatoria ars pœnã maiorẽ mere-
tur. vt ff. de iure patro. l. ſi libertus minorẽ. Item ratione mino-
ris pretij p̃ſumitur fraus. C. man. l. per diuerſas. Item factũ pri-
uatorum reipublicæ nõ nocet, ff. de pac. l. inter debitorẽ. vr̃, igi-
tur, ꝙ pretium omnino ſit declarandũ, non pro intereſſe con-
trahentium, ſed pro intereſſe reipublicæ, cui gabella debetur
de omni quantitate declarata, & declaranda, & ſic non obſt. C.
de contrah. emp. l. fin. quæ loquitur quo ad actionem empti, &
venditi: non quo ad ius gabellæ: nam cum per contrahentium
concluſionẽ ſtare videatur, pro facto debet haberi, ff. de cõtra-
hen. empt. l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. & ſic incidens
obligatio cõmittitur, & tamen principalis obligatio, non tra-
hitur: q̃a non veniunt ex eodẽ fonte, ff. de contrahen. emp. l. ſe-
natus. Dubito, quia contractus diffinitur ex quo, vltro citroq;
obligatio naſci poteſt. de verbo. ſign. l. Labeo. §. contra. ſed hic
nõ poteſt naſci, d. l. fi. de contrah. emp. vnde non dr̃ contractus,
niſi abuſiuè, & ſine iuris intellectu. & ideo gabella nõ debetur
ex eo: non obſtat, ꝙ ſtatutum dicit, declarata, vel declaranda:
quia hic amodo nulla eſt quantitas declaranda. d. l. fi. Item non
obſtat, ſi dicatur, ꝙ hic arbitrium non eſt de ſubſtantialib. quia
non ſuper formali pretio. Nam imo eſt ſuper ſubſtantialib. q̃a
per hoc ad ſubſtantialia ideſt ad pretium peruenitur, ꝙ alias in-
certum eſt, d. §. Paulus. & iſta eſt veritas, ꝙ gabella nõ debet ſol-
ui: tamen debet eis deferri iuramentum purgationis, quia nihil
ſimulauerit in prę iudicium gabellę. C. de his, qui ad eccle. con-
fu. l. præſenti. cum ſimilib. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCXLV.

1 *Non recognoſcens ſuperiorem an teneatur ſeruare ordinem circa repreſalias imponendas non ſubditis.*
2 *Iuſtitia miniſtrari non poteſt de incerto.*
3 *Verbum, diſtrictualis, quid importet.*
4 *Subiectus, qui non eſt ſimpliciter, ſed ſecundum quid, non dicitur ſubiectus.*
5 *Ciuitas conſideratur tribus modis.*
6 *Subditi non ſunt verè, qui non tenentur ad munera.*
7 *Stante fœdere, ſeu conuentione inter ciuitates Venetiarum, & commune Fani, & quod commune Venetiarum teneatur Fanen. ciuib. ſuis pares facere in protectione, an ſi per ducem cõmunem Venetiarum ſint conceſſa repreſalia contra dom. G. de Malateſtis, & ſuos ſubditos, ac fideles, comprehendantur Fanen. licet ſubditi.*
8 *Forma repreſaliarum quæ ſit.*

Quatuor ad propoſitum ſunt inquirenda: ordo, cau-
ſa, iudex, & forma. Circa ordinem dicit
1 Bart. † quod ille, qui non recognoſcit ſuperiorẽ, non tenetur
ſeruare ordinẽ, & ꝙ nulla ſolennitas requiritur, ſicut libellus,
nec alius ordo, nec ſcriptura. Et quod habens repreſalias ab eo
non habet de alio proceſſu docere: ſed ſufficit ſolam conceſſio-
nem oſtẽdere. omnia alia p̃ſumuntur tanq̃ manu regia ſolenni-
ter acta. ita dicit in ſuo tractatu. Veneti nõ recognoſcunt ſupe-
riorẽ ex vera, & inueterata ciuita. tam inclitæ libera: ergo iſtæ
repreſaliæ fundatæ ſunt ex p̃ſumptione. iſta adultera theorica
rema-



remaneat ignorantibus. Nã cum repreſaliæ concedantur con-
tra nõ ſubditos, ſtultum eſt dicere, ꝙ credatur iuſdicenti. Nam
quo ad non ſubditos ipſe recognoſcit Papam, vt no. de manu-
miſſionibus. l. apud eum. & ideo dẽt conſtare de ordine, qui iu-
re diuino continetur. petite, & accipite. & iuri canonico, & ci-
uili conformatur, vnde de ordinaria, vel ſaltem quali petitio-
ne facta per prius in foro rei conſtare dẽt, antequã reus tenea-
tur ſequi forum actoris. Eſt verum, ꝙ iſta petitio poteſt fieri per
literas dñi ducis, q̃d intereſt ſubditorum, & literæ autenticæ
ipſius habentur pro petitione, de re iudi. c. ad apoſtolicæ. de
elec. c. venerabilem. ad municip. l. de iure. de appe. c. dilectis. &
oportet conſtare, ꝙ literæ iſtæ fuerint præſentatæ mag. dño G.
Circa cauſam certum eſt, cauſam debere arguere factum certi
2 hominis: nam de incerto nõ † poteſt iuſtitia miniſtrari, ff. nau-
tæ, cau. l. licet. §. poſſumus. q̃d me. cauſa. l. ſi cum exceptione.
§. in hac. niſi quod pro incerto teneretur populus, vel cõtrata.
l. ne quid. de incen. rui. & naufra. Sed certè iſtud eſt iniuſtum, ꝙ
contrata puniatur, niſi cum manifeſto facinori deſijt obuiare,
vel cõprehendere latrones, vt no. in Aut. vt nulli iudi. §. q̃a ve-
ro. col. 9. non enim debet contrata teneri de facto viatorum,
vel piratarũ, nec dñs loci. ff. furt. aduer. nautas. l. 1. Quę enim iu-
ſtitia põt reddi, niſi cõprehendatur? Certè nulla. vbi ergo non
eſt certitudo, vel impotentia, ibi nulla eſt ratio, vel cauſa alium
pignorandi: q̃a ibi non erit iuridica clauis, ſed natura, ſi ſic dici
fas eſt. Et ſic nulla materia eſt ad repreſalias. Circa iudicẽ appa-
ret retrogradum: quia reus dimiſſo foro ſuo trahitur ad actoris
iudicẽ, qui concedit repreſalias contra legẽ, & iuris ordinẽ, C.
de iuriſd. om. iud. & ſit de foro, qui delinquit in foro, ſed extra,
vnde repreſaliæ immittunt falcẽ in territorio alieno, & in ho-
mines alienos & innocentes, contra omnẽ naturalẽ rationẽ, in
Aut. vt non fiant pign. col. 5. & in c. ſi pignorationes. de iniur. &
dam. dato. Circa formã conſiderandũ eſt, ꝙ forma iſtarũ repre-
ſaliarum continet quatuor perſonas. ſ. dñm G. eius fideles, eius
ſubditos, & eius diſtrictuales. iſte, de quo q̃ritur, non eſt fidelis
do. G. nec eius ſubditus, nec diſtrictualis. ꝙ non ſit fidelis, patet
ex libera patria ſua originali, & q̃a nunq̃ iurauit fidelitatẽ, nec
ipſe, nec parentes ſui, nec habet aliquod fructum à do. Galeo.
3 Quod nõ ſit diſtrictualis, apparet † q̃a iſtud vocabulum, diſtri-
ctualis, ſonat, & ſignificat originẽ, ff. de tut. & cura. l. 1. de ver.
ſign. l. pupillus. Item per rationẽ, quæ ſequitur, ꝙ non ſit ſubdi-
tus, patet. nam aut dicimus eum ſubditũ Fanẽſem, & tunc non
patitur repræſalias, q̃a Fanenſis habetur loco Veneti ex pacto.
Aut non dicimus ſic, & tunc ſcias, ꝙ ex contractu, & cõuentio-
ne tacitè facta cum ciuitate Fani, ſortitur forum, & tenetur ad
4 promiſſa: tamen vere, & ꝓpriè nõ dr̃, nec eſt ſubditus. † Item q̃a
nõ eſt ſimpliciter ſubiectus, ſed quo ad ꝓmiſſa duntaxat, vt no.
in c. 1. de ſo. comp arg. de verb. obl. l. quidam cum filium. Certè
hic nil fuit ꝓmiſſum ſpecificè, ſed ſimpliciter factus eſt ciuis Fa-
nicum immunita. 25. ann. facit, ꝙ no. de ſen. excom. c. à vobis. in
gl. dum dicit, cum quantũ ad hoc ſint eorũ ſubditi, quantum ad
5 priuilegia ſunt ciues iſti effecti. † Sed ciuilitas põt conſiderari
tribus modis. Primo modo ad fauores: ſecundo quo ad onera
de iure cõmuni imminentia: tertio quo ad onera accidentalia
contra ius cõmune, & quo ad iſta non vr̃ extendi, arg. C. de legi-
6 bus. l. ꝙ fauore. Et ita in ꝓpoſito. † Præterea cum nõ teneantur
ad munera, nõ ſunt merè, & verè ſubditi, l. 1. ff. ad municip. etiã
7 ſi ibi habeant larẽ, & domicilium, & iſta eſt ipſa veritas. † Patet
igitur hunc ſub repreſalijs nõ includi, ideo nec moleſtari poſſe
in perſona, vel rebus. Nam aut iſte habetur tanq̃ de Fano, & nõ
põt capi pro repreſalijs, q̃a cõmune Venetiarũ tenetur Fanen-
ſes ſuis ciuibus pares facere in ꝓtectione, & pacta nõ ſunt mu-
tata. aut habetur tanq̃ non de Fano, & non eſt ſubditus: & ideo
nec verba dñi ducis Venetiarũ, nec mens, nec ratio includunt
hunc, de quo q̃ritur, arg. de lib. & poſt. l. Gallus. §. fin. eius. Inter
contrarios reſpectus alterũ eligi oportet, de cond. & demon. l.
Titiæ, ſi non nupſerit. & quicq̃d eligatur, repreſaliæ nõ exten-
duntur ad hunc hominẽ, de quo quæritur, qui togam habet Fa-
nen. & ſubſtantiam foren. ff. de iure fiſci. l. ſed ſi accepto vſu to-
gæ, vnde cõcludo, ꝙ repreſaliæ hunc, de quo q̃ritur, non inclu-
dunt. Præterea cõſidero, ꝙ repreſaliarũ materia eſt reſtringen-
da ciuilitatis gratia, vt multis ciuibus floreat reſpublica, ampli-
anda ciuilitatis gratia, quæ quaſi poſſeſſio conſeruanda, & cum
ſua cauſa, ſuiſq; vitijs, id eſt, honoribus, & onerib. pertractãda,
& quod contrarietas eſt ſpernenda: vnde aut iſte pro Fanenſi
tenendus, & nõ includitur in repreſalijs, aut nõ, & tunc multo-
minus, vt ſupra dixi. Et conſiderato fœdere ciuitatum, q̃d infri-
gi non debet, imo iuuari, ff. de cap. & poſtli. reuerſis. l. non du-
bito &c. Ego Bald.

*Forma repreſaliarum Venetijs.*

8 † Nos Antonius Venerio Dux Venetiarum &c. Cum noſtris
conſiliarijs ſupraconſulibus, iudicibus, peti. aduocatorib. com
munis, ordinamus, ſtatuentes, ꝙ pignoratio fieri debeat in bo-
nis omnibus mag. dñi Galeoti de Malateſtis ciuitatis Arimini
&c. Pro ſancta Ro. Eccleſia Vicarij generalis, ac etiam in bonis
omnib. omnium fidelium, & ſubditorũ, & diſtrictualium ſuo-
rum, & contra eorũ perſonas pro ſatisfactione p̃ſtanda infra-
ſcriptis ciuibus, & fidelibus noſtris videlicet Fran. de Cale. Iac.
à Fornacibus, & Betino de Po[illegible]e damnificatis in partibus Pi-
ſauri diſtric. ſupraſcripti do. Galeoti, ac etiã Chriſtophoro Fa-
xuol ſimiliter ciui, & fideli noſtro condẽnato per officiales ipſi-
us do. Galeoti in dicta ciuitate Piſauri, & cõtra ius, & iuſtitiam
derobato de damnis ſibi illatis aſcendentib. ad ſummã lib. 337.
ſol. duorũ, & groſſorũ duorũ, & vltra, ſicut ꝓbatum, & taxatum
eſt per officiales noſtros extraordinarios ſuper talib. deputatos.
facta tamen maxima defalcatione dictis ciuibus, & fidelibus
noſtris de his, quæ habere debent cum maximo eorũ dãno, vt
vobis clare conſtat. Sperabamus namq; eorũ iuſtitia attenta, &
indubie tenebamus attentis requiſitionibus noſtris tam iuſtis,
ꝙ ſine iuſtitia per ipſum do. Galeotũ taliter ꝓuiſum fuiſſet, ꝙ
nos, & ciues noſtri, ſicut nobis expoſuerunt, nunq̃ aliq̃d habue-
runt, nec receperunt, factis cõtinuis, & multis apud nomina-
tum d. Galeotũ inſtantijs. Superinde non modicã admirationis
cauſam cõcepimus, cernentes, ꝙ in tam patenti iuſtitia ciuium
noſtrorũ dictus d. Galeotus ſe difficilẽ exhibuerit, & exhibe-
at, vnde p̃deceſſores noſtri, & nos cupientes, & volentes, ꝙ no-
minati ciues noſtri recuperare valeant infraſcriptas lib. 337. ſol.
2. & groſſos 2. taxatos per dictos noſtros officiales extraordina-
rios, ſupraſcripto mag. viro d. Galeoto quã pluries ſcripſimus,
quatenus placeret eidẽ taliter ꝓuidere, ꝙ dicti ciues noſtri ha-
berẽt cõtentari. Et licet dñs Galeotus excuſationes, & dilatio-
nes aliquas p̃tenderet, & p̃tendat: tamen dicta dãna, & deroba-
tiones dictis ciuibus noſtris illata minime denegauit, nec di-
ctis ciuibus noſtris ſatisfactionẽ aliq̃ de p̃dictis facere, nec fieri
curauit, nec curat, nec literas noſtras, & preces noſtras tam iu-
ſtas, imo iuſtiſſimas ad effectũ mittere voluit, nec vult, iã multo
tẽpore in p̃dictorũ ciuium noſtrorũ non modicũ diſpendiũ, &
grauamen, nẽpe q̃a iuri debito nos aſtringunt vt ſubuentionem
noſtrorũ ciuium, & fideliũ grauamini tribuamus, & maxime il-
lorum pro quibus ius ꝓbationis, & ipſa ſubuentio interpellat,
conſiderantes, ꝙ expectatio diuturna in iacturã, & diſpendium
dictorũ ciuium & fideliũ noſtrorũ plurimũ redundabat. Præte-
rea ad ipſorũ fidelium noſtrorũ querelã continuã, & aſſiduam
poſtulationẽ, iura, literas, & omnia alia ad hæc ſpectãtia, & per-
tinentia examinauimus diligenter, quibus cum diligentia exa-
minatis, & debite circunſpectis, videntes, ꝙ dicti ciues noſtri
aliter quã per pignorationẽ realẽ, & perſonalẽ ad ſatisfactionẽ
de p̃dictis venire nõ poterant, neq; poſſunt ſuper bonis omni-
bus nominati mag. viri do. Galeoti, ac etiam omnium fidelium
ciuium, & ſubditorũ, ac diſtrictualium ſuorũ, & contra eorum
perſonas, p̃fatis ciuib. & fidelib. noſtris pignorationẽ duximus
concedendam in hunc modũ, videlicet, ꝙ ſi à die p̃ſentationis
noſtrarũ literarũ vltimo mittendarũ, & p̃ſentandarũ per nun-
tium noſtrũ iuratũ, cui de p̃ſentatione ipſarũ dabimus plenam
fidẽ vſq; ad tres menſes ꝓxime venturos, ſol. duobus, & groſſis
duobus taxatis per noſtros officiales p̃dictos extraordinarios
occaſione dictorũ damnorũ, licet aſcendant ad ſuperiorẽ ſum-
mam, & ſi fuerit ſatisfactũ, bene quidẽ, & nobis plurimũ place-
bit. Alioquin vſq; ad p̃dictam ſummã li. 337. ſol. 2. & groſſ. 2. bo-
na omnia nominati mag. viri do. Galeoti ciuitatis Arimini pro
S. R. Eccleſia Vicarij generalis, nec nõ etiam ciuium fidelium,
ſubditorũ, & diſtrictualium ſuorũ, & eorum perſonas dictis ci-
uibus, & fidelib. noſtris, & eorum hæredib. poteſtatẽ pleniſſi-
mam concedimus pignorãdi, quã inuiolabiliter obſeruari vo-
lumus, & iubemus. Verum ſciendum eſt, ꝙ quicq̃d exigetur,
debet diſtribui, & dari pro ſolido, & libra inter dictos ciues, &
fideles noſtros ſecundũ taxationẽ ſibi factã per dictos noſtros



officia-

officiales extraordinarios,occaſione ſupradictorum bonorum ſuorum, videlicet Fran. de Cale. pro lib.94. ſol.2.groſ.2. Iac.de Fornacib.pro lib.100. groſsis,& Betino de Pompe pro lib.137. ſol.6.groſſ. Chriſtophoro Faxuol pro lib.6.ſol.4. groſſ.

CONSILIVM CCCCXLVI.

1 *Bonis à patre deſcendentibus an auus maternus, & auia materna præferantur fratribus conſanguineis, vel econtra.*

1 Quamuis † Poſſet dici, quod fratres conſanguinei in bonis à patre deſcendentibus p̃ferantur auo materno,& auię maternæ,ſicut dicimus in fratribus,vt no.in Auth. poſt fratres.C.de legi.hær.Et ſicut dicunt quidã,ꝙ auus paternus in paternis, auus maternus in maternis, vt l. qđ ſcitis.C. de bonis, quæ lib. ſecundũ vnam lec.quã no.Bar. & ſi non p̃ferentur, ſaltẽ admittentur æqualiter: qa omnes ſunt in ſecundo gradu, & omnes ex vno latere tantũ:tamen cõtra iſtam æquitatẽ eſt lex ſcripta, cui ſtandũ eſt,ꝙ auus,& auia p̃ferentur fratrib.ex vno latere,vt in Auth.de hęr.ab inteſta.§.ſi igitur defunctus. ibi dum dicit,exceptis ſolis fratrib. ex vtroq; parente. & ideo in ſucceſſione inteſtati Sauoritus,& Samaritana,qui ſunt auus,& auia materna,p̃feruntur Gilio,& Rogerio,qui ſunt frater, & ſoror ex vno latere: qa magis eſt debita hæreditas aſcendentibus, quã tranſuerſalibus,de inoffi.teſta.l.nam & ſi parentibus. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXLVII.

1 *Stante ſtatuto, quod ſi quis deceſſerit inteſtatus ſine liberis mater ad ſucceſsionem ipſius venire non poſsit, niſi in quarta parte hæredita. Alia vero bona veniant his, qui ex latere paterno venire deberent, ſi mater non extaret. quidam deceſsit ſuperſtite matre, & auia, & quodam conſanguineo ex parte patris, quis admittatur ad ſucceſsionem.*
2 *Matrem excludens an excludat auiam.*
3 *Pudor non eſt mutare opi. quoties de veritate, & iuſtitia apparet.*

1 Statuto † cauetur,quod ſi quis deceſſerit inteſtatus ſine liberis,mater ad ſucceſſionẽ bonorũ ipſius venire nõ poſſit, niſi in quarta parte hr̃dita. Alia vero bona veniant his, qui ex latere paterno venire deberent ad ſucceſſionem p̃dictam, ſi mater nõ extaret. Modo quidã deceſſit ſuperſtite matre, & auia materna,& ſuperſtite quodã conſanguineo ex parte patris. Quæro, qs iſtorũ in hr̃ditate ſuccedat ab inteſtato, mater, & auia, an dictus conſanguineus,attentis,& conſideratis verbis, & ſententia ſtatuti p̃dicti. Et videtur, ꝙ mater ſuccedat in totum; qa mater habet fundamentũ de iure cõi,vt in Auth.de hæredi.ab inteſt.§.conſequens. & inſtit.ad tertul.§. cum antea. nec obſt. ſtatutum; qa non loquitur in caſu noſtro; qa non extant ex latere paterno venire debentes ad ſucceſsionem,ſi mater non eſſet in rerum natura,ille conſanguineus excluderetur per auiam,vt d.§.conſequens. & in Auth.defuncto. non enim abſolutè loquitur ſtatutũ de conſanguineo: ſed qualificat ipſum,& requirit eum eſſe talẽ,qui matre ſublata de medio ſuccederet ab inteſtato. Sed hic matre non extante in medio iſte conſanguineus non ſuccederet ab inteſtato:ergo ſtatutum non loquitur de ipſo. ꝙ enim ſignanter,& ſub certa qualitate de aliquo dicitur, ad alium non extenditur, ff. de liber.&
2 poſth.l.cõmodiſsimè. † dicet aliquis, ſtatutũ excludit matrem, niſi in quarta parte: ergo multo fortius excludit auiam, ſicut quando excludit filiam, multo fortius neptẽ vt plenè no. per Cy.in l.1.C.quæ ſit lon.conſue.Sed ad hoc reſpondeo,ꝙ de matre,non de auia lex loquitur. Nec ꝓcedit dicta argumentatio, vt inſti. ad tertu.l.§.poſtea. ibi dum matri, non etiam auiæ. qui tex. eſt no. ad hoc, nam hoc nomen mater, gradũ,& perſonam demonſtrat: & per nullam deriuationẽ alicuius ſignificationis poteſt cõprehendere auiam vt patet in illa bonorũ poſſeſsione antiqua,quę vocabatur,vnde perſonę,vt iſti.de bon.poſ.§.ſunt autem. nec eſt ſimi.de filia,& nepte: qa ex quadã ſignificatione larga poteſt nepos dici filius, de verb.ſig.l.liberorum. vnde ibi cum maioritate rationis concurrit largitas ſignificationis. Hoc enim eſt qđ ibi ponderant doct. Item dicit aliquis, ꝙ iſtud ſtatutum ex vi incluſiua agnatorum excludit auiam maternam, & omnẽ cognationẽ,vt inſti.ad tertul.in princ.Incluſio enim vnius eſt excluſio aliorum, de lega.1.l.ꝙ in rerum.§.ſi qs poſt teſtamentũ.& no.per Bar.in l.2.§.videndũ.ff.ad tertu.Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ non eſt verum, ꝙ ſtatutum includat hanc agnationẽ propter naturam illius termini reſtrictiui, qui venire deberent &c. Nam iſte non eſt de illis, ergo manifeſtè apparet, quod non obſtat matri: & ſi non obſtat matri, ergo mater ſuccedet in totum,cum nullus poſsit ei facere partem per concurſum, ff. de hæred. inſti.l.ſi te ſolum.& l. ſi quis ita. facit, qđ not. C.de ſecun. nup.l.1. in gl. quæ incipit, nec etiam inter viuos.In contrarium videtur per talem regulam, ſi excludo excludentem te,excludo ſimiliter te, & tu non excludis me,vt l.æquiſsimum. ff. ad tertul. vbi auus excludens matrẽ defuncti, excludit matrẽ, quam pater excludat: & non excluditur à matre, à qua excluderetur,ſi pater non eſſet in medio.ſic in propoſito agnatus excludit matrem, mater excludit auiam, ergo agnatus excludit matrem & auiam: iſta enim auia, quæ non ſuccedit,non pertinet ad intellectum excluſionis agnati, ff.ad Treb.l.ſi poſt mortẽ.§.liberi. Quod autem auia non ſuccedat,apparet. Nam aut mater acceptat portionẽ ſuam, & tunc non eſt locus ſucceſſorio edicto, cum gradus primus obſtet ſecundo. Aut repudiat,& accreſcit agnato, arg. ff.de coniungen. cum emanci.lib. l. eius. la 1. §. ſi quis ex nepotib. & ſi dicatur, agnatus non exiſtente matre ſuccederet. Reſpondeo, imo auia non eſſet in ſtatu excluſionis, ſicut tunc eſt. auia enim quæ non ſuccedit, perinde eſt, ac ſi non eſſet in rerum natura. ſed iſta auia, nunc enim ſuccedit, ergo non obſtat agnato. & ſi dicatur iſte agnatus non eſt de illis, qui &c. Reſpondeo,imo ſuppoſita excluſione auiæ, ſicut modo eſt dicere, talis auia,qualis nunc eſt,ſit excluſa,non ob.agnato.ff. de inof.teſt.l.ſi is,qui. & l.pater filium.ſi enim arguis de auia non excluſa ad matrẽ excluſam, cõmittitur fallacia accidentis.Iſta quæſtio eſt ſubtilis,& in ea eſt profundè conſultum: tamen pro agnato ſentio, per d. l. æquiſsimũ. & d. §.cum antea.in recitatione veterum conſtitutionũ, & antiquo earum affectu,ad ſimilitudinẽ quarum, ſtatutũ,de quo q̃ritur,emanauit. & hoc mihi videbatur, quia in locum, & ius matris ſubrogantur agnati & (vt ita dixerim) ingrediuntur eius gradũ:ergo excludunt auiam: ſed alijs contrarium videbatur,quia intentio ſtatuti nõ excludit auiam: vnde ſi mater non põt ſuccedere,venit ſequẽs gradus, id eſt auia. ff. de inoff. teſta.l. ſi is, qui.in verbo, non poſsit, vbi vr̃ caſus. facit,qđ no. in auth.defun.per Cy. qđ eſt æquius, quia ſi mater non extaret, ſuccederet auia, non iſti agnati.& ſic ceſſat ſtatutum,qa non loquitur in caſu noſtro.
3 ff.de leg.1.l.filius.§.cum quis. † Nec pudet mutare opi. quoties video alium melius ſentientem, imo gaudeo,& gaudebo ſequi veritatem, & iuſtitiam. Et quia in dubijs cauſis tutius eſt ſequi æquiorem partem, teneo finaliter contra agnatos, ex quo magis æquitas ſuadet. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXLVIII.

1 *Mortuo vno ex ſocijs ſocietas eſt finita quo ad omnes, niſi nouo conſenſu reintegrauerint ſuperuiuentes.*
2 *Societas qualiter mortuo vno ſocio videatur renouata per alios.*
3 *Tempus ſicut ſumma eſt pars ſocietatis.*

Punctus ſuper quo pertinet cõſilium,talis eſt.in milleſimo 382. & de menſe Maij, Matthæus Checholi, & Antonius Paulutius, & Io.Ia. contraxerunt ſocietatem cauſa trafficandi, & pro trafficando artem mercantiæ,& cambij. Quæ ſocietas fuit contracta ſub iſto modo, & forma, videlicet,ꝙ dictus Matthæus ſit ſocius pro vno montone,& dictus Fran. pro vno alio montone, & dictus Baldi. pro vno alio montone,& Ant.Paulutius, & Ioan.pro duob.montonib.pro tempore quinq; anno. Modo cõtigit, ꝙ in ſecundo anno, & de menſe Octobris dicti anni deceſſerant d. Fran. & d. Paulutius facta primo in vita oĩum ſupradictorũ ratione,& ſaldato calculo pro primo anno.Et in ſc̃do anno p̃dicto poſt mortẽ p̃dictorum de menſe Ianuarij dicti ſocij ſuperuiuentes reuiderunt rationem,& calculauerunt rationẽ dicti fundici cauſa aſsignandi partẽ filijs ſeu tutorib.ipſorũ Fran. p̃dicti mortui, & viſa ratione, & calculo dixerunt filijs dicti Fran.ſeu tutorib.vobis cõtingit de partitione, ſeu portione dicti fundici talis quantitas,pro veſtro montone. & deinde dicti ſocij ſuperuiuẽtes fecerunt citari dictos filios,ſeu tutores dicti Fran. corã conſulib.mercãtię, vt venirent ad audiendũ aſsignari eis portionẽ eis tangentem. Qui cõparauerunt corã cõſulibus, & dixerunt,ꝙ erant cõtenti,ꝙ conſules mercatorum ꝓnunciarent ſecundũ portionẽ dictis filijs Franc.aſsignatam: & ipſi erant cõtenti ſtare ad portionem per dictos ſocios ſuperuiuentes eis aſsignatam: ſed res ita remanſit, ꝙ conſules non ꝓnuntiauerunt ſuper hoc pp diſcordiam decimi ſoluendi. deinde poſt mortẽ prædictorũ Franc. & Paulutij vſq; in præſentem diem quintum menſis Septembris dicti ſocij ſuperuiuentes remanſerunt in ſocietate, & in ſimul trafficauerunt dictam artem mercantiæ, & cambij, tam in iſta ciuitate, quã extra, ſicut primo trafficabant ante mortem prædictorum,& omnes literę extra ciuitatẽ per dictos ſocios tranſmiſſæ fuerunt pro dicta ſocietate, & pro dicta arte ſub nomine dicti Matthæi, & Bladi, & ſociorum. deinde poſt prædicta de menſe Auguſti proximè p̃teriti dicti ſocij ſuperuiuentes reuiderunt, & calculauerunt rationẽ dicti fundici, & vnicuiq; fuit aſſignata quarta portio pro ſuo mõtone, ſicut tangebat primo ante mortẽ d.Fran.& Paulutij,remouẽdo,& annullando montonẽ d.Fran. Modo q̃ritur,viſis prædictis, nunqd dicta ſocietas contracta inter prædictos ſocios ſit firma & valida,& refirmata per tempus 5.ann.non obſtante morte p̃dictorum Fran.& Paulutij reſpectu ſuperuiuentium, ita ꝙ dicti ſuperuiuentes ſocij debeant p̃dictæ ſocietati ſtare. † Sciendũ eſt,ꝙ licet multi ſunt
1 ſocij,tamen vno eorũ mortuo finita eſt ſocietas quo ad omnes, niſi nouo conſenſu reintegrauerint ſocietatẽ ſuperuiuentes, vt ff.pro ſoc.l. actione.§. morte.& l. planè. ſi hi. vel niſi actum eſt, vt vno moriente ſocietas duret integra ſuperſt. vt inſt. pro ſoc. §. ſoluitur. † Si ergo inter ſuperuiuentes ſocietas eſt continua-
2 ta,ſeu reintegrata, q̃rendum eſt, ſub quib.modis,& temporib. & ſi quidẽ actum eſt inter eos de modis, & temporib.ſtatur cõuentioni eorũ, vt C. pro ſoc.l.pe.Si autẽ hoc non apparet:quia tacitè eſt renouata, & de modis,& de temporib.nil expreſſum eſt, præſumitur renouata cum illis modis, pactis, & temporib. omnibus,ſicut à principio fuit ordinata, nam iſta renouatio eſt quædã conſequentia,& reliquiæ,& ideo à primordio tituli poſterior formatur euentus. licet in contractu locationis,& conductionis in vrbanis quãdiu inquilinus habitat, & in ruſticis ad annum intelligatur facta renouatio. in locatione enim & conductione inſpicitur fructus rei, quẽ natura annuatim exhibet: ſed in ſocietate non põt iſte reſpectus haberi: qa magis in opera conſiſtit,cui non põt aſſignari certũ tempus,niſi illud,ꝙ fuit ab initio ſtatutũ,& nunc eſt in fluxu,& fieri ſicut dicta in pręfationib. intelliguntur repetita in conſequentijs. ff. loca. l. item quęritur.§. qui impleto. ff.de arb.l.Labeo.ff. ſol.mat.l. in his.§.
3 vxor.& ſic ex natura ꝓrogationis intelligere,† quoniã tẽpus ſicut ſumma pars ſocietatis, vt ff. de edẽ.l.1.§. diẽ.ſed ſi noua forma eſſet data per pactum,tunc nil intelligeretur repetitũ, vt ff. loca.l.cum in plures.§.dicta.oportet aũt,ꝙ iſti actus ſociales,& renouatiui perſeuerauerint. Si vero poſt actus contractiuos feciſſent actus diſtractiuos,puta recipiendo partẽ ſortium,ſoluta eſſet denuo ſocietas diuiſione, ſecus ſi capitali remanẽte in ſocietate ſola lucra ſortiti eſſent.ff.pro ſoc.taq;. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXIX.

1 *Prohibita alienatione immobilium tantum, an videatur mobilium eſſe permiſſa.*

Punctus talis eſt. In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilib.& immobilibus, iurib. & actionibus, vbicunq; ſunt, & inueniri poſſunt quoquomodo, Fran. eius filium pro medietate cõputata omni legitima, ſeu falcidia, quæ dicto eius filio tangeret quocunq; iure, & D.Amatutiam vxorẽ ipſius teſtatoris in vita ipſius dñæ,dum caſtè vixerit,& ad ſecunda vota, ſeu ad ſecundas nuptias nõ tranſierit, pro alia dimidia ſibi hr̃des vniuerſales inſtituit æquis portionib. & ſi dictus eius filius deceſſerit in pubertate, id eſt, inf.tẽpus 14.ann. infra qđ teſtari nõ poſſet, vel quandocunq; inteſtatus ſine filijs legitimis ſuperuiuente d. Amatutia, pars dicti ſui filij hr̃ditatis p̃dictæ deueniat in dictã dñam in vita ipſius dñæ dum caſtè vixerit,vt p̃dicitur.& ſi dicta dña cohabitare nollet cum dicto ſuo filio, vel ad ſecunda vota, ſiue ad ſecundas nuptias tranſire vellet,reliqt eidẽ dñæ de ſuis bonis 100.lib.de.Peruſinorũ iure legati. & nihilominus quandocunq; decederet dicta dña, vel caſtè nõ vixerit, vt p̃dicitur, ſuperuiuẽte dicto ſuo filio,pars hr̃ditatis p̃dictę dñæ deueniat in dictũ ſuum filiũ.Si vero ambo p̃dicti Fran. & Amatutia decederent, videlicet d.Fran.in pubertate,id eſt, ĩ. tẽpus 14. ann. ꝙ teſtari nõ poſſet, vel quandocunq; ſine filijs legitimis, & d. Amatutia decederet nõ ſuperuiuente dicto ſuo filio,vel ſi caſtè nõ vixerit,vt p̃dicit̃,ſubſtituit Pet.Locopelli Bonacurſi eius fratrẽ carnalem ſibi hr̃dem vniuerſalem in omnib. ſuis bonis,& poſſeſſionib.immobilib.tantũ, vel eius filios ſuperuiuentes, adueniente tali caſu, ſi non ſuperuixerit do. Petrus,dummodo do. Pet. nec eius filij vel alius, vel alij,ad quos præſentes ſubſtitutiones peruenire poſſent non poſſint; nec debeant vendere, vel permutare dicta bona immobilia vllo modo, & teneantur, & debeant quolibet anno pro anima ipſius teſtõris tres tunicas panni lanæ valoris trium flo.auri, quibuſcunq; pauperib. Chriſti per infraſcriptos ſuos fideicõmiſſarios videbitur,& placuerit.& ad p̃dicta omnia, & ſingula exequenda, & executioni mandanda per p̃dictam D.Amatutiam, Guardianum loci S.Fran.de Caſtro pregij, & priorẽ fraternitatis ſanctæ Mariæ de d.Caſtro, qui pro tẽpore fuerint, ſibi fideicõmiſ. reliquit. Quib. dedit plenã licentiam, & liberã poteſtatem vendendi de ſuis bonis tam mobilib. quã immobilib.cum bannimentis, & ſine bannimentis, & ſine licentia alicuius iudicis vſq; ad integrã ſatisfactionẽ omnium p̃dictorum.& eſt vltima eius voluntas, & ſuum vltimũ teſtm̃, ꝙ valere voluit iure teſtamenti.quæ ſi nõ valeat iure teſtamenti,valeat iure codicillorum, & cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis, caſſando,& irritando omne aliud teſtm̃ olim ab eo factum, ſcriptum per aliquẽ notarium, ita ꝙ iſtud teſtm̃ omnib. alijs voluit præualere.
1 † Quæritur, an d.Amatutia de bonis mobilibus poſſit facere velle ſuum, ita ꝙ poſt mortẽ ſuam non debeant alicui reſtitui, & vr̃, ꝙ non, cum ſint reſtõni ſubiecta. Primò ꝓpter vniuerſalem ſubſtõnem,vt patet in verb. hr̃dem vniuerſalẽ ſubſtituit:qa cum dixit, hr̃dem, omnia includit, p̃ſertim qa ſubiecit vniuerſalem,vt ff.de ver.ſig.l.nihil aliud. Secundò pp iuris diſpoſitionem, qa ſubſtõ trahitur ad vniuerſum,ſicut inſtitutio,ff.de vulga.ſub.l. cohæredi.§.ſi. Tertiò pp coarctatã quo ad tẽpus inſtõnem; quia Amatutia non fuit inſtituta,niſi in vita ſua: ergo poſt mortẽ ſuam videtur ꝓuiſum fratri teſtatoris, alias nihil operaretur limitatio tẽporalis, ff.de teſta.mil.l. miles ita hr̃dem. §.& quia diximus. In contrarium, qa illa verba,immobilib.tantum taxationis loco ſunt poſita, & ideo non comprehendunt pecuniam, nec bona mobilia, vt ff.de ver.ſig.l.mouẽtium. Cum igitur dicta ſubſtõ ſit fideicõmiſ. vt inſt.de pup.ſub.§. extraneo.in ea nihil venit, niſi ꝙ taxatum eſt,vt ff.ad Treb.l. cogi.§.generaliter. & l. Lucius.§. quæ habebant. & ſi dicatur,cuius erunt iſta immobilia poſt mortẽ dñæ. Reſpondeo,hæredis ipſius dominæ: qa hæreditas ad tempus directo data in perpetuum data eſt vitio temporis ſublato,vt ff.de hær.inſt.l.hęreditas ex die.dicet aliquis, quod illa verba,in mobilib. tantum referunt ſe ad poſſeſſiones,ad non alia bona: qa ſupra dixerat, omnib.ſuis bonis: ſed reſpondeo, ꝙ quicquid tenetur, poſſeſſio eſt,de acq.poſſ.l. ſi rem mobilem. Item reſtrictio ſequens omnia p̃cedentia reſtringit cum omnib.ſub in eadem oratione copulatis,ff.de ver. ſig.l. ſi cum fundum. Pecunia igitur, & alia mobilia nõ veniunt in ſubſtõne p̃dicta, nec immobile ex alia pecunia comparatum per dominam venit in fideicõmiſſarium: ſed eſt ſuum libertum, quia ſuccedit loco pecuniæ liberè.

CONSILIVM CCCCL.

1 *Tempore quanto præſcribatur iuri adeundi, vel agendi actio. reali, vel miſta.*
2 *Poſſeſsione, & continuatione temporis alio non probata non probatur præſcriptio.*
3 *Mulier an audiatur volens reuocare confeſsionem, quam fecit non intelligendo articulum.*

1 Super † primo puncto conſiderandæ ſunt duæ præſcriptiones, vna eſt præſcriptio iuris adeundi. Nam poſt 30.annos hæreditas adiri non poteſt, etiam à filio, vt no. C. de iur.delib.l. licet. Alia eſt præſcriptio iuris agendi, & idem, vt C.de præſcri. 30. ann.l.ſicut. & ideo vr̃ quod ſuper primo puncto obſtet præſcriptio. Sed dicendum eſt, ꝙ iuri adeundi non fuit præſcriptum,quia patet, ꝙ legitimo tempore ſe immiſcuit poſſidendo. Item contra ius agendi reali, vel miſta actione non eſt pręſcrip. quia non eſt probata poſſeſſio aduerſarij continuata longiſſimo tempore ſine titulo, vel longo cum tit. C.de peti.
2 hær.l.petitio. † Super ſecundo puncto dico, ꝙ non eſt probata præſcriptio, qa reus debet eam probare, & non apparet ꝓbata
3 per poſ.& cõtinuationẽ temporis, ff. de vſuca.l.3. † Super tertio puncto dicendum eſt, ꝙ reſponſio nocet dictæ dñæ reſpondenti, & confitenti: tamen ſi ex actis apparet ſecus eſſe, quam confeſſa ſit, & ipſa reuocet confeſſionẽ tanquã factam, ꝙ non intellexiſſet articulum, in quantum iuris eſt poſitio iſta: quia mulier debet audiri, C. de iuris & fac. igno. l.cum falſa. & ff. de iuris & fact. igno.l.regula.

CONSILIVM CCCCLI.

*Vide, quia iſtud conſilium ſequens non eſt perfectum, perficietur infra in conſilio incip. quis melius. 455.*

Intelligo, quod dicti Meus, Ioannes, & Philippus deceſſerunt maiores 18. annis, & minores 20. vnde vigore ſubſtitutionis de partib. eorum Thomas, & Gabriellus habere debuerunt medietatem: alia vero medietas diuiditur in tres partes, quarum vna competit dominæ Angiolæ, & D. Thomæ, & Gabriello. C. ad Ter. l. matres. & in auth. defuncto. Gabriello vero impuberi ex pupillari ſubſtitutione ſucceſſit Thomaſus. Circa ſucceſſionẽ autem fiendam Thomaſo, ſi quidem deceſſit pupillus, mater eſt excluſa, C. ad Tert. l. omnem. ſi autẽ adultus, mater nõ eſt excluſa, imo in totum ſuccederet ei in omnib. bonis ipſius Thomaſi. In dubio nõ præſumitur deceſſiſſe pupillus, niſi probetur. & ſi probatum eſt coram arbitris, debet pronuntiare contra matrẽ. ſ. ſi probatũ eſt, quod deceſſit pupillus, ꝙ probatur probando tempus natiuitatis, de mino. l. de ætate. ſuper quo arbitri debent veritatem facti ſequi, ff. de prob. l. cum de ætate. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLII.

1 *Hæres vniuerſalis an poſſit propria authoritate ingredi, & continuare poſſeſſionem defuncti. Item an poſſit ſoluere legata non ob. quod ſint dati executores in teſtamento.*

1 Quia † D. Catherina eſt hæres vniuerſalis Pollidamaſſi, poteſt ſua authoritate poſſeſſionem continuare, quã tenebat Polidamaſſus, niſi eſſet ab alio occupata: q̃a tunc deberet mitti in poſſeſſionẽ per iudicẽ, per l. edicto. de edicto diui Adr. Et ſi deficeret iudex, ipſa ſua authoritate poſſet ſibi ius dicere, ſi periculũ eſt in deſtructione poſſeſſionũ, & dilapidatione fructuũ, vt ar. l. ait p̃tor. §. ſi debitorẽ. quæ in fraud. credi. & q̃a iſta D. Catherina eſt domina hr̃ditatis, põt legata filiarum ſoluere eis, non obſtantibus executoribus datis, & dare eis in ſolu. de reb. hæreditarijs ſine aliorum præiudicio, de leg. 1. l. quidam teſtamẽto. §. ſi ſcriptus. & mittere eas in poſſeſſionem ab alijs occupatam. & idem poteſt in perſona filiarũ, ꝙ in perſona propria quo ad poſſeſſionem dandam. Sed de dominio eſt clarum, ꝙ poteſt eis dare: quia ipſa eſt domina cum quali inductione in poſſeſſionem, vt l. ſi fundum. ff. de fun. do. de acqui. poſ. l. cum hæredes. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLIII.

1 *Impedimentum quid ſit, & qualiter probetur.*
2 *Appellans quid debet facere, vt dicatur proſequi appellationem.*

1 Super facto † non poteſt dari certa ſententia, niſi conſtito de facto per fidem probationum. de impedimentis poteſt fieri fides per coniecturas, vt ff. de excu. tut. l. ſcire oportet. §. ſufficit. & ff. de re mili. l. non o-
2 mnes. §. à barbaris. † Tamen impedimentum dicitur, ꝙ nullo remedio, vel valde difficile poteſt reparari. ff. de re iud. l. quæſitum. ff. ſi quis cau. l. 2. Item appellator inceſſanter debet cauſæ adeſſe per ſe, vel per procuratorẽ, vt in Auth. de his, qui ingre. ad appell. §. 1. per Iac. de Bel. debet igitur conſtare de inſtantia proſequentis, ff. de libel. dimiſſorijs. l. 1. & ar. ff. de pign. ac. l. fin. §. fin. ff. de vſur. l. mora. Nec ſufficit ſemel comparere, ſed iterum, & iterum, ff. qui. ex cau. maio. l. non enim. & fortè ter. ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. ff. de ver. obl. l. qui Romæ. §. cohæredes. Oportet igitur de inſtantia docere, nam quo vadit curia, illuc debuit procurator aſtans interpellare. ff. de mino. l. Papi. exuli. alias ex diuturnitate temporis præſumitur negligentia, vt extra de reſcrip. c. ex parte. & c. plerunque. & eſſet appellatio deſerta, C. de appel. l. eos. in princ. non obſt. auth. ſed lis. quia ſcriptum eſt, pulſate, & aperietur vobis. non enim ſufficit vna perfunctoria comparitio, vt ſupra probaui. & patet. ff. de excu. tu. l. ſcire oportet. ver. ideoq; ſi repræſentauerit quis. facit, ꝙ not. C. de tẽpo. appel. auth. ſi tamen. extra eodem. c. ex inſinuatione. & c. ex parte. per Innoc. Item habens procur. in curia & nihil agens per eum, cenſetur mora procuratoris nocere domino, ff. quando app. ſit. l. 1. in fi. extra vt lite non conte. c. 1. per Innoc. ff. manda. l. ſi procur. §. ſi tutores. Nam qui negligentem procu. eligit, fuit in culpa, & de ſeipſo queri debet. nec enim ſua negligentia debet litem protrahere in præiudicium aduerſarij, vt ff. de iud. l. ſed & ſi quis. §. fi. Et ideo niſi aliud doceatur, dicta appellatio cenſetur deſerta. & ita eſt pronuntiandum, ſi circa probationes eſt cõcluſum, vt in auth. de iud. §. appellationes. & qui habet procura. in curia, non poteſt cauſari viarum diſcrimina, de verb. obl. l. fi. §. fi. inter eos. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLIIII.

1 *Fratres prædicatores an ſint capaces hæreditatis delatæ.*
2 *Reſtitutio in integrum poſt quadriennium non conceditur eccleſ.*

1 Punctus, † Quædam habuit duos filios, quos in ſuo vltimo teſtamento tanquam legitimos & naturales ſibi hr̃des vniuerſales inſtituit, atq; fecit æquis portionibus, hac conditione appoſita, ꝙ ſi alter ipſorum decederet ſine filijs legitimis, ꝙ pars decedentis deueniret in ſuperuiuentes. Teſtõr non aliter mutato teſtõ moritur, maior iſtorum duorum filiorum accepta vxore genuit filios. Alter minor effectus eſt frater ſancti Dominici. Ad tempus poſtea poſt ingreſſum minoris ad p̃dictum ordinẽ, maior moritur, de quo aliqui filij paruuli remanſerunt, relicta matre eorũ tutrice dictorum pupillorum. Minor poſt mortẽ maioris de aſſenſu, & voluntate totius capituli fecit quandã compoſitionẽ, & tranſcriptionem cum ſupradictis pupillis, recipiente matre eorum, & tutrice pro eis compoſitionẽ. Compoſitio autẽ fuit talis, videlicet ꝙ dicta tutrix, vel alia perſona pro dictis pupillis tenetur dare dicto fratri annuatim pecunias certas, & ſi non darentur pecuniæ in certis terminis, prout in inſtrumento cõpoſitionis, & tranſactionis continebatur, ꝙ dicta cõpoſitio, & tranſactio, haberetur nunc, prout ex tunc pro non facta, & ꝙ remanerent ipſo facto ipſæ partes in eo ſtatu, in quo primo erant ante prædictum contractum cõpoſitionis, & tranſactionis præfatæ. Modo nec ipſa tutrix, nec alia perſona pro dictis pupillis ſoluit dicto fratri dictam pecuniæ quantitatẽ in dictis terminis, prout in dicto inſtrumento continebatur, qua ſolõne non facta dicto fratri eccleſia ſancti Dominici petit remitti in tenutam, & corporalem poſſeſſionẽ medietatis omnium bonorũ patris iſtius fratris, vigore inſtitutionis factæ per eum in vltimo teſtamento, ex eo ꝙ pacta non ſunt ſibi ſeruata. Et etiam tanq̃ læſa in dicta compoſitione vltra medietatẽ iuſti pretij, & petit reſtitutionẽ in integrum tanq̃ pupilli locum tenens: non obſtante, ꝙ cum pupillo
2 habeat agere. † Si elapſum eſt quadriennium à die compoſitionis, eccleſia non poteſt petere beneficium in integrum reſtitutio. vt in c. vlti. de reſtitu. in integ. li. 6. nec etiam poteſt prætendere in contractu tranſactionis, ꝙ fuerit læſa vltra dimidiã iuſti pretij. ff. ad Treb. l. Lucius. §. fi. Sed quia pacta non fuerunt ſeruata, debet eccleſia mitti in poſſeſſionẽ bonorũ prædictorum, C. de edic. diui Adria. l. fin. & C. de pactis. l. cum ꝓponas. C. de tranſact. l. cum ꝓponas. & l. vt reſponſum. Et p̃ſuppono, ꝙ fratres prædicatores ſint capaces ex generali conſuetudine totius ordinis, quam ſcientiam proprie latere non poſſunt, vel ex priuilegijs apoſtolicis. Et ſic nõ obſtat, quod ordo eorum dicatur mendicans. Item & de iure poſſunt acquirere, vt vendant, licèt ſit ſecus in fratribus minoribus. de epiſ. & cler. l. Deo nobis. per Iaco. de Aret. & Cyn. quia clementina, exiui. non loquitur de prædicatoribus, nec de eorum regula: ſed de minoribus tantum. & ideo non habet locum in prædicatoribus, nec in heremitanis, nec in carmelitis, licet ſint mendicantes.

CONSILIVM CCCCLV.

1 *Aetas qualiter probetur, & quid ſi teſtes ſuper ætate diſcordent.*
2 *Teſtimonium an admittatur ſuper ætate propinquorum.*
3 *Tribus viris an magis credatur, quam quatuor mulieribus.*

1 Quis † melius de ætate probauerit in præcedenti conſilio, quod eſt ſupra per vnam chartam, & incipit, intelligo, quod dicti &c. Ideo exprimere non potui; quia non fuerunt mihi tranſmiſſæ atteſtationes vtriuſq; partis: nunc autem viſis atteſtationib. conſidero, ꝙ tres viri deponunt de pupillari ætate. Tres autẽ mulieres, & duo viri deponũt de adulta ætate, & omnes hincinde nituntur probare per viſum, neceſſe eſt, ꝙ altera pars falſum deponat. vr̃ tamen, ꝙ in dubio ſtandũ ſit numero teſtium: q̃a quinq; teſtes reprobant tres teſtes, vt no. inſt. de inuti. ſtipu. §. item verborum. Sed certè non ſunt quinq, ſed quatuor, q̃a frater carnalis pro nullo habetur ex forma ſtatuti: licet ſit ita, tamen quatuor magis creditur, quã tribus. imo ſi eſſent tres, & tres, q̃a teſtimonia inuicẽ ſe confunderent, iudicaremus pro matre in benigniorẽ & piam partẽ inclinando, ff. de inoffi. teſta. l. ſi pars. In contrarium vr̃, ꝙ magis credatur viris, quam mulierib. nam vir eſt fide dignior, mulieres enim fragiles ſunt, vt ff. de fide inſtr. l. fi. nec ob. ille contrarius teſtis, † q̃a aliqualiter eſt debilis fides eius pp affinitatẽ, quæ maior eſt, quam feruens amicitia, quæ debilitat fidem teſtis. ff. de teſtibus. l. 3. in prin. Sol. in hoc debet recurri ad iuſtitiam euidentem, & oculatam ad ipſum iudicem, cui dr̃, tu magis ſcire potes, quantã fides ſit teſtibus adhibenda. ff. de teſti. l. 3. §. tu magis. Qui ex qualitate teſtium nõ minus quam ex numero informabit animum ſuum in totum. ff. de teſt. l. ob carmen. §. ſi teſtes. ponderabit etiam, ꝙ teſtes dominæ Petrutię non loquuntur de viſu ſub confuſo, ſed
3 ſpecifice referendo ſe ſignanter ad certũ tempus. † Et ideo viri meliores ſunt ipſi, & credibiliores mulieribus, de quibus eſt etiam ſuſpicandum, ne ſint etiam ſubornatæ, quia eundem ſermonem quaſi habita inter ſe collatione proferunt de verbo ad verbum. arbiter ergo cui permiſſum eſt inter probationes aduerſantes ſequi conſcientiam ſuam, diſcrete conſideret, & id, quod verum putat ſolum Deum habendo prę oculis iudicet, & decernat, propter tantam enim obſcuritatem, & conflictionem teſtium poſſunt arbitratores pro bono pacis tranſigere inter partes. rebus autem ſic ſe habentibus dico ſtandum magis clare reddentibus rationem. illæ enim mulieres, dum dicunt quod viderũt dicto tempore natum, ſi fiat relatio ad menſem Martij, nihil probant: quia annum illius menſis dixerunt ſe neſcire, vel ſaltem obſcure deponunt, de proba. c. in præſentia. Et ideo teſtes dominæ Petrutiæ ſunt potiores, quia clare reddunt rationem certam, & indubitatam. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLVI.

1 *Verbis illis, inſtituit vxorem dominam, vſufructuariam, toto tempore vitæ ſuæ, an videatur hæres inſtituta.*
2 *An, & quæ poſſint fieri de pertinentibus ad executionem voluntatis defuncti ante aditam hæreditatem.*

Punctus, inter alia, quæ teſtator in ſuo diſpoſuit teſtamento, &c. Item fecit, inſtituit, & dimiſit ſibi, & omnium ſuorum bonorum mobilium, & immobilium, & aliorum quorumcunque vniuerſalem dominam vſufructuariam, ſolutis, & ſatisfactis primo ſupraſcriptis, & infraſcriptis ſummis iudicijs, & legatis, dominam Ioannam vxorem ſuam, & filiam quondam Agnolini de Luca generaliter in omnibus & ſingulis ſuis bonis, donec vixerit, nõ obſtantibus aliquibus ſtatutis, & ordinamentis Lucanæ ciuitatis, quæ dictam dominam in vſufructu prædicto in aliquo aſtringerent, vel arctarent. Quin generaliter bonorum ſuorum omnium ad eius vitam ſolutione præſtita ſupraſcri. & infraſcriptis iudicijs. & legatis habeat vſumfructum. Quibus ſtatutis, & ordinamẽtis in hac parte voluit eſſe, & intelligi cum effectu totaliter derogatum, adeo ꝙ dicta Ioanna non poſſit, vel debeat ab ipſius teſtatoris hæredibus infraſcriptis donec vixerit, in vſufructu prædicto aliqualiter inquietari, vel imbrigari, vel arctari ad aliq̃d inuentarium conficiendum, vel aliàs cauendum, vel aliquid aliud vllo modo. quod ſi eius hæredes contrafecerint ipſo facto eius hæreditate priuentur, & ipſo caſu idẽ teſtator ſubſtituit ſibi vniuerſalẽ hr̃dem operã S. Crucis de Luca cũ ſi. oneribus & tenorib. quib. ĩ. ſcripti eius hæredes ſunt, vt infra ſubijcitur, ſubſtituti. Item iudicauit, & reliquit D. Nicoloſæ, &c. Tam copioſe, tam egregie, & ſubtiliter allegatum eſt, quod magis expedit venire ad con-
1 cluſiones, quam allegare. † Conſiderandum eſt autem, vtrum D. Ioanna ſit inſtituta hæres in vita ſua, per illa verba, inſtituit, & dimiſit vniuerſalẽ dominam vſufructuariam, &c. & videtur, ꝙ ſic. primo propter verbum, inſtituit, q̃d eſt ciuile, etiam dire. vt ff. & C. de hæ. inſt. per totum. C. de ſacroſan. eccl. l. fi. C. de ſec. nup. l. fœminæ. & l. hac edictali. ſecundò pp verbum, dominam, quod intelligitur de directo, & vniuerſali dominio, & ſic de hę. ff. de hæred. inſ. l. his verbis. facit, quod not. C. fam. erc. l. quoties. tertiò pp ſubauditio. nam cum dr̃ inſtituo, ſubauditur, hæredem, de hær. inſt. C. de fideic. l. verbum volo. quartò propter ipſam iuris neceſſitatem, nam ſi eſſet formalis vſufructuaria, ſequeretur, ꝙ relictum eſſet inutile: ante enim aditam hæreditatem nõ cedit dies vſusfructus legati. C. de cad. tol. l. 1. §. excepto etiam vſufructu. & hæreditas non põt per alium adiri viuente vxore, ergo tale eſt, quale ſi vxori eſſet relictus vſusfructus poſt mortem ſuam. quod legatum non valet. ff. de vſufr. l. Titio cum morietur. vnde ne voluntas teſtatoris ſit inutilis, vr̃ dicendum, quòd vxor intelligatur hæres in vita ſua. Nec obſt. ꝙ ait, vſufructuariam: quia vſusfructus quandoq; pro proprietate ponitur, & intelligitur de cauſali. ff. de vſufr. l. Proculus. ff. de dona. l. donatio in concubinam. §. ſpecies. Item non ob. ꝙ alios in ſolidum hæredes inſtituit. ſc. hoſpitale, & pauperes. nam illa ſecunda inſtitutio debet cenſeri ſubſtitutio, & quidem fideicommiſſaria; directa enim eſſe non poteſt. ff. de vulg. ſubſt. l. verbis ciuilibus: niſi dicatur eſſe ſpeciale ad pias cauſas, ꝙ poſſit directe ſubſtitui poſt aditam hæreditatem, ſicut à milite poteſt fieri, de teſt. mil. l. miles ita hr̃dem. §. & quia diximus. quæ opi. eſſet multũ æqua, ſi poſſet defendi per l. ſcriptã. Ex aduerſo autem ꝙ dicta mulier non ſit inſtituta hęres per dicta verba, patere vr̃ manifeſtiſſime; quia teſtator nõ dixit dominam ſimpliciter: ſed dixit dominam vſufructuariam. i. dominam vſufructus. Quia ſine copula duob. poſitis adiectiuis, alterum loco ſubſtantiui ponitur, vt Inſtit. de tute. in prin. Item quia teſtator expreſſe dixit, habeat vſumfructum. Item quia Deus immortalis eſt hæres inſtitutus, qui virio tpis ſublato ſtatim poteſt adire. i. pauperes, & hoſpitale, le. hæ-
2 reditas ex die. & l. extraneum. † Et ſi non poſſet ſtatim adire, tamen executores videntur exequi poſſe pp voluntatem defuncti ſeruandam. Et æquitas inſerta à iuſtitia naturali dictaret, & etiam lex 12. tab. ff. de ver. ſig. l. verbis legis. Sed lex ſcripta vr̃ repugnare: q̃a nihil in teſtõ ſcriptum valet, niſi ſit aditione confirmatum, vt l. ſi ſeruus communis meus, & caſtrenſis peculij. in princ. ff. de ſtip ſeruo. Vnde fcm̃ executoris non confirmatum, niſi hr̃ditas prius adeatur, ſaluo ꝙ in his, quæ ſui natura aditionem hæreditatis pręcedunt, vt cauſa funeraria, & in relictis pro anima: quia ſpiritualia non confirmantur à temporalib. ſed per ſe ſtant tanquam potiora, & non dependentia à minorib. l. eam quam. C. de fideic. in gloſ & in l. nulli. C. de epiſ. & cler. Si igitur domina non eſt hæres, quo potuit liberari vt hæres, non, quia forma ſubſtantialis hęredis eſt eſſe hæres, ſed iſta non eſt hęres, & executrix, non quia non eſt confirmata executrix non adita hæreditate, de excu. tut. l. ſi is, qui tres. §. 1. O inclyta iuris ciuilis ſcientia: ſi teſtator mandaret pecuniam ſuam in mari proijci, poſſet impune non adita hæreditate, de cond. & de. l. Mæuius. & ſi iubet ſalubriter diſpenſari, non poterit fieri: quia ciuilis obligatio, quæ aditione confirmatur, imo verius inducitur, deeſt. Sed non eſt nouum, vt ante aditam hæreditatem fac. voluntate teſtatoris tenear. de cond. inſt. l. mulier. §. 1. & executor eſt quaſi quidam procurator defuncti. ff. mandati. l. ſi verò non remunerandi. §. fi. Soluo breuiter, ꝙ liberatio valuit, nõ tanquam ab hærede, quia non hæres, nec tanquam à vſufructuaria: quia non ſatiſdedit. caſus eſt in vſufructu nominis, in l. 1. C. de vſufru. Sed tanquam ab executrice, quæ habuit mandatum refutandi de perceptis: ſed ipſa recepit calculum, & ſic potuit refutare de calculo. Item recepit reliqua, & potuit refutare de reliquis. & iſta ſunt connexa. ff. de manu. teſt. l. qui filium. & l. ſi ita fuerit: etiam apparet, ꝙ expenſæ ſunt factæ recte in ſolutione legatorum, præſertim pro anima, de admi. tuto. l. lex, quæ tutores. C. de alimen. pup. l. fi. & l. vlt. C. de pig. & l. ſi ventri. in fi. ff. de priui. cre. cum enim per iſtam vitam veniatur ad exemplificationem mandati neceſſe eſt hoc permitti, ſiue permiſſum eſt impoſſibile explicari, vel non ita commode, iura ſunt vulgaria. huc accedat etiã liberæ adminiſtrationis commiſſio. & facit. ff. de ſol. l. vero procuratori. & fides electa, & approbata à teſtatore. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. item imperator Marcus. & Inſt. de ſatiſ. tuto. in princ. ꝙ etiam dicta domina fecerit tanquam vſufructuaria, & executrix, non dicat etiam, tanquam vſufructuaria non poſſet: quia valet liberatio eo modo, & nomine, quo valere poteſt, de acce. l. an inutilis. ff. de teſt. mili. l. 3. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLVII.

1 *Teſtis deponens, quod creditor fecit ſaldum cum debitore, & confeſſus eſt ſibi eſſe ſatisfactum, an probet ſolutionem.*
2 *An, & quando depoſitio teſtis extra articulum valeat, vel non; & eſt pulchrum conſilium, & materia quotidiana.*
3 *Iudex debet facere iurare teſtes ſuper articulis datis; & tota cauſa, ne ſi aliqui dicant extra articulos, dicantur depoſuiſſe non iurati.*
4 *Statuta conſulum ligant forenſes ratione contractus.*

Factum ſic proponitur. Franc. de Nurſia egit coram poteſtate, & eius iudice terræ Nurſiæ contra Ioannem proc. Nicolai, & petijt 130. flor. ex cauſa venditionis certorum pannorum venditorum d. Nicolao per dic. Franc. in ciuitate Peruſiæ pro pretio 237. flor. proc. dicti Nicolai confeſſus fuit contenta in dicta petitione. dixit tamen, quòd di. Franc. fuit de dicta quantitate ſoluti 130. flore. per dictum Nicolaum,

q 4 per

per manus Gutij Albizi in Peruſia.iudex præcepit dicto procu-
ratori,vt inde ad 10.dies ſoluat eidem Franc.dictos 130.flore.ex
cã contenta in dicta petitione,ſaluo,ꝙ dictus procurator poſſit
ĩ.terminum 20.dierum probare de dicta ſatisfactione 130.flor.
Qui procu.coram ptãte,& iudice dictæ terræ ad probationem
dictæ ſolutionis fecit certos articulos. prædictus aũt iudex exa-
minationem teſtium ſuper dictis articulis commiſit D.Capita-
neo Peruſino,& eius collaterali, & monuit dictũ Fran. vt com-
pareret in ciuitate Peruſiæ ad videndũ recipi iuramenta teſtiũ.
teſtes citati iurauerunt, & depoſuerunt ſuper dictis articulis,
prout in eorum atteſtationib.apparet.Et vltra hoc ſcriptura li-
bri ſupradicti Nicolai, in qua apparent certæ ſolutiones factæ
dicto Fran.fuit approbata per conſules mercantiæ ciuitatis Pe-
ruſiæ, ſecundum ordinamenta dictæ artis. Quæritur omnibus
viſis, quæ ſint partes iudicis,& Poteſtatis dictæ terræ Nurſiæ in
dicta cauſa. Reſpondeo, quòd Ioannes procu.prædictus debet
diffinitiue abſolui à petitione dicti Fran. Nam vt ex atteſtatio-
nib. apparet, Petrus Antonij teſtis inductus probat,quomodo
Franc. fuit confeſſus pñte Nicolao ſe habuiſſe per manus Gutij
de Flor.130.flo.& inſuper prædictus Petrus Antonij,& Philip-
pus Ioan.alius teſtis probant de ſaldo rationis factę inter dictos
Nicolaum,& Franc. & ſaldata dicta ratione remanſit Nicolaus
1 debitor Fran.ſolum in 100.flo.auri de ſumma prædicta. † Et li-
cet primus teſtis probans confeſſionem nõ habeat conteſtem,
tamẽ ſuper ſaldo rationis ipſe Petrus Antonij habet Philippum
in conteſtem. de iure autem eſt, ꝙ ſi reus allegat ſoluiſſe credi-
tori,ſufficit probari, ꝙ creditor fuerit cõfeſſus ſibi ſatisfactum,
vel quòd creditor ſaldauerit rationem cum debitore.nam alle-
ganti factum ſufficit probare confeſſionem ſuper facto, quãdo
vnum,& idem factũ reſultat ex probõne veritatis facti,& ex ꝓ-
batione confeſſionis ſuper facto de ſucceſ.ab inteſta.c.fi.vbi eſt
caſus.nec ob.quod no.Gui.in Spe.de teſte.§.1.ver.ſed pone.vbi
dicit,ꝙ ſi peto 10.quia mutuaui,ꝙ non ſufficit mihi probare de
confeſſione ſuper mutuo: quia debui probare numerationem,
& non confeſſionem.l.teſtium.C.de teſti. de non nu.pec.l.ſi ex
cautione.C.de ſol.l.1.& quia iudex debet ſecundũ allegata pro-
cedere,& hic nihil dictum fuit de confeſſione. nam ibi non re-
ſultat vnum, & idem mutuum ex probatione veritatis facti, &
ex probatione confeſſionis ſuper dicto. Nam vbi vere mutua-
tur, eſt mutuum naturale. Sed vbi emanat confeſſio ſuper mu-
tuo eſt tunc mutuum ciuile. Inſtit. de literarum ob. Aliud ergo
eſt probare mutuum naturale, aliud probare mutuum ciuile.
differunt enim iſta inter ſe, vt ſpecies diſtinctæ, & ſeparatæ, &
vna non includit alteram.& ideo alleganti vnã non ſufficit pro-
bare alteram.ſed in caſu nr̃o non eſt ſic; q̃a debitori alleganti ſe
ſoluiſſe, ſufficit probare confeſſionẽ ſuper ſatisfactione, vel ſu-
per ſaldo rationis: qm̃ ex omnib.iſtis includitur ſolutio,& ſatiſ-
2 factio.ff.de pig.act.l.ſi rem.§.omnes.† Item nõ ob.p̃dictis, quia
in articulis,ſuper quib.deponunt teſtes,non fit mentio de con-
feſſione, vel ſaldo rõnis, ſed de ſolutione quam Nicolaus dicit
ſe feciſſe per manus Gutij de Florentia. & ſic vr̃ teſtimoniũ non
valere,niſi in eo,qđ in articulis cõtinetur,vr̃ alijs renunciatum,
de condi.& dem.l.cum ita. nec notarius debuit formam datam
excedere.ff.de iure fiſ.l.certa. Nam examinator non debuit ſu-
per alio,q̃ ſuper articulis tranſmiſſis examinare, de teſtib.c.pñ-
tium,lib.6.nec debet deponere teſtis extra articulũ.ff.peti.hæ.
l.ſi quis libertatem.C.q leg.perſ.l.fi.ff.de iureiur.l.ſi duo p̃roni.
&no.per gl.in c.de teſtib.ext.de teſt.Quia illud verũ,qñ articu-
lus,ſup quo deponit, eſt impertinens ad cãm, ſecus ſi ſit ad cãm
pertinens.vnde dicit Spe.in tit.de teſtib.§.1.ꝙ ſi articuli nõ ſunt
plene compoſiti.teſtis tñ plene dicit de his, quę ad cãm faciunt,
valet teſtimonium: q̃a debẽt teſtes dicere pro vtraq; parte quæ
nouerint.C. de epiſ. & cle. auth.ſed iudex.non enim refert, an
teſtis dicat veritatem à ſe, an vero interrogatus. de codicil.l.ſi
duob.§.1.Et teſtis ſuper omnib.quæ ad cãm faciunt, vr̃ induct⁹.
C.de agri.& cenſi.l.cum ſcimus,& interrogare teſtem extra ca.
non eſt reprobandum,cum non ſit contra ius. ff. quod met. cã.
l.fi.ff.de cond.ind.l. eleganter.§.pen. de interdictis & relegatis.
l.relegatorum.§.ad tempus.nec dando articulos vr̃ renunciare;
quia ſi teſtes proferant ſuper generalitate cauſæ.ff. de publi.l.2.
ff.de hær.inſt.l.1.facit, quod no.Inno. de teſtib. c. paſtoralis.vbi
ſi actor petit pecuniam à reo, vt ſibi debitam, & per teſtes ab a-
ctore ꝓductos apparet,ꝙ debitum nõ ſit, dicit, ꝙ hoc proderit
reo; quia licet ad hoc non fuerint teſtes inducti, tamen tangit
negotium principale,de accu.c.inquiſitionis.ad prædicta bene
3 facit,quod not.Innoc.de teſtib.ca.per tuas.vbi dixit,† quòd iu-
dex facit iurare teſtes ſuper articulis datis, & tota cauſa, ne ſi a-
liquid dicant extra articulos, dicantur depoſuiſſe non iurati, vt
extra de teſtib.c.de teſtib. Idem Guil.in Specu. de teſte.§.illud.
Iacob.de Aret.in l.fin. C. qui legi.perſo.diſtinguit,aut deponit
teſtis ſuper alia re, vel cauſa, & non valet. aut ſuper re, de qua
agitur, ſed aliter, quam dicunt capitula, & tunc ſi iurauit ſuper
capitulis tantum, & non valet. ſi vero iurauit ſuper tota cauſa
reſpondere ad interrogata. tunc valet,de accu.cap. cum dilecti.
hic autem teſtes iurauerunt nedum ſuper articulis, ſed ẽt ſuper
cã, ergo valet teſtimonium in omnib. quæ contingunt cãm. vt
ſupra probatur. Cõſtat autem, ꝙ cum hic agamus de liberatiõ-
ne debitoris, quæ inducitur ſolutione debiti, vel confeſſione
creditoris ſuper ſolutione,vel per ſaldum rationis,ꝙ omnia iſta
contingunt cãm principalem,& liberationem debitoris. Item
multum eſt ponderanda ſñia cõſulum approbantium ſcriptam
dicti libri, quæ per eos approbari potuit ſcđm ordinamenta,ar.
4 l.2.de conſt.pec.l.fi.C.de iu.om.iu.† quæ ſtatuta ligant eundem
Fran.licet forenſem,quia ſuper his, quæ geſta ſunt in loco con-
tractus,ligant eum,2.diſtin.c.nos conſuetudinem.& c.illa.ff.de
iudicijs.l.exigere dotẽ.ff.de poſtu.l.ex ea.de eo, qui mit. in poſ.
c.cum veniſſent.cum ſi.Ex his concludo, quod d. Nicolaus de-
bet abſolui à petitione d.Fran. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCLVIII.

1 *Sacrilegi, & derobatores rerum eccleſiaſticarum, an poſſint vbique capi. Item, an debeant remitti ad iudicem delicti.*

1 Iſti ſacrilegi † robatores rerum monaſteriorum, vel eccle-
ſiarum poſſunt vbicunq; capi: tamen debent remitti ad
locum delicti,vt ibi puniantur, vt in auth. vt nulli iudicum. §.ſi
quis vero comprehenſorum. & l. deſertorem.in prin.de re mil.
& C.de rap.vir.l.1.§. ſin autem. Captura ergo potuit fieri ad fi-
nem remiſſionis ad locum delicti. iſtæ tñ remiſſiones non ſunt
de conſuetudine,ergo nec iſtæ capturæ, vt not.in ca.paſtoralis.
de re.iu.in cle. Et ideo quantum ad proceſſum iudicis fuit recte
iudicatum,per D.Adotianum: tñ conſtat,ꝙ dicti 40.fl.non de-
beant reſtitui,per D.Abb.tex.eſt.in l.fi.§.fi.ff. quod met.cau. I-
tem nec debet hoc pati magnificus dominus prædictus, etiam
ex ſuo mero officio.C. de epiſc. & cler.l.ſi quis in hoc genus.in
auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.oportet.in verbo, reddantur
futura.& in auth.vt liceat matri & auiæ.§.illud valet. col.8.non
debet dari auxilium ſceleratis.C.de defen. ciui.l. per omnes. &
optime facit contra dictum ſacrilegium.ff.de acc.l.ſi cui.§. cum
ſacrilegium. Et ita dico ego Baldus.

## CONSILIVM CCCCLIX.

1 *Crimine vſurarum an poſſit quis damnari poſt mortem.*
2 *Qualiter probetur vſurarium eſſe aliquem, & nu.9. & 11.*
3 *Manifeſtus vſurarius deprehenditur dupliciter. & nu.8. & 10.*
4 *Legitima probatio quæ dicatur.*
5 *Probatio quæ fit contra vſurarium poſt mortem vſurarii, nõ probat illum fuiſſe manifeſtum.*
6 *Non ſequitur, quis fuit olim vſurarius, ergo hodie præſumitur vſurarius. & nu.12.*
7 *Solus animus non ſufficit, vt quis dicatur manifeſtus vſurarius, ſed requiritur factum, id eſt recipere, & facere vſuras.*
8 *Manifeſtum accipitur dupliciter. & nu.3.*
9 *Factum abſq; qualitate quando quis tenetur probare.*
*De materia huius conſilii, adde infra conſi.465.*

Viſa dicta petitione, atq; articulis, & at-
teſtationib.quatuor
faciunt pro agente contra reos conuentos.primò:quia quidam
teſtes probant Ioannem feciſſe,& exercuiſſe vſuras. ſcđò: quia
quidã alius teſtis probat Ioannem feciſſe vſuras. tertiò: q̃a qui-
dam teſtes probãt,ꝙ audiuerunt dici illum feciſſe vſuras. quar-
tò:q̃a probant famam,ꝙ ille fuit vſurarius. Iſta videntur ſuffice-
re,vt ille Io.ꝓnuncietur,& declaretur manifeſtus vſurarius. ha-
bemus.n.argumenta,& adminicula in dictis teſtium,qui dñt il-
lum feciſſe,& exercuiſſe vſuras. argumenta autẽ, & adminicula
cum fama videntur ſufficere, vt declaretur manifeſtus vſura-
rius,vt de vſu.& c.cum tu.& eod.tit.c.vlt. lib. 6. Item habemus
confeſſionem partis, nam Ioannes fuit confeſſus ſe feciſſe vſu-
ras, quæ confeſſio inducit notorium iuris, de ver.ſig.c. cũ olim.
Sed quòd nõ poſſit pronunciari manifeſtus vſurarius, oſtendo.
† De



1 † De crimine vſurarum non põt agi poſt mortem,niſi pp bona;
quod eſt,qñ agitur pp reſtitutionem vſurarum fiendarũ agenti,
vt c.cum tu.vel vt teſtm̃ ſit irritum,& ſic bona reſtituãtur agen-
ti,vel venienti ab inteſtato per inſtitutos in teſtõ, vt ca.quamq̃.
vel vt vſurarius non ſepeliatur,aut ſepultus exhumetur à ſepul-
tura.Et his caſibus procedit accuſato,& recipitur probatio poſt
mortẽ vſurarij. ſed in caſu noſtro inſpecta petitione non agitur
pp bona, quia hoc in repetitione non exprimitur. & ſic inepte
agit,& de ineptitudine eſt obiectum contra agentes, ergo reus
debet abſolui, de iudi.c.examinata.facit. C.de an.excep.l.fi.Sed
eſto, ꝙ ꝓcedat petitio ex probationib. tñ non poteſt reus con-
2 demnari.† quod ſic oſtendo,ad probandum quem manifeſtum
vſurarium,duo oportet ꝓbare.ſc.factum,& qualitatem. factum
eſt ipſe contractus vſurarius,q̃a contractus ſunt facti.ff.de cura.
fur.l.conſilio.§.fi. qualitas autẽ eſt ipſum manifeſtum.nam no-
torium,& manifeſtum habent ſe per viam qualitatis ad factum,
ſeu contractum,de of.del.c.1.lib.6. vbi per Inno. de coha.cle.c.
tua.Sed in caſu nr̃o neutrum eſt probatum,nam non eſt proba-
tum de facto.i.de contractib. vſurarijs,quia teſtes ſuper contra-
ctib. vſurarijs deponentes ſunt ſingulares rõne contractuum,
rõne locorum,& rõne tpm, qñ vnus de vno contractu, alius de
alio contractu.vnus de vno cõtractu celebrato,vno tpe,alius de
alio cõtractu celebrato alio tpe. vn⁹ de cõtractu celebrato in v-
no loco,alius de alio cõtractu celebrato in alio loco, vt ex atte-
ſtationib.apparet.teſtib.aũt ſingularib. non creditur, de elec.c.
bonæ.de acc.c.cũ dilecti.Item non eſt probata qualitas.i.ipſum
manifeſtum: quia ſuper hmõdi qualitate nullus teſtis deponit.
3 † Iſta qualitas.i.ipſum manifeſtum deprehenditur dupliciter.
primò ex euidentia facti: vt quia publice, & palã mutuabat vel
menſam paratã tenebat ad mutuandum, vt dicit gl.de vſu.c.1.li.
6.& in hoc nullus deponit.Scđò deprehenditur manifeſtum ex
diſpoſitione iuris,vt in condemnato,confeſſo, vel conuicto.de
verb.ſig.c.cum olim.ſimiliter nullũ iſtorum eſt probatum.non
4 condemnatio; quia non lata fuit, non probatio; † q̃a legitima
probatio inducit notorium iuris,vt c.cũ olim.præallegato. Sed
non eſt legitima probatio illa, quæ fit per teſtes ſingulares,vt d.
c.bonæ.non confeſſio.q̃a probans confeſſionem eſt ſingularis,
vt patet ex atteſtationib. Item illa confeſſio, quæ eſt ſuper cri-
mine vſurarum,emanauit extra iudicium, & aduerſario abſen-
te,iõ non ſufficit ad condemnationẽ.ff.de adul.l.capite quinto.
de exceſſib.præla.ca.quam ſit graue.vt.n.confeſſio præiudicet,
apparere debet,ꝙ quis publice corã ſacerdote,& teſtib. confi-
teatur ſe vſurarium,& vſuras reſtitui mandet,& codicem ratio-
nũ tradat,vt dicit gloſ.in c.quamq̃.quæ hic non interuenerunt.
cũ ergo ex iuris diſpoſitione arctet quis ad duo.ſc.ad ꝓbandum
fcm̃.i. contractum, & ad probandũ qualitatem.i. manifeſtum:
neutro probato reus abſoluitur.de ele.c.ſi forte.lib. 6. de verb.
ſig.l.cum ea.l.vbi caſus,ſimile de prob.c.licet cãm.probationes
ergo p̃dictę ad condemnationẽ non ſufficiunt,q̃a per teſtes ſin-
gulares,& per teſtes deponentes de auditu, & fama non poteſt
ſequi cõdemnatio ſuper crimine, ſiue de illo agatur criminali-
ter, ſiue ciuiliter,de teſtib.c.rã literas.in prin.vbi caſus.nec pro-
batur manifeſte,licet ꝓbetur fama,ꝙ quis ſit vſurarius;q̃a aliud
eſt ꝓbare factum,vel qualitatẽ,aliud eſt ꝓbare famam ſuper fa-
5 cto,vel qualitate,de acc.c.inquiſitionis.§.quæſiuiſti.† Item di-
ligenter aduertendum, ꝙ probatio, quæ fit contra vſurarium,
poſt mortẽ vſurarij non probat illũ fuiſſe manifeſtũ vſurarium,
hæc.n.probatio, ex qua inducitur notorium iuris inducit hoc
notorium ex parte probationis.& tunc manifeſtũ inducit, non
autẽ inducit retro manifeſtũ,24.q.2.ſi forte.vbi ſi poſt mortem
vſurarij reperiantur eius libri,non tñ diceretur illũ fuiſſe mani-
feſtũ vſurarium.Et iõ ex prædictis rationibus non p̃t iudicari il-
lum fuiſſe tpe vitæ, atq; mortis manifeſtũ vſurarium.ſi autem in
vita vſurarij recipiantur probationes,tunc ſi probõ eſſet legiti-
ma,conſtitueret tunc eum manifeſtũ vſurarium.Item eſt ẽt dili-
genter aduertendum,ꝙ cum prædicti teſtes dicant illũ olim fe-
ciſſe vſuras, exprimendo tps antiquum, & longum: q̃a quidam
expreſſerunt,ꝙ iam ſunt 30.an.quidam,ꝙ iam ſunt 22.ann.qui-
dam,ꝙ iam ſunt 20.non poſſet per tales probationes iudicari,ꝙ
poſt illa tpa, & præſertim tpe mortis fuerit manifeſtus vſurari⁹.
Iſtud.n.notorium non hẽt facti perſeuerantiam, vt dicit glo.de
vſur.c.cũ in diœc.non.n.eſt notorium facti permanentis;ſed eſt
notoriũ facti tranſeuntis,& qñq; vſurarius non continuat iſtud
crimen.Sed vbi illud continuat & publicè, tunc eſt notoriũ fa-
cti interpolati,vt dicit Spe.in tit.de notoria.§.iam notorio.ver.
cęterũ.ſed in caſu nr̃o nõ eſt probatum,ꝙ ille Io.continuauerit
publice crimen vſurarum, ergo non poteſt dici, ꝙ poſt illa tpa,
6 nec etiam quòd tpe mortis fuerit manifeſtus vſurarius.† nec ſe-
quitur ꝙ fuerit olim vſurarius, ergo hodie p̃ſumitur vſurarius,
vt in l.ſemel malus.q̃a non eſt tanta præſumptio, ex qua ſequa-
tur condemnatio.Item illa p̃ſumptio reſpicit ſolum animũ cri-
7 minoſi,vt ibi dicit Dy.& Io.in regula,ſemel.† Sed ſolus animus
non ſufficit,vt quis dicatur manifeſtus vſurarius: ſed requiritur
factum.i.facere,& recipere vſuras,vt d.c.quanquam. Quòd er-
go prædicta argumenta, & adminicula cũ probatione auditus,
& fama non ſufficiant ad condemnationem, nec ex illis poſſit
pronunciari illũ fuiſſe manifeſtũ in concilio Lugdunenſi. de v-
8 ſur.c.quanquam.li.6.† Reſpondeo, manifeſtum põt accipi pro
notorio,quod hẽt facti euidentiam, quæ nulla põt tergiuerſa-
tione celari. dr̃ facti euidẽtia, vt q̃a tenet altare ſuum paratum,
& menſam, vel capſam tenet paratã ad pecuniam mutuandam
cuilibet ſub vſuris, vt dicit gl. de vſur.c.1. lib. 6. Similiter dr̃ facti
euidentia,qñ publice,& palam,& paſſim in domo,in qua inha-
bitat,& mutuat pecuniam,& receperit pignora, vt dicit Arch.
in d.c.1.dr̃ etiam facti euidentia manifeſtus, qñ poteſt conuinci
ex libris ſuis apparentibus circa extorſionẽ vſurariæ prauitatis,
vt dicit Arch.in d.c.quanquam.vnde dicebat Feder.de Senis in
in conſi. 7. ꝙ eſſe manifeſtum põt accipi, cuius probatio eſt in
euidenti. V.G.defectus viſus,auditus, & ſcientiæ non apparent
palã omnib.& tñ ſubijciendo illum examini talis defectus inue-
nitur euidens,& manifeſtus,de elect.c.ſi forte. de verb.ſig.ca.2.
lib.6.ſic in propoſito aliquis nõ exercuit palam, & notorie vſu-
ras:tñ per modicam examinationem promptam,& facilem erit
manifeſtus,vt quia apparent libri rationũ ſuarum, de quib.mi-
nime dubitatur,quin ſint libri ipſius vſurarij,talis probatio põt
dici clara,& manifeſta,vt dicit Arch.in d.c.2.facit 27.q.1. ca.oẽs
fœminæ.Alio modo p̃t accipi manifeſtum pro notorio iuris.dr̃
aũt notorium iuris,qñ quis confitetur ſe vſurarium publice co-
rã ſacerdote,& teſtib.& vſuras reſtitui mandat,& libros, & co-
dicem rõnum tradit diœceſano:iõ dicitur ẽt notorius vſurarius
iuris,qñ eſt condemnatus de crimine vſurarũ,vt dicit gl.de vſu.
c.1.li.6. vel qñ per epm̃ publicatur in eccleſia vt vſurarius. vt di-
cit Hoſt.de vſur.c.1.lib.6.Et idem Ga.in d.c.1.qui ſubdit illũ cen-
ſeri de iure notoriũ vſurarium,qui per epm̃ in eccleſia,vt vſura-
rius publicatur.ſecus ſi adhuc in eccleſia toleretur, de coh.cle.
c.vr̃a.Si vero ſint manifeſti per famam tm̃,non tñ notorij, tunc
non eſt locus pœnæ illius concilij ipſo iure, ſed per publicatio-
nem,ad q̃ publicationem faciendã ſufficit, ꝙ vocati confitean-
tur,vel per teſtes. Itẽ manifeſtum p̃t accipi id, qđ eſt notorium,
& s̃.famoſum, vt quia probari p̃t, & vltra cõſuetam probõnem
eſt famoſum, & publicum, non tñ intantum, ꝙ poſſet dici no-
torium iuris. d.c.cum in tua. publicum.n.non includit neceſſa-
rio notorium,de coha.cle.c.tua.vt dicit Fed.in d.conſi.qui ſub-
dit concludendo,ꝙ manifeſte accipitur pro notorio, qđ habet
facti euidẽtiam.vel eſt notorium iuris per ſñiam,vel per iudicis
publicationem,vt claris,& indubitatis probationib.Et no.dili-
genter iſtud verbum,ꝙ dicit, claris & indubitatis probationib.
dẽt ergo probõ eſſe clara,indubitata & ltĩma.C.de prob.l.ſciãt.
& ſic non ſufficiunt teſtes ſingulares. Eſt ẽt ſciendum, ꝙ mani-
feſtum in cã capituli, quamq̃. ſumitur pro notorio,vt dicit Ho-
ſti.de vſu c.cum tu.& c.quia in communib.& Spe. in tit. de no-
torijs criminib.§.ſequitur.& in §.iam de notorio,verſi. notori-
9 um. Reducendo ergo oĩa prædicta † euidenter oſtenditur per
prædictas probationes nõ poſſe iudicari illũ fuiſſe manifeſtum:
& ideo eius teſtm̃ valet, ex quo nõ eſt manifeſtus vſurarius: præ-
dictæ.n.probationes teſtium non ſunt ltĩmæ probationes per
7.rationes. Primò,q̃a teſtes ſunt ſingulares rõne contractuum,
ſuper quib.deponunt,& rõne loci, atq; tpis: qm̃ vnus teſtis de
vno contractu, & de vno loco, & de vno tpe, alius de alio con-
tractu,& de alio tempore, & de alio loco: ideo eis vt ſingulari-
bus non creditur,de elect.c.bonæ.Secundò non eſt legitima il-
la probatio; quia cum requiratur probari quem manifeſtum
vſurarium,oportet probare duo.ſc. factum, id eſt, contractum
vſurarium,ſecundo qualitatem, quæ eſt ipſum eſſe manifeſtum
de off.de leg.c.1.per Inn.de cohab.cle.c.tua.ſed factum non eſt
probatum,cũ teſtes ſint ſingulares. Item qualitas, quæ eſt, ma-
nifeſtum,

nifeſtum,non eſt probata: quia ſuper hac qualitate nullus teſtis
deponit,vbi aduertendum, ꝙ huiuſmodi qualitas deprehendi-
tur duplici modo.vno modo ex euidentia facti:quia publice te-
net menſam paratam,de vſur.c.1.li.6. quod hic probatum non
eſt. Alio modo deprehenditur manifeſtum diſpoſitione iuris,
vt in condemnato,vel confeſſo,vel conuicto,de ver.ſig.c. cum
olim. quorum nullum eſt hic. nam non condemnato, quia iſte
nunquam fuit de crimine vſuratum condemnatus. Item non
probato: quia probatio tunc inducit notorium,cum eſt legiti-
ma,vt d.c.cum olim.ſed hic non eſt probatio ltĩma,vt ſ̃.dictum
eſt.& inferius etiam dicetur. Item hic non eſt partis confeſſio.
Nam licet vnus teſtis de confeſſione deponat, non habet con-
teſtẽ,nec præiudicialis eſt illa confeſſio. nec ex illa poteſt ſequi
ſnĩa: qm̃ confeſſio emiſſa eſt extra iudicium, & aduerſario ab-
ſente,vt ff.de adulte.l.capite.de exceſ.præla.c.quam ſit. de iud.
c. at ſi clerici. Tertiò non eſt probõ legitima: quia quod teſtm̃
manifeſti vſurarij ſit nullum, oportet probari eum fuiſſe mani-
feſtum vſurarium tpe teſtamenti. dicit enim decretalis quam-
quam.teſtamenta manifeſtorum vſurariorum ſunt irrita,quali-
tas autem adiuncta verbo determinatur ſecundũ tempus verbi.
de ſta.ho.l.in ſeruorum.de nox.l.in delictis.§. ſi detract. ſed non
eum probatum eſt fuiſſe vſurarium tpe teſtamenti: nec etiam
tpe mortis,ergo teſtm̃ validum. Quartò non eſt probatio ltĩma
10 hac notabili ratione,ſi † poſt mortem vſurarij recipitur proba-
tio,ꝙ vſuras exercuit,hæc probatio nunc.ſc.ex tpe probationis
inducit notorium,non autem retro notorium fuiſſe: ex hm̃õdi
enim probatione inductum eſt notorium per mortem vſura-
rij,ergo retrotrahatur ad tempus vſurarij,24.q.2.ſi forte.vbi di-
citur, quòd ſi poſt mortẽ vſurarij inueniantur libri rationum,
non tñ per hoc dicetur manifeſtus vſurarius.nam inuentio tali-
um librorũ inducit manifeſtum ex tpe, quo libri inueniuntur,
non autem retro fingit manifeſtũ eo tpe. & hoc etiam tenet Io.
de vſuris.c.cum in diœce.& ſic patet,ꝙ non eſt probatum illum
fuiſſe manifeſtũ tpe teſtĩ,nec mortis. Quintò non eſt probõ le-
gitima:qa hic agitur de crimine, vbi clara dẽt eſſe probatio, de
prob.l. ſciant. nec ad condemnandum ſufficiunt teſtes ſingula-
res cũ fama,& teſtib.l.tam literis. vbi caſus. nec ſufficit probare
famã,vbi agitur de probõne veritatis facti,de acc. c. inquiſitio-
11 nis.§.quæſiuiſti. Sextò non eſt probõ legitima: † quia qñ parti
incumbit probõ facti,& qualitatis,non ſufficit probare factum
abſq; qualitate.ff.de inſtito.l. habebat. & eſt caſus de elect.ca.ſi
12 forte.lib.6.ſed iſta qualitas de manifeſto non eſt probata. † Se-
ptimò ſic oſtenditur, teſtes deponunt de facto antiquo, id eſt,
de contractibus vſurarijs ab antiquo celebratis,& hoc criminis
factum eſt actus tranſiens,non actus permanens. nec præſumi-
tur continuatio criminis vſurarum; quia continuare eſt facti,
& facta non præſumuntur.ff.de publ.quæcunq;.& ſic non præ-
ſumitur crimen continuatum tpe teſtamenti,nec etiã tempore
mortis.Nec ob.quòd ſemel malus præſumatur hodie malus, vt
in regula ſemel.quia iſtud verum præſumptione,quę eſt animi,
vt ibi dicit Dy.& Io.ſed inducere,& probare quem manifeſtum
vſurarium, non ſufficit probare præſumptione, quæ in animo
conſiſtit, ſed requiritur probatio facti, vt d.c. quanquam. ſicut
eſt ipſa extenſio vſurarum. Octauò diligenter conſideranda eſt
petitio,vbi ſimpliciter cõcluditur, & agitur, vt ille pronuncie-
tur fuiſſe manifeſtus vſurarius, q̃ petitio non procedit: qa poſt
mortem vſurarij non poteſt agi de crimine vſurarij, niſi interſit
agentis,& intereſt agentis,vel qa petat vſuras reſtitui,vel qa di-
cat teſtm̃ vſurarij nullũ,& ſic illius hr̃ditates debere ad ſe perti-
nere. ſed pp nullum iſtorũ effectum agitur, vt patet ex petitio-
nis forma, ergo agens non auditur. quia nullam cauſam ſui in-
tereſſe exprimit libello, & exceptio de non intereſſe præcludit
viam agenti.de teſtib.c.ex parte. Ego Baldus de Peru.

CONSILIVM CCCCLX.

1 *Venditor an teneatur, ſi iniuſte proceſſum eſt contra emptorem.*
2 *Multis, & varijs modis venduntur res.*
3 *Poteſt ex triplici capite agi de euictione.*
4 *Venditor ex quibus caſibus non tenetur de euictione.*
5 *Venditor ſequitur forum emptoris.*

1 Factum † tale eſt, ſer Paulus Butrij vendidit Benedicto
Guidatij de Sigillo vnum podere, & promiſit
ipſum eidem legitime defendere, vt patet in inſtr̃o ipſius ven-
ditionis. Mota dicitur quæſtio de dicto podere eidem Benedi-
cto in ciuitate Peruſij. Et condemnatus fuit, vt in ſententia ple-
nius cõtinetur, quæ vobis tranſmittitur, & appellatum fuit per
Benedictum, & fuit ſententia confirmata. Ser Paulus dicit ſe
nõ teneri defendere dicto caſu dictum podere, nec de euictio-
ne ipſius in dicto iudicio ex cauſis, q̃ ponuntur in allegationib.
quæ vobis tranſmittuntur. Modò quæritur, quid iuris viſis prę-
2 dictis. † Multis,& varijs modis venduntur res, ſcilicet quãdoq;
iure libellario, vel cenſuario, quandoq; partim vno iure,& par-
tim alio cũ partium diſtinctione. Et quandoq; ſine diſtinctio-
ne cum quadam conditione, vt plene no.in Spe.de emp & ven.
§.1.verſi. hoc etiam ſcias. Ad intelligentiam multarum forma-
rum,& cõtractus iſte cecidit ſub ſecunda forma, vt patet ex in-
ſtrumento. & præſupponendum eſt, quòd iſte contractus non
tendit ad alienationem rei Eccleſiæ, ſed ad alienationem iuris
priuatæ perſonæ.ff.de contrah.emp.l.qui tabernas. Quæ alie-
natio fieri poteſt ratione conſuetudinis, ratione conuentionis
habitæ cum eccleſia, ratione moræ domini requiſiti, ratione
conſenſus domini,& ratione ratificationis eiuſdem. C. de iure
emphy.l.2.& l.fi.Et poſito, quòd non valeat tranſlatio emphy-
teutici iuris,valent tamen pacta. C.de euict. l. ſi fundũ Stichus.
C.communia vtri.iud.l.ſi fratres.& ita Spec.vbi ſupra,& eſt ve-
3 ritas.† Secundò præmittendum eſt ad euidentiam, quòd ex tri-
plici capite in hac materia agitur. Nam ſi agitur propter poſſeſ-
ſionem euictam,in qua non continetur ius, tunc agitur actione
ex empto:quia non res,ſed nuda poſſeſſio eſt euicta, vt ff.de act.
em.l.ratio.in prin. Si autem propter rem euictam, ſeu propter
euictionem dominij, vel quaſi, tunc agitur actione ex ſtipulatu.
ff.de euict.l.habere licere.& d.l.ſi fundum.cum ſi. Si autem ob
rem non defenſam; quia emptor promiſit defendere, & non
defendit, ſimiliter ſtipulatio intentatur, tamen vi, & iniuria iu-
diciali,vel extraiudiciali venditor defendere non tenetur.C.de
act.emp.l.fi.& no.in Spe.d.§.1.ver.ecce primum pactum.& no.
& c. hoc verum, quando vis, & iniuria fit emptori: ſed quando
fit ipſi venditori, tunc bene tenetur venditor; quia iniuria ven-
ditori facta non debet emptori nocere.ff.de fideiuſ.l. exceptio-
ne.in ratione ſui.ff.locati.l.ſi merces.§.culpæ.ff. ſol.ma.l. in his.
§.1.ff.de hære.vendit.l.2.§. ſolet ei.facta videtur, quia indebite
4 ſuccubuit, vt dictis legibus. † Tertiò præmittendum eſt, quòd
venditor non tenetur de futuris caſibus poſt contractam em-
ptionem.ff.de euict.vnde euictio ſumens cauſam ex nouis legi-
bus diſponentibus circa deciſoria vltra, vel contra ius commu-
ne,non pertinet ad venditoris detrimentum,tex.eſt in d.l. Lu-
cius. Illud etiam conſtat, quòd ſuper iuribus eccleſiæ laici ſta-
tuere non poſſunt, quia inferior non ponit legem ſuperiori.de
conſtitutionibus.ca. Eccleſia S.Mariæ. Tamen ſine præiudicio
eccleſiæ inter ipſos bene poſſunt ſtatuere, ſicut & paciſci, de
5 reg.iu.l.nec ex prætorio. † Item certum eſt, quòd venditor ſe-
quitur forum emptoris.ff.de iud.l.venditor.C.vbi in rem actio.
l.1. Et circa.l.& ordinem fori emptorem ſequi debet, vt ibi pa-
tet.His prę miſſis colligo, ꝙ ſententia hic lata, fuit lata in poſſeſ-
ſorio non contra ſpoliatorem, qui dr̃ Abbas, ſed contra poſſeſ-
ſorem, vt in c.ſępe.& c.reintegranda.laici contra abbatem pro-
cedere non poterant, de fo.comp.c.ſi diligenti. Item cõſidero,
ꝙ ſi ob eam penſionem non fuerat ſolutus Abbas, iure fecit iu-
dex.C.de iure emp.l.2.niſi aliud eſſet in pactis deductis, vt ibi in
tex. Si ergo emptor non eſt vſus tali defenſione, imputet ſibi,
non venditori.Idẽ ſi eſt vſus,ſed per iudicem non auditus gratia
potentioris aduerſarij. ſi autẽ ſententia eſſet fundata in verita-
te,deberetur euictio ex clauſula ob rem non defenſam: qa mo-
nitus venditor non defendit, & quia ex actis cauſæ euictionis
colligitur.oportet videre acta, quibus inuiſis non poteſt præci-
ſum dari conſilium: eis autem viſis quid iuris ſit tenendum, ap-
parebit ex prædictis; quia iuſte fuit proceſſum, de tali iniuria
venditor non tenetur.ff.de euictio.l.ſi per imprudentiam. Ego
Baldus de Peruſio V.I.D.

CONSILIVM CCCCLXI.

1 *Bona empta per vnum ex ſocijs durante ſocietate an ſint communicanda.*
2 *Dotis datio vbi non apparet de inſtrumento, probatur per duos teſtes.*
3 *Coniunctus vtriuſq; partis dans dotem admittitur in teſtem cum ceſſet ſi-
niſtra ſuſpicio.*

Lippus habuit tres filios, videlicet Lipputium, Ioan-
nẽ & Auguſtinum, qui Lipputius ibat mercan-
do,& quandoq; lucrabatur, quandoq; perdebat. Sed Ioannes
& Au-



& Auguſtinus remanebant domi cum patre, & faciebant labo-
ritia.& idem etiam lucrabantur, & ſoluerunt pro dicto Lippu-
tio pluries capto de communi pecunia plurimas pecuniarum
quantitates, & omnia vt ſocij faciebant. tamen dictus Lippu-
tius emit quædam bona, & fecit inſtrumenta dicens de ſe. Mor-
tuus eſt Cechus, remanſit etiam quędam puella ex d. Lipputio,
1 quæ etiam deceſſit. † Quæritur, an dicta bona empta durante
dicta ſocietate cõmunicanda ſint cuilibet pro tertia parte. Rñ-
deo, ſic, vt ff.pro ſoc.l.ſi ſoc.vniuerſarum. Proponitur etiam, ꝙ
D.Margarita eorum mr̃, & vxor d. Cechi habuit dotem datam
2 d.Cecho per præſentem fratrem di.do. † quæritur, cum nõ ap-
pareat inſtr̃m, per quot teſtes poſſit probari. Reſpondeo, per
3 duos.ff.de teſti.l.vbi numerus. † Sed an dictus frater, qui eam
dotauit, erit ſuper hoc idoneus teſtis contra nepotes ſuos, &
dictam puellam pronepotem. Reſpondeo, ſic, quia, cũ ſit con-
iunctus vtriuſque partis, omnis ceſſat ſiniſtra ſuſpicio.ff.de ritu
nup.l.non ſolum.§.de vno. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXII.

1 *Vniuerſitas an obliget ſingulos, & an ſinguli teneantur ad expen. & onera,
quæ occurrunt, diſtinguit.*

Punctus, Quidam homines de quadam villa emerũt
quendam locũ in dicta villa, ſiue in alia eius
propinqua, cauſa ædificãdi ibi quoddam fortilicium pro certo
pretio,& iſti homines non fuerunt duæ partes,& emerunt pro
ſe, & hominibus & perſonis, & cõi, & vniuerſitate dictæ villæ
exiſtentis cõgregatæ in publica,& generali adunantia ipſorum,
deliberauerunt, ꝙ quicquid eſſet factum per dictos homines,
qui emerunt dictum locũ cauſa ædificandi dictum fortilicium,
& quòd oẽs expenſæ factæ,& fiendæ in dicto fortilitio ſint factę
iuridice, & potuerunt fieri, ꝙ omnes homines,& perſonę dictæ
villæ teneantur contribuere ad dictas expen.ſecundum eorum
libram. Modò duo ex dictis hominibus, quorum vnus habitat
in dicta villa, & ibi libram habet, qui non fuit de hominibus ex-
iſtentibus in dicta adunantia, recuſat ſoluere expenſas pro eius
libra. Item alius, qui etiam habet libram in dicta villa, tamen
non habitauit per plures annos ante, nec nunc habitat in dicta
villa, ſed in alia eadem villa diſtanti, recuſat ſoluere ẽt dictas ex-
1 penſas,& dictas collectas pro ſua libra. † Quæritur, vtrum ipſi
teneantur ad dictas expenſas, & datias,& collectas, nec ne. &
viſo ſtatuto cõis Peruſij, poſito in primo libro ſtatutorum in
rubri. Maior pars obligat minorem partem, quando factum eſt
vtile,& neceſſarium vniuerſitati. Et iſtius vtilitatis ſunt partici-
pes ſinguli de vniuerſitate, qui ad contributionem veniunt:
nam ſecundum naturam eſt, vt ille ſentiat onera, qui participat
commoda,& non alius. ſi autem per eum ſtet, quominus parti-
cipet,& tunc imputet ſibi: ſaluo ꝙ domicilium transferre non
poſſunt, niſi qui conſentiunt, vt l.domicilium.de municip. Aut
ergo dicta rés empta eſt in eadem villa, vel eius diſtrictu, & fa-
cta eſt emptio pro bono publico omnium, & omnes cõtribue-
re tenentur. aut extra villam, & diſtrictum villæ, & tunc ſecus:
quia ſoli ſe obligantes tenentur conferre. Item ſi non reſpiciat
bonum publicum, nec afferat vtilitatem alijs, & ſolis conſenti-
entibus, tenentur: eſt enim potius monopolium, quam ius pu-
blicum, de conſtitutionib.c.cum omnes.C.quæ ſit lon.conſue.
l.2.in gl.de reg.iu.l.aliud.§.refertur. C. de monopoli.l.1.ad mu-
nic.l.maior.C.de iure delib.l.nec emere.ff.de magiſt.conuen.l.
1.§.1.& quod no.ff.de pact.l.maiorem.& l.reſcriptum. & l.item
magiſtri.in glo.or. Et ex his apparet, quòd cum diſtinctione re-
ſpondendum eſt ad quæſita. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCLXIII.

1 *Flumina quot ſint.*
2 *Ripa quid ſit, & cuius ſit.*
3 *Molendinum, vel cluſam molendini, & ſi ſint, fundare an liceat, duo iniu-
ſte ædificantes neuter alteri interdicit.*
4 *Littus quid ſit.*
5 *Alueus quid ſit, & an liceat ſuper eo ædificare.*
6 *Aqua, an & quando poſſit quis vti, vel eius curſum mutare, vel impedire.*
7 *Clauſula, ſi ſenſeris te grauatum.*

1 Quatuor † ſunt, ripa, littus, alueus, aqua, & flumina.
duo ſunt.ſc.nauigabile, & non nauigabile.
Et iterum nõ nauigabile eſt duplex. quoddam quod facit aliud
nauigabile, quoddam quod non facit aliud, ad quod exit naui-
gabile, vt quod habet exitum ad mare, vel quod non nauigabile
2 intrat ſimiliter nõ nauigabile. † Ripa eſt locus à plano ad aquam
vrgens, ſeu declinãs, vt ff.de fluminib.l pen. Hæ ripæ fluminum
ſunt proprietatis eorum, qui iuxta ripã habent prædia cõtigua:
tamen vſus riparũ publicus.i. populicus eſt de iure gen. quo oẽs
gentes vtuntur.ff.de rer.diui.l.riparum. & inſti. eo. §. riparum.
3 † Primò ergo videndum eſt, vtrũ in iſta ripa liceat fundare mo-
lendinum, vel cluſam molendini. & dicendum eſt, ꝙ ſic, ſi nec
publico, nec priuato noceat, ſecus ſi publicæ vtilitati nauigan-
tium noceret, vel fieret in damnum vicini contra ius.ſci.vicini.
Primum probatur naturali æquitate, qa quod nemini nocet, &
facienti prodeſt, in aere fieri æſtimatur.ff. de aqua plu. arc.l.2.§.
item Varus.& ff.ne quid in flu.pub.l. 1.§. ſunt qui putant. Item
probatur Iureconſultorũ authoritate.ff.de flu. l. quominus. Et
etiã ex edictis prætorum.ff.de dam.inf.l.ſi finita.§. deinde ait.&
ff.de flu.l.1.§.non autem. Scd̃m probatur. ff.ne quid in lo. pub.l.
1.§.merito.& §.ſi quis à principe. Si tñ ſunt duo ædificãtes, qui-
libet iniuſte, neuter alteri interdicit, tex.eſt in ea.l.§.idem ait.&
eſt tex.no. nam cũ vterq; contra edictum facit, melior eſt con-
ditio conuenti.ff.de dam.inf.l.qui bona.§.ſi quis. de vſur.l.quia
4 fruſtra.ff.ne quis eum.l.2.† Secundò videndum eſt, de littore.i.
de illo ſpatio, quod fluctus hybernus, vel æſtiuus decauat, & ra-
dit, ita ꝙ fructus non percipiantur ibidem. Nam littus dr̃ quaſi
elidens, quicquid ibi ſeminaretur: vnde dicimus littus aratur.i.
fruſtra.ff.de ver.ſig.l.littus. hoc littus publicum eſt, eo. tit. l. lit-
5 tus.† Tertiò videndum eſt, de alueo fluminis publici, & de ter-
ra ſub aqua, quæ vocatur lectus fluminis, quæ eſt quaſi ager, &
aqua eſt quaſi ſuperficies, vt dicit tex. ꝙ impoſſibile eſt, ꝙ alue-
us fluminis publici non ſit publicus.ff.de fluminib. l.1.§. ſi inſu-
la.ver.ille. Et licet de iuris rigore nemini liceret opus facere in
littore, vel alueo fluminis; quia nõ licet in alienũ immittere, vt
l.ſicuti.§. Ariſto, ſi ſer.ven. Et alienũ eſt, qd̃ ædificantis non eſt.
C.vnde vi.l.fi.tñ æquiſſimus prętor non vetat, ſi nemini noceat:
puta qa flumen nõ eſt nauigabile, ſicut ſunt infinita flumicella,
vt eſt Peruſij nr̃,& Cayna: ad qd̃ enim prohiberet nulli profu-
turus, ſed publice obfuturus. ſumma dementia ẽt. multis office-
re,& nemini proficere, d l. quominus. Ex hoc apparet, ꝙ cluſa
in flumicellis iſtis fieri põt, & molendinum hr̃i. & ita conſeruat
cõſuetudo non p̃iudicando iuri quaſi poſſeſſo ab alio per prius.
Et notandũ eſt; qa pondero ius, qd̃ dupliciter conſideratur. vno
mõ in poſſidendo, alio mõ in prohibendo. Quidam.n. habẽt ius
prohibendi, nã ſi habes domum, ſeu hoſpitium, & multa lucra-
ris,& ego facio aliud hoſpitium iuxta te, & non immitto in tu-
um, licet pauciores homines veniant ad te, ius habes poſſiden-
di, ſed non prohibendi. Sed ſi tu haberes ex priuilegio, vel con-
ſuetudine, ꝙ ſolus tunc poſſes prohibere.l.venditor.cõia præd.
de vſuc.l.fi.de diuer.præſc.l.ſi quiſquã. Sic vnus cerdo non pro-
hibet alium à cerdonaria, nec vnus miles obſtat, ne alius ſtipen-
dia quærat: qm̃ dona ingenij fortunę bonorumq; cõium omni-
bus patent. nam cõia mundi cõia ſunt omnibus, qa natura cõis
6 eſt.ff. de no.ope.nun.l.1 §.qd̃ ſi in mari. † Quartò videndũ eſt de
aqua,& non eſt dubium, ꝙ aqua ſi per ſeipſam cõſideretur, ani-
matorum vſui paret.& ſtultum eſſet negare hominibus, qd̃ pa-
tet pecoribus. ff. nequid in flu.pub.l.1.§.fi.tñ ſi de aqua de ſolito
curſu trahenda quæratur, cã alicuius lucri inde prouenientis,
ſtatutum eſt, ꝙ ſi aquę curſus impediatur, non licet facere.ff.de
flu.l.1.§.non autem. ſed ſi non impeditur, tunc licet non præiu-
dicando iuri alterius. Quid ergo ſi ſuperior præiudicat inferio-
ri, vel econtra. Reſpondetur, multum intereſſe, an iſtud præiu-
dicium oriatur ex particularitate.i.concurſu viciriorum, an mõ
naturali, an ex mutato curſu aquæ à priore æſtate. primũ eſt lici-
tum, ſicut licuit facere in mundo naſci poſt me, & facere mihi
partem, q̃ non feciſſet, ſi natus non eſſet. Et ſicut licet ſtantibus
ad inciſorium comedere. nam (vt ita dixerim) cõia commoda,
quę nobis natura proponit, eius inciſoria ſunt cõia bonis ad ve-
ſcendum poſita per nutricem diuinam ipſam naturam. Secun-
dum aũt non eſt licitum, vt no. C.de ſer.& aqua. l. manifeſte. de
eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium tabularum. hoc autem
oculus prioris põt diſcernere adhibitis etiam peritis in arte, vt
in auth.de non ali.§.ꝙ autem. & l. ſemel. de re mil. Ex his appa-
ret, qñ liceat facere molendinum, & cluſam, & vbi de molendi-
no fit mentio, & de cluſa fit mentio. ff. de riuis.l.1.§.1. in glo. quæ
dicit, ꝙ appellans cluſam. Nunc autem ad nunciationem noui
operis veniamus: qa denunciatũ fuit nouũ opus. Et iſta renun-
ciatio fuit facta multipliciter: primo ad p̃torem, qui cõpatenre
denun-

denunciato reduxit præceptum ad ſimplicem citationem.i.re-
7 uocauit.† Ex quo pars comparuit, quia erat apposita clauſula,
ſi ſenſeris te grauatum, compareas.l.de pupillo. §. meminiſſe.in
gl.q.d.iudex, aut non ædifices, aut compareas. & ſic electio eſt
data citato, vnde comparendo ſatisfecit mandato, & conſumit
ipſum mandatum, ſecus ſi copulatiue iudex mandaret hoc mo-
do.mando, vt non ędifices, & compareas, nihilominus niſi quis
dixerit mandatum eſſe comminationem, vel epiſtolam, & non
ſnīam, cum nulla cauſæ cognitio præceſſerit. C. cõminationes,
vel epiſ.l.interlocutio. Quicquid ſit de hoc, veniamus ad acta
cauſæ. per acta apparet datus fideiuſſor de opere demoliendo,
ſi & inquantum conſtiterit iniuſte ædificatum, iudex aũt non
receptis probationib. ſufficientib. nec concludentib. mandauit
demoliri. vñ iniuſte præcepit, de no.op.nun.l. de operis. ipſa.n.
ſatiſdatio ædificandi viam aperuit, niſi alia pars incõtinenti pa-
rata haberet negatiuas probationes, & probaſſet, ꝙ hic factum
non eſt, vt hic in prima cauſa, nec in cā appellationis. certe neu-
tra pars aliquid ſui priuati iuris debito mõ probauit per ea, quę
viderim. Et ideo nõ video, quo iure fundetur præceptum, & ex
eo obligatio ad demoliendum, nam cām debet habere, de qua
non conſtat. Item ædificans non articulauit ſe facere aliquid in
ripa ſua, nec vbi fixerit radicem, vt ita dixerim, molendini, vt ex
tali initio iuſto, & conſueto liceat vltra ire. Ille enim qui iuxta
flumen non poſſidet, non põt cluſam facere, licet ſecus in mari,
vt Inſt.de re.diui.§.littorum. Alia etiam pars de ſuo ſingulari iu-
re nil probauit per ea, quæ viderim. vnde non liquet contra ius
ædificare concludenter, & de neceſſitate: nec tñ propterea ap-
paret ex aduerſo iure ædificatũ; quia ſubſtantialia per neutram
partem probatá ſunt. In dubio ergo faueamus reo ædificanti,
cũ ad commodum publicũ reſpiciat, ar.de dam. inf. l. ſi finita.§.
§.ſi publicis.& arg.ff.ne quis in lo.publ.l.1.§.ſi quis nemine. Il-
lud certiſſimum, quòd qñ contra ius ędificatur in publico, qui-
libet põt nunciare nouum opus. ff.de no.op.nun.l.3.§.fi.tamen
ſi dubitatur, vtrum de iure fiet, nec ne, rei præſtita cautione, vel
ſatisfactione licitum eſt ædificare.ff.eo.l.1.l. non ſolum. §. fien-
dum. Et demum cā cognita ſi contra ius ædificatum eſt, partes
prætoris ſunt mandare, ꝙ opus deſtruatur, vt ff. ne quid in flu-
mine publico.l.1.§.hoc interdictum. Dicet aliquis, ergo ſic eſt
in propoſito, quia ædificans non probauit ſibi licere de iure, &
conſuetudine, vel priuilegia, vt ff.ne quid in lo.pu.l. 2. in princ.
ſed ad hoc reſpondetur per d.l.quominus. vbi ſuper illo verbo,
ducatur aqua, dicit Iac.de Are. ad irrigationem, vel dum impe-
ditur aquæ curſus, vt s̃.l.proxi.§.ſed Labeo.& §.ſi in mari.in fin.
Iac.de Are. & ſi licet ducere aquam, per conſequens eſt licitum
facere cluſam, per quā duci poſſit, vt ff.de aq.quot.& æſti.l.hoc
iure.§.ex flumine. & §.fin. Item alia pars non docuit ſe iure mo-
lendinum ſuum habere, & ideo ei ius vetandi non competit, vt
no.Cy.in d.l.ſi manifeſte. quia ſunt in pari cauſa, vt ff. de flum.l.
2.§. 1. ibi dũ dicit, tantum iuris habemus ad obtinenda, &c. ſed
contra hoc vr̃.ff.de flum.l. fi. vbi non licet habenti prædia hinc
inde ad flumen facere põtem priuati iuris ſupra ipſam aquam:
ergo multo minus ſuper ipſam aquam, & alueum. ff. ne quid in
lo.pu.l.2.§.tractatum. patet reſpõſio ad §. tractatum. per ratio-
nem illius.§. & ad illam.l.fi. patet reſponſio per illud verbũ pri-
uati iuris. Iſta enim cluſa, quæ eſt in flumine publico, non eſt o-
mnino priuati iuris, imo publice patet tranſitus omnibus per
ipſam conſideratis, ergo prædictis vr̃ fuiſſe male præceptum
opus demoliri. non ob. extra de offi.del.c. cum olim abbas. & c.
conuentus. qa ſolutio patet per illud verbum, in terra eorum.
Hanc materiam examinare volui non tam ratione præſentis
cauſæ, q̃ ratione vtilitatis perpetuæ. Iſtud cõſilium eſt in cā Pe-
tri do.Fran.& aduerſariorum ſuorum de Eſculo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXIIII.

1 *Inſtrumentum, cuius non apparet protocollum ſeu baſtardellum. Itē in quo verba ſunt in 3. perſona non in prima principaliter per notarium infraſcriptum, non dicit per me notarium. Item quia in papyro. Item cum deberet dicere tempore Vrbani ſexti, & dicit quinti, non per hoc vitiatur, ſi conſtat, quod notarius erat bona perſona, & quod inſtrumentum ſit ſua manu ſcriptum.*

1 Dubitatur, † an dicta ſcriptura valeat, cum non ap-
pareat protocollum, quod in vulgari
dicimus, baſtardellum. & videtur, ꝙ non, vt in auth.de tabell.in
rubro, & nigro. matricem enim ſcripturam eſſe oportet, quę eſt
radix teſtificans veritati, ſed hic non inuenitur matrix ſcriptu-
ra, ergo non valet. Item iſta ſcriptura videtur ſuſpecta: quia lo-
quitur primo in tertia perſona, dum dicit, per infraſcriptũ no.
non dicit per me notarium infraſcriptum. & poſtea ſequitur, &
ego, &c. in prima perſona. non enim eſt de more tabellionum
ita loqui ſub tali ſtylo in eodem inſtr̃o. vnde ſuſpicio generatur,
de prob.l. iubemus. Item ſcriptura in papyro cum in membra-
nis conſueuerit fieri ad perpetuam memoriam. de ſecund. tab.
l.carere. Item ponitur nomen Vrbani quinti, & debet poñi no-
men Vrbani ſexti. ergo ponitur nomen Papę dudum ante mor-
tui, & non nomen Papæ viui, vt in auth. vt præponatur nomen
Imperatoris. verſi. in documento. & ſic deficit inſtr̃m: ergo eſt
vehementer ſuſpectum. Sed his non obſtantibus dico, ſi con-
ſtat, ꝙ notarius erat bona perſona, & ꝙ ſcriptura ſit ſua manu,
ꝙ dicta ſcriptura valet, & eſt legitima, & ſolemnis. Et in dubio
etiam præſumitur vera, & emanare de protocollo, licet proto-
collum non appareat, etiam iſta poteſt eſſe protocollum. Nec
ob. ꝙ errauit, ꝙ dixit Papa quinto: quia nomen veri Papæ con-
ſtat ex anno, & indictione, ergo, &c.l.ſi librarius. de regu.iur. ad
iudicem autem pertinet ſcire veritatem à teſtibus, ſi quid alle-
garetur contra. Sed in dubio ſtandum eſt in inſtrumento, vt C.
de proba.l. cum precib. finaliter concludo veritati locum ſem-
per fore, in ſolemnitate ſatis habemus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXV.

1 *Probare qui vult aliquam qualitatem, prius debet probare ſubſtantiam, in qua illa qualitas fundatur.*
2 *Probare impoſsibile eſt, aliquem manifeſtum furem, niſi primo conſtet, quod ſit fur.*
3 *Accidentia ſicut non poſſunt eſſe ſine ſubiectis, ita nec probari, nec intelligi.*
4 *Publica meretrix quando probetur, & quid ſit.*
5 *Vſurarius quis dicatur.*
6 *Soluens vſuras, an admittatur in teſtem contra vſurarium ad probandum eum vſurarium.*
7 *Vbicunq; ſufficit generalis probatio, teſtes ſingulares in ſpecie, ſed conteſtes in genere probant.*
8 *Manifeſtum eſſe an poſsit naſci ab vno teſte idoneo, & credibili.*
9 *Accurſius eſt magiſter ſcientiarum.*
10 *Fama poteſt eſſe ita vehemens, quod per ſeipſam ſufficiat ad ſolam proba. & ita debilis, quod non faceret etiam indicium.*

Viſis dictis articulis, & dictis teſtium, quæſtio eſt mihi du-
bia pro certo, & cauſa dubitationis meæ principali-
1 ter ſtat in hoc, † quia ille, qui vult probare qualitatem, prius
debet probare ſubſtantiam, in qua illa qualitas fundetur: nam
ignorata ſubſtantia ignoratur qualitas. hoc dicit gl.ff.de proba.
l.arbiter. Ait enim, ꝙ impoſſibile eſt probare memoriam ma-
nufacti operis non extare, quin prius probetur opus manu fa-
ctum, quod ex opera ſtructuaria antiquiſſima comprehendi p̃t.
Et reddit rationem prædictam de ſubſtantia, & qualitate, pari
2 ratione † impoſſibile eſt probare aliquem eſſe manifeſtum fu-
rem, niſi primo conſtet, ꝙ ſit fur, vt not.ff.de fur. l. is qui opem.
Quapropter ſi non probatur, ꝙ ſit fur, totus mundus nõ poſſet
3 probare, quòd ſit manifeſtus fur: † quia ſicut accidentia ſine
ſubiectis non poſſunt eſſe, ita nec probari, nec intelligi: quia ac-
cidentis eſſe eſt in eſſe.ff.de vſufru.l.1. nec poteſt probari, quòd
4 aliqua ſit publica † meretrix, niſi primo probetur, quòd ſit me-
retrix. l. palam. de ritu nupt. nec quòd vulnus ſit mortale, niſi
prius conſtat de vulnere.ff.ad Sillan.l.1.§.illud.ff.ad leg. Aquil.l.
item Mela.§.ſi plures. & l. huic ſcripturæ. ergo non poteſt pro-
bari, quòd aliquis ſit manifeſtus vſurarius, niſi primo id pro cõ-
ſtanti ponatur, & probetur, & liqueat, quòd ſit vſurarius: tunc
argue, per teſtes ſingulares, non probatur aliquid ſimpliciter,
ergo nec aliquid tale, vt no. C. de teſti.l.teſtium. ff. eod.l.3. in gl.
dicitur. Cum ergo omnes teſtes ſunt ſingulares reſpectu con-
tractuum vſurariorum, de quibus ſingulariter deponunt, ergo
non probant hunc vſurarium. ergo impoſſibile eſt dicere, ꝙ ſit
manifeſtus; cum teſtes ſint varij, & ſingulares tam ex depoſitio-
5 nibus, quam ex actibus. † Ad hoc enim, vt vſurarius ſit manife-
ſtus ex actibus, requiritur qualitas actuum, quòd palam fœne-
rauerit aſtantibus multis, vt autem ſit manifeſtus ex probatio-
nibus, requiritur qualitas probationum. ſc. ꝙ dilucide, & non
coniecturaliter ſit probatum non præſumptum, extra de verb.
ſign.c.cum olim. de elect.lib.6.C.de pœn.l.cum reus. vnde ſcri-
bitur Actuum quarto. quod manifeſtum eſt, non poſſumus ne-
gare. In cõtrarium facit, quia Speculator dicit in c. quamquam.
in ſuo



in ſuo cõmento. ꝙ manifeſtus vſurarius eſt ille, cõtra quem pu-
blica fama laborat, ſi aliqua argumenta appareant, quia ſola fa-
ma non faceret eos vſurarios iudicari, extra de vſu.c.cũ in diœ-
6 ceſi. † Sed hic quilibet teſtis facit indiciũ, ſiue argumentũ. Et o-
mnia argumēta ſint eiuſdē generis, vnde vnũ fortificat reliquũ,
iuxta no.in l.2.§.1.ff.de excuſ.tut. Et licet in ſpecie ſit diuerſitas,
tñ in genere eſt eadē qualitas. Et oēs iſti actus habēt caudas col-
ligatas quantũ ad idem genus turpitudinis, vñ non ſunt teſtes
omnino ſingulares, quia noticia repræſentata in animis eorum
teſtiũ per dictos actus cõmunis eſt, & nõ ſimpliciter ſingularis.
facit, ꝙ no.ff.de teſt.l.ob carmen.§.fi. Et confirmatur per d.Iac.
7 But. qui dicit, † ꝙ vbicunq; ſufficit generalis probatio, ibidē te-
ſtes ſingulares in ſpecie, ſed conteſtes in genere probant. & po-
nit exemplum in hæreſi. nam ꝙ aliquis ſit hæreticus in genere,
probatur per teſtes aſtruentes hæreſim per diuerſum modum:
vt quia vnus dicit eum hæreticũ: quia dicit, non credo trinum,
& vnum. Alter: quia dixit, non credo incarnatum ex virgine, &
ſimilia. Et ad hoc facit d.Bart.in l. de minore. §. tormenta. ff. de
quæſtionib. vbi dicit, famam probari per teſtes, quorum vnus
dicit de vno loco, alter de alio. Sed iſtud videtur cõtra gl.doc.l.
3.ff.de teſti. Item & cõtra id, ꝙ idem Bar.no.in l.Labeo.de ſup.
leg. & in l. 2. ff. quemadm.teſta.aperian. Quicquid ſit de dictis
8 Bar. redeo ad propoſitũ, † nunquid manifeſtũ eſſe poſſit naſci
ab vno teſte idoneo, & credibili, v. g. vnus vir notabilis dicit,
qualiter vidit ſcholarē eſſe in lecto cum Bert. nec hoc ſiluit, ſed
publicauit: vnde oēs vocant, & tenent Bertā adulteram. Quæri-
tur, an iſta dicatur meretrix. Et quid ſi vnus alius vidit eam cum
monacho piloſo, & alter Teutonico, vnde ex iſtis conuocibus
firmiter tenetur, & vocat̃ meretrix. Et videtur dicendũ, ꝙ ma-
nifeſtũ non poſſit vnius voce oriri: quia vox vnius, vox nullius.
In contrariũ vr̃ gl. ord. ff. de prob. l. ſi arbiter. in gl. magna. ver.
ſed in primo caſu quæro. vbi dicit gl. ꝙ ab vno teſte credito per
multos, qui deponunt ſuper memoria, probatur memoria, & il
lius memoriæ manifeſtũ. nõ em̃ hoc facit per ſe vnus teſtis, ſed
adiuncto multorũ opinio, atq; fides. Et hāc partē tenui in meis
ſcriptis in l.1.C. de teſt. vt quilibet videre poteſt, & inueniet ibi
multa pro, & contra allegata. finaliter ꝙ ibi tenui, etiā nunc fir-
mius teneo, ſaluo conſilio ſaniori .ſ. ꝙ ſit probat. manifeſtè: qa
non eſt ſimplex fama, quia nõ origo famæ viuificat famā, & fa-
9 cit eam tranſire in totum, vt quaſi notoriũ, † vt ait magiſter ſen-
tentiarũ Accurſ. gloſſator eximius, quia radix iſtius famæ pro-
ceſſit à veritate præſtita per multos, & per ora multorũ, & non
ſemel, ſed ſæpius, & ſæpiſſimè, & teſtes iſti non ſunt ſingulares
ſimpliciter, ſed ſcd̃m quid: quia concordant in vnũ finem eiuſ-
dē rationis, & dictionis. oēs em̃ cũ in p̄ñtia pluriũ fœneraſſe fa-
tentur, & nedũ eſſe vſurariũ deponunt, ſed tanq̃ circulũ ad ta-
bernā aſſerunt, & ad ſignificandũ qualis eſſet, dñt per nomen
10 appellatiuũ, erat vſurarius, & ꝙ per hoc erat cognitus. † Ex hoc
nota vehementiā famæ: nam vt eleganter ait Bart. in ſuis conſi-
lijs conſi. 27. ꝙ incip. D. Paci. fama p̃t eſſe ita vehemens, ꝙ per
ſeipſam ſufficit ad ſolā probationem, vt C.de iu.do.l.vbi adhuc.
ſol.mat.l.ſi conſtante. ff. de flu.l.1.§.1.C.ſol.mat.l.ſi quidē. Et p̃t
eſſe ita debilis, ꝙ non faceret etiā iudiciũ ſcd̃m Bar. in caſu autē
noſtro fama vehemens apparet, cum tranſiuerit nomen appel-
latiuũ apud omnem multitudinē cognoſcentiũ. Et iſta fama ex
frequentia actuũ nata aſſeritur, frequentia em̃ actuum facit ve-
ritatem magis innoteſcere, ſicut clarius videretur aceruus lapi-
dum, quā vnus lapis, vt no.C.de fur.l.2. Item non debemus nos
reſtringere ad vnā ſpeciē probationis: quia ex multis cõcurren-
tib. auget̃ certitudo, & claritas, ff.de teſt.l.3. id tñ, ꝙ Bar. dicit de
ſola fama, nõ eſſet verũ in propoſito, facit ꝙ no. Cy.de accu.l.ea
quidē.in 3.& 4.q. ſed quia fama eſt tot, & tantis indicijs robora-
ta, ꝙ omniũ eſt hæc opinio cauta, & veſtita ex ſenſibus tunc eſt
verũ, ꝙ dixi iudicio meo: quia manifeſtũ non eſt aliud, quā ve-
rum diuulgatũ in populo, cæterum de alijs punctis iſtius cauſæ
nõ intromitto me, ſed ſolũ de puncto, manifeſtè, &c. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCLXVI.

1 *Si creditor abſente debitore coram amicis confitetur ſibi ſolutum, & ſatisfactum, talis confeſsio valet in vim probationis, non in vim liberationis inducendæ.*

1 Quæritur, † an ſi creditor abſente debitore corā a-
micis confitet̃ ſibi ſolutũ, ſeu ſatisfactũ,
an iſta cõfeſſio valeat, nec ne. Et vr̃, ꝙ nõ valeat: quia regula eſt,
ꝙ requirit̃ reſponſum ita in liberando ſicut in obligando. ff. de
reg.iu.l.nihil tam eſt naturale.ff.de ſol.l.prout quiſq;. ff. de neg.
geſt.l.Pomp.ſcribit.ver.nam quo.ff.de act.& obl.l.conſenſu.C
de do.l.nec ignorans. & no. ff.de cõtr.emp.l.1.C. de ſacroſ.eccl
l.illud. Præterea regula eſt, ꝙ requirit̃ p̄ñtia. ff. de cõfeſ. l.cer.§
ſi quis abſentis. & no.C.de confeſ.l.1. Præterea niſi debitor pa-
ctũ ſuſcipiat, vel alius pro debitore, nõ quærit̃ exceptio doli.ff.
de pac.l.reſcriptũ.§.fi.& l.ſi tibi.§.ſi pa.& no.eo.tit.l.idē in duo-
bus.& l.hær.§.nos aũt. Præterea hoc tenet Bar.expreſſe.ff.de li.
leg.l.nõ ſolũ. §. ſi liberationis verba. In cõtrariũ eſt cõis opi.ſ.ꝙ
ad liberandum valeat confeſſio facta inter abſentes, vt no.C.de
confeſ.l.1.ff.de interro.act.l.1.ff.de iureiur. l.Labeo. C.de pac.l.
poſtq̃ liti. Et hoc fauore liberationis, alias nõ eſſet differētia, v-
trũ confeſſio fieret ad liberandũ, vel ad obligandũ, ꝙ eſt falſum.
Præterea hoc vr̃ expreſſum in auth.de teſt.§.licet. p̄terea ꝓ hoc
eſt gl.extraordinaria in d.§.ſi liberationis. p̄terea hoc tenet Gul.
de Cu.in.d.l.Pomp.Bar.dicit, vt dixi, confeſſionē nõ valere. Nā
ſi valeret, ſequeret̃ ꝙ ſi in teſtõ teſtator confiteretur ſibi ſatisfa-
ctũ, ſeu ſolutũ. ꝙ iſta confeſſio nõ haberet vim fideicõmiſſariæ,
cõſequens eſt falſum, vt l.1.C.de fal.cau.adiec. leg. ergo d.cõfeſ-
ſio nõ valet, niſi fiat in teſtõ, qa tũc valet iure fideicõmiſſariç, ſe-
cundũ Bar. Non ob.l.poſtq̃. quia ibi loquit̃, qñ in iudicio ſit co-
rā iudice diſcrepante, & ſupplente partis abſentiā, vt no. C. de
cõfeſ.l.1.per Pet.& Cy.tñ dicit Bar. ꝙ iuri reali p̃t renunciari ab-
ſente parte quia p̃t haberi ꝓ derelicto. Secus in obligatione ſe-
cundũ eum. Itē nõ ob.§.& licet qa dēt intelligi corā vicinis .ſ.&
parte p̄ñte ſcd̃m Bar. nõ ob.l.Labeo. quia ibi interuenit nũcius,
vel epiſtola ſcd̃m Bar. non ob. ꝙ no.Inn. in c. veniens. de renun.
quia ibi loquit̃, qñ renunciatur iuri reali, nõ obligationi perſo-
nali, ſcd̃m Bart. qui ſeminat iſta verba in d.§. ſi liberationis. ſed
poſt iſtā ſuam ſementē ego vado cum ſarculo extirpando, quia
malè loquit̃. cõſiderandũ em̃ ꝙ aut quis allegat pactũ inter ab-
ſentes factũ. Et tũc loquit̃ gl.in l.duob. Et iura ꝓ hac parte alle-
gata, vt allegat ſe teneri ad ſimplicē probationē, inducunt pro-
bationē cum cauſa. Et tũc habet exce. doli, nõ de confeſſione,
quia p̃ſumit̃ dolo facere, qui ꝓpria voce, vel auctoris ſui negat.
& ita dicit gl.. no.& vera in d.§.ſi liberationis verba. Sed ſi cõfeſ-
ſio nõ haberet cauſam, ſicut eſt in le.tale pactũ. tunc poſſet ſu-
ſtentari opi. Bar. vt ad liberandũ valeret inter p̄ñtes, vel quaſi,
nõ inter abſentes omnino, & hoc inter viuos. In vltima volun-
tate præſumitur confeſſio liberaliter, & gratuito facta, vnde nõ
probat, ar.ff.de lib.leg.l.Aurelio.§.fi.de leg.2.l.Titia.§.Caius.&
d.l.1.de fal.cauſa. & ita ſentit Cy.C.de non num.pec.l.generali-
ter.in 4.q.ibi dum dicit, ꝙ confiteor quantum ad actum diſpo-
ſitionum, quaſi dicat valere quātum ad actum probationis. Sic
de vſuris.l.cum de in rem verſo. dum ſubdit Bar. ꝙ aliud in iure
reali, eſt carens intellectu, vt patet in Spec. de confeſ.§.nunc vi-
dendum. ver. porro. Concludo igitur, ꝙ confeſſio valet in vim
probationis, nõ in vim liberationis introducendæ. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCLXVII.

1 *Statutum diſponens, quod mortua vxore ſine liberis vir lucretur tertiam partem dotis, an habeat locum in vxore nondum traducta in domum, nec cognita, diſtinguit.*
2 *Verbum, perceperat, quid importat.*

Factum dignoſcitur eſſe tale. Quædā Do. Cecha vxor
olim Accurſini duas habuit ſuas filias legiti-
mas, & naturales, videlicet Bartholomæā, & Petrutiā, & dedit
pro dote dictæ D. Bartholomęæ certas res cuidā Petro Vannu-
tij ſtip. pro Ser Io. eius filio vxori futuræ Ser Io. prædicti, ſi Deo
placuerit. Et deinde ſubarrata fuit annulo per d. Ser Io. & in ꝓ-
ceſſu modici tp̄is non cognita per dictum eius virũ mortua eſt
ſupſtite ſibi d.D.Cecha eius matre, & Petrutia eius ſorore car-
nali & non iuit dicta Bartholomæa ſic deſponſata ad domũ ha-
bitationis d.ſui viri, nec d.vir ad domũ habitationis d.Bar. Et in
d.hæreditate ſuccedit d.Petrutia eius ſoror morte D.Barth. &
dominæ Cechæ, & alijs iurib. deinde mortua eſt d.Pet.ſuperſt.
ſibi duob. filijs legitimis & naturalib. Modo idem Ser Io. non
obſtante, ꝙ matrimoniũ non fuerit conſumatũ inter D.Ser Io.
à Bar. per carnalem copulā, petit partē dotis d.D.Bar. quā dicit
fuiſſe lucratus vigore, & pretextu ſtatuti communis Caſtri Sar-
tiani, vnde ſunt d.D.Barth. & Petr. quæ ſtatuta vobis tranſmit-
tunt̃. Item intendit d.Ser Io. inquantũ debeatur ſibi aliqua pars
vigore dictorũ ſtatutorũ petere pro illa parte, quæ ſibi contin-
geret, ſi

geret,ſi contigerit vſumf.vel partẽ fructus dictę partis à die ob-
itus d.Bar.deceſſit enĩ d.Bar.iam ſunt 11.anni.& vltra ab inte.ſu-
perſt.D.Petr. eius ſorore carnali ex vtroq; parente,ſuper quib.
dignemini p veſtrũ conſiliũ,quid iuris ſit cõſulere,&cõſiliũ ve-
1 ſtro ſigillo remittere ſigillatũ.† Quærit̃,vtrũ vir,qui vxorẽ non
duxit, nec cognouit carnaliter, nec onera matrimonij ſuppor-
tauit,debeat habere lucrũ, de quo loquit̃ dictũ ſtatutũ, ꝙ inci-
pit.Si mulier nupta.& vr̃,ꝙ ſic:quia nuptias nõ concubitus, ſed
conſenſus facit,vt l.nup. de re.iud.Item quia ſicut lucraretur ex
pacto,vt C.de epiſ.& cle.l.Deo nobis.ita debet lucrari ex ſtatu-
to,ff.de pac.l.nõ impoſſibile.& hoc vr̃ tenere Bart in l.nihil.re-
rum amo.per l.cum hic ſtatus.§.ſi maritus.de do.inter vir.& vx.
cum ſi. ego etiã in l. Deo nobis.dico, ꝙ ſi ſtatutũ dicit, ꝙ vir lu-
cretur tertiã partẽ dotis,intelligitur indiſtincte, quia nõ diſtin-
guit ſtatutũ,ſi ſit ducta,vel non, & vbi ſtatutũ nõ diſtinguit, nec
nos diſtinguimus.ad hoc facit C.de bo.quæ lib.l.non ſine. Nec
per virũ ſteriſſe ꝓponitur,vnde pro traducta debet haberi, ff.de
cond. inſt.l. vter ex fratrib. item hoc videt̃ decidere Gul.de Cu.
in vxore contracto matrimonio,ſecus in ſpõſa, id eſt matrimo-
nio nõ contracto d.l.non ſine. In contrariũ vr̃, quia lucrũ iſtud
reſpicit onera matrimonij,ſicut lucrum fructuũ, vt. l.dotis fru-
ctus.de iure dotiũ. & no.in l. ſi donaturus.§.ſi. de cond.ob cãm.
Itẽ iſtud lucrũ eſt acceſſoriũ, & dos eſt principale. Sed ipſa dos
nunquã potuit peti,ergo nec iſtud lucrũ, cum petatur per acti-
onẽ de dote,l.ſi ſocer.§.Lucius.ſol.mat.Item mens, & ratio ſta-
tuti reſpicit nuptã cum effectu,non nuptã nudo nomine, ar. in
l.adigere.§. quamuis.de iur.pat. & C.de nup. l.ſancimus. Solu-
tio,conſideratis verbis dicti ſtatuti ſic eſt dicendum, aut iſte vir
percepit dotẽ,& tunc lucratur.aut non percepit,ſed ſtetit in fi-
nibus promiſſionis,& tunc nõ lucratur. caſus eſt in iſto ſtatuto
2 in verbo, † perceperat: quia iſtud verbũ ſignificat penes ſe ha-
bere,ff.de vſuf.l.ſi fur deceſſerit.in verbo, percipiãtur, & ff.qui.
mo.vſufr.amit.l. ſi fructuarius menſem. in verbo, percipi. ff.de
rei ven.l.fructus.in prin.& l.ſi nauis.cum multis ſi. Præterea ſe-
quens clauſula ſtatuti in verbo, venientibus: videtur requirere
ductionẽ,& ſic declarat præcedentem clauſulam. ff.de pe. hær.
l.vtrũ. ff. de cõiug.cum eman.l.nihil.teneo, ꝙ ſi neq; fuit ducta,
neq; dos ſoluta, non lucretur vir aliquid, & ita veriſſimum ar-
bitror: quia non fuit mora commiſſa in ſoluendo, antequã du-
ceretur,ſed poſt ductionẽ,& morã lucratur ẽt non ſoluta dote.
ita tenet Bar.in conſi.83. ꝙ incip.ſtatuto cõmunis Sartiani, &c.

CONSILIVM CCCCLXVIII.

1 *Mulier,quæ habet aliunde, vnde ſe dotet de bonis paternis, an poſſit euer-
tere, vel minuere fideicom.*

Quidam habens duas filias fecit cuilibet ipſarũ præ-
legata, demũ eas hęredes inſtituit,& ſubſti-
tuit in prælegatis tm̃ ſuperſtitẽ,præmorienti ſine liberis. demũ
vna nupſit Titio,& dedit in dote prælegatũ ſuum,ſtatuto caue-
tur,ꝙ vir vxore præmortua lucretur certã partem dotis, poſtea
iſta nupta deceſſit ſine liberis,& extitit conditio fideic.vnde al-
tera ſoror vendicat res datas in dotẽ. vir excepit de ſtatuto, ſo-
ror replicat dicens, ꝙ fideic.non potuit minui, eo ꝙ nupta ha-
bebat alia bona,de quib. ſine diminutione fideic.poterat ſe do-
1 tare.† quæritur,quid iuris.Rñdeo,illa,quæ habet aliunde, vnde
ſe dotet de bonis paternis, nõ poteſt dotis cauſa fideicommiſ-
ſum euertere,vel minuere, tex.eſt.C.cõmunia de leg.auth.res,
quæ.à cõtrario ſenſu.& in aut.de reſti.& ea,quæ parit.§. quam-
obrem.ff.de per.hær.l.ſed ſi leg.§.quod autem.ff.ad Treb.l.Ti-
tius rogatus. Et ſi dicatur,ergo vir nihil lucrabitur. Rñdeo, iſta
tertia pars, quæ debetur viro, euincitur iure fideic.Et ideo de-
betur ab euicto tanquam euicta dote, C.de iu. do.l.1. aget ergo
vir de euictione ſuper reliquis bonis mulieris. Et hoc modo de
alijs bonis ſibi ſatisfiet. Et ita dico,& conſulo. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXIX.

1 *Se præſentare ſi quis debeat infra menſem priori, & conuentui, alioquin
talis abbas prouideat, &c. an currat iſtud tempus, ſi cõuentus ſit diſper-
ſus ad alia loca propter guerras, vel peſtem.*
2 *Impedito propter caſum fortuitum non currit tempus.*

Sanctiſsimæ recordationis Honorius Papa ordi-
nauit, ꝙ mortuo, vel remoto priore
herem.de Virgiliano,eiuſdẽ herem.fratres cum abb.ac cõuen-
tu capituli Regij de ipſo cõuentu prior cõiter poſtuletur ĩ mẽ-
ſem,ꝙ ſi nõ fecerint ex tũc,idem abb. de ipſo ſuo conuentu ali-
quẽ,qui ſcd̃m Benedicti regulã pręeſſe, ac prodeſſe nouerit, li-
bere ipſi heremo præficiat in priorẽ, cui obedientiã, & reuerẽ-
tiã ipſius heremi fratres impendant. Accidit modo ꝙ defuncto
dicto heremi priore fratres dicti heremi à dicto D.Abb.priorẽ
de dicto gremio, ſed poſt menſem poſtularunt vnanimiter, cũ
præſentiã cõuentus capigienſis propter guerras habere nequi-
rent. elapſo igitur menſe quæritur, vtrum dictus poſtulatus ſit
in priorẽ præficiendus: an vero libera remanet prioris creatio
in poteſtate dom.Abb.prælibati. dicit enĩ prædictus D.Abb.ꝙ
ipſe nõ tenetur de iure admittere poſtulationẽ prędictam,cum
debuerit fieri ab Abb.ac conuentu.ſed hic non fuit facta à con-
uentu,ergo elapſo menſe poteſtas deuoluta eſt ad D.Abb.ecõ-
tra dicitur,ꝙ iſtud accidit:quia monachi, qui faciũt conuentũ,
receſſerant à monaſterio propter guerras, nec etiam poterãt ad
1 monaſteriũ tute ire. † Quæritur, quid iuris,cõtra poſtulatũ fa-
ciunt principaliter duo ſcil. forma non ſeruata, & temporis la-
2 pſus.pro poſtulato facit ſolũ vnũ,ſcilicet impedimentũ.† Nam
impedito per caſum fortuitũ tempus non currit,vt ff.de publ.l.
Cæſar.C.qui pe.tu.l.cum à matribus. C.de appel. l.præſes.& in
auth.de his, qui ingrediuntur ad appellandũ.§.1. de elect. c.cu-
pientes.§.ꝙ ſi per 20.lib.6.ff. de excu.tu. l.ſcire oportet. §. ſuffi-
cit.verb.ſi. enĩ p̃t dici. vbi vr̃ caſus ad literã coniuncto.§.conſe-
quens.in eadẽ.l.iſtud accidit propter caſum ſuperuenientem in
perſona conuentus, quia ꝓpter guerras receſſit à monaſterio,
& ſparſim iuerunt ſinguli: non enĩ p̃t dici, ꝙ ſit ibi capitulũ, vbi
eſt quaſi nullus de capitulo, vt no.Inn. de no.ope.nunc.c.ex in-
iuncto. Et regul.iuris eſt,ꝙ qñ caſus ſuperuenit in perſona eius,
cui fiendũ eſt,perinde eſt,ac ſi factum eſſet: quia fieri debebat,
vt plene no.C.de inſtit. & ſubſt. l.1. pñtatio enĩ pendet ex facto
eorũ,qui præſentant,& dicit̃ conditio præſentatiua.& ideo ha-
betur pro impleta, ſi nõ ſtat per eos,ſed per caſum, ff. de cond.
& dem.l.in teſtõ.ita ad hoc faciunt leges,quæ diſtinguũt, ex cu-
ius parte caſus fortuitus contingat.ff.locati.l.ſi vno.§.item cum
quidã.& l.pe.§.nauẽ.ff.de aſſeſ.l.diem functo. ego credo,ꝙ do-
nec durat impedimentũ guerrarum, nõ currat menſis iſte. Sed
ceſſante impedimẽto currat:quia duo ſunt præcepta, ſcil.pñta-
re poſtulationẽ, & ĩ menſem pñtare. ff. de arb.l.Celſus.§.idem
ait. Et ideo ſine monitoria dilatione fienda eſt, c. pñtatio,cũ ad
ipſum vna cum Abb.pertineat per conſequens cõfirmatio, vñ
Abb.ſolus confirmare nequiret. Et capitulũ non poſſet confir-
mare,ſi nõ pñtaret̃ ẽt ſibi:qa cõplexiue, & cõiunctim apoſtoli-
cus ſtatuit, dũ dixit, ab abb.& cõuentu.Et ideo vtriuſq; factũ re-
quirit̃,ff.de man.teſt.l.ſi ita fuerit.de arb.l.Pedius.§.1. de elec.c.
cũ in veteri.de reſc.c.cũ te.de teſtib. c.pñti.li.6. de præſcr. c.ve-
niens.per Inn.hæc enĩ verba,ꝙ ſi nõ fecerint, &c. Intelligũtur,
id eſt ſi fuerint in mora faciendi.ff.de conſt. pec.l.ſi duo. §.ſi.di-
cit Bar. ꝙ ille tex. eſt ad hoc valde no. neceſſitate porro fortui-
torũ impeditis ſuccurrit̃.ff.ſi quis cautio.l.2.§.ꝙ diximus.de ap-
pel.c.ex rationẽ.ff.quib.ex cau.ma.l.non enĩ.ff.de re iud.l. quę-
ſitũ.Item donec capitulũ congregetur, ꝙ eſt in poteſtate Abb.
qui ſuper hoc eſt vniuerſaliter requirendus, nõ currit tempus,
vt ff.ꝙ cu.vniuerſitatis.l.1.& ibi per Iac.de Are. colligitur nota-
bile.& facit extra de elec.c.ne pro defectu.&c. his, quib. de cõ-
ceſ. præb. c. quia vniuerſitatem. de anna. except. l. 1.§. ſi. 2. q.6.
anteriorum.Iſta enĩ tempora, quę prouidentiã eccleſiarũ reſpi-
ciunt quo ad quid vtilia ſunt,impeditis nõ currunt,&c. E.Bal.

CONSILIVM CCCCLXX.

1 *Auus paternus, & maternus qualiter ſuccedant nepotibus.*
2 *Sit an idem in dote data à patre.*

Punctus quęſtionis talis eſt. Quidã nominatus Buba-
lus tradidit in vxorẽ dominã Ple.filiã cuidam
nomine An.cum dote,guarnimentis, & alijs reb. parafernalib.
conuentis,& inter eos cõmiſſis, cõſummatoq; matrimonio in-
ter eos.Ex eis nati ſunt duo filij,maſculus, & fœmina. deinde de-
ceſſit d.An.ſuperſtite ſibi d.D.Pe.eius vxore,& dicto eius filio,
& ſupradictis Bubalo patre d.Pe.& Theobaldo patre d.An.poſt
eius Ant.mortẽ deceſſit d.Pe.ſuperſtitib.ſibi d.filijs,ſiue pupil-
lis, & ſupradicto Theobaldo auo paterno dictorũ filiorũ, vt s̃.
& ſupradicto Bubalo auo materno dictis pup. & fil. vt s̃, demũ
vero d. duo filij mortui fuerũt pupilli, vnus poſt aliũ ſuperſtiti-
bus eiſdẽ Bubalo auo materno,& eiuſdẽ Theobaldo auo pater-
no ipſorũ pupillorũ.quærit̃ ergo,quid iuris ſit in prædictis, vtrũ
d.Bubalus, vel d.Theobal.ſuccedat in iurib.prædictis, quæ fue-
runt dictæ



runt dictæ q. dominæ Pe. & quis eorũ ſuccedit in totum, vel in
1 partẽ,& pro qua parte.† Quando inter auos vertitur cõtentio,
quis ſuccedat nepotib. dicunt quidã, ꝙ in bonis prouenientib.
à linea paterna ſuccedit paternus,à matre maternus,& hoc per
l.quod ſcitis. C. de bo.quæ lib. ſecundũ vnam lect. quam tenet
Bar.Alij dicunt, ꝙ per Auth. de hær. ab inteſt.§.ex his.ſuccedit
vterq; ſimul in omnib. ſed iſta non eſt materia noſtra: quia non
2 agitur hic pręciſe de bonis nepotũ.† Sed de dote profecta à Bu-
balo,& alijs datis in parafernali. vbi eſt conſiderandũ, quia ſi fi-
lia Bubali deceſſiſſet in matrimonio,id eſt ſuperſtite Ant.habe-
ret locum, vt no. in l. dos à patre.ſcilicet ꝙ dos remanſiſſet ge-
nero pro liberis cõibus, ſed quia primo deceſſit gener, actio
de dote cœpit eſſe ſolius patris, vt ff. de rei vx. act. C. l. rem in
præſenti.§.videamus.C.com.vtri.iud.l.ſi. Et ideo mortuis poſt-
ea nepotib.ad Bubalum prædicta omnia reuertentur,C.de bo.
quæ lib.l.quæcunq;.Et ita dico,& conſulo. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXI.

1 *Solennitas, quæ requiritur in contrahendo, requiritur in contractu reſol-
uendo.*
2 *Actum ſi fuit tempore primi contractus de reſoluendo, iſta reſolutio non eſt
reſolutio, ſed executio primi contractus vero celebrati.*
*Allegationes iuris ſine facto.*

1 Illa ſolennitas,† quæ requiritur in contrahendo, requiritur
in cõtractu reſoluendo, C.de prædijs mi.l. ſi ad reſoluẽ-
dũ.& no.in l.1.C.ſi aduer. trãſ. Sed inter reſolutionẽ cõtractus,
2 & eius obſeruãtiã plurimũ intereſt.† Nã ſi tpe primi contractus
fuit actũ de reſoluẽdo.iſta reſolutio nõ eſt reſolutio, ſed eſt exe-
cutio primi cõtract⁹ in verbo celebrati, licet in ſcriptura aliter
ſimulat̃,vt ff.de manu.l.4.§.ſi ab ignoto.& l.2.in fi.de re.eo. tñ p
teſtes ꝓbãdũ eſt,hoc veniſſe tpe dictæ vẽditionis ſimulatæ,quo
probato d.D.Iacoba habet ius potẽtius, C.de re iud. l. quoties.
Et ideo conſilium dom.Angeli in caſu iſto non eſt ipſa veritas.

CONSILIVM CCCCLXXII.

1 *Cohabitatio ſola non facit ſocietatem.*
2 *Recipiens pecuniam bono animo, & palam, non incidit in crimen, ſed te-
netur pecuniam reſignare.*
3 *Donationes clandeſtinæ licet ſint ſuſpectæ, tamen valent.*
4 *Actio pro ſocio 20.ann.non præſcribitur.*

1 Super †primo puncto: quia cohabitatio ſocietatẽ facit,
bona pertinent liberè ad emptorẽ,ff.ꝓ ſoc. l.cum
duob.§.ſi fratres.Sed ſi ꝓbaret̃ ſocietas,bona empta eſſent cõi-
cãda,eo.tit.l.ſi ſocietas vniuerſorũ. Super ſcd̃o puncto, ſi neq;
Phil.neq; eius filij adiuerũt,accreſcit Andreut.& ſuis hær.C.ad
Orf.l.ꝙ minor.idẽ dico in tertio puncto,vt C.qñ nõ peten.par.
2 l.1.†Super quarto pũcto cũ palã, & bonafide acceperint, & nõ
cõtrectãdi animo,nõ incidit in crimen,ſed pecuniam reſignare
tenetur. ſi autem animo ſubtrahẽdi clam feciſſet, tenet̃ crimi-
ne expilatæ hære, ſi ante dictã hæreditatẽ fecit, ſi aũt poſt aditã
3 hær.tenet̃ furti,vt C.de fur.l.de his. † Super quinto pũcto licet
donationes clandeſtinæ ſint ſuſpectæ: tñ valent, ca.1. vt eccl.be-
nef.vſq; ad quingentos aureos,licet non inſinuatæ. C.de do.l.ſi
quis argẽtũ. Sup ſexto puncto ſi prius deceſſit. Andre.quã Phil.
euanuit ſubſtõ, C.de cad.tol.ſi aũt. & bona liberè debẽtur mat.
ſi autẽ Andreut.ſuperuixit,tunc retenta legitima,& Treb. ma-
ter debet reſiduũ reſtituere hr̃dib.Andreutij, vt C.de fideic.l.ſi
4 in perſonã.Septimæ quæſtioni reſponſum eſt in q.1.† Item non
eſſet præſcriptũ actioni pro ſocio, quæ eſt perſonalis, ſpacio de-
cennij,ſi ſocietas probaretur,l.1.C.de conſt.pecu. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCLXXIII.

1 *Si extante matre, & auia ſubſtitutus ſit frater pupillo pupillariter, vel per
fideic.ad quem iſtorum pertineat petere tutorem pupillo.Item an exclu-
ſa matre videatur auia excluſa.*

1 Subſtituto †pupillari ſolicitudo tutelæ incumbit,
vt C.de leg.hæ.l.ſciant.Secus in ſubſti-
tuto per fideic.vt l. credendũ. qui pe. tu. Et ideo ſi dictus frater
maior fuit ſubſtitutus pupillariter, fuit priuatus: quia legitimè
nõ geſſit tutelã,& ſuccedit mater. Si autẽ ſubſtitutus fuiſſet per
fideic.ſuccedit ipſe.& mr̃ eſſet priuata, vt no. per Bar. in l.2.qui
pe.tu.Aduerte in caſu nr̃o, qualiſcunq; fuerit ſubſtõ fratris, mr̃
repelli vr̃:qa frater cũ haberet bona cõia, ipſo iure per exiſten-
tiã ſui hæredis cum dictis fratrib. tutela legitima deferri nõ po-
tuit,vt in authen.minoris debitor.ergo tutela incumbebat ma-
tri, & ſi eam non ſuſceperit,non ſuccedit. Sed certè imo prædi-
cta diſtinctio de ſubſtitutione eſt vera.Nam ſi frater erat pupil-
lariter ſubſtitutus,mater nõ tenebatur ſuſcipere tutelã. Sed di-
cet aliquis, nec frater: quia mr̃ præcedebat eũ in tutela. Iſta eſt
quęſtio,q̃ iã diſputauit Bar.in d.l.2.Et dico,ꝙ ſubſtitutus pupil-
lariter debet curare, ne pupillus careat tutore efficaci: tñ hæc
quęſtio nõ habet locũ: quia ſubſtitutio fuit fideic.nõ directa, vñ
frater ad fideic. vocatur abſq; dubio tenendo opin. cõmunem,
quia ſubſtituto ſit fideic. Sed de legitima,& Tre.remanet quæ-
ſtio,an pertineat excluſa matre ad auiã, an ad fratrẽ conſangui-
neũ tm̃, id eſt quis ſuccedat impuberi ab inteſtato. ſi certè ſuc-
cedit auia, niſi eidẽ par culpa nõ petiti tutoris poſſit imputari.
vt in Auth.defuncto.& d.l.ſciant.& l.2.§.videndũ.ad Ter.lega-
ta vero relicta dictæ vxori habere debet ſcd̃m no. per doct.in l.
1.ſi ſcd̃o nu.mulier. & l.Titia.§.1.ff. de leg.2. per Bar.quia legata
non perdit,l.tutor petitus.§.qui tutorib.ff.de exc.tu.Ego tantũ
dixi in l.precib. C.de imp.& ali. & nunc dico nõ ob. ſupradictis
ꝙ procedunt ſecundũ opi. Bart. ꝙ aũt mater eſt excluſa à tutela
per mortem,renunciationẽ,vel per tranſitũ ad ſecũda vota. Et
tunc ſi auia fuit poſtea negligens per annũ priuatur ſucceſſio-
ne. aut mater non eſt excluſa à tutela, ſed ſolũ à ſpe ſuccedendi
per moram anni, & tunc auia non excluditur. & ita concludo
pro auia ſaluo iure fideico.debiti fratri ſuperuiuenti, vt dictum
eſt,& ſaluo legato vxoris,vt d.l.credendum. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCLXXIIII.

1 *Stante ſtatuto, quod nulla perſona poſſit teſtari, niſi expreſſe reſeruauerit
ius communitatis, an valeat teſtamentum factum alibi non facta dicta
reſeruatione.*
2 *Executores dati ad ædificandum hoſpitale infra biennium dicuntur eſſe in
mora lapſo biennio, & ſi non fuerint moniti.*

Statutum eſt in ciuitate Eug. ꝙ nulla perſona poſſit
teſtari,niſi expreſſe reſeruauerit ius com-
mune Eug.vt ſupraſcriptum eſt totum dictum ſtatutũ. Quidam
Marianus Bartolelli de ciuit.Eug.exiſtens in ciuit.Fani fecit te-
ſtamentum, de quo fuit rogatus quidã notarius de S.Angelo in
vado pro habitatore Fani, in quo teſtamento nõ eſt dictum ex-
preſſe, ſaluo iure cõmunis Eug. producitur teſtm̃ in iudicio, &
pars cõtra q̃ producit̃,dicit,ꝙ teſtm̃ non valet, qa non eſt reſer-
uatũ ius cõis Eug. Et pars producens dicit nõ fuiſſe neceſſariũ,
cum ſit factum in ciuit̃.Fani.& in deciſorijs debet attendi locus
1 celebrati actus,nõ locus iudicij.† Modo quærit̃,an valeat dictũ
teſtm̃ non ob.dicto ordinamento ſtatuto, nec ne. Itẽ quæritur,
cum dicta Agneſola deceſſerit, iam ſunt 6.anni, vel circa, & di-
ctum hoſpitale per dictos fratres S.Annæ nõ ſit factũ, an lapſus
ipſius biennij dictis fratribus S.Annæ cucurrit immediatè à die
mortis dict.Agneſolæ,vel fuerit opus eis notificari, adeo ꝙ tũc
poſſint dici in mora,vel nõ.& ſi ſunt in mora, an epiſcopus poſ-
ſit nũc facere fieri hoſpitale prædictũ, vel bona dicti teſtatoris
ſint in totũ deuoluta dicto Ser Cecho ſcd̃m voluntatẽ dicti te-
ſtatoris.Item quærit̃,an ius,ꝙ competit nunc dicto Ser Cecho,
competat filijs ſuis: cũ Ser Cechus deceſſerit per tres annos, &
vltra, poſt mortẽ dict.D.Agneſolæ, nec apparet aliter dictũ Ser
Cechũ,dum vixit, agnouiſſe dictã hæreditatẽ.Statutum realiter
diſponit reſpectu rerũ, quæ ſunt ſub tributo. vnde cõſideratur
locus ipſarũ rerum,& nõ locus, vbi fuit factum vt plene no. per
doct.in l.cunctos populos. facit. l.1. C.ne lice.habi.met. Eſt enĩ
iſtud ſtatutũ factum fauore reipublicæ,& ideo nõ eſt contraue-
niendũ mutatione loci, alias eſſet aperta via fraudãdi reipubli-
cæ ſecuritatẽ,quod eſt abſonũ.Sed ego facio dubium, nunquid
iſtud ſtatu.loquatur, qñ res tranſit per vniuerſitatẽ. & videt̃, ꝙ
nõ,vt l.quædã.de acq.re.do. In contrariũ loquit̃, quia ſtatu. ge-
neraliter loquit̃,vt l.ſi.C.de re.alie.nõ alie. & hoc eſt verius per
l.C.de ſec.nup.l.ſi quis prioris.§.certã. tamẽ per iſtud ſtatu.non
credo,ꝙ impediatur ſubſtitutio facta de Eccleſia S.Annę.extra
2 de conſt.c.Eccleſia S.Mariæ. † Itẽ & hoſpitale p̃t, & debet con-
ſtrui:quia fratres dictæ Eccleſiæ nõ fuerũt in mora faciendi, ma
ximè quia nondũ habuerũt poſſeſſionẽ bonorũ, vt C.de epiſ.&
cle.l.nulli.& per hoc non eſt quærendũ de Ser Cecho, ſi fratres
nõ fuerunt negligentes,ſed ſi fuiſſent negligentes, ſtat quæſtio,
an valeat dictũ teſtamentum quo ad Ser Cechũ,nec ne. ego di-
xi ſuperius non valere prohibente dicto ſtatuto. Et ita dico, &
conſulo. Si teſtamentũ fuit factum alibi, vbi nõ viget iſtud ſtat.
ſed ius cõmune, videt̃ valere teſtm̃, ſaluo tñ iure cõis Eug.cum
bona ſint tributaria, quia cõmunis Eug. nõ intereſt in alijs reb.

quia extra territoriũ non ligat.In contrariũ videt̃:quia ſtatu,an-
nullat poteſtatẽ teſtandi in iſtis bonis cenſuarijs, niſi ſit ſeruata
forma ſtatuti.Et vbi forma eſt data habilitati,& potentię,debet
ſeruari in quocunq; loco,vt l.cunctos populos. quid ergo dice-
mus?Certè teſtamentũ valet in cæteris bonis nõ ſubiacentibus
ſtatuto:quia nõ tributaria, ſed cenſuaria. in cenſuarijs autẽ non
valet.dic mihi,ad quem pertinebũt. Nam ſi valet, legatũ rema-
net hær.tanquã prononſcriptũ. Sed loco hæredis eſt fideicom-
miſſarius vniuerſalis. Scđo ſi eccleſia fuit in mora, nõ debet ha-
bere relictũ, & priuatur eius commodo. Sed an applicẽtur bo-
na cenſuaria ſubſtituto cognato,dubiũ eſt, quia ſubſtitutio co-
gnati non videt̃ valuiſſe in illis reb.cenſuarijs.quid ergo fiet?Vi-
det̃,ꝙ vniuerſitas trahat ad ſe reliqua, de acq.re.do.l.quædã. Et
cum teſtamentũ valeat in ſuo vniuerſali, venientes ab inteſtato
nihil poſſunt. Et eſt, ac ſi hæres eſſet inſt. excepto fundo, & ta-
men venit fundus non iudicio teſtatoris, ſed iudicio, & autho-
ritate legis, ff. de hær. inſti.l.1.§.ſi quis hæres. Et ideo fratribus
exiſtentibus in mora venit ſubſtitutus eis. Ego Bal.de Peruſ.

CONSILIVM CCCCLXXV.

1 *Conſentiens an in iudicem non ſuum dicatur prorogare iuriſdictionem.*
2 *Iudex,in quem facta eſt prorogatio, an debeat procedere ſecundum ius ſui
fori,vel ſecundum ius commune.*

Petrus exercitor artis cerdonũ, omnino tñ aſcriptus in
matricula dictæ artis, conuenit Martinũ non ar-
tificẽ corã Io.Camerario prædictæ artis cerdonũ. Martinus per
errorẽ omiſit opponere exceptionẽ declinatoriã iudicis prędi-
cti,& eius iuriſdictionis ante lit.conteſt.ſed oppoſuit poſtea,&
1 ante publicationẽ proceſ.† Modo quærit̃, nunquid dicat̃ pro-
rogata iuriſdictio.& poſito,ꝙ eſſet prorogata, Mart.prædictus
cõuentus vult,ꝙ cauſa decidat̃ ſcđm ius cõe.& ſtatutũ totius po
puli,& ciuitatis eiuſdẽ.impetrãs vult,ꝙ decidatur ſcđm ordina-
menta dictæ artis cerdo.quærit̃,ſcđm q̃ iura teneatur,& debeat
decidere cãm dic.Io. Camerar.vbi eſt error iuris, ceſſat proro-
gatio,l.2.ff.de iud. & l.ſi per errorẽ. vbi plenius de hoc. idẽ ſi pp
2 dubiũ,vt.l.manifeſtus.§.ſi aũt defunctus.†Et licet ſit prorogata
iuriſdictio, tñ videtur, ꝙ ex prorogatione aſſumat officiũ pro-
cedendi ſcđm legẽ ſui fori.ſ.officiũ decidendi ſcđm ius,quo cõ-
muniter ciuitas vtitur,nõ vtuntur artifices, cum ipſe non ſit de
illis,l.2.C.de conſt.prin.& de foro comp.c.quod clericis.

CONSILIVM CCCCLXXVI.

1 *Facta non ſolutione canonis,an per virum de re ſibi data in dote præiudicet
vxori tempore data dotis,& ſtipulationis de ſibi reddendo.*
2 *Maritus an poſſit præiudicare vxori, vel eius hæredibus in bonis emphyt.
eccl.datis in dotem,& an ex ipſis lucretur maritus partem vigore ſtatu-
ti,&c.*

Ex actis factis corã arbitris inter Vincentiũ, & Paulũ,
talis punctus dr̃,videlicet ꝙ d. Cuctioſa habẽs
certa bona emphyt.ptinentia ad mon.S.Chriſtofari de Durãte,
& certa alia bona ꝓpria, nupſit Vincẽtio Zãnis de Caſtro Durã-
te,& eidẽ tradidit in dotẽ dicta bona emphyt. qui Vinc.Durãte
matrimonio fecit ſe renouari de dictis bonis pro canone non
ſoluto à dicto mona.abſente d.D.Cuctioſa eius vxore, promiſit
de rato ꝓ precio 16.flo.hac forma in effectu, videlicet an.1300.
&c. cũ infraſcriptis petijs terrarũ emphyt.mon. S.Chriſtofa.de
Caſtro Durãte,ad ꝙ dñium,& ꝓprietas ipſarũ ſpectauit, & per-
tinuit,ſpectat,& ptinet,fuerint,& ſint iuridice deuolutæ, & re-
caducæ ad dictũ mona.pp penſionẽ,& canonẽ non ſolutũ dict.
mona.per 10.an.per d.Cuctioſam filiã q.Cecholi Peruſini, oc-
caſione præmiſſorũ fuerit. & ſit per ſyndicũ accepta tenuta, &
poſſeſſio ipſarũ rerũ,& per dict.mona.poſſeſſę fuerint pacificè,
& quietè p vnũ annũ, & vltra poſt apprehenſionẽ tenutæ præ-
dictæ.& ex eis fructus pcepti p d.mon. pro tpe poſſeſſionis pdi-
ctæ.idcirco Reuerendus vir D.Angel.dic.mona.dictas res tanq̃
deuolutas ad dict. mona. renouauit iure emphyt. & refirmauit
Vinc.Zannis pñti,& recipienti pro ſe,& vice,& nomine d.Cu-
ctiolæ ſuæ vx.pro eorũ filijs,& nepotib.pro precio 16. flor. &c.
Et hoc fecit d.D.Abb.quia d.Vinc. promiſit de rato pro prædi-
cta d. Cuct.&c. deinde facta conceſſione in dicta forma, appa-
ret poſt aliqua tpa d.D.Cuct.deceſſiſſe cõdito teſtõ, in quo hr̃-
dẽ inſtituit Paul.eius filiũ,quẽ habuit ex alio marito. Qui Paul.
vt ex actis apparet,repetit à d.Vinc.dicta bona emphyt.quæ fu-
erũt in dotẽ data p dictã eius marrẽ actione de dote, d. Vinc.ex-
cipiendo allegat hr̃e ſe ius quaſi dñij in dictis bonis vigore dictę
cõceſſionis ꝓ dimidia,inferẽdo quæſtionẽ dñij cõtra d.Paulum
ꝓ dicta dimidia,allegãs,ꝙ dolo facit,ꝙ petit,ꝙ reſtituturus eſ-
ſet.ſecundo quia dicit, ꝙ vigore ſtatuti,& conſuetudinis d.Ca-
ſtri debet lucrari tertiã partem dotis.Pro parte d.Pauli replica-
tur,& negatur ſtatutũ, & conſuetudinẽ eſſe in d. Caſtro,ꝙ ma-
ritus lucretur tertiã partẽ dotis,vxore præcedente, maxime qñ
res eſt in reb.immobilib. Et cõtra inſtrumentũ prædictũ dicit,
& negat mon. fuiſſe in poſ.& fructus percepiſſe ex dictis rebus
prout in dicto inſtrumento continetur. Et probat per teſtes d.
Pauli mon.nunquã poſſediſſe,nec fructus percepiſſe. allegatur
& excipitur, ꝙ dictũ inſtrumentum non valuit in præiudiciũ di.
D.Cuctioli abſentis,& ignorantis.& quia nõ apparet,ipſam ra-
tificaſſe, prout Vinc. promiſit. Item excipitur cõtra dictum in-
ſtrumentum non valere,quia fictitiũ, & ſimulatũ, ꝙ apparet ex
paruitate precij, quia ſi res fuiſſet deuoluta, non tradidiſſet nec
renouaſſet d.Vinc.pro 16.flor.res valentes centũ. & vltra præ-
terea replicatur contra exceptionẽ d.Vinc.ꝙ poſito,ꝙ eſſet ius
d.Vinc.quantũ pro dimidia in dictis bonis, adhuc non obſt.re-
gula, dolo facis,quia agenti actione de dote non poteſt opponi
exceptio dñij,vt apparet ex capitulis d. Vinc.quib.ponitur,ꝙ d.
Vinc.à tpe dictæ conceſſionis poſſedit iure dictæ renouationis
obtentæ à d.mon.Sed nõ probatur, imo dictus tanquã maritus
poſſediſſe apparet etiã ex proceſſu, ꝙ d.Vinc.nõ probat,ꝙ in d.
Caſtro ſit ſtatutũ, ꝙ maritus lucretur tertiã partem dotis. vnde
licet nitatur probare, ꝙ aliqui obſeruauerunt, vel etiã poſito,
ꝙ ſit conſuetudo, quia copulatiuè allegat ſtatutũ, & conſuetu-
dinem,non ſufficit alterũ probare,tñ in veritate eſt,ꝙ nullũ ſta-
tutum eſt, quo ſic caueatur. Circa bona propria eſt contentio,
vtrum fuerint data, quia Paul.negat fuiſſe data in dotẽ. & peti-
tur ſibi rationẽ reddi de fructib.Vinc.videtur probare per duos
teſtes,ꝙ omnia bona fuerint data in dotẽ propria,& emphyteu-
1 tica: ſi dñt veritatẽ,Deus nouit.† Arbitri debent hr̃e iuſticiam,
& diſcretionẽ,& multũ refert,vtrum cõſtet, ꝙ res fuerit reuer-
ſa ad mona.culpa viri: quia non ſoluit vir canonem, cum poſſi-
deret,vt l.neq; ſtipendiũ. de impenſis in reb.dot.factis. Et tunc
vxor fouet ius in totũ: quia non debet vir ex dolo ſuo lucrari,&
nocere vxori,& hæredib. vxoris, conſtat em̃ virum de culpa te-
2 neri,ff.ſol.mat.l.ẽt.§.licet. † & tenetur ad ipſam rem. Aut con-
ſtat, ꝙ fuit culpa vxoris: quia antequã daret ei in dotẽ, ceſſaue-
rat in ſolutione canonis per biennium, & tunc ſtandũ eſt con-
tractui inito inter virũ,& eccleſiã, in præiudicium vxoris. ff. de
euict.l.ſi rem quã.in prin.Aut nihil de hoc cõſtat, niſi ꝙ abb. ita
dixit.& tunc eſt conſiderandũ,an ſuæ negationi credat̃, de hoc
per Cy.in l.2.de iu.emphyt. & vr̃,ꝙ ſic. Nam mulier debet pro-
bare ſe ſoluiſſe, ff. de proba.l.quinquaginta. vir em̃ ſuccedit lo-
co abbatis, & abbati nõ eſt neceſſe probare canonẽ non ſolu-
tum,ſed tpis curſum,vt no.doc.de ver.obl.l.in illa ſtipulatione.
§.ſi calendis.& l.hoc iure.In contrariũ, ꝙ omnino vir teneatur
reddere poſſeſſionẽ,quam in dotẽ accepit, ex eo vr̃: quia vir nõ
debet poſſeſſionem interuertere vxori. C. loca.l.ſi quis condu-
ctionis.C.de acq.poſ.l.ex liberis.& debuit eum recipere, l.cre-
ditor.C.de diſtra.pig. Et quia quicquid ad eum peruenit occa-
ſione dotis,tenetur ẽt reſtituere.ff.de iu.do.l.quoties.ff ſol.ma.
l.ſi alienam.Et quia habet cauſam ab ea,quæ quo ad eum tenet
locum proprietarij, C.de præſcr.30.anno.l.malè agitur.in dote
huiuſmodi machinata retentio.C. de rei vx.act.l. rem in pñti.§.
placet.alias facile eſſet viro acquirere titulũ ab aliquo, & dice-
re,ꝙ ille eſt dñs, & pt differre reſtitutionẽ dotis poſt multa tpa.
& hoc qñ acquirit cauſam à nõ poſſeſſore.Nã emphyteuta non
habet cauſam in ciuili poſſeſſione,ſed in naturali,& eccleſia nõ
tenebatur naturaliter. ſi em̃ ad eccleſiã eſſet reuerſa res,& poſ-
ſeſſio naturalis,& hoc conſtaret,tunc vir haberet ius,ſed hic nõ
eſt ita. de lucro autem tertiæ partis non eſt diſputandum: nam
etiam ſi eſſet probata conſuetudo, tamen vir, & vxor non ſuc-
cedit in emphyteuſim eccleſiaſticam, niſi in conceſſione facta
ab eccleſia ſit de eis actum, quod hic nõ fuit, ſcilicet in conceſ-
ſione prima, vt in Auth.de non alie.§.emphyt. col.2. & facit ad
prædicta quod no.per doct.in l.cogi.C.de pet.hær. Et ne detur
viris materia fallendi, & circunueniendi vxores ſuas, iſta eſt iu-
ſta,& ſancta opin.in cauſa dubij. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXVII.

1 *Stante ſtatuto, quod ſi vxor prædeceſſerit ſine liberis, vt lucretur tertiam
partem dotis,& duas reſtituat,nec valeat pactum in contrarium, quid
erit,ſi extent liberi.*





2 *Arg.à contrario ſenſu an ſumatur in ſtatutis,& an poſſit ei renunciari pa-
cto,ſeu conſuetudine.& nu.3.6.& 8.*
4 *Statutum nouum an porrigat vires ad dotes veteres, quaſi reſtitutio erat
fienda ſecundum ſtatutum vetus.*
5 *Contractus dotis conſtante matrimonio de iure valet.*
7 *Bartolus ſecundum Bal.fuit doctorellus.*

Punctus quæſtionis talis eſt. Quidam dedit dotes pro
filia, & conſtante, ſeu copulato matrimonio
ſtipulatus fuit ſibi dotẽ reddi:copia cuius inſtrumẽti vobis diri-
git̃,& tpe dictæ ſtipulationis vigebat quoddã ſtatutum vetus de
dotib.reſtituẽdis tractans,cuius copia vobis oñditur.& vigente
dicto ſtatuto ſoluit̃ dictũ matrimoniũ. modo quia deceſſit mu-
lier filijs cõib.ex matrimonio prædicto extantib. deinde condit̃
nouum ſtatutũ etiã diſponens de dotib. reſtituendis, & aliter q̃
in veteri contineatur. Et vigente dicto nouo ſtatuto, ſub cuius
obſeruantia decedũt filij, q̃ fuerũt ex dicto matrimonio ꝓcrea-
ti ſupſtite patre, cuius ſtatuti noui copia ẽt vobis dirigit̃.modo
quærit̃ de duob. Primò, vtrũ dicta dos dẽt reſtitui, & ꝙ ſtatutũ
debeat obſeruari. Nã dr̃ p ſtip. ꝙ dẽt obſeruari ſtatutũ vetus,&
pacta dotalia,cũ ſtatutũ nouũ nõ extendit ſe ad præterita,& lex
vetus ſeruanda eſt in deciſione litis. allegatur ad hoc l. leges, &
conſtitutiones.C.de leg.& conſt. cum ibi no.per doc.& de hoc
oſtendetur vobis quoddã conſilium datũ per d. Roſellum. Pro
alia parte dr̃.ꝙ dos non debet reſtitui,ſed debet remanere apud
patrẽ iuxta formã noui ſtatuti,& videt̃ no. per Cy. in l. vnica. in
fi.C.de rei vx.act.& per Bart.in repe.l. oẽs populi.ff. de iu.& iu.
Etiõ qa actio petẽdi dotes hẽt oriri ex morte filij: ſed ipſa actio
dotis petendi nõ fuit orta tpe veteris ſtatuti, ſed tpe noui. Et li-
cet conſiliũ datum in ſupraſcripto puncto nõ contineat aliquo
modo, ꝙ ſcđo quærit̃, cum dicta ſtipulatio fuit facta conſtante
matrimonio,& eo copulato, talis promiſſio, & cõtractus inde
celebratus habet vim donationis,& præſumit̃ ſimulata: quia o-
mnis cõtractus,qui fit inter vir. & vx.vel inter alios, qui habent
vir.& vx.in poteſtate,præſumit̃ fictitius,& ſimulatus,& in frau-
dem legis conceptus, & ſic tali inſtrumẽto nõ eſt adhibenda fi-
des,niſi aliter conſtaret de dote cõſtituta,& cõmiſſa ante ma-
trimoniũ copulatũ,vt no.per Cy.in l.in contractib.C.de nõ nu.
pec. Quærit̃, quid iuris ſuper ambobus punctis. In Chriſti no-
1 mine. † Primo ſtatuto cauetur, ꝙ liberis nõ extantib. vir præ-
mortua vxore lucretur tertiã partem,& duas partes reſtituat nõ
obſtante aliquo pacto in contrariũ loquente. Modo quærit̃, v-
trum liberis extantib. aliquid ſit reſtituendũ, circunſcripta cõ-
ſuetudine,de qua in l.dos a patre.videt̃.ꝙ tota dos ſit reſtituen-
da,vt no.in l.Bebius. de pac. dota. Nam caſus liberorũ eſt caſus
improuiſus à ſtatuto,ergo ceſſante conſuetudine ſumus in iure
cõmuni,& ſic debet reſtitui, l ſi.C. com.vtriuſ.iud.& in tex.d.l.
dos à patre. In contrariũ videt̃ ſumpto argumento à contrario
ſenſu ex ipſo ſtatuto, ff.de pac.do. l.inter ſocerũ. §.cum inter. &
ſic remanet penes patrẽ ꝓ liberis. facit ꝙ no.Dy.in c.ꝙ ob gra-
2 tiã.de re.iu.li.6.& in l.ꝙ fauore de legib.per Cyn.† Credo ꝙ ex
iſto ſtatu. ſumatur argumentũ à contrario ſenſu, ex cõtrarieta-
te cauſæ finalis. Nã cauſa finalis quare debent reſtitui duæ par-
tes extantib. filijs eſt carentia liberorũ, ergo liberis exiſtentib.
contraria cauſa finalis contrariũ operatur. Non ob. ſol.mat.l.ſi
cum dotẽ, quia ibi caſus improuiſus nõ erat cõtrarius in ratio-
ne finali reſtitutionis dotis caſui expreſſo in cõtractu, hic autẽ
3 non debet dici. †vtrum huic arg. à cõtrario ſenſu poſſit renun-
ciari per pactũ, ſicut poteſt renunciari conſuetudini legis dos à
patre,videt̃,ꝙ ſic.ff.de pac.l.paciſci.In contrariũ videt̃,nam ſta-
tutũ prohibet renunciari ſuæ prouidentiæ, iſte contrarius ſen-
ſus videt̃ eſſe in tex.ipſius ſtatuti.vnde pactum, ꝙ loquitur con-
tra contrariũ ſenſum legis,loquitur cõtra legem ipſam. l.cõtra.
tex.legis loquendo ad intellectum,de teſta.l.qui teſtamento.§.
mulier. Et ſi hoc verum, etiã ex veteri ſtatuto dos remanet pro
liberis apud patrem,nõ obſtante ſtip. in contrariũ facta per pa-
trẽ mulieri. Scđo ſtatuto nouiter edito hoc continetur expreſ-
4 ſe. † Sed dubitatur, vtrum iſtud nouũ ſtatutũ porrigatur ad do-
tes veteres ante ſtatutũ ſtipulatas per patrem in caſum ſol.mat.
ſed cum liberis,ſi contingat eos poſtea mori. Et videt̃, ꝙ nouũ
ſtatutũ veteres ſtipulationes non nouerit,C.de leg.l.leges.ff.de
decur.l.pe.C.man.l.per diuerſas.§.ſi cum infinitis ſi. in contra-
rium videt̃ quia reſtitutio dotis eſt de futuro, licet ſtipulatio ſit
de præterito,vt no.Cy.C.de rei. vx.act.l.rem in præſenti.§.ſi.&
Bar.in l.oẽs populi.& ad hoc.ff.de pac.do.l.ſi inter vir.& vx.Sò.
ſi iſtud ſtatutũ nouũ intelligat̃ eſſe veteris ſtatuti declaratoriũ,
vel interpretans tanq̃ tacitè clauſum ſub veteri ſtatuto à cõtrá-
rio ſenſu eius.Et vbi directe,vel tacitè loquit̃ ſtatutũ, ibi loquit̃
quælibet eius clauſula ẽt derogatoria: qa cõis eſt tũc nõ eſt du-
biũ,ꝙ habet locũ in præteritis, ff.de lib.le.l. Aurelius.§.Sticho.
& in Auth de fil.ante dotis inſtrã natis.§.fi.Si aũt dicimus ipſum
eſſe penitus nouũ, tunc aut cõditio reſtituẽdæ dotis euenerat,
& nõ tollit̃ illud ius quæſitũ per ſtatutũ proueniens, nec vr̃ eſſe
de mẽte ſtatuentiũ tollere naturalẽ æquitatẽ, & naturalẽ obli-
gationẽ iã fundatã, vt in Auth.ex libe. & aſcriptitio natos. poſt
prin.col.5.aut nondũ euenerat, & quia adhuc viuebat filius fi-
liæ tpe noui ſtatuti,licet matrimoniũ antea diſſolutũ, & tũc ſta-
tutũ nouũ ſeruandũ eſt, quia ſtatutũ præceſſit caſum diſponen-
dũ à ſtatuto,id eſt retentionẽ retinendã à ſtatuto.& iſta eſt quę-
dã ſucceſſio de futuro ſimilis ei,quę ab inteſtato:ſtatutũ em̃ or-
dinat,ꝙ filius ſuccedat in dote matris non ob. pacto,nec diſtin-
guit facto fiendo vel nõ fiendo.& ſatis patet,ibi dũ dicit,nõ ob.
aliqua forma inſtrĩ dotalis .ſ.facti fiendi. Nã qñ præterita habẽt
in ſui eſſe pendentiã de futuro,iudicamus de eis tanq̃ de futuris
quantũ ad futurorũ deciſionẽ. vñ ſtatutũ de lucro dotis hẽt lo-
cũ ẽt in dotib.datis añ ſtatutũ,quarũ reſtituendarũ cõditio poſt
ſtatu.emerſerit,l.leges.per Cy.& oẽs doc. Et eſt ratio: qa cõdi-
tio mortis liberorũ ſicut mortis cauſa capio conditionalis non
fingit retro. vñ impediente ſtatuto nouo præcedentẽ mortẽ fi-
liorũ ſtipulatio reſtituendæ dotis committi nõ pt, quia tps cõ-
ditionis,& nõ contractus inſpicitur,vt ff.ad Syl l.1.§.ſerui.& l.1.
ff.de reg.caton.ff de hær.inſt.l.ſed ſi in cõd.§.ſolemus.& ſic vir-
tus nouæ legis peruenit ad caſum reſtitutionis, & ſtandũ eſt le-
gi.Et per hoc quæſtio nr̃a decidit̃ vel ad vnam partẽ, vel ad alte-
ram,ſcđm ꝙ facti ordo,& proceſſus ſe habet.Et poſito, ꝙ à prin
cipio valuiſſet ſtipulatio, tñ ſpes eius elidi, & exceptio noua le-
ge potuit parari,ſicut ex noua conſuetudine. exemplũ patet in
noua pſcriptione nouiter inducta q̃ reſpicit ẽt veteres obliga-
tiones:qa non diſponit de origine exceptionis.& hoc tenet Cy.
expreſſe in ꝓprijs terminis.C.de rei vx.ac.l.1.§.fi.ſcio,tuã ẽt aſtu
5 tã ſapientiã de tãtõ doct.nõ recordari. †De ſcđo pũcto puerili-
ter dubitat̃,qa de iure valet cõtractus dotis cõſtante matrimo-
nio.C.de do.ante nup.l.fi.ff.ſol.mat.l.quoties.nec præſumit̃ ſi-
mulatus. Intelligentib. leges loquunt̃, nã homines groſſi capi-
tis nõ intelligũt ſubtilia.Oportet aũt intelligere,quare in l.Be-
bius.ff.de pac.do.maritus repellitur,nã ex cõditione illa, ſi ſine
liberis,&c.retineri debebat,ſi mortui fuiſſent per matrimoniũ
diſſolutũ,dimidia dotis.ergo ex cõſequentia, ſ.ſi cũ liberis,tota
dos,vt l.inter.§.cũ inter. de pac. do. or. modo ſcis tu,quare hoc
eſt,vide gl.filius legis.q̃ dicit,ꝙ maritus non lucratur totã dotẽ,
6 quia filiã habuit,in gl.magna,& in gl.parua,q̃ incipit,ideo.† Vñ
ſi ar.à cõtrario ſenſu formaret̃ hoc modo, non extantib. liberis
maritus lucret̃ dimidiã,ergo eis extantib.lucratur totũ,quaſi ex
ſuo prouidenti animo,falſa eſſet argumentatio: qa in caſu libe-
rorũ nil lucrat̃ maritus ex perſona. Et ideo ille maritus perperã
agit,& ſuccumbit prætendendo tacitũ pactũ in ſua perſona,ſed
tacitũ pactũ non loquitur de ipſo Marillo marito. ſed ſi formet̃
argm̃ à contrario ſenſu hoc modo, liberis non extantib. vir lu-
cratur dimidiã.& reſtituit aliã dimidiam: ergo liberis extantib.
filia lucratur dotẽ pro liberis ſuis,& nihil debet reddi patri. iſta
eſt optima argumẽtatio,tex.eſt,& gl.in d.§.cum inter. Et pt ſu-
mi ar.non dico,ꝙ ſit caſus pp ea,quæ ſtatim dicam,in eadẽ l.vbi
dicit̃ ꝙ de dote tota teſtata fuit mulier filia Marcelli,& vxor Ma
rilli.vñ ad hęredes patris nil erat reuerſurũ: quia proſpectũ erat
liberis ſuis,d §.cum inter.& ar.ff.de hær.inſt.l.Lucius. ver.nam
prudens. Et ſi mihi nõn credis, crede Iac.de Bel.diſputanti, qui
hoc dicit.& ſi vis diſpu.mittam eam tibi, & Bar.hoc recitãti, &
7 firmanti in l.ſi cum dotẽ.in prin.ſol.mat. † Scio tñ,ꝙ tãta eſt ſa-
pientia tua, quod non cures de iſtis doctorellis, & licet alias in
caſu omiſſo ſit actio de dote profectitia cõmunis patris,& filiæ:
tñ in caſu iſto,vbi pater non proſpexit ſibi ſub conditione, ſi li-
beri nõ extarent,eis extantib. patri nihil debetur. caſus eſt in d.
§.cum inter.Non poteſt reſponderi. Non reſponderet Apollo.
Et ſi tu ſcis,dicas per vnum verbum ſenſatũ, & ſapidũ. dicer ali-
quis,imo eſt caſus in d.l.Bebius.quia ibi filia Marcelli vxor Ma-
rili teſtatur iure prælegati,nõ ex pacto tacito,vt ibi in verbo.fi-
deicommiſſi.Aduerte,ne belles,ſicut bellauit ille Marilus:nam

argumentū à cōtrario ſenſu ſumitur in eadē cōditione, nō in a-
lia.v.g. ſi in caſu diuortij arguitur à contrario, ſi cum liberis, &
ita etiam ſi in morte ſit inſerta conditio. ſi nō ſimiliter in mor-
te erit contraria conditio, ſi ſic. Sed vbi in caſu mortis concipi-
tur, & nō morte, ſed diuortio ſoluitur, vel econtra, ſicut nō ha-
bet locum expreſſum propter diuerſam ſpeciem caſus, ita nec
tacitum à contrario ſenſu, & quia in d.l.Bebius. pactū erat for-
matum in caſu mortis, & non extitit ille caſus, ſed diuortij, me-
rito fuit neceſſariū prælegatum, licet hodie non eſſet neceſſa-
rium, per l.C.de rei vx.act.l.1.§.videamus. ſufficit tibi, ſi tu non
intelligis plus, authoritas dictorum doctorum.† Ego dixi, ꝙ ar-
8 gumentum à contrario ſenſu ſumitur à contrarietate cauſæ ſi.
ff.de pac.l. tale pactum.§.fi. de iſto argumento ego plenè dixi in
l.conuenticulam.C.de epiſ.& cle.& in l.apud antiquos. in l.te-
ſtamento.§.mulier.de teſt.alias ſequitur, ꝙ propter liberos dos
reſtitueretur, & ſine liberis retineretur, quod non diceret v-
num pecus. vide ergo, quæ ſtuduiſti in l. dos à patre. cum gloſ.
ſua.C.ſol.mat.ſatis dixi, & nimis: quia contra verboſos noli cō-
tendere verbis. Conſilium ergo meum confirmo cum proprio
ſigillo. Et ſi de alio dubitatur, rogo mihi reſcribatis: quia nun-
quam conſulo ſomnians gratia Dei. hoc enim facio non tam
propter honorē mundi, quam propter conſcientiam, & ipſius
veritatis inquiſitionem: & tamen nō ſum ita ſtultus, ꝙ ſemper
non ſubmittam me ſententiæ habentium ſenſum legum, à qui-
bus ſemper cupio doceri, nec verecundor diſcere. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCLXXVIII.

1 *Adminiſtratio in ſpiritualibus in quo conſiſtat.*
2 *Adminiſtratio in temporalibus in quo conſiſtat.*
3 *Viſitator datus à Papa omnia poteſt per ſe, vel per alium, quæ poteſt epi-ſcopus, ſaluo quod non poteſt alienare bona immobilia.*
4 *Quæ ſint de lege iuriſdictionis, vel diœceſana.*
5 *Clauſula temporalium, & ſpiritualium multum reſtringitur in vicario epiſcopi.*
6 *Vicarius epiſcopi licet non poßit priuare quem beneficijs ſuis: tamen bene poteſt declarare poßidentem non habere iuſtum titulum in beneficio.*
7 *Poteſtas ſpiritualis gladij in quo conſiſtat.*
8 *Appellatione cenſuræ non comprehenditur depoſitio, vel degradatio, & quæ contineantur.*
9 *Animaduerſio eccleſiaſtica quæ ſit.*
10 *Habens poteſtatem iudicandi intelligitur habere ordinariam.*
11 *Animaduerſio, & mucro eccleſiaſticus quid ſint.*
12 *Cenſura eccleſiaſtica quid ſit, & ſeueritas canonica, & quæ contineatur.*
13 *Mucro quotuplex ſit.*
14 *Patriarcha an poßit clericos delinquētes beneficijs priuare, & cogere clericos, vt doceant de eorum inſtitutione canonica.*
15 *Patriarcha quid poßit facere.*

Præmittendum eſt, ꝙ quandoq; cōcedi-
tur adminiſtratio in
tpalib.& ſpiritualib. de ele.c.cum nobis olim & c. nihil eſt. in fi.
de reg.iu.c.cum inter. de reli.dom.c.cum ven. de priu.c.q̃m. ne
cle.vel mo.c.fi.li.6.Qñq; conceditur in tpalib.tm̃, de off.del.c.
vene. de ele.c.indemnitatib. de ſup.ne.præla.c.pe.& vlt. Qñq;
cōceditur adminiſtratio in ſpiritualib. tm̃, de temp.ord.c.cum
nullus.li.6. Quandoq; conceditur adminiſtratio ſimpliciter, de
off.vi.c.2.& 3.de conſue.c.non putamus.de off.ord.cap. Roma-
na.de appel. c.Romana.de off.deleg. c. ſi contra vnum. in fi. de
præb.c.ſtatutum.de hær.c.vt officium, & c.fi.li.6.facit de inſti.
1 cap.3.de frigidis.c.1. † Secundò præmittendum eſt, ꝙ admini-
ſtratio in ſpiritualib. conſiſtit in hoc, videlicet excōmunicare,
ſuſpendere, interdicere, conferre beneficia, inſtituere, confir-
mare, eligere, præſentare, viſitare, corrigere, & punire, collatio
ſacramentorū tota poteſtas fori pœnitentialis in diſpenſatione
votorū commutatio facit, de ver.ſig.c.quærenti. de re iud. c. ad
probandū.ne præla.vi.ſu.eo.tit.de ſimonia.c.1.cum in eccleſia.
c.inſinuante.c.eaq; veniens.c.ex tuæ.c.ad aures. de regularib.c.
cum audiuimus.omnia enim, quæ ſpiritualia ſunt, cum per ali-
quē capacē ſpiritualium exercentur, dñtur exerceri ex admini-
ſtratione ſpirituali, de iud.cap.decernimus.& c.quanto.de ord.
cogn.c.tuā. qui fi.ſint leg.c.lator. Et quæ ſunt ſpiritualia, patet
de rel.do.c.conſtitutus.de ele.c.maſſanna. & c.ſane. de conſt.c.
cum rem.de ſen.exc.c.iudex laicus.li.6. & in cle. diſpendioſam.
de iu. facit. 11.q.1.in ſum. Adminiſtratio ergo in ſpiritualib. co-
gnoſcitur ex natura eius, ꝙ adminiſtratur: qa illud eſt ſpirituale,
2 ergo adminiſtratio eſt ſpiritualis, & de re ſpirituali. † Admini-
ſtratio vero in temporalib. conſiſtit in iudicio, & extra iudiciū.
In iudicio, qñ ſuperior habet ciuitatē, vel caſtrū, in quo habe-
bat temporalē iuriſdictionē pleno iure, quo ad merū, & miſtū
imperiū, & omnē iuriſdictionē pertinet, de foro comp. c. con-
queſtus.ne cle.vel mo.c.vlt. vel habet iuriſdictionē certā, & li-
mitatā, de for. comp.c.cum contingat.de off.ord.c.dilectus. de
præſcr. c.ad audientiā. Extra iudiciū autem conſiſtit hæc admi-
niſtratio, ſicut eſt omnis ſpecies alienationis. Item locare, aren-
dare, vel ad firmā dare cenſus, redditus, & penſiones recollige-
re, facit de reb.eccl.l.ſi quis preſbyterorū, ne præla.vi.ſu.c.1.de
reb.eccl, cle.pri.C.de admin.tu.l.lex, quæ tutores. Sciendū autē
eſt, ꝙ licet ea, quæ dicta ſunt, contineantur ſub clauſula illa, in
temporalib. & ſpiritualib. tamen ſecundum diuerſitatem per-
ſonarum reſtringitur ſignificatio. Quandoq; plurimum, quan-
doq; ſatis, quandoq; modiciſſime: nam reſtringitur in perſona
3 viſitationis, & adminiſtrationis datæ à Papa. † nam ille per ſe,
vel alium omnia poteſt, quæ poteſt epiſcopus, ſaluo ꝙ non po-
teſt alienare bona immobilia eccleſiæ, de elec.c.is cui.li.6. Epi-
ſcopus autem poteſt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, & ordinis,
4 habetur, de ele.c.tranſmiſſa. † Item poteſt omnia, quæ pertinēt
ad legē iuriſdictionis, & ad legē diœceſanam, & quæ ſint de lege
iuriſdictionis, vel diœceſana, habetur de off.or.c.conquerente.
& c.dilectus.& per Inn.de ſta.mo.c.1.ſed in perſonā capituli.ſe-
de vacante clauſula ſpiritualiū, & temporalium plus reſtringit,
quā in viſitatione.nā non poteſt conferre, eligere, vel præſenta-
re.& multi ſunt caſus, de quib. dubitatur, an tranſeant in capi-
tulū vacan.ſede.ſiue ſunt ſpiritualia, ſiue temporalia. ſiue exer-
ceātur in iudicio, ſiue extra, ne ſe.va.c.1. & vlt. de quo plene per
5 Inn.de ma.& obe.c.vnico.li.6. † plurimū autē hæc clauſula re-
ſtringitur in perſona officialis, vel vicarij gñalis epiſcopi, cui ſi-
bi gñaliter tale officiū committitur, ſi ex tali cōmiſſione poſſit
cognoſcere de cauſis ciuib.temporalib. vel ſpiritualib. vt in c.2.
de off.vic. li.6. de fri.c.1. & etiā poteſtatē habeat ſuper his, quæ
habentur, de hær.c.vt off.in fi.& c.fi.tñ non habet poteſtatē in-
quirēdi, corrigendi, aut puniendi aliquorū exceſſus, ſeu aliquos
à ſuis beneficijs, vel ab adminiſtrationib. amouēdi: vt d.c.2. nec
ēt pt̃ beneficiū conferre, vt c.fi.eo.tit.de off.vic.li.6. inde tñ pōt
vicarius inſtituere, & confirmare, vt ibi dicit gl. & eſt caſus de
6 inſti.c.3. † Notādū aūt eſt, ꝙ licet vicarius epiſcopi nō poſſit ꝑꝑ
crimen quē à beneficijs ſuis priuare, tñ bene poſſet declarare
poſſidentē beneficiū nō habere iuſtū titulū in beneficio, cū per
modū actionis hoc petat. Et ſic actio perſonalis, facit. ꝙ no. In.
de elec.c.querelā.& ꝙ no.Io.vt lit.nō conte. c.q̃m.§. porro. cū
enim vicarius epiſcopi cognoſcat de matrimonio carnali, de
frig.c.1.ergo de ſpūali, vt dicit Io.An.in d.c.2.de off.vic.li.6. Sed
circa ꝓdicta aduertēdū quo ad duo cōtenta in dictis literis apo-
ſtolicis. Primo quo ad iuriſdictionē ſpiritualē conceſſam domi-
no Patriarchæ per dñm Papā, dū dicit, nos volentes ſpūalis gla-
dij ptātē ſubiri, ſpiritualē iuriſdictionē in eadē prouincia liberè
7 exercere valeas. † circa ꝙ ſciendū, ꝙ ſpiritualis gladij ptās videt
cōſiſtere ſolū circa ſniam cenſuræ, de ſent.exc.c.dilecto.vbi gla-
dius ſpūalis, & eccleſiaſticus ſumit pro ſnia cenſuræ. Sub noīe
aūt cenſuræ venit excōmunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, de
8 ver.ſig. c.quærenti. † Et ibi dicit Io. ꝙ appellatione cenſuræ nō
cōprehenditur, depoſitio, vel degradatio. illæ em̃ pœnæ ſunt o-
dioſæ, & ideo reſtringendæ, de reg.iur.c.in pœnis. Illæ vero, de
quib. loquit decret.quærenti.ſunt fauorabiles. Itē illæ ſunt tpa-
les, iſtæ vero ꝑpetuæ, licet aūt ex vi illius clauſulæ alia pœna, quā
ibi tex.exprimat, cōtumacē punire nō poſſit, ipſe Patriarcha ex
vi tñ cōmiſſionis iuriſdictionē, & ſic correctionē recipit, quare
pœnā ſcriptā in iure pt̃ infligere.& vbi certa nō reperitur, mul-
ctare, arbitrari, & puniri, de off.deleg.c.de cauſis.& ſic intelligi-
tur c.pro humani.de homi.li.6. ſed aliter vr̃ intelligi dicta clau-
ſula, nam Papa volens cultū iuſticiæ in illa prouincia ſeruari, vt
ſubiecti in pace quieſcant, vt via delinquendi audacib. præclu-
dat, ſimile de off. præſi.l.cōgruit. volens prouinciā ipſam ſpiri-
tualis gladij ptāte purgari, iuriſdictionē ſpūalē eidē Patriarchæ
debuit dare, pt̃ igit dñs Patriarcha delinquentes animaduerſio-
nis eccleſiaſticæ mucrone ferire: hoc em̃ pertinet ad cultū iuſti-
9 ciæ, C.de pœnis.l.ſancimus.de off.præſi.l.cōgruit.de his, q̃ fi. à
ma.par. c.quæſiuit. Animaduerſio † eccleſiaſtica qñq; denotat
multarū pœnarū impoſitionē, vt patet in c. pro humani. de ho.
lib.6.vbi dicit Io. ꝙ licet appellatione cenſuræ non continean-
tur niſi tria, de quib.in d.c.quærenti.illud intelligitur, qñ ſcribit
delegato, vel quo ad ipſius iuriſdictionē, qui plus non pt̃, ſi plus
non pona-



nō ponat in litera. vnde nō poterit bñficijs priuare, deponere,
nouā mulctā indicere, nec alias pœnas infligere, de quibus lo-
quit d.c.pro humani.licet poſſit ſubdelegare, & in expēſis con-
demnare.de offi.deleg.c.in literis.de do.& contu.c.2.de eo, qui
mitti.in po.c.2.tñ eccleſiaſticus ordinarius omnia poterit, niſi
prohibetur, de cler. non reſi. c.ex tuæ. vnde cum epiſcopus iu-
riſdictionē habeat, & ꝓ tribunali illā poſſit exercere, ergo mul-
10 ctare pōt, de iudi.l.2.§.fi.non ob.l.2.in prin.de iu. om.iu. † nam
qđ ibi dr̃, ꝙ magnā pœnam infligere poteſt, qui poteſtatē habet
iudicādi, intelligit de ordinaria poteſtate, ff.de verb.ſig. l.aliud.
& l.ſi qua pœna.pōt ergo ordinarius punire in pecunia, de deli.
pue.c.2.de offi.ord.c.dilectus.& hæc eſt cōdigna animaduerſio,
de pœnis c.dilectus.dum tñ caueat, ꝙ ꝑꝑ quæſtū pecuniæ non
ſuſtineat ſubditos in delictis, de pœnis. c. licet. de offi. ord. c.ir-
refragabili.ad fi.ſi ergo credatur melius ꝑ tēporalem, quā ſpiri-
tualē pœnā ſubditū corrigi, ſecurè illā infligat, vt d. c. ꝓ huma-
ni. vbi de hoc per Io. Et qa eccleſiaſticæ animaduerſionis mu-
11 crone feriri poſſunt delinquētes, † notandū, ꝙ iura quandoque
dant alicui poteſtatē animaduertendi, q̃ animaduerſio ſumitur
pro cenſura eccleſiaſtica. quandoq; iubēt quē percelli mucro-
ne eccleſiaſticæ diſciplinæ, 16. q.2. viſis. in fi. de pur.ca. c.inter.
vbi exponit mucrone.i. degradatione. In eccleſia enim Dei eſt
12 duplex mucro, tēporalis & ſpiritualis, de ſent.excō.c.dilec. † eſt
& cenſura eccleſiaſtica, q̃ continet illa tria, de quib.in c. q̃renti.
de ver.ſig.& ſeueritas canonica, q̃ conſiſtit circa pœnā tēpora-
lē, de pœnis.c.in quibuſdā eſt eccleſiaſtica animaduerſio, q̃ con
ſiſtit circa degradationē, & curiæ ſecularis traditionem, de ver.
13 ſign.c.nouimus.vt dicit Arch.de exce.c.cum quidā.lib.6. † licet
autem in eccleſia Dei ſit duplex mucro.ſ. ſpiritualis. 15. q.6.c.&
auct.& de ſen.excom.c.dilecto.li.6.tñ magiſtraliter poteſt dici,
ꝙ ſpiritualis ſubdiuiditur, & eſt duplex, vnus eradicans, & mor-
talis.ſ.degradatio, de pur.c.inter.de homi.c.pro humani. Alius
diſciplinans, ſeu medicinalis.ſ.excōmunicatio.2.q.1.multi. quæ
etiam in mucrone dicit, 16.q.2.viſis.de rebus eccle.non alie. c.ſi
qs preſbyterorū.& de hoc duplici mucrone loquitur de ſen. ex-
cōmunica.c.cum medicinalis. lib.6. Primo dicitur mucro era-
dicans, ſiue mortalis, quia non tantū ad correctionē, ſed etiam
ad punitionem infligitur, & cum tali de facili non diſpenſat, de
cleri.non reſi.c.ex tuæ. Et eſt iſte mucro epiſcopalis ſpecialiſſi-
mus, vnde nullus non ordina. in epiſcopū vibrare poteſt, de e-
lec.c.tranſmiſſa. Scđò verò dicitur mucro: quia hominē à Deo
ſeparat.i. ſeparationem declarat à cōmunione hominum. 3. q.
4.c.vlt.11.q.3.cum excōmunicato.de cleri. excom. c.ſi celebrat.
dicitur autē diſciplinans, & non mortalis, quia non ad punitio-
nem, ſed ad correctionem tantùm vibratur, 2.q.1.multi. 24 q.3.
notādum.de quo per Ioan.in d.c.dilecto.per Io.de pur. c.inter.
14 His ergo ita præmiſſis videtur de iure dicendū, † ꝙ cum dictus
Patriarcha ſit vicarius generalis in temporalib. in Ducatu Spo-
letano, & ſic beneficio domini Papæ habeat in prouincia tem-
poralem, & ordinariā iuriſdictionem. Et inſuper & ordinariam
& ſpiritualem, vt dicit Spec.in ti.de offi.ord. ꝙ poſſit delinquen
tes beneficijs priuare, cum illa clauſula ſpiritualis iuriſdictionis
ſit ad punitionem criminum adiecta, fortius declarare tenen-
tes beneficia, quia non habent canonicum titulum, non habe-
re canonicam inſtitutionē.& hoc ſecundum ponit Ioan. in d. c.
2.de offi.vica.lib.6. Ei autē, quod dixi, ꝙ ratione criminis poſſit
beneficijs priuare, multum ob.d.decre.2.de offi.vi.li.6. & quod
no. Ioan.de offi.vica.c.fi.vbi dicit, ꝙ vicarius Papæ deputatus in
15 vrbe nō pōt ratione criminis à beneficijs remouere. † Sed cer-
tè iſta iura non obſtant: quia ex quo dñs Patriarcha habet in to-
ta prouincia ordinariā tēporalem, ratione cuius ordinariæ ha-
bet merū, & mixtum Imperiū, vt infra dicetur. & ſic pōt de cri-
minib.cognoſcere, & punire, ergo à beneficijs remouere. non
ob.c.2.quia ibi non poterat de criminib.cognoſcere, nec puni-
re, ergo nec à beneficijs amouere: cū talis amotio veniat ratio-
ne criminis.cum enim pronuntiatione cauſæ dicatur beneficio
priuatus, qñ tale eſt crimen, propter quod beneficio priuatur,
& dicit Inn.de accu.c.cum oporteat.& c.qualiter.de fo.compe.
c.poſtu.& ſi nō poteſt de crimine cognoſcere, ergo nec benefi-
cio priuare.ſ.dominus Patriarcha, qui eſt vicarius in temporali-
bus, habet illam iuriſdictionē, quam habēt vicarij de iure com-
muni, & de cōſuetudine: de iure cōmuni vr̃ tranſlatum merum
Imperiū, qđ eſt delegabile [illegible] no.de raptorib. c.in Archie-
piſcopatu.ne cle.vel mo.c.vlt.li.6.& facit, quod no. Gul. in Spe.
de iu.om.iudi. Itē habet illā poteſtatē, quā habēt vicarij ex con-
ſuetudine, q̃ conſuetudo dat, & ampliat iuriſdictionē.l.3.de e-
man.li.de iu.c.nouit.de fo.compe.c.cum cōtingat. Et notandū
ꝙ temporalis iuriſdictio attributa dño Patriarchæ in ciuitate
Spoletana in ꝓuincia Spoleta. Ducatus includit clericos, & lai-
cos, de fo.comp.c.dilecti.vbi caſus, facit quod no. Io. de offi.de-
le.c.fi.li.6. Non ob.de reſcr. c.ſedes. quia ibi fuit facta expreſſio
de laicis, ideo in generali clauſula nō includūtur clerici, cū ſint
digniores, & quēadmodū illa tēporalis iuriſdictio includit cle-
ricos, ſic & ſpiritualis attributa di.d. Patriarchæ. Et ex illa com-
miſſione apoſtolica dico dñm Patriarchā habere ordinariā, &
merum Imperiū in prouincia. ff.de offi.præſi. l.illicitas. §.qui v-
niuerſas. facit C.de epiſ.& cle.l.raptores C.de appel.l.præcipi-
mus. C.de rap.vir.l.vnica. q̃ leges de vicario loquuntur. Et ideo
ex illa poteſtate pōt clericos delinquētes beneficijs priuare, &
pōt cogere clericos vt doceant de eorū inſtitutione canonica,
de offi.ord c.ordinarij. lib. 6. de reg.iu.c.1.de proc.c.ex inſinua-
tione.& pōt declarare poſſidētes beneficia non habere iuſtū ti-
tulū in beneficijs, qñ non apparet de eorū canonica inſtitutio-
ne, vt d.c.ordinarij.vel ſi in beneficijs ſe intruſerint, de præben.
c.eum qui.li.6.vel ſi titulus ſit reductus ad non titulū: vt qa ſint
priuati beneficio per ſententiam iuris, vel hominis, de ſentētia
iuris patet de præben. c.de multa. & in extrauag. c. execrabilis.
de ſentētia hominis patet de dolo, & cont. c.veritatis. de exceſ.
prælatorū.c.ex literis. Poſſet autem dominus Patriarcha facere
capere delinquentes ratione illorum criminū, & eos in carce-
rib.facere detrudi, de pœni.c.quamuis.lib.6.de ſen.exc. c.ſi cle-
ricos.& inſuper cogere clericos, qui nullum habent titulum in
beneficijs, & ad reſtitutionē fructuū. Idē ſi habuiſſent titulū in
beneficijs, & titulo reducto ad nō titulū per ſententiā iuris, vel
hominis, tales clerici fructus percepiſſent. de cauſa po. c. cū ſu-
per.de præben.c.dilecto.de iure pat.c.cum dilectus. facit, quod
not. Inno.de reſti.ſpo.c.in literis. in glo.magna. ver.quinimo. cū
multis ſimilibus. Ego Bald.de Peruſio.

CONSILIVM CCCCLXXIX.

1 *Pater quando dotat, & ſtatim ſtipulatur reddi ſibi, & hæredibus ſuis, an eo mortuo dotis actio conſolidetur filiæ viuenti.*
2 *Pater an præſumatur in dubio dotare de bonis ſuis, vel filiæ.*
3 *Pater an poßit filiæ in dote ſubſtituere.*
4 *Naturalibus tantùm non debetur legitima.*

1 Quando † pater dotat, & ſtatim ſtipulatur ſibi, hære-
dibusq; ſuis, an eo mortuo dotis actio con-
ſolidetur filiæ ſuperuiuenti, variè ſcriptum eſt, per doct. de rei
vxor.ac.l.1.§.videamus. ſed veritas eſt, ꝙ ſtipulationis tenor va-
let. C.communia vtriuſq; iudi.l.1.& plenè no.per Bart.in l. poſt
dotem.ſol.mat. Et hoc quando pater dotat filiā de proprio pa-
trimonio ipſius patris: quia licet teneatur ad dotandum, tamen
lex permittit ſibi ſtipulari, ff.ſol.mat.l.quot. ſed ſi pater dotat fi-
liam de bonis filiæ, cogitur pater cedere filiæ, & ſuis hæredibus,
2 ff.manda.l.idemq;.§.ciui. † In dubio præſumitur dotata de bo-
nis patris, C.de do.promiſ.l.fi. Sed ſtatutum decidit contrariū,
ꝙ de bonis mulieris. quod intelligo, niſi in inſtrumento fieret
expreſſa mentio, ꝙ de bonis patris. arg. in auth. de æqualita. do.
§.1.in gl. nam præſumptione ſtatuti poteſt per confeſſionē con-
trariam derogari, vnde iſtud ſtatutum multum facit pro hære-
dibus mulieris. Item facit pro eis aliud ſtatutum ſub rubrica, ꝙ
filiæ, & nepotes. ibi dum dicit, & prædicta non intelligantur in
dotib. vult enim ſtatutum, quòd in dote filia non teneatur ſe-
qui iudicium patris. ad idem C. de inoffi.teſt.auth. vnde ſi pares.
3 & l.fin.ff.de colla.dotis. † Et hoc pertinet ad ſecundū punctum,
an filia poſſit ſubſtitui in dote. Nā ſi eſt à patre profecta, poteſt
ſubſtitui quantum eſt ſupra legitimam, aliàs non, ff.de leg. 2.l.fi.
§.filiæ.ff.ad Treb.l.filia.& l.Lucius.§.filiam.& §.maritus. ſi autē
eſſet aduentitia, pater ſubſtituere in ea non poſſet. Item ſi pater
dedit dotē, & non fuit eā ſtipulatus, ſibi non poſſet ſubſtituere,
quia ceſſante ſtipulatione conſuetudo dat eā liberis, vt not. in l.
dos à patre. C.ſol.mat.& C.de colla.l.illā. viſo tenore ſtipulatio-
nis, qa non dicit, de cuius bons.& viſo ſtatuto, ꝙ ꝓſumatur data
de bonis filiæ, ꝓ hæredib.filiæ, ſentio, ſed de iure cōmuni ſtandū
eſſet dicto Dy.& Cyn.in d.§.videamus.& Bart.in d.§.maritus. ſ.
4 ꝙ vltra legitimā potuerit, grauari. † Sciendū eſt aūt, ꝙ relictum
filijs naturalib.tm̃ nō reputat ex alieno: qa ex teſtō pater nil re-

netur eis relinquere, vt no. ff. ad Treb. in prin. in gl. quæ incipit, ſubaudi. vnde naturalibus tãtùm nulla debetur legitima, & eſt glo. ſingularis. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCLXXX.

1 *Prædoni etiam deponenti reſtituenda ſunt ſpolia.*

2 *Dominus horrei habens frumentum alicuius in horreo, ſi nõ habet clauem, non tenetur acceptare ſequeſtrum, & vnde non tenetur.*

1 Iſta quæſtio † determinari poteſt per legem, bona fides. §. incurrit. ff. depoſiti. vbi dicit, quòd etiam prædoni reſtituenda ſunt ſpolia, quæ depoſuit, ſecus ſi dominus non petijt, ſed hic dominus non petijt, & ſequeſtrum fecit, cum haberet iuriſdictionem, & poteſtatem, imo & manus iniectionem in rem ipſam. malè ergo fecit ſequeſter reſtituendo, & tenetur domino reſignare rem ſequeſtratam, l. o-
2 leum. ff. de dolo. In contrariũ facit, † quia licet frumentum eſſet in eius horreo, non tamẽ habebat detentionem aliquam, cum clauem horrei haberet poſitor frumenti, & eſſet in poteſtate, vt leg. & no. de leg. ſecund. l. Titia. §. Caius. vnde ille potuit nolle eſſe ſequeſter, nec tenebatur acceptare officium ſequeſtri litigioſi, nec ſe liti implicare, C. de iure dominij impe. l. fin. ad fin. Quapropter ſi ita eſt, dominus horrei non tenetur: quia nunquam habuit in ſua poteſtate frumentum, nec tenebatur inuitus ſuſcipere officium ſequeſtri, & maximè facti ſine vlla cauſæ cognitione. Iſte autem, qui accepit, & vendidit, vel accepi, vel vendi fecit, proculdubio tenetur. facit quod no. Inn. de teſta. c. cum in offi. precario autem concedens, vel locans horreum nõ tenebatur de facto reſiſtere extrahenti frumẽtum, quod ibi repoſuerat, & tenebat, & poſſidebat, præſertim ſi ignorauit, quando extrahebatur, ſed ſi dominus horrei poſſediſſet, tunc nõ debebat reſtituere, vt no. C. depoſiti. Ego Bald.

### CONSILIVM CCCCLXXXI.

1 *Legatum alimentorum ad vitam alicuius pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus conditionale.*

2 *Poſſunt teſtes recipi, & publicari ſuper legato conditionali, vel in diem ad perpetuam rei memoriam, ſi receptio teſtium tenuerit.*

3 *Notarius ex vi tabellionis non reciperet teſtes ad perpetuam rei memo. ſed bene ex commiſſione iudicis.*

4 *Commiſſio receptione teſtium facta per iudicem notario habet vim interlocutoriæ.*

5 *Debitor alimentorum nõ liberatur, licet legatarius, cui ſunt relicta aliunde vixerit.*

6 *Teſtes quando recipiuntur ad perpetuam rei memoriam, cauſa dicitur ordinaria, & non ſummaria.*

7 *Actio an oriatur ex dictis teſtium.*

Infraſcripta ſunt omnia & ſingula acta, agitata, & in cauſa habita per Nardutiam, & Catherinam filiam quon. Petrutij Auguſtini de terra Malleani ſorores, & hæredes quondam Ioannis filij quondam d. Petrutij Auguſtini cum Franceſchina vxore quon. d. Petrutij Auguſtini, & matre d. Ioannis.

Copia libelli.

Coram vobis nobili viro Iordano de Piſtionib. de vrbe vete. poteſtate terræ Malleani per populum Romanum ſpecialiter deputatum, & veſtræ iuriſdi. Nardutia, & Catherina filiæ quondam Petrutij Auguſtini, & ſorores quondam Ioannis Petrutij Auguſtini, reuocando procurat. eorum proponunt; & agunt contra, & aduerſus Franciſcam vxorem quondam Petrutij Auguſtini hæredẽ abinteſtato d. Io. & contra quamlibet aliã perſonã legitimè interuenientẽ pro ipſa in iudicio, dicentes, ꝙ Io. Petrutij Auguſtini filius quon. d. Franc. & quon. frater carnalis dictarum Nardutiæ & Catherinæ, anno dñi 1384. indi. 7. tẽpore ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri D. Vrbani diuina gratia Papę VI. men. Maij die 23. infirmus corpore, mente tamẽ ſanus in præſentia infraſcrip. teſtium, videlicet Angeleli, Tutij, Nanni, Andreutij, Nardutij, Falconetæ, Hennufrij, Pangratij, D. Angeli, Petrucij, Cechareli, Rolandi Clerici, Angelelli, Ioannis Fuxicæ, Antonij, Magiſtri Ia. Patrochi, Ioannis, Magiſtri Iacobi, Do. Angeli, Ant. Io. Lellecula Lellæ, & fratris Tutij de Anania de ordine heremitarum, & prioris loci ſancti Iacobi de Malleano ad infraſcripta ſpecialiter habi. & roga. talem ſuam vltimam voluntatẽ, & diſpoſitionẽ fecit, videlicet ꝙ prædictis Narduciæ, & Catherinæ ſororib. ſuis iure legati reliquit toto tempore vitæ earum, & cuiuſque ipſarum continuum habitaculum, ſiue receptaculum in vna domorum ipſius Ioannis poſita in contrata S. Ioãnis, quod etiam toto tempore vitæ earum Nardutię & Cath. de bonis ſuis proprijs gubernarentur. Et hoc poſt mortem Auguſtini dictarum Nardu. & Cathe. & ipſius Io. communis fratris. quam diſpoſitionem & voluntatem d. Io. valere voluit iure vltimæ volũtatis, & diſpoſitionis; ac omni modo iure, & cauſa, quibus melius potuerit. dicunt etiam, & narrant prædictæ Nardutia & Cathe. ꝙ prædictus fuit præſens, & prędictis conſenſit Franciſca mater d. Io. dicentes etiam, ꝙ poſt prædicta d. Io. deceſſit, iam ſunt tres men. & plus ſuperſtite, & viuente d. Franciſca eius matre, & ſuperſti. & viuentib. d. Nardutia & Cathe. eius ſororibus ex vno parente tantùm, videlicet patre, & etiam ſuperſtite & viuente d. Auguſtino, dicentes etiam poſt prædicta, ꝙ deceſſit d. Auguſtinus ſuperſti. & viuentib. dictis Nardutia & Cathe. eius ſororib, quæ nunc viuunt, & ſuperſtite & viuente d. Fran. dicẽtes etiam, ꝙ d. Fran. aſſeruit & dixit, & affirmauit, & dicit, ꝙ hæreditas d. Io. quondam ſui filij fuit ſibi delata, & ꝙ ipſa fuit & eſt hæres d. Io. & ꝙ d. Franc. hæreditatẽ quondam Io. ſui filij adiuit, & quòd pro ipſius hærede ſe geſſit. dicentes etiam, ꝙ d. Franc. hæres prædicta quondã d. Io. ſui filij ceſſat tradere, & aſſignare eis habitaculũ vnius ex domib. d. Io. poſitis in contrata prædicta S. Io. & etiam eas Nardu. & Catherinæ alere de bonis quon. d. Ioan. ſecundum ꝙ d. Io. diſpoſuit & reliquit, vt ſuperius eſt expreſſum, & nunc ceſſat indebitè, & iniuſtè. & cum prædicta vera ſint, ideo d. Nardu. & Cathe. non reuocando procura. earum petunt per vos dominũ poteſtatem prædictum, & veſtram ſententiam prædictam Franc. hæredem prædictam d. quon. Ioannis pro nuptijs debuiſſent & in futurũ debere tradere & aſſignare d. Nardutiæ & Catherinæ habitaculũ vnius ex domib. prædictis quon. d. Io. poſi. in contrata prędicta, ac etiã ipſas Nard. & Cathe. debuiſſe & debere in futurum gubernare de bonis quon. d. Io. toto tempore vitæ ipſarũ Nard. & Cather. & cuiuſlibet earum, ac etiam ad tradendum, & aſſignandũ eis Nardu. & Cathe. habitaculũ prędictũ ad gubernandum ipſas Nardu. & Cath. de bonis pdictis d. Fran. hæredẽ prædictam tam pro præterito tempore, pro quo æſtima. omnibus computatis communi æſtimatione pro quolibet men. 10. flore. & etiam pro futuro condemnari, & condemnatas cogi. Et prædicta petunt per vos fieri ſecundum ius, & formã ſtatuti, & ordi. dictæ terræ Mallea. & omni modo, via, iure, forma, & cauſa, quibus melius poteſt cum expenſis factis, & fiendis vſq; ad finẽ cauſæ, ſaluo eis Nardutiæ, & Cathe. ſemper iure adeundi. Et ad verificationem & probationem prædictorum inter alia d. Nardu. & Cathe. intendunt producere, & producunt publicum inſtrumentum ſcriptum, & publ. manu Romani Nardoli de Caluis de Vrbe nota. pub. Aſſerta exhibita, & producta fuit præſens petitio vnà cum quodam inſtrumẽto ſcripto manu Romani de Caluis notarij publ. coram nobili viro Iordano de Piſtio. poteſtati prædicto pro tribunali ſedente, &c. per Nardu. & Cathe. ſupradictas ad rei memoriam, pręſente Fran. ſupra dicta citata perſonaliter per lib. caſtri cõmunis Malleani, & cunctis dicti domini poteſtati iuriſdictis, & copiam huius libelli recipientis. Qui dominus poteſtas. d. Fran. præſenti, & audienti ſtatuit, & præfixit terminum 8. dierum proximè futurorum ad opponendum, & aliàs faciendum ſecundum formã ſtatuti cõmunis Malleani. & petente etiã eas anteceden. ad receptionẽ dicti libell., qui dictus poteſtas admiſit ſi, & in quantũ teneretur, & de iure debet. Corã vobis nobili viro Iordano de Piſtionib. de vrbe vet. ptãte terræ Malleani, & veſtra. curia. Fran. quondã Petrutij Aug. de d. terra Mallea. non reuocando procu. ſuos, & q̃ aſſeritur per infraſcriptas Nardu. & Cathe. hæredẽ eſſe Ioãnis quon. filij d. Petrutij, excipi, & excipiẽdo opponit contra, & aduerſus Nardu. & Cathe. aſſertas ſe filias d. Narducii Petrutij, & contra quendam libellum, ſeu petitionẽ, ſi ſic dici poſſent, exhibita coram vobis pro parte dictarum Nard. & Cath. In quo, in ſumma videtur petere à d. Fran. vt hærede, quoddã relictum cuiuſdam habitaculi cuiuſdã domus, & certorum alimentorum, in quib. in dicto libello ſic dici põt, & prout in eo fit mẽtio, & de quo dicitur apparere in actis veſtræ curiæ, & contra pdicta quoddam publicũ inſtrumẽtũ ipſe aſſeruit fore ſcriptũ, & pub. manu Romani Nardoli de Caluis nota. vt ipſe aſſeruit, publicum, dicens d. D. Franc. dictũ libellũ ſeu petitionẽ nomine libelli petitionis nõ mereri, & dictum inſtrm, qđ aſſerit per ipſas in iudicio fore pduc. eſſe inefficax. & prorſus nullius valoris, cauſa maximè, & rationib.



rationib. infraſcriptis. Et primò, q̃a dictus libellus, ſeu petitio, ſi ſic dici poſſunt, eſt incertus, alternatꝰ, generalis, & obſcurus in plurib. partibus ipſius, vt ex lectura ipſius euidenter apparet, & maximè in illa parte. vbi dicitur, habitaculũ ſiue receptaculum. nam dictio, ſiue, de iure alternatiua eſt. & alternatiua obſcuritatẽ de iure parit, vt in plurib. alijs partib. ipſius: & maximè vbi dicitur, in vna domorũ ipſius Ioannis. & non declaratur, de qua nec ponuntur confinia, quod fieri de iure debuit. & ſic dictus libellus, ſeu petitio non procedit. Item ſaluis præmiſſis, ꝙ dicta cauſa inchoata per dictas Nardu. & Cath. eſt ordinaria, & ſic nõ debuerunt petere per vos pronuntia. quia pronuntiatio nõ requirit litem conte. quod cauſa ordinaria, ſi libellus procederet, requirit litẽ conte. Itẽ ſaluis pręmiſſis, quia vt ex tenore dicti libelli, ſi ſic dici poteſt, petunt d. Nard. & Cath. alimenta pro tempore præterito, quod facere non potuerunt conſiderato maximè, ꝙ ipſæ non vixerunt de vento tempore præterito. Itẽ ſaluis præmiſſis, quia narratio, prout narratur in eo, & cõtenta prout continetur, vera non fuerunt, & non ſunt, quam exceptionem præſcriptionis, non animo litis conteſtandæ d. Franc. non pponit, ſed ſi dictus libellus procederet, quod nõ credit, cõtentatur d. Fran. ꝙ lis conteſtetur ſup ipſo ſuo cõgruo loco & tẽpore. Itẽ ſaluis præmiſſis, quia dictum ſcriptũ, vt dicitur, manu d. Roma. qui aſſeritur notarius fuiſſe, non procedit, pro eo maximè; quia commiſſio notarij, vt examinaret teſtes, ad examinandum non poteſt fieri de iure, quãuis quantũ ad ſcribendũ ſolũ forte poſſet fieri, vt no. Inn. in c. cum Bertoldus. in 2. col. extra de re. iu. videtur tex. in auth. apud eloquentiſſimũ. de fi. inſt. & ſi aliquo de iure poſſet fieri commiſſio notario ad examinandum teſtes, qđ non eſt verum, tamen de expreſſo conſenſu partium fortè fieri poſſet, ſed in examinatione, quæ dicitur, ꝙ facta fuit in dictũ ſer Roma. nullus fuit conſenſus expreſſus, d. Fran. ergo dicta commiſſio fieri non potuit de iure. Et ſi non potuit committi, ergo examinatio aliquorum, quæ diceretur facta per d. Romanum, non proceſſit, & non valuit, quia teſtes examinari debent per iudi. & non per no. vt pdicta no. per Inn. in c. cum cauſa. extra de teſti. Item ſaluis præmiſſis, ꝙ examinatio teſtium, qui dñr per d. Romanum examinati, alia de cauſa fuit, & eſt ſine effectu; teſtes debent de iure examinari poſt litem conteſtatam; quia tunc veniunt de iure probationes; & non ante. & ſic quia fuerunt examinati ante litem conteſtatam, talis probatio, & examinatio nõ valuit, ſi dicti teſtes, qui dñr examinati, aliquid in effectu probaſſent, & non probauerunt. & non eſt verum, ꝙ dicta examinatio fuerit facta de caſib. qui dicebantur de iure poſſe fieri ante litem cont. vt prædicta probantur extra vt lit. non cont. in c. quoniam frequenter. Item ſaluis præmiſſis, & poſito ſine præiudi. ꝙ fuiſſent de caſib. in quib. poſſunt teſtes examinari ante lit. cont. qui non fuit, cum non potuit fieri ipſorum teſtium publicatio intra annum à die examinationis, vt not. Inn. in c. ſignificauit. extra de teſti. & videtur tex. in decretali quoniã frequenter. & ſi dicatur, ꝙ poſito, ꝙ dicti teſtes, qui fuerunt, vt dicitur, examinati fuiſſent in cauſa. & de caſib. præmiſſis, vt not. in d. c. qm̃ frequenter. tamẽ fuerunt examinati in caſu. ne ius faciendi ipſos examinari periret, & in tali caſu teſtes potuerunt publicari incontinenti, vt in c. ſignificauit. de teſt. tamen non potuerũt examinari ad petitionem perſonæ, quæ poterat agere de iure, vt no. Inn. c. ſignificauit. in prin. & ſic in caſu examinatio fuit inualida. Et dictũ inſtrumentũ, quod dicitur ſcriptũ manu d. Roma. fuit ſine effectu, conſiderato maximè, ꝙ d. Nard. & Catherina poterant, ſi credebant habere ius, petere, & agere. Itẽ ſaluis præmiſſis, quia non fuit verũ pro tẽpore, quo dicitur, quòd d. Io. fecerit relictum d. Nard. & Catherinæ poſito ſine præiudi. quòd appareret, tamen in vero d. Io. non erat ſanæ mentis, ſed potius in contraria valetudine erat. Item ſaluis præmiſſis, quia dicti teſtes, qui dñr examinati, ſi examinati fuiſsẽt per d. Roma. non probauerunt ea, ad quæ fuerunt inducti, & maximè cum d. Io. tempore, quo dicitur, ꝙ dictum relictum fecerit, fuerit ſanæ mentis, quę vera non fuerunt, nec probauerunt ſaltem de tempore poſitionis in articulis dictarum Nar. & Catherinæ. ſed in probationib. plenius totaliter defecerunt. & ſic dictum inſtrumentũ, quod dicitur ſcrptum manu d. Romani, non releuat d. Catherinam & Nardutiam, & ex nunc contentatur d. Franc. ꝙ reſeruatis exceptionibus ſuis per vos dominum poteſtatem, ꝙ fiat in dicta cauſa lit. conteſt. reſeruatis dictis exceptionib. poſt lit. conteſt. Item ſaluis præmiſſis: quia dicti teſtes dixerunt non vera, & maximè quia interrogati, ſi attinebant d. Nardu. & Catherinæ, reſpondetur communiter, ꝙ non, quia ſalua pace ipſarum, & præcipuè Angelus Tutij, Andreutius vnus de dictis teſtib. examinatis, qui dixerunt, ꝙ non attinebant, & in vero attinebant ſaltem in affinitate, & fuerunt examinati illi, qui fuerũt mariti dictarum Nardu. & Cathe. & aliqui ipſarum conſanguinei. Et interrogati de attinentijs, dixerunt, quòd nõ eſt verum, vt d. Franc. ſuo legitimo & congruo tempore probabit. & nunc eſt parata, & paratam ſe offert velle de attinentia probare. Et q̃a dixerunt inter ſe non attinere, dixerunt nõ verum. & teſtis, qui in vno non dicit verum, in nullo ſuo dicto ſibi creditur. imo de iure omni ſuæ atteſtationi derogatur, de iure. & ſic dicti teſtes examinati per dictum Romanum ſunt ſine effectu, & eis nõ creditur, quòd teſtis, qui in vno non dicit verum, in omni cenſetur non verus, probat Inn. in c. fraternitatis. extra de hæret. Has opponit ſaluis alijs offerens ſe paratam dicta Fran. dictas exceptiones, & quamlibet ipſarum coram vobis dño poteſtate infra terminum cõpetentem ſuo congruo tempore ſibi per vos ſtatuendum, quem ex nunc poſtulat ſibi per vos dari, ſe legitimè pbatura. Exhibitio exceptionis pro parte Frãciſcę. Exhibitę, & productæ fuerunt ſupradictæ exceptiones per Fran. ſupradictã coram dicto domino ptãte pro tribunali ſedente ad ſuum ſolitum bancum iuris vt moris eſt, contra dictas Nardutiam & Catherinam, & contra libellum, & inſtrumentũ productum per ipſas pñte ſer Valentino, procura. ipſarum, ac pñtib. dictis Nardutia, & Catherina tñ contradicentib. quib. & cuilibet earum dictus dñs poteſtas præfixit terminũ 8. dierum proximè futur. ad contradicendũ, &c. & ad ipſas exceptiones admiſit, in quantũ de iure tenetur. Conſtitutæ Nardutia, & Catherina filiæ quondam Petrutij Auguſtini, ac ſer Valentinus ipſarum dñarum procura. coram dicto dño ptãte pro tribunali ſedente, vt ſupra, & ſtatim exhibitioni factæ per Fran. vxorem quondã Petrutij Auguſtini de quadam ſcript. vt ipſa Fran. aſſerit in forma exceptionũ produxiſſe, ſi exceptiones dici pñt contra libellum, & inſtrm publicum ſcriptum manu Romani Nardoli de Caluis de Vrbe nota. publ. in iudicio per dictas Nardutiam & Catherinam corã vobis, & veſtra curia, pductã die lunæ quinto pñtis men. Septem. dicunt, & proteſtantur dictã Fran. ſuper dicta ſcriptura, vt præmittitur, per ipſam productã in forma exceptionum, ſi ſic dici poteſt, contra dictum libellum & dictum inſtrm admittendum per vos dominũ ptãtem & veſtram curiam non eſſe, cum maximè in termino 8. dierum eidẽ Fran. aſſignato per vos dominum ptãtem, & veſtram curiam ad opponendum, & alia faciendum contra dictum libellũ, & contra dictum inſtrm ſcdm formã ſtatutorum communis Malleani nil dicta Fran. produxit de ſuis iuribus contra dictum libellũ, ac contra dictum inſtrm, & ſic meritò contumax fuit, & eſt de iure, debet pronuntiari dictã Fran. de cætero ſuper dictis libello & inſtro publico audiendam non eſſe, & ipſam Fran. ad dandum, & ad tradendum præfa. Nard. & Cathe. alimenta, & gubernationes iuxta formã & tenorem omnium, & ſingulorum in dicto libello contentorũ, ne in dicto inſtrumẽto ſcrip. & pub. manu dicti Romani. & ſic ex nũc dicta Nard. & Cathe. ac dict. ſer Valentinus earũ procurator petunt, & proteſtantur per vos, & per veſtram curiã pronunt. & ipſam Fran. nihilominus condẽnari ad dandũ, & ad tradendũ dicta alimenta, & guberna. dictę Nard. & Cath. vigore dicti libelli cõte. in eo. ac vigore dicti inſtri publicati, & ſcripti manu d. Romani, & in iudicio corã vobis produc. vt ſupra pmittitur, proteſtantes etiã d. Nard. & Cath. ac dictus ſer Valentinus pcurator ipſarum eis ſaluas fore exceptiones ſuas, & iura producenda per dictas Nard. & Cath. & per dictũ ſer Valentinũ procuratorẽ earũ ſuo loco, & tpe, & potiſſimè in termino 8. dierũ proximè futu. per vos, & veſtrã curiã aſſerentes, &c. & pdicta omnia, & ſingula petunt eis fieri p vos dñm ptãtem, & veſtrã curiã omni modo, via, & iure, quib. melius facere debetis, & tenemini ſcdm formã iuris, ſtatu. & ord. cõmunis Malleani. Corã vobis nobili viro Iordano de Piſtionib. de vrbe vet. ptãte terræ Malleani per ſacrum Romanũ populum, & veſtra curia, Nard. Cath. filiæ quondam Petrutij Auguſtini, & ſorores quondã Ioannis Auguſtini de dicto loco non reuocando procuratorẽ earum, ac ſer Valentinus dictarum Nardutiæ & Catherinæ procurator, & procuratorio nomine ipſarum replicant, & replicando opponunt contra, & aduerſus

aduerſus Fran. vxorem quondam dicti Petrutij Auguſtini prædicti hæredē Ioan. filij quondam dicti Petrutij, & quaſdam excep. ſi ſic dici poſſunt, friuolas, & non veras oppoſi. per dictam Fran. contra petitionē, & inſtrumenta, ſeu documenta producta per dictā Nardutiam, & Catherinam coram vobis contra dictam Franc. hęredem prędictam, dicentes dictas exceptiones nō obſtare, & fore reijciendas, & repellendas, cauſis maximè, & rationib. infraſcrip. Et primò: quia excep. ſcripta in ordine dictarum exce. non obſtat pro eo, ꝙ nullā continet veritatē in facto, nec iure pro eo, q̄a petitio ꝓducta per dictas Nardutiam, & Catherinā, cōtra quā videtur velle opponere dicta Fran. eſt benè & aptè concepta, & formata, & conſiſtit maximè ſcd̄m ius municipale terræ p̄dictæ Malean. & ꝓ eo, q̄a non eſt verū, ꝙ dictio, ſiue, ſit alternatiua regulariter. & poſito, ſed non cōceſſo, ꝙ eſſet, non tñ ꝑpea vitiaretur dicta petitio, cum in parte p̄dicta dictæ petitionis narraretur forma legati. & poſito, ꝙ etiā idem poneret in petitione, tñ nō obſtaret, cū hoc cauſaretur, & procederet ex natura, & forma legati p̄dicti, & obligationis deſcendentis ex eo, quo caſu licet alternatiuè ponere, narrare, & petere ſcd̄m iura. nec etiā obſtat, ꝙ nō ſunt poſiti cōfines domus, in qua d. petitione fit mentio. Ratio eſt: q̄a in legato p̄dicto ꝑ prædictū Ioan. non fuerunt expreſſi fines, & tñ legatum valet, vt l. ſi domus. in prin. ff. de lega. 1. maximè cum d. Ioan. qui ſic legauit, haberet in di. contrata plures domos. Item non ob. ſcd̄a excep. ſcripta in ordine dictarum excep. ꝓ eo, quia caret omni veritate facti & iuris, nā cauſa p̄dicta inchoata, & intentata per dictas Catherinā & Nardutiā contra dictā Fran. non eſt ordinaria, ſed executoria, & executionē habet paratā, cum de petitis ꝑ ipſam conſtet per pub. documenta. & ſic dicta Franc. hæres p̄dicta debet per vos cogi & conſtringi in perſona, & reb. ad ſoluendum dicta Nardutiæ, & Catherinæ contenta, & petita ꝑ ipſas in petitione p̄dicta vigore ſtatutorum, & ordinis terræ Mallea. poſitis ſub Rub. qualiter debitor cogatur, & ſcd̄m formam ſtatuti prædictæ Nardutia & Catherina petunt per vos dictā Fran. hęredem prædictam conſtringi ad tradendum, aſſignandū, & ſoluendum eis per eas petita in petitione prædicta. Itē nō ob. tertia exce. ſcripta in ordine dictarū excep. pro eo, q̄a caret veritate iuris. non eſt dubiū in iure, ꝙ per alimentarium. i. per illum, cui alimenta debuerunt p̄ſtari, ſi præſtita non fuerunt, licet de vento nō vixerint, peti poſſunt q̄nq; alimenta ipſa, q̄nq; ipſorū æſtimatio. ſed in ꝓpoſito æſtimatio peti pōt ſcd̄m iura, vt l. ſi vſusfr. mihi in bienniū. ff. de vſufr. leg. & æſtimatio huiuſmodi cū in ꝓpoſito ſit petita, apparet, ꝙ dicta exceptio non ob. Itē non ob. vlt. exce. ſcripta in ordine dictarū exce. pro eo, ꝙ narrata, & cōtenta in petitione p̄dicta ſunt vera, & fieri debēt, nec in cauſis p̄dictis libelli exhibitio, nec litis conte. cū de eis cōſtent publi. documenta, & ſic nec exhibitioni libelli, nec litis conte. eſt locus, ſed procedendū eſt ſcd̄m formam dicti ſtatuti poſiti ſub Rubri. qualiter debitor cogatur. Itē nec obſtāt certæ exceptiones oppoſitæ contra pub. documenta ſcripta, & ſub manu dicti ſer Romani notarij produc. per dictas Nardu. & Cather. contra dictam dominam Fran. hæredem prædictā pro eo: quia nullam cōtinet veritatē facti, nec iuris. & maximè prima, nam cōmiſſio facta notario de examinando teſtes fuit facta in caſu, in quo potuit fieri legitimè, & dicta Fran. p̄ſente, & conſentiente, ſeu ſaltem non contradicente, de qua cōmiſſione conſtat legitimè, & plenè etiā per publicū inſtrumentū ſcriptum manu Ant. Blaſij Colæ de Nepē not. publ. quod inſtr̄m ex nunc corā vobis exhibent, & producunt, pro cuius inſtrumēti inſpectione apparent iura allegata in contrariū non obſtare. Itē non ob. ſcd̄a exceptio oppoſita contra dictū pub. docu. pro eo: quia nullam continet veritatē facti, nec iuris: cū qua in cauſis p̄dictis lis conte. nō debuit, vt ſuperius dictū eſt, tum q̄a etiā ſi conteſtari deberet, fuerunt examinati ex cauſa ſufficienti & legitima, ex qua examinari potuerūt ante lit. cōte. vt clarè & purè apparet in dictis pub. documen. Itē non ob. tertia excep. oppoſita cōtra dictū pub. documentū pro eo: q̄a caret veritate facti & iuris. nam dictæ Nardutia & Cathe. tunc agere non poterant: quia tempus erat feriarū, tum propter peſtem & mortalitatē, quæ tunc erat, tum etiam ꝓpter meſſes, & tum ꝑp ſtatutū cōmunis Maleani prædicti poſiti ſub Rub. de ferijs. & poſito, ſed non cōceſſo, ꝙ tunc potuiſſent agere, tñ examinatio, & publ. dictorum teſtium potuit fieri, & facta tenent & valent per dict. c. ſignificauit. in contrarium allegata & notata in ipſo ſub Rubr. verbo monumenta. Itē non ob. quarta excep. oppoſita contra dictum docu. nam expreſſam continet falſitatē. nā dictus Ioan. erat ſanæ mentis, & ſanę mentis fuiſſe præſumitur. Itē non ob. 5. exceptio ſcripta in ordine dictarum exceptionum oppo. cōtra dictum docum. nam caret omni veritate. nam dicti teſtes probant plenè & benè ea, ad quæ inducta ſunt. & poſito, ꝙ non probaretur de ſana mēte dicti Io. tñ cum non ꝓbent de contraria & inſana mente, non ob. cū ſit præſumptio ſanæ mētis ſecundū iura, illud autē q̄d ſubijcitur in d. excep. & ex nunc cōtentaturus, &c. eſt reijciendū omnino nō fiendum ꝓ eo: quia in d. cauſa non debet lis conteſtari, vt ſuperius ſæpius dictum eſt. Itē non ob. vltima excep. ſcripta in ordine dictarum exceptionū oppoſita cōtra teſtes pro eo: q̄a omni caret veritate. nam dicti teſtes fuerunt, & ſunt idonei, & nihil potuit, nec pōt opponi contra eos ratione cōſanguinitatis, vel affinita. nec aliqua alia ratione vel cauſa, ꝙ eos habuiſſet, vel haberet repellere de iure, & ipſorum teſtiū di. & atteſt. ꝑ eos fuerunt, & ſunt vera in facto, & de iure valida ſubſiſtunt. Has replicando opponunt ſaluis alijs, &c. Aſſertæ, & productæ fuerunt replicationes ſupradictæ vnà cum quodā inſtr̄o ſcripto, & pub. manu ſer Ant. Blaſij, Colæ de Nepe per Nard. & Cathe. filias q. Petrutij Aug. & ſoro. Io. filij q. dicti Petrutij Aug. ac qer Valencinū ipſarū dñarum ꝓcur. ſupradictū & procuratorio nomine pro eis, corā ſupradicto dño poteſtate ꝓ tribunali ſedēte ad ſuū ſolitū bancū iuris cauſarū ciuiliū, vt moris eſt, cōtra, & aduerſus Fran. ſupradictā, & cōtra quaſdā exceptiones, ſi ſic dici poſſunt, ꝓductas ꝑ d. Franc. cōtra petitionē factā, & productam per ipſas Nardu. & Cathe. corā vobis, & veſtra curia ipſa Fran. p̄ſente, tñ legitimè citata per nunciū cōis Maleani. & veſtræ curiæ ſimpliciter ad domum ſuæ ſolitę habitationis à d. dño poteſta. & mihi notario infraſcripto, & ſic referenti. quas replicationes, & dictū inſtrumentū publ. dictæ Nardu. & Cathe. ac dictus ſer Valentinus earum ꝓcurator petunt per vos dñm poteſtatē, & veſtram curiam admitti & pronuntiare dictā Fran. cogendā eſſe ad dandum, gubern. & alimenta, & habi. domus, & tam pro præſenti, quàm pro futu. ſcd̄m formam, & tenorem petitionis dictarum Nardutiæ, & Cathe. ac docu. ſcrip. & pub. manu Rom. Nardoli de Caluis, & productis per ipſas dominas die 5. men. præſentis Septem. & p̄dicta petunt eis fieri vigore ſtatuti cōmunis Maleani poſiti ſub Rub. qualiter debitor cogatur. & omni modo, via, iure, & forma, quibus melius poſſunt. qui dominus poteſtas dictas replicationes, & dictum inſtr̄m pub. admiſit in quātum de iure tenetur, & debet, præſente dña Fran. cui Fran. ſtatuit terminum 8. dierum proximè fut. ad docendū de iurib. ſuis, & ad contradicendum, & opponendum. Coram vobis nobili viro Iordano de Piſtionib. poteſta. terræ Maleani, Franc. q. vxor Petrutij Auguſtini. de Maleano non reuocando procuratores ſuos duplicat, & duplicando opponit contra quaſdam friuolas replicationes oppoſitas, quamuis minus legitimè contra excep. veras, & veridicas oppoſitas pro parte dictæ Fran. contra Nard. & Cathe. & cōtra ipſarū petitionē, quas petitionē, exceptionē, replicationē nō obſtare exceptionib. veris, & iuridicis dictæ Franc. cauſa maximè, & rationib. infraſcri. Et primò. 1. replicatio non obſt. q̄a non eſt vera in iure, & minus in facto. nā certū eſt in iure, ꝙ dictio, ſeu, eſt alternatiua, vt in l. ſi q̄s vxori. ff. de auro, & ar. vel certū eſt, ꝙ dictio alternatiua parit generalitatē, & obſcuritatē, vt in l. prætor. in §. ſi prętor. ff. de iniurijs. & ibi continetur, ꝙ libellus alternatiuus non procedit. & ſi dicatur, ꝙ ſic erat in obligatione, & legato: quia ſic teſtator legauit, quamuis vni nihil legauerit, cum petendo in petitione debuit petere, quid clarum. & quamuis ſine præiudicio ſic fuiſſet in legato, tamen in petitione debuit ſpecificè eligere, & exprimere, quod petebat. & videtur no. gl. in d. l. qui vxori. nam petitio debet eſſe clara, & conſimilis rei, quæ petitur, cohærentiata, vt in l. forma cenſualis. ff. de cenſi. & ibi per doct. in l. ſi domus. in princ. alleg. in repli. ſalua pace allegantis, dicit contrarium, nam quamuis teſtator haberet plures domos, & legaſſet vnam ex domibus ſuis, quamuis electio eſſet legatarij, ipſe debuit eligere, & facta electione petere rem certam, & cum conſimili cohærentia, vt in d. l. forma. & in l. ſi rem. ff. de rei ven. ſicut replica. non ob. & exce. eſt valida, plenè conſtat per Inn. in c. ſignificauit. extra de lib. ob. Secunda replicatio non obſt. quia verboſa eſt, & caret veritate; quia regulariter omnis cauſa eſt ordinaria, vt in d. auth. offera-



fferatur. & quia poſito ſine præiudicio, ꝙ eſſet ſtatutū in Maleano, ꝙ infraſcripta exequutioni mandentur, & habeant partē execu. tamē in cauſa prædicta nulla fuerunt ꝓducta inſtrumenta, q̄ ſic poſſent cēſeri, & ſtatutum loquitur de infraſcriptis, vbi hincinde oritur obligatio: quia ſic eſt. & ideo prædictæ Nar. & Cathe. non petierunt contra Fran. executionem alicuius inſtrumenti. Sed petierunt ipſam per vos dñm poteſtatē condēnari, q̄d non fieret, q̄n peteretur executio inſtrumenti. nā condēnatio habet præſupponere libellū præceſſiſſe, & litem conteſt. ad hoc, vt condemnatio poſſet fieri, q̄d hic factum non fuit ꝓ parte Nardutiæ, & Cathe. & ſic dicta petitio nō procedit, & ſententia, & condēnatio do. Fran. non poteſt aliquo modo de iure fieri, ergo, &c. Tertia replicatio eſt ſine ſapore, & de iure non procedit. Nā non allegatur, ꝙ p̄terita alimēta poſſunt extraordinariè peti: q̄a iam petens habuit alimēta. & nō eſt dicendū, ꝙ æſtimatio rei ſit in oblig. ſed in ipſa re principali, q̄n debetur id q̄d iure noſtro nō deberetur, & l. ſi vſuf. de vſuf. loquitur, q̄a taliter vſusfr. nō reperitur in rerū natura, & hoc ꝑp morā decedentis, ſi decedit, ſed hic non præſupponitur: q̄a res principalis nō inueniretur. & ꝙ aliquis fuiſſet moroſus, & ꝑp morā res fuiſſet perempta, & p̄dicta probantur ꝑ no. per doc. in l. fi. de ac. emp. ergo replicatio non ꝓcedit. Vltima replicatio non ꝓcedit. Et primò, q̄a cōtenta in excep. Fran. vera ſunt, & nō ſunt vera contenta in replica. & q̄a (vt dictū eſt) regulariter omnis cauſa eſt ordinaria: vt in d. aut. offeratur. & q̄a nō eſt, ꝙ in caſu p̄dicto habeat locum ſtatutū, q̄d eſt allegatū in repli. & nō fuit intentatū in petitione dictarū Nard. & Cath. dictū ſtatutum non potuit intentari, imo fuit petita condēnatio, ꝙ fieret de Fran. & condēnatio p̄ſupponit, ꝙ libellus porrectus, & lis conte. ſit, & nō facta lit. cōte. proceſſus & ſniā eſſet nulla: vt no. In. extra de do. & cont. c. ꝓponit. Itē non ob. replicationes q̄ ſunt oppoſitæ cōtra veras & iuridicas exce. oppoſitas cōtra quaſdā ſcripturas, quas pars dñæ Cath. & Nard. dicunt fuiſſe documēta, & inſtr̄a pub. q̄ non ſunt. & q̄a nō eſt verū, ꝙ cōmiſſio poſſit fieri no. ad examinādū teſtes, q̄uis ferè poſſet fieri ad ſcribendū. & hoc ꝓbatur per Inn. in c. cū Bertol. extra de re iudi. & habetur in iurib. allegatis in excep. Fran. quib. ſeu alicui ipſorum nō eſt reſponſum, nec poſſet de iure reſpōdere. & ſic repli. nō ob. Et poſito, ꝙ Fran. tacuerit, q̄n fuit facta cōmiſſio no. de examinatione teſtiū, nō ſequitur, ꝙ ipſa conſenſerit, litera q̄ tacet, nō vtiq; fatetur, &c. vt in c. qui tacet. extra de re. iur. li. 6. & ibi per dñm Dy. Et ſic talis cōmiſſio non valuit, vt dictū eſt, vt ꝓbatur per Inn. in c. cauſam. de teſti. & nō eſt reſponſio legalis, ſi dicat l. non ob. ſed debet allegare, quare nō ob. & poſito ſine p̄iudicio, ꝙ dictæ ſcripturæ, q̄ dicuntur infraſcriptæ pro parte Nard. & Cathe. eſſent acta pub. tñ non inſtrumenta, vt l. in fraudē. ff. de iure fi. ibi, vbi acta & inſtr̄a. & no. dictionem, &, q̄ ponitur inter diuerſa, vt no. glo. in Rub. de iur. & fac. ign. & ſic ſtat. non habet locū in actis, q̄a loquitur de excep. inſtr̄i, & eſt differētia inter acta, & inſtr̄a, vt dicit Inn. in c. 1. extra de ꝓb. circa fi. Scd̄a replicatio nō ꝓcedit, & veritate iuris, & facti caret, & regulariter teſtes veniunt examinādi poſt litē cōte. & nō ante, & in caſu, in quo fuerunt examinati, in q̄ſtione p̄ſenti nō potuerunt examinari: quia Nard. & Cath. poterant agere, & non poteſt facere examinari teſtes, ſed agere debuit, & tunc poſt lit. conteſt. facere examinari. iſta eſt determinatio Inn. in c. ſignificauit. extra de teſt. Et ſi dicatur, ꝙ fuerunt examinati ſecundum formam c. quoniam frequenter. non eſt verum, & poſito ſine præiudicio, ꝙ verum fuiſſet, non potuerunt teſtes pub. infra annum, & debuit per poteſtatem pronuntiari teſtib. & atteſta. fidem debere adhiberi, vt ibi per Innoc. quod factum non fuit, ergo, &c. Tertia replicatio non procedit. primò per alle. in proxima præcedenti duplicatione. Et quia volens agere nō poteſt facere examinari teſtes ante lit. conteſt. vt ibidem determinat Inn. in d. c. ſignificauit. cui dicto debuit per partē aduerſam reſponderi, ſi poterat, & cui non poterat, dictum eſt. nō eſt verum, ꝙ ſcriptura, q̄ dr̄ publ. documenta, ꝙ ſic ſint, vt dictum eſt, quia, vt dictū eſt, differentia eſt inter acta & inſtrumēta, de quibus fortè loquitur ſtatu. Quarta replicatio nō ꝓcedit, q̄a iuris, & facti caret veritate, & quia falſum eſt, q̄d dicitur, ꝙ dictus Io. de quo fit mentio in replicatione, fuerit ſanæ mentis. & non eſt verum, q̄d negatur, maximè quis ſanæ mentis, prout fuit in caſu noſtro, ꝙ quis præſumitur ſanę mentis, imo quando negatur oportet, ꝙ allegans quem ſanæ mentis, probet de iure fuiſſe ſanæ mentis, quod negatū fuit, & non probatum, &c. quia vt dictum eſt, ſe tales feciſſe, de quib. facta eſt mentio in replica. infraſcripta, & documenta non ſunt. Quinta replicatio non ob. quia veritate caret, & ꝓpter dicta in proxima præcedēti duplicatione, & in alijs non eſt verum, ꝙ q̄n negatur, quē ſanæ mentis, ꝙ pręſumatur, imo nō p̄ſumitur, ſed oportet de iure, vt dictum eſt, ꝙ probetur. Vltima replicatio non obſt. q̄a non eſt natura. & quia aliqui ex dictis teſtib. in totū fuerunt non veri, nā interrogati, ſi attinebant dictis Cath. & Nard. reſponderunt, ꝙ non, ipſi erāt attinētes, & aliqui ex eis erant mariti dictarū dominarū, & ſi mariti habent affectionē de vxore, eſt notum, & ſic tanq̄ non veri ſunt merito repellendi illi, de quib. in vltima except. dñæ Fran. fit mentio. & ſi attinen. denegatur ſaltē de fide, videatur q̄d terminat Bar. in l. hær. palā. de teſt. Has opponit alternatiuè, & copulatiuè, prout melius faciunt ꝓ dicta Fran. ſaluis alijs, &c. Exhibitæ & productæ fuerunt ſupradictæ duplica. in die ſupradicto, & hora veſpertina per Fran. ſupradictum coram dño poteſtate, &c. præſente ſer Valentino proc. dictarum Nard. & Cath. & copiam peten. cum termino ad opponendum, & contradicendū pro defenſione ſuorum iuriū, qui dñs duplicationes admiſit ſi, & in quantū de iure tenetur, & aliter non. Et dictis ſer Valentino per terminū 8. dierum ꝓximè futurorū ad accipiendū copiā, & ad opponendum, & contradicendū, &c. Coram vobis nobili Iordano de Piſtion. & de vrbe vet. poteſtate terræ Maleani ꝑ ſacrum Romanum populum ſpecialiter deputato, & veſtra curia Nar. & Cath. filiæ quondā Pet. Aug. & ſorores quondam Ioa. de dicto loco non reuocando procu. ſuos, & ſer Valenti. dictarum Nard. & Cath. procurator, & procuratorio nomine ipſarū replicauit, & triplicādo oppoſuit contra, & aduerſus Fran. vxo. q. Petrutij, & Augu. hære. quondam Ioan. filij quondā Petrutij, & contra quaſdam duplicationes, ſi ſic dici poſſunt, friuolas, & nō veras oppoſitiones per dictam Nard. & Cath. coram vobis contra dictam Fran. hæredem prædictam, dicentes dictas duplic. nō eſſe veras in iure, & minus in facto, & non obſtare rationibus & cauſis infraſcrip. Et primo non obſt. prima duplicatio dictarum duplicationum per dictam Fran. produc. pro eo: quia nō eſt vera in iure, & minus in facto, prout ex forma replica. productarū per dictas Nard. & Cathe. clarè patet. & quia ipſa Fran. eſt obligata ad tradendam habitationem, ſiue receptaculum tanquam hæres dicti Ioan. teſtatoris, & in alternatiuè debitis electio eſt debitoris, vt l. plerunq;. in fi. ff. de iure do. vel poſſumus aliter dicere, quòd quando duo ſubſtantiua ponuntur in vna oratione vnum ponitur adiectiuè. ſic illa duo ſubſtantiua, habitaculum, ſiue receptaculum, talis expoſitio fit per glo. in l. 1. ff. de pact. & ſic dictus libellus non eſt alternatiuè conceptus, licet reſponſio facta in replicatione ſit ſatis ſufficiens, quam repetere iterato eſt ſuperfluū. Et ſic non ob. prima duplicatio. Secundò nō obſt. ſecunda duplicatio pro eo: quia non eſt vera in iure, & minus in facto, & caret prorſus omni veritate. Nam de iure communi, & de iure municipali multæ cauſæ ſunt ſummariæ, vt legi. & no. in c. ſæpe contingit, de verb. ſig. in clem. & l. theſaurus. ff. ad exhi. vt no. per Bar. in conſtitutione ad reprimendum. in 11. coll. non ergo eſt verum, ꝙ omnis cauſa ſit ordinaria, ſicut dicit ſecunda duplicatio. nec eſt verum illud, ꝙ in ea dicitur, quòd ſtatutum terræ Maleani intelligatur de iſtis, de quib. hincinde oritur obligatio: quia illud ſtatutum haberet locum in inſtrumento mutui, & in inſtrumento depoſiti, & de ſimilibus, in quibus ſolus ille, qui recipit mutuum, eſt obligatus, & ſolum ille, qui recipit depoſitum, eſt obligatus. Nam ſi eſſet vera dicta duplicatio, dictum ſtatutum non haberet locum in dictis contractib. quod dicere eſt ſomniare in parnaſſo. & in pro hęrede adeūdo cōtrahitur obligatio, ergo dictum ſtatutum habet locum, cum hęres ſit debitor legatarij, ergo abſq; contradictione debet fieri executio contra dictā Fran. licet per replica. ſecundā ſit ſatis oſtenſum. Tertia duplicatio nō obſt. prout clarè & lucidè fuit reſponſum in tertia replica. pro parte dictarum Nard. & Cathe. rectè intelligenti, quam hic non repeto. & ſic dicta duplicatio eſt potius ſomniare, quàm legē illam exponere, q̄ clarè loquitur, & ſatis eſt hæres in mora, ſi non præſtat id, quod per teſtatorem eſt relictum, quia in pœnam incidit, quam debet hæres præſtare, vt in authen. de hære. & fal. §. ſi quis autem implens. ergo duplicatio tertia non procedit. Item non obſtat replicatio, quæ incipit, vltima replica. prout reſpōſum eſt ſupra in ſecunda triplica.

quá

quã hic non repeto. & quod no. Inn. in c. propoſuit. extra de do
lo & contu. habet locum, qñ cauſa eſt ordinaria, vt no. p doc. in
l. prolatã. C. de ſenten. ſed iſta cauſa ex forma ſtatu. non eſt ord.
ergo fruſtra dictum Inn. allegatur. Itẽ non ob. duplicatio illa, q̃
dicit. Item non ob. replicatio: quia iam eſt reſponſum per repli-
cationes, vt omnino veniat examinanda tpe allegationum, me-
ritò poſſet dici, ꝙ ille, qui ſcripſit, habuit voluntatẽ occupandi
papirum. Item non ob. alia duplicatio, quæ incipit, ſecunda re-
plicatio, quæ eſt 6 in ordine. Nam ſemper poſſemus in eodem
ſermone verſari, ꝙ teſtes ſunt examinandi ante lit. conteſt. cui
ſatis fuit reſponſum per replicationem; quia iſta ſatis ſunt decla
rata per c. quoniam frequenter. extra vt lite non conteſt. ſæpiſ-
ſimè alleg. quia iſtæ potius ſunt allegationes, quàm duplicatio-
nes. & vtrum fuerit cauſa iſta examinãdi teſtes, ſatis patet lippis,
& tonſoribus, quãdo homines non viuebant de vna die in aliã.
Item non ob. alia duplicatio, quæ incipit, tertia replicatio. quæ
eſt ſeptima in ordine, quia non eſt vera in iure, & minus in fa-
cto, prout ſupra in ſcdã replica. eſt oſtenſum. Item non obſt. alia
duplicatio, q̃ incipit, quarta replicatio, q̃ eſt octaua in ordine,
qa non eſt vera in iure, & minus in facto, cum dictus Ioãnes fue
rit tpe conditi teſtamẽti ſanę mentis, ꝓut eſt in replica. ſatis cla-
rè oſtenſum. Nam ei incumbit onus probãdi nõ eſſe ſanę men-
tis, qui dicit, cum dictus Ioan. ſemp fuerit ſanæ mẽtis. Præſumit
ergo quis eſſe in eo ſtatu, in quo erat ſi non probatur mutatus.
Itẽ non ob. alia duplicatio, q̃ incipit, quinta replicatio: quia non
vera in iure, & minus in facto, & de iure quilibet pręſumitur ſa-
næ mẽtis, niſi ꝓbetur contrariũ, vt in replica. ſatis clarè reſpon-
ſum eſt. Item non ob. vltima replicatio, q̃ incipit vltima, &c. qa
non eſt vera in iure, & minus in facto. Nam teſtes examinati cla-
riſſimè probant illud, ad quod probandum inducti fuerunt. &
licet dicatur, quòd attinentes quid ad rumbum, quæ enim iura
prohibent attinentes non poſſe eſſe teſtes in teſtamento, cer-
tè nulla, vt legitur, & no. in l. parentes. C. de teſt. merito nõ ob.
dicta publicatio. procedendum eſt ad executionẽ petitam pro
parte dictarum Nardutiæ, & Catherinæ. In legato alimentorũ
1 ad vitã alicuius hoc eſt tenendum ſcdm gl. in l. 4. de an. lega. † ꝙ
pro primo anno eſt purũ, ꝓ ſequentib. cõditionale, ad idẽ ff. qñ
dies lega. cedit. l. ſi cum p̃finitione. & ff. de annu. lega. le. à vobis.
2 †Et ſuper cõditionali, vel in diẽ poſſunt teſtes ad perpetuã me-
moriam recipi. & publicari, vt no. in auth. ſi quis ab aliquo. C.
de teſti. in auth. de teſt. § pen. ff. de teſtamen. l. curent. ff. ad l. A-
quil. in l. Aquil. ſi deletum. C. de vſur. pupil. l. pupillus. extra de
teſt. c. ſignificauit. & c. Albericus. facit, quod no. C. de teſta. l. pu-
blicati. l. geſta. de re iudic. & ideo eſt expeditus vnus paſſus. De
publicatione tñ hoc eſſet verum, ſi receptio teſtium tenuiſſet.
3 †Sed videtur, ꝙ non tenuerit: quia non fuerunt recepti p iudi-
cem, ſed per notariũ. Sed ad hoc dicendum eſt, ꝙ notarius ex vi
tabellionis, id eſt, ꝓpria authoritate non poteſt recipere teſtes,
vt not. C. de teſt. l. hac conſul. §. pen. ſed cum cõmiſſione iudicis
poteſt in cauſa ciuili, præſertim de conſenſu partis expreſſo, vel
tacito, vt plenè no. C. de fid. inſtr. auth. apud eloquentiſſimum.
& de proba. c. quoniam contra falſam. & no. in c. 1. de offi. deleg.
in clementinis. & pars, quæ fuit præſens, ſi tacuit, intelligitur
conſenſiſſe, vt ff. de fideiuſſ. tut. l. cum oſtendimus. §. ſi. C. de re-
la. l. 1. quando appellan. ſit. l. ſi. ff. ad Mace. l. filius. ff. rem rat. ha. l.
4 quo enim. §. 1. quando appellatum ſit. l. ſi. † Item iſta commiſſio
habet vim interlocutoriæ: vnde appellare debuit, ſi ſibi diſpli-
cebat, l. 1. ſi ſæpius in integr. reſti. poſtuletur. eſt expeditus alius
5 paſſus de commiſſione, & receptione. † Sequitur videre de pe-
titione alimentorum pro tpe præterito. dicitur, ꝙ iam vixit. er-
gò ea, q̃ tranſacta ſunt, non petit ſed certè per hoc non eſt libe-
ratus debitor alimentorum, ꝙ alimentandus aliunde vixerit, ff.
de alimen. legat. l. libertis, quos. § 1. ibi, tam præteriti temporis,
quàm futuri. ibi eſt tex. not. C. de fideicommiſ. l. 1. & eſt declara-
6 tus alius paſſus. † Sequitur videre, an iſta cauſa ſit ſummaria con
ſiderato, ꝙ dicta teſtium ſunt redacta in publica monumenta.
7 & videtur, ꝙ ſic, per gl. ord. C. de edict. diui Adr. l. edicto. † Quæ
dicit, ꝙ ex talibus atteſtationib. fit miſſio ex illo edicto. & ſum-
mariè proceditur. In contrarium eſt glo. ord. quòd ex dictis te-
ſtium non naſcitur actio, nec executio. ff. de iureiur. l. ſed & ſi
poſſeſſori. §. penult. & non eſt alibi in iure. hæc eſt veritas, quòd
cauſa iſta non eſt ſummaria, ſed ordinaria, quia iſta noua inſtan-
tia ſolitum ordinem exigit. C. de teſt. l. ſi. Item finis huiuſcemo-
di examinationis eſt, non vt exinde actio ſumatur, vel augeatur
effectus, ſed ſolum ne fortuitis caſibus probationis copia ſub-
trahatur, vt no. Inn. d. c. ſignificauit. & eſt expeditus alius paſſus.
non tamẽ nego libellum ſatis poſſe ſuſtineri, procedendo tamẽ
iuridicè ſuper ipſo, ſicut valet ſentẽtia, in qua declaratur debe-
ri, ff. de arbi. l. quid tamen. §. ſi arbiter. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXXII.

1 *Legatarius eſt vocatus, & non nudus miniſter, an teneatur ſatis facere, niſi poſt duos annos.*

1 Quia dictus †vocatus nomine Actus fuit legata-
rius, & non nudus miniſter, tranſmiſit
ad hæredes ſuos dictum legatum cum onere, ſcilicet venditio-
nis, & ſatisfactionis legatorum, vt ff. de alimen. & ciba. lega. l.
cum onus. in principio. & nõ tenetur ſatisfacere, niſi poſt duos
annos ſecundum formam teſtamenti, ff. de leg. 1. l. talis ſcriptu-
ra. & fructus interim ſunt ſui, ff. ad Treb. l. mulier. §. ſi hæres. &
vltra rem legatam illud, quod ſupereſt, liberè eorum eſt, ſcilicet
hæredib. ff. mandati. l. ſi mandauero tibi. §. ſi tibi. Illud autem,
quod actus habuit in ſecreto de illo reſiduo, ſciẽdum eſt, quòd
licitum eſt, ſi poteſt probari, l. Theopompus. de dote præleg. ff.
de reb. dub. l. quem hæredi, intelligo, quando pro anima, aliàs
ſecus, vt l. captatorias. de hære. inſti. & extra de teſtib. c. cum ti-
bi. alij indiſtinctè dicunt, ꝙ iſta diſpoſitio eſt captatoria, & non
valet, nec tenetur hæres ſtare dicto executorum de iſto ſecreto,
niſi teſtificentur vt teſtes, quod verius eſt tenendo dictum Cy.
& Ricar. ſcilicet quòd valet, ſi probetur, quòd teſtator verum
dixerit, aliàs non. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXXIII.

1 *Iuramentum an validet refutationẽ, in qua nõ eſt ſeruata forma ſtatuti.*
2 *L. municipalis an poſſit iuramentum remittere, & damnare.*
3 *Statutum non poteſt facere, quòd licitum ſit periurare.*

Viſo ſtatuto poſito ſub rubrica de alienationibus
factis per minorem, & viſa prima re-
futatione facta per dictam Franciſ. Bellezano patri ſuo, die 14.
menſis Septembris 1483. & viſa ſecunda refutatione facta per
dictam dominam Franc. eidem domino patri ſuo die 19. menſis
Nouembris eiuſdem anni, videtur mihi Baldo de Peruſi. vtriuſ-
1 que iur. doct. † quòd non ſeruata forma dicti ſtatuti dictæ refu-
tationes non valuerunt, nec potuerunt iuramento dicti mino-
ris firmari. & hoc pluribus rationib. & primò ratione formæ non
ſeruatæ. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor. ſecundò ratione do-
loſitatis præſumptæ. C. de in integ. reſtit. minorum. l. de tutela.
tertiò ratione deficien. cauſæ. nam poſtrema refutatio habet
falſam cauſã, & hoc apparet inſpecta refutatione prima, & cau-
ſa eius, & dotis quantitate, de excep. doli. l. 2. §. diuerſum. quin-
tò ratione nimiæ reuerentiæ. l. 1. §. quæ onerandæ. quarum re-
2 rum actio non datur. in gl. ord. † Sextò & legis municipalis po-
teſtas poteſt ſtatutum damnare, & remittere iuramentum, ſic-
ut poteſt apoſtolicus, vt no. in l. adigere. §. ſi. de iur. patro. Septi-
mò, quia vbi lex reprobat iuramentum, non valet, de lega. 1. l. ſi
quis inquilinos. §. ſi. Octauò, quia licitum eſt legi municipali fin
gere, & præſumptionem iuris, & de iure inducere, vt l. omnes
populi. de iuſti. & iur. & in materia legis, ſiue poſſide. C. de pro-
ba. Nonò per regulam generalem legis, non dubium. in ſi. C. de
legi. Decimò per aliam regulam: quia iuramentum non eſt in-
uentum, vt ſit iniquitatis vinculum, vt in Authen. ſacramẽta. &
ideo auth. ſacramenta. excipit vim & metum. & confirmatur ex
not. per Bart. ff. de fideiuſſ. l. ſi quis pro eo. Et poſito, quòd iura-
mentum teneret, debet per epiſcopum relaxari, vt plenè legi.
& no. 15. q 6. c. authoritatem. & poterit probari dolus authori-
tate ſtatuti, nam præſumptiones legum liquidiſſimis probatio-
nibus æquiparantur. ff. de leg. 1. l. licet. in prin. & no. in l. ſi tutor.
de peri. tut. & hoc dico, præſuppoſito, quòd contractus præſu-
matur factus dolo dante cauſam contractui, & ſicut loquitur
ſtatutum prædictum, cui ſtatuto, & eius fictioni, & diſpoſitioni
3 ſtandum dico, quãuis tutius ſit petere abſolutionem, † quia ſta-
tutum non poteſt facere, quòd ſit licitum periurare: quia eſſet
contra ius diuinum. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXXIIII.

1 *Alimenta, cui legata ſunt in domo, non poteſt ea petere extra domum, niſi impediretur ſtare in domo propter ſauitiam, & factum hæredum.*
2 *Dictio, cum, quid importet.*
3 *Filia, cui factum eſt legatum in teſtamento nuncupatiuo, an poſſit allegare ignorantiam, & an credatur ei.*

Caſus



Caſus talis eſt, quidã Simon Nerij in anno domini 1387.
de menſe Iulij ſuum condidit teſtamẽtum, in quo
diſpoſuit inter alia in hunc modum, videlicet. Item voluit, mã-
dauit, & iuſſit, ꝙ ſi aliquæ, vel aliqua, aut omnes filiæ ſeu nuptæ,
vel nubendæ remanſerint vidua, alias viduæ, quod habeant, &
habere debeant in caſu viduitatis ipſarum & cuiuſlibet earum
reditum, & habitationem vnius loci ipſius teſtatoris ab hære-
dibus, in qua moratur ad præſens, & victum, & veſtitum cũ hæ-
redibus, & ab hæredib. ipſius teſtatoris congruenter ſecundum
ipſius teſtatoris, & ſuorum hæredum facultates. & ſuos hære-
des inſtituit Sandinum, & Neriũ, & certos alios ſuos filios. po-
ſtea deceſſit dict. teſtõr. Poſtea domina Agoſtantia vna ex filiab.
dicti teſtatoris remanſit vidua, iam ſunt 30. anni, & vltra. & non
morata eſt cum hæredibus dicti teſtõris, nec in eius domo, nec
ab eis, niſi nunc, aliquid petijt de dicto legato allegato, ꝙ igno-
rauit legatũ p̃dictũ ſibi, ꝙ foret factum. Quæritur, vtrũ ad p̃ſens
pro p̃terito tẽpore poſſit petere, & habere debeat ab hæredib.
ſeu in hæreditate dicti quondã Simonis dictum legatum, & q̃d
iuris de legato p̃dicto. Item Sandinus filius dicti quondã Simo-
nis Nerij in anno domini 1366. de menſe Maij ſuum ẽt condidit
teſtamentum, in quo inter alia, q̃ diſpoſuit, reliquit iure legati
dictæ dñæ Agoſtantiæ, & Guerrieræ, & Eliſabettæ ſororib. ſuis,
& filiab. dicti quondam Simonis, toto tempore vitæ earum, &
cuilibet earum vſumfructum quorundam bonorum & cuiuſdã
domus toto tempore, vitæ ipſarũ. & poſt mortem vero earum
perueniat, & peruenire voluit ad ſuos hæredes, & deceſſit d. Sã-
dinus, iam ſunt 12. anni, & vltra, & poſtea deceſſerunt prædictæ
Guerriera, & Eliſabetta ſuperſtite d. D. Agoſtantia, & nunquam
pręſtita cautione ab eis, vel aliqua earum de vtendo dictis bonis
arbitrio boni viri, nec alia cautione præſtita. Quæritur, vtrum
d. D. Agoſtantia poſſit petere dictum legatum, & ſi poteſt, quid,
& quantum, & pro quanto tempore. In cõſilio D. Bar. videlicet
in conſi. 71. quod incipit, quidam ſibi filios. ſic ad literam conti-
1 netur, † an ille, cui ſunt relicta alimenta in domo, poſſit ea pete
re extra domum. & videtur, quod poſſit petere extra domum:
quia eius legatarij fauore in dubio videtur adiectum ſpecialiter
in legato alimentorum, vt no. per Dy. de reg. iu. c. imputari. & C.
de leg. l. 1. per gl. & doc. de annu. leg. l. annua. cum ſi. in prin. & l.
Seiæ. in prin. C. de inſt. & ſubſt. l. 1. cum ergo ſit appoſitum in fa-
uorem legatarij, nõ cogitur ad id obſeruandum, de cond. & de.
l. Titio centũ. in prin. In contrarium videtur, ꝙ hoc etiam reſpi
ciat fauorem hæredis, qui facilius cũ minori ſumptu præſtat ali
menta in domo ſua, quam præſtat extra domum, vt euidentia
facti docet. & ideo concludendo dico, ꝙ extra domum petere
alimenta non poteſt, ſi in domo poteſt commodè morari. ſecus
ſi impediretur propter factum, vel ſęuitiam hæredum. ita pro-
batur expreſſe in l. qui cõcubinam. §. vxori. de le. 3. de adimẽ. le. l.
Mæuia. in prin. & §. 1. de alimentis, & ciba, lega. l. 4. §. ſi. à contra-
rio ſenſu. Non obſtãt contraria, quia dico, ꝙ in dubio fauore ip
ſorum legatariorum intelligo & hæredis. & ſic fauore vtriuſq;.
& ideo ſi impeditur legatarius, vt dixi, poteſt petere, ꝙ ſibi pręſ-
ſtentur extra domum hæredis, vt dictis legibus. Iſta ſunt verba
Bar. de verbo ad verbum fideliter tranſcripta. Idem etiam ſen-
tit in d. l. 4. de alim. leg. Et addit etiam, in alio verſatur fauor hæ-
redum, quia præſtat in domo operas matrimoniales, ſiue con-
uiuales in habendo curam, & ſolicitudinem domus. hoc igitur
conſilio præſuppoſito pro vero, quia tantum eſt dicere quod
alatur cum hærede, quantum apud hæredes, & in domo & fami
lia eius, manifeſtè apparet dictum legatum d. D. Agoſtantiæ, ſi
2 ſciuit dictum teſtamentum, & per eam ſtetit, non deberi. † Et
dictio, cum, hic copulat conuiuales, ſeu ad conuiuendum, & co
habitandum. C. com. vtri. iud. le. patronum. Et iſtud eſt de men-
te, & de verbis teſtatoris, & maxime per id, quod de reditu ait.
3 † Modo reſtat quærere: quia dicta domina allegat ignorantiam,
quid iuris? Et in primis eſt videndum, an dicta domina ex ipſo
teſtamento fuerit aliquid conſequuta. nam ratione partis præ-
ſumit totum ſciuiſſe, ff. de tranſ. l. non eſt ferendus. Item nõ eſt
veriſimile, ꝙ filia ignoret teſtamentum nuncupatiuum, pręſer-
tim publice notum, vt l. de tutela. de in int. reſt. minorum. & le.
octaui. vnde cognati. Item ſi ignorat, eſt craſſa, & ſupina ignorã-
tia. debuit. n. inquirere, & explorare, & cum tunc tractet de lu-
cro captando, ſibi imputet, ſi cõem, & vulgarem diligentiam
non habuit, de iur. & fac. ignor. l. Reſpublica. Quare contra ip-
ſam concludo, ꝙ agere non poſſit ſaluo iudicio ſaniori. De di-
ctione, cum, non expedit allegare, quia leges innumeræ ſunt,
& tot habet ſignificata, quot aſpectus. & facit ff. quib. ex cauſ.
maio. l. ſi quis Titio. in ratione ſui.

CONSILIVM CCCCLXXXV.

1 *Apparatus agri, & inſtrumenta an veniant in legato vſusfructus agri.*
2 *Inſtrumenta, & apparatus agri quæ dicantur.*
3 *Teſtator ſi legat vſum, & commoditatẽ omnium, & ſingulorum bonorum mobilium, & maſſaritiarum, & Arneſium exiſtentium in domo, quid veniat in tali legato. Item an illud ver. exiſtentium, referatur ad tẽpus mortis, vel conditi teſtamenti.*
4 *Species an reſtringat genus.*

1 Qui legat † vſumfructum agri, vel legat facultatem
vtendi apparatu, & inſtrõ agri. ff. de vſufru.
l. ſed & ſi quid. §. proprietatis. & ibi not. in gl. ordi. prudenter al-
legata per alium allegãtem, & idem eſt in alia diſpoſitio. q̃ reſpi-
cit vſum rei, non proprietatẽ, ff. loca. l. ſed addes. §. aliud nobis.
Cauere tamen debet vſufructuarius de reddenda æſtimatione
earum, l. 1. & 2. & hoc de primo puncto, & de inſtrumẽto, & ap-
2 paratu. † Quid autem ſit inſtrumentum, & apparatus agri, dicit
tex. in l. quæſitum. de fund. inſtr. in prin. & per multos. §. & ita ve
niunt inſtrumenta fundi, quæ erant gratia fundi, non in fundo,
ſicut in fundo, dum tamen ad opus fundi, ff. de fun. inſtr. le. cum
3 quidam duos. & ibi patet exemplum. † Venio ad aliam conclu-
ſionem, quæ dicit, ꝙ ſub legato ita facto, lego vſum, & commo-
ditatem omnium ſingulorum bonorum mobilium, & maſſari-
tiarum, & arneſium exiſtentium in domo, continetur vſufru-
ctus, & cõmoditas non ſolum ſuppellectilium, quas vulgo maſ-
ſaritias appellamus, & arneſium, quod vocabulum ſecundum
vſum loquendi illius patriæ intelligi debet, ſed etiam cæterorũ
4 omnium mobilium. † Extra prædicta hic poteſt dubitari: quia
quando ſpecies ſequitur genus, tunc ſpecies reſtringit ipſum ge
nus, ſecus ſi præcedit, vt no. in c. generi. de reg. iu. & l. quæſitum
§. pe. de fun. inſtr. de lega. 3. l. hæres meus. §. duæ ſtatuæ. ff. de ver.
ſig. le. ſi cum fundum. de leg. 2. l. legatorum. §. ſi. tamen credo de
omnibus intelligi, vt ff. de penu. leg. l. fin. ff. de ſuppel. l. legatum
ſuppellectili. in prin. In hoc autem legato veniunt omnia exce-
ptis his, quæ præter cõſcientiam teſtatoris eſſent illata, ff. de le.
2. leg. cum ita. Et exceptis his, quæ teſtator alibi deputauerat,
de hære. inſtit. l. ex facto. §. rerum. ff. de pig. l. debitor. Exceptis
mercibus venalib. de vſufru. leg. l. generali. §. vxori. Nomina etiã
debitorum, quia non circunſcribuntur loco, nõ veniunt, de le.
2. leg. Caius. in prin. illud autem participium, exiſtentem, quod
poteſt intelligi tempore teſtamenti vel mortis, intelligitur in
dubio tempore teſtamenti, vt intentio teſtatoris cadat ſuper
certo, facit, quod no. per Petrum, & Cyn. C. de ſer. l. nõ modus.
& l. fin. quæ res pig. obl. poſ. Nõ ob. l. Lucius. de fun. inſt. qa ibi ĩ
vniuerſali, hic in generali legato. facit de au. & arg. leg. l. ſi ita. cũ
ſua materia. ſemper aũt eſt p̃ſtanda cautio, de qua ſupra dixi.

CONSILIVM CCCCLXXXVI.

1 *Promiſſio indemnitatis pro delicto vel non, an, & quando valeat.*

1 Quando † pro delicto fiendo promittitur indemni-
tas, nõ valet promiſſio. ff. de fideiuſ. l. ſi à reo.
§. quod vulgo, ne quis ad delinquendum inuitetur. ſed ſi male-
ficium eſſet cõmiſſum culpa non dolo: quia diſcipulus credidit
ſuo p̃ceptori, tunc valet promiſſio indẽnitatis. Nã vnus p̃t ſe ob
ligare ad pœnam per aliũ cõmiſſam, vt ff. pro ſoc. l. ſi igitur. hoc
vr̃ cõtra tex. in l. 2. § plagij. de ver. ob. vbi non valet promiſſio ad
maleficium factum, ſicut nec ob. futurũ. ſed ibi loquitur, vbi in-
teruenit dolus: quia loquit̃ in plagio: hic aũt iſte diſcipulus ſim-
pliciter ductus ſuo magiſtro credidit, & obediens fuit. vnde
licet non debuerit credere, fuit tamen in culpa, non in dolo. l.
ſeruos. C. ad l. Iul. de vi publ. Et ideo non deliquit ex animo, ſed
ille magiſter deliquit ex animo. Et hoc confeſſus, ibi dum dixit
bene ſcio, ꝙ ego teneor ſoluere, & non tu &c. ad hoc facit, ꝙ le
gitur, & not. de rei vendi. l. in rem. §. tignum. ſi qua ergo in culpa
iſte fuit, incidit in eam dolo magiſtri circunuentus ab eo, & iõ
promiſſio non fuit ob turpem cauſam.

CONSILIVM CCCCLXXXVII.

1 *Socius criminis quis dicatur, & qualiter, & qui ſocius in crimine puniatur vel non.*

1 Conſiderandum eſt, † ꝙ multipliciter
aliquis alium aſſo-
ciat, nam

ciat, nam quandoque aſſociat ante crimẽ ad ipſum ꝑpetrandũ, ſiue ordinandũ, qñq; ad crimẽ, & in ipſo actu criminis ad ipſum ꝑpetrãdũ, qñq; poſt crimen ad crimen continuandũ, qñq; poſt crimen ad delinquentẽ euadendũ, ſeu eripiendũ. Et iſti quatuor caſus ſunt pœnales. & patet ex eo, ꝙ plene le. & no. in c. 1. de pœ. in cle. nullus aũt iſtorũ caſuũ ĩtẽtat̃ hic, ſed ĩtẽtant̃ duo oĩno diuerſa. ſ. acceſſus ad domũ magiſtri Frã. ꝑdicti, & aſſociatio ad reducendũ pecudem ad ouile. i. iſtam mulierculã ad monaſterium ſuum. acceſſus autem, & ſtatutum: quia non contingunt crimẽ, de quo quæritur, cũ non intẽtãtur ad aliũ actũ proceſſum per inquiſitum, non inferunt in crimine, & per conſequens nec in punitione. ſicut ſi quis participat excommunicato in cibo, & potu, nõ propterea incurrit maiorem excommunicationem, nec criminaliter punitur, cum non ſit particeps criminis. ſic & aliq ꝑñt eſſe ſocij, & ſi non ſunt ſocij in delicto, ſolus delinquens punitur, ff. pro ſo. l. cum duobus. §. fi. & l. ſeq. ſed enim tantum ſocietas delictorum punibilis eſt. ff. de fidei. l. ſi à reo. §. quod vulgo. ſed in caſu noſtro nec ſocietas, neque participatio fuit̃ criminoſa in domo, vel in menſa: porro aſſociatio ad reducẽdum iſtã monialem ad clauſtrum in ſeipſa non fuit vitioſa, Cod. de inſti. l. reprehendenda. ver. redi igitur ad maritum tuum. ſicut licitũ eſt conſilium, ergo licitum eſt auxilium, & fauor, vt no. Inn. in c. ſolet. de ſen. exc. Quapropter ſecundum ea, quæ proponuntur, lex, raptores. Cod. de epiſ. & cle. & l. 1. de rap. vir. non faciũt ad propoſitum, nec ex illis capitib. iſte inquiſitus puniri poteſt, ſiue conſideremus legem communem, ſiue leges municipales loquentes de cognitione criminali ad vltima, & de ſimilibus ad ſimilia, quia inter delinquentem, & non delinquentẽ nulla eſt ſimilitudo: quia ſimilitudo non eſt niſi eadem qualitas in pluribus delictis, vel factis, ff. vi bo. rap. leg. 2. §. homines. in verbo, ad hoc. Item iſte inquiſitus interrogatus cur, & vbi fuerit, & quid egerit. ff. de re mili. l. q cum vno. §. fi. ad omnia ſine nota criminis r̃ndit, nam ad eũ ſe fuiſſe r̃ndit: quia inuitatus ad cęnã. nam etiã cum publicanis, & peccatorib. licet cęnare. vbi, r̃ndit in domo magiſtri Fran. ad quid facere, dixit, ꝙ ſociauit ad reducẽdũ ad locũ debitum. nec ei nocet iſta r̃ſio; quia non fuit conſcius ſceleris alieni: quia ſceleri non conſenſit. i. nec opẽ tulit, nec cõſiliũ, nec fauorẽ ſceleritati, ſed ductioni licitæ dedit operã. & qa nihil eorum fecit, q̃ ſubſint punitioni, ff. de adul. l. qui domum. & l. & ſi amicis. & de min. l. auxiliũ. §. in delictis. merito nõ punit̃, vt legi. & no. ff. de re. iu. l. culpa caret. & extra de reſt. ſpo. c. cũ ad ſedẽ & ff. fur. aduerſus nau. l. 1. §. fi. & qa principiũ ignorãs acceſſit, & facit ff. de adul. l. mariti lenocinium. in prin. ff. de abi. le. 1. in fi. C. de pla. l. plagij quidem. C. de tab. l. generali. vnde non fuit acceſſus doloſus, nec receſſus facinoroſus, nec aliquid intentatũ impudice per dictum inquiſitum.

CONSILIVM CCCCLXXXVIII.

1 *Teſtator an ſi in primo teſtamento inſtituit Titium in* 100. *qua dicit ſe illi debere, ſi poſtea reuocat teſtamentum, & aliud condit, valeat prima cõfeſſio, & ex ea agi poſſit.*

In quodam teſtõ cuiuſdam Simo. ita continet̃. Itẽ reliquit iure reſtõnis Ioã. Putij, aſſerẽs ſibi teneri, ſi Fiordeliſa ſua filia deceſſerit infra ætatem 25. ann. ꝑſente, & acceptante di. Io. quadringentas li. den. deinde mutatum eſt teſtm̃,
1 † q̃rit̃, vtrum ex di. confeſſione poſſit fundari petitio, vel ꝓbatio, ita ꝙ di. reuoc. di. teſtamenti non noceat di. Io. Iſta q̃ſt. ſatis eſt vulgaris, & cõis, & patet ex di. Cy. C. de non nu. pe. l. gñaliter. Et qdã dicũt, ꝙ talis ſcriptura ꝓbat. qdã dicunt, ꝙ nec ꝓbat nec obligat. primi fundãt ſe in l. Publ. §. fi. ff. depo. ſcdi fundant ſe, qa in vlt. volun. ꝑt trãſiri ad cõtractũ, & irreuocabiliter, vt not. in l. hr̃des palã. §. fi. tertij fundãt ſe ꝑ l. Aurel. §. fin. de lib. leg. ſed tenentes primã, vel ſcdam opi. reſpõdẽt, ꝙ ĩ l. Aurel. illi confeſſioni nõ interfuit pars, hic ſic, ꝙ hoc caſu valeat vt dona. inter viuos, vr̃ gl. ordina. ff. de dona. l. ex hac ſcriptura. Sed cõtra hoc vr̃: qa iſta confeſſio eſt indiſcreta, quia cãm non expꝛſſit, quare teneatur. vnde ẽt in vero cõtractu non valet tanq informis. l. cũ de indebito. §. fin. de probatio. Sed ad hoc ꝑt reſponderi, quia imo eſt factũ cũ cauſa, licet non ſit expreſſa cauſa, quia dixit ſe teneri, & ſubiecit, ex cauſa, ſiue iure reſtitutionis. ff. d̃ le. 2. l. cum pater. §. fidei tuæ committo vxori. Iſta qõ poſſet reduci ad materiam legis ſcdæ. §. circa. de exceptio. doli. ꝙ ſit donatio inter viuos ſaltem inter coniũctas perſonas. & ideo reuocari nõ poſſit, hoc videtur tenere Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. 3. vbi plene, & pulchre in materia iſta. Et ibi non allegauit gl. dictæ legis, ex hac ſcriptura. Sed in d. l. ex hac ſcriptura. Bar. tenet, ꝙ ſi fuit præſentia patris, præſumatur donatio inter viuos. Sed illa lex loquitur, quando teſtator fecit commemorationem donationis, quæ triplex eſt, vt no. in l. legatum. Cod. de leg. 2. Et in potiori ſignificato intelligitur de donatione inter viuos. hic autem non donationis, ſed reſtitutionis fecit mentionem. ſed ad hoc reſpondetur per leg. ſi diuortio. de verb. ob. So. credo reuocari non poſſe: quia inſerta eſt cauſa. nam reſtituere debere cauſa eſt, licet non ſit ſpecificata cã cãæ. ſ. vel forte, præſertim ſi ad hæc indicia accedant, ar. extra de ſucceſ. ab inte. c. cum dilectus. niſi probaretur teſtatorem erraſſe, vel circunuẽtum eſſe in hac confeſſione, vt no. C. de iuris, & fac. igno. l. cum teſtamentum. accedit prædictis, quod ſi conditio, ſi non ſemp, plerunque tamen loco cauſæ habetur. ff. de verbor. obligat. l. à Titio. & l. ſi intra. de pactis.

CONSILIVM CCCCLXXXIX.

1 *Datis pluribus tutoribus an in teſtamento, inter quos eſt mater, quæ vult tranſire ad ſecunda vota, tenetur petere à iudice tutorem dari loco.*

2 *Iudex an aſtringatur ad dandum illum, quẽ mater petit, vel ſufficiat dare idoneum.*

Punctus quæſtionis, ſuper quo conſilium petitur, talis eſt. Quidam nomine Bartolutius Colæ de Ancona condito teſtamento, in quo iure inſtitutionis reliquit cuilibet dictarum ſuarum filiarum dotes 600. auri, & ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit ventrem vxoris ſuæ, ſi filium maſculum pareret. demum dictis ſuis filiabus, & poſthumo reliquit tutores quendam nomine Marchionem Nicolæ, Philippum Nutij, & dominam Margarellam eius vxorem. & voluit dictus teſtator, ꝙ dicta domina Margarella vna cum vno ex dictis tutorib. facere deberet, & adminiſtrare. poſt prædicta deceſſit dict. teſtator ſuperſtitib. ſibi dictis filiab. pupillis, & dictis tutoribus. demum deceſſit vnus ex dictis emptoribus ſuperſtite ſibi dicto Marchione, & do. Margarella, quæ tutelam dictarũ filiarũ agnouerunt, & acceptauerunt, & ſolenniter, prout poſtulat ordo iuris & ſtatu. communis Anconæ. & ſubſequenter bona dictarum pupillarum adminiſtrauerunt, & ſe immiſcuerunt bona fide. demum dicta domina Margarella maior annorum 25. tutrix teſtamentaria, vt ſupra, volens tranſire ad ſecunda vota, petit coram iudice ordinario communis Anconæ quendã noĩe Fran. dari, & decerni in tutorem dictis ſuis filiab. ſeu vni ex eis, qui hodie ſupereſt ætatis anni cum dimidio. Ex aduerſo dr̃, exponitur, & narratur per dictũ Marchionẽ vnũ ex dictis tutoribus dictum Petrum, & nominatum tutorem per dictam dominam Margarellã, nec aliquem alium dari debere ea ſuperſtite, & dictam tutelam adminiſtrante, & adminiſtrare volente: cũ teſtamentari⁹ tutor de iure excludat quẽcũq; alium legitimum, & datiuũ. Ex ꝑdictis q̃rit̃, an extante dicto Marchione teſtamẽtario tutore, & tutelã ꝑdictã ſic licite, & bona fide adminiſtrante, eidẽ cõtutor dandus ſit nec ne. Secundo ſi dandus eſt cõtutor, an neceſſe habeat iudex dare illũ, quẽ mater ꝑdicta ſibi noĩauit, & dari petierit, an vero poſſit alium dare ipſe iudex non ſequuta voluntate matris in dicto cõtutore dãdo: ſi ſunt plures tutores teſtamentarij, inter quos eſt mater, q̃ intẽdit tranſire ad ſcđa vota.
1 † In primis eſt videndũ, an mater teneatur petere tutorẽ ordinari loco ipſius à tutela recedẽtis. & vr̃, ꝙ ſic, vt in Auth. de nup. §. ſi aũt tutelã. & C. ad Tertul. l. oẽm. & C. in quib. cauſis pignus tacite cõtrahitur. l. ſi matre. & ff. ad Tertul. l. 2. §. quid ergo ſi non fuerit. nã cũ de mente teſtatoris fuerit, ꝙ tutela per plures adminiſtretur, loco deficientis alius ſubrogandus eſt, ff. de teſtamẽtaria tutela. l. ſi quis ſub conditio. §. plane. C. qui pe. tutores. l. in locum. Sol. aut cæteri, q ſuperſunt adminiſtrationi pupillari ſufficiunt, & nõ tenetur mater de neceſſitate petere alium ſubrogari, ſed dẽt notificare iudici, ꝙ vult trãſire ad ſecunda vota, & in manib. iudicis renuntiare tutelæ, & reddere rationem adminiſtrationis contutori. ita intelligitur, quod no. C. de teſtamẽ. tute. l. 1. in gl. ordin. multum notabili. & in d. §. quid ergo. & hoc per l. credendum. ff. qui pe. tuto. ibi; quia numerus &c. Si autem ſuperſtites adminiſtrationi non ſufficiunt: tunc tenetur loco ſui aliũ petere, & facere ordinari. & ita intelliguntur iura pro hac parte inducta.
2 † Secundo quæritur, quando mater tenetur petere, vel ſponte petit, an iudex aſtringatur ad illum dandum, quem mater petit, & Bar. in d. l. ſi quis ſub condi. tenet ꝙ ſic. & videtur expreſſum in d. §. ſi autem tutelam. & no. Cod. quando mulier officio



officio tutelæ fungi poteſt. Auth. ſacramentum. In contrarium videtur, ꝙ iudex non ſit aſtrictus ad hunc dandum, ſed dandum idoneũ iuxta iudicis arbitrium. d. l. credendum. & ita tenet Cyn. in Authẽ. matri, & auiæ. C. quando mulier tutelæ officio fungi poteſt, & Iaco. de Are. & Bart. in d. l. ſi quis ſub condi. Ponamus ergo, iudex non ſequutus petitionem matris dedit alium, ergo mater non impleuit, quod debuit: quia non fecit alium ordinari, & ſic ſucceſſione priuabitur. ff. ad Tert. leg. 2. §. igitur ſi forte. Item quia leges dñt, mater faciet ordinari. ſed quomodo faciet ordinari, ſi iudici permiſſum eſt non ordinare, ſi contra matris voluntatem tutor datus ſit. l. vnica. ad idem facit, quod no. inſti. de cur. §. interdum. Solutio pendet ex prima quæſtione: nã aut alius, vel alij adminiſtrationi ſufficiunt, & tunc eſt in arbitrio iudicis, aut non, & tunc aut mater petit idoneum, & dandus eſt petitus à matre, & non alius, aut non eſt idoneus, & tunc alius dãdus eſt. ff. ad Tert. l. 2. §. non ſolum. ff. de ventre in poſ. mit. l. 1. §. eligatur. C. quib. cauſis tutorem habenti. l. 1. & ita tenendum eſt de iſta materia. ſtatutum autem Anconæ ſatis poteſt intelligi in hoc articulo ſecundum ius commune: quia refert ſe ad ipſum, dum dicit, ſub actis legalibus.

CONSILIVM CCCCXC.

1 *Filiæ, quæ non admittuntur ad ſucceſſionem ex ſtatuto, an faciant partem filio ſuccedenti in legitima.*

Statuto cauetur, ꝙ filiæ teneantur ſeruare teſtamentũ patris ſuperuiuentib. filijs maſculis. & quia maſculus hic fuit inſtitutus hæres vniuerſalis, filiæ fœminę non exiſtunt patri hæredes vniuerſales.
1 † Sed videndum eſt, vtrum faciant filio partem in legitima: quinque enim ſunt fœminæ, & vnus maſculus. nam ſi non faciunt partem, legitima filij eſſet triens, vt in auth. de triente & ſemiſſe. in prin. col. 3. Super hoc autem ſic diſtinguendum eſt, ꝙ aut filiæ, quæ ab vniuerſali iure reperiũtur excluſæ, habent aliquid, ꝙ ſui natura in legitimam imputatur, puta quia ſunt dotatæ à patre, de cuius ſucceſſione agitur. nam dos in legitimam imputatur, & tunc faciunt partẽ filio maſculo; quia admittunt̃ ad partẽ. i. ad dotẽ, q̃ ſuccedit loco legitimæ portionis, vt C. de inoffi. teſt. l. quoniã nouella. aut habẽt aliquid, ꝙ de ſui natura non imputatur in legitimã, vel excludũtur à ſtatuto ẽt nihil habẽtes: tunc nõ faciunt partẽ ſecũdũ vnã opi. l. 1. in fi. ff. de contrata. v. g. ſic dicit ſtatutũ, ꝙ dotata à matre non ſuccedat patri in aliquo, & moritur pater, & de patris ſucceſſione tractat̃. iſtæ filiæ inhabiles nõ faciũt numerũ, & iõ maſculus tanq̃ ſolus ſucceſſor habebit pro lt̃ima trientẽ. & hoc nõ iure accreſcendi: quia tunc haberet ſemiſſem pro lt̃ima, & numerus filiorũ eſſet vltra quatuor. hẽt igitur tũc triẽtẽ, quaſi fœminæ non ſint in rerũ natura. non ꝙ portio accreſcat; qa nulla ẽ earũ portio, cũ lex non deferat eis qcq̃. de hoc tangitur ꝑ Dyn. de leg. 1. l. plane. §. ſi duob. in caſu aũt noſtræ q̃ſtionis, qa tractat̃ de ſucceſſione patris, & filiæ fuerunt dotatæ, & inſtitutæ à patre in certa quantitate, faciũt filio maſculo partem, vnde lt̃ima eius eſt vncia tm̃: qa q̃nque filiæ, & vnus filius. Trebel. aũt quartæ ſuæ inſtitutionis vniuerſalis, & ſic habebit vnã vnciã pro legitima ſua, de eo, ꝙ ſupereſt à legitimis portionib. dictarum filiarum, & à dicta vncia habebit quartam, & iſtas portiones habet mater ab eo inſtituta. Reliquũ aũt ſubiacet reſtitutioni ex cauſa fideic. vt patet in teſtõ paterno.

CONSILIVM CCCCXCI.

1 *Domus vicini ſi propter incendium exortum in domo mea cõburitur, an tenear ad emendam damni, & intereſſe.*

2 *In dubio an præſumatur culpa, vel caſus in incendio orto.*

Punctus, ſuper quo conſilium petitur, talis eſt. Quidam nomine Reſtorus de Corbonio habẽs domum propriam prope domum Matthæi Pauli ex modica cuſtodia dicti Reſtori, domus eius cõbuſta eſt, & ignis intantum creuit, ꝙ domus conuicina, & dicti Matthæi ſimiliter eſt combuſta, ex qua combuſtione dictus Matthæus recepit maxima damna. Modo quæritur, an de iure dictus Reſtorus teneatur Matthæo reſtituere damna, & intereſſe domus, & rerum com-
1 buſtarum. In iſto puncto ſic dicendum eſt, † quod incendium quandoque oritur caſu fortuito abſque alia culpa, & non eſt addenda afflictio afflicto. vnde ex tali incendio non obligat̃ alteri. ff. pro ſo. l. cum duobus. §. dãna fata. & hoc caſu vicinus, cuius domus eſt exuſta, vel demolita cauſa incendij, agere non poteſt. ff. ad l. Aquil. l. ſi quis fumo. §. quod dicitur. & ff. quod vi, aut clam. le. ſi alius. §. eſt & alia. & ibi per Bar. expreſſe no. dixit tamen Iac. But. quod quando pro ſalute totius viciniæ vna domus diruit̃, ne ignis omnia vrat, ꝙ contribuendum eſt ad iſtud damnum ꝑ omnes vicinos, ſicut cum ſit iactus mercium pro ſaluanda naue, l. 2. ad l. Ro. de iac. & loquitur in diruto, non in vſto. & vterque iſtorum verum. dicit. Interdum incendium oritur ex culpa, & tunc aut eſt culpa certi hominis, aut incerti hominis. ſi quidem ex culpa certi hominis, tenetur emendare damnum viſionis: quia culpa etiam in re propria præcedens caſum in re aliena obligare conſueuit, vt ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac. & l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi quis inſulã. quia vnius factũ alios non dẽt in periculum trahere, ea. l. §. ſi fornicarius. & ibi no. Si autem certi hominis culpa deprehendi non põt, non tenetur dominus primæ domus exuſtæ: qa certi hoĩs factum probari oportet, l. licet. §. fi. nau. cau. ſta. cum iſta actio ex parte conuenti meram pœnã contineat, in dubio vero hi præſumuntur ignem feciſſe, qui ſo-
2 liti ſunt ibi ignẽ facere, & ab his dẽt inquiri veritas de culpa culpabili. ff. locati. l. domus horreorũ. † nunquid aũt in dubio ꝓſumatur culpa, vel caſus orto incendio. nam plerũq;. i. vt plurimũ culpa fit, vt l. 3. ff. de offi. præfec. vigilum, & ff. de peri. & cõmo. rei. vend. l. ſi vendita. poteſt dici, ꝙ ſi non conſtat vllo indicio de eo, q fecit ignẽ, & dominus erat conſuetus eſſe vigil, & diligens, ꝙ non teneatur dominus in dubio, ar. ff. de re mili. l. non oẽs. §. à barbaris. ff. cõmodati. l. argentũ. alias ſi erat homo parũ circunſpectus, vel conſtat, ꝙ ipſe focũ fecit, teneatur. ff. locati. l. ſi quis fundũ. §. ſi colonus. debuit enim eſſe diligens in ſe, & in familia ſua. ff. ad l. Aqui. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Proculus. ff. furti aduerſus nautas. le. 1. §. extraneorum. aut factum nõ ꝑſtat, nec caſum ventorũ, ſi propter vim ventorũ ignis plus ſoluto arſit, d. §. in hac. facit de incen. rui. nau. l. qui ædes. §. ſi vero. cum ſua materia. & C. ad l. Aquil. l. 2. & inſti. ad leg. Aquil. §. capite tertio. Et ideo ſi ex qualitate, ſeu quantitate ignis incendium ortum eſt: ꝙ ꝓſumit̃ per locum ab effectu, & dominus vel inquilinus non adhibuit diligentiam quam debent adhibere homines ſoliciti, tenetur d̃ iſto damno dato ratione culpæ. ſi autem caſu, & infortunio hoc accidit, non tenetur. in dubio autem ſi cõſtat de facto proprio, vel culpa, quia forte tenebat ibi puerulos, qui incenderunt, tenetur, alias non.

CONSILIVM CCCCXCII.

1 *Filij primi matrimonij cum filijs ſecundi qualiter ſuccedãt in dote matris.*

2 *Infans tranſmittit hæreditatem non aditam.*

1 Punctus, ſuper quo conſilium petitur, eſt talis: q̃dam mulier noĩe Margarita habuit † primũ virũ, ex quo habuit vnum filium, & duas filias. mortuo primo marito dicta Marg. nupſit Ioan. ſecundo viro, ex quo habuit duas filias. poſtea dicta Marg. morit̃ inteſtata ſuperſtitib. ſibi dictis filijs, & duabus. filiab. ex primo viro, & dictis duab. filiab. habitis ex ſcđo viro. poſt hoc defuncta eſt vna ex dictis duab. filiab. ſecundi viri infra 6. ſuæ ætatis annum, ſuperuiuentib. ſibi dicto ſuo patre, ſecundo viro, & dicta ſua ſorore ſibi vtrinque coniuncta, ac etiam dictis filio, & duabus filiabus habitis ex primo viro ſuis fratre, & ſoro. ex parte matris tantum, & quodam ſuo fratre ex parte patris tantum. poſtea defunctus eſt ſecundus vir ſuperſtite ſibi dicta ſua filia habita ex dicta Marg. dotata in teſtamento dicti ſui patris, & quodam ſuo filio ex alia vxore vniuerſali hærede inſtituto. demum defuncta eſt dicta ſecunda filia nata ex d. Marg. & ſecundo viro minore duodecim annorum inteſtabilis, ſuperſtite ſibi dicto ſuo fratre ex parte patris tantum, & dictis filio, & duabus filiabus ſuis fratre, & ſororibus tantummodo ex parte matris. quæritur, ad quem pertineat dos dictæ Margaritæ? Vtrũ ad dictum filium dicti ſecundi viri fratrem dictæ vltimo defunctæ ex parte patris tantũ: an ad dictos filiũ, & filias dictæ Marg. habitos ex primo viro fratrẽ, & ſorores dictæ vltimæ defunctæ, & pro qua parte, & quid fieri debeat de dicta dote. Sciendum eſt, ꝙ tam filij primi matrimonij, quam ſecundi ſuccedunt tam in dote matris, quam in alijs bonis maternis quilibet pro virili, vt in Auth. de nup. §. illud quoque. col. 4. Et ſuper hoc eſt conſiderandum, an adiuerit hæreditatem matris, nec ne, & an tranſmiſerit nec ne: quia non adeuntes, nec tranſmittentes, non cõputantur in numero, vt C. ad orficianum. leg. non pro numero.
2 † Item dicta puella, quæ deceſſit infans, portionem ſuam tranſmiſit ad patrem, & ſororem vtrinque coniunctam, vt l. ſi infanti. C. de iure dot. & tamen etiam hic eſt videndum, an pater, vel



ſoror

ſoror adiuerit nẽc ne. vt C. de iure delibe.l. quoniam ſororem.
nam mortuo ſecundo viro deceſſit alia filia ſecũdi matrimonij,
in cuius portione, quã habebat de dote, & omnibus bonis ma-
tris, ſucceſſerunt ſorores vterinæ, & non frater conſanguineus
tantum. ſed in dote data à patre ſuccedit ſolus frater conſangui-
neus ſecundum doctrin. doct. C. de legitim. hæredi. authen. poſt
fratres. de ſuis, & legitim. & authenti. in ſucceſſion. per Cynum.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXCIII.

1 *Damnum in ſocietate an ſit commune. & num. 2.*
3 *Caſus qualiter probetur in amiſſione pecuniæ capitalis.*
4 *Merces emptæ ſi ſunt perditæ, an præſumantur emptæ de pecunia ſocietatis. & ſi non, qualiter probetur.*
5 *Socius ſpoliatus dicta pecunia, vel mercibus, ratione partialitatis dicatur amiſiſſe per caſum fortuitum.*

Multiloquium ſemper diſplicuit, ſaniloquiũ
ſemper placuit. duo contraxe-
unt ſocietatẽ hoc modo: quia vnus depoſuit ducẽta ad partẽ lu-
cri, & damni: alter ponebat operam ꝓmittens cũ dicta pecunia
mercari, & rõnẽ ponere ſingulo menſe. & ſi inde ꝑderetur, pro
1 bare infra menſem. † Quæritur primo, ſi ſors eſt perdita, vel di-
minuta caſu fortuito, an damnũ ſortis perditæ ſit cõmune. dixi,
ꝙ ſic per id, quod legitur, & no. ff. pro ſocio. leg. cum duobus. §.
damna. ibi dum dicit, commune damnũ eſt. ibi eſt tex. ad literã.
Præterea non eſt dubitandum pp expreſſa verba pacti: nam ver
ba dicunt, ad partẽ damni, ꝙ non põt intelligi, niſi de damno cõ
tingente in ſorte, vt ff. ꝓ ſocio. l. Mutius. vbi eſt tex. nam ſocietas
quandoq; eſt lucroſa, quandoque ſterilis, quandoq; damnoſa.
& non poteſt eſſe dãnũ, niſi quando capitale non eſt ſaluum, vt
ibi aperte patet. & hoc etiam probatur aperte. ff. pro ſoc. l. ſi nõ
fuerint. §. ita coiri. vbi dr̃, ꝙ ſi vnus ponit pecuniam, alter operã:
tunc demum ponens operam non participat in alio damno, q̃
operarũ amiſſarũ, qñ ita eſt ſpecialiter actum inter ſocios. & mo
uetur ẽt ibi q̃ſtio, nunquid talis conuentio valeat contra natura
lem æquitatem ſocietatis. & decidit ibi, ꝙ valet. ergo ſi pactum
non eſſet appoſitũ, damnum eſſet commune. & ita tenet Iac. de
Are. in l. 1. C. ꝓ ſoc. & eſt ipſa veritas. non ob. gl. ibi poſita, quæ vr̃
dicere contrariũ. ſ. ꝙ pecunia ꝑeat ponẽti pecuniã: & opa ꝑeat
ponenti operã. nã hic fuit expreſſe actũ, ꝙ periculũ nũmorum
2 eẽt cõe. & hoc ſufficit ĩ q̃ſtione noſtra. † Sed ſi volumus ſcire, q̃d
eſſet pacto non appoſito. ſunt opi. nam glo. dicit, damnum ibi ꝓ
prium non commune. Iac. de Are. dicit eſſe commune. & idem
tenet Rofredus in libellis in tit. de actione pro ſo. Petr. & Cyn.
ex quadam ſua æquitate diſtinguunt aliter, vt ibi per eos. Ego di
co, ꝙ vbi capitale, in quo ſtat ſubſtantia iſtius ſocietatis, non eſt
ſaluum, quod caſu perijt, ꝙ vtriq; perijt, ſcilicet ꝙ capitale fuit
communicatum, quod vtique eſt dominus pro parte: ſecus ſi
dominiũ non fuit tranſlatum, vt in inſtitore, niſi capitale eſt in-
ſtitor. ſed in quæſtu ſocietatis periculum domini eſt. & ita intel-
ligitur illa glo. & hæc vera ſunt, ſiue caſus contingat in ipſa pecu
nia, ſiue in mercibus emptis extra. & hoc dixi ſuccinctè in prima
parte conſilij mei. vidi conſilium cuiuſdam alterius contradicẽ
tis, qui nec pactum examinauit, neque naturam ſocietatis pon-
derauit ſalua audacia ſua, nec tamen debet reprehendi: quia na
turale vitium, quot capita, tot ſententiæ. & etiam quia glo. or.
eſt magnus teſtis. ſed vbi eſt caſus legis, tex. ꝓualet glo. & eſt tex.
in d. §. dãna. ſecundum Iaco. de Are. ſed quicquid ſit de opinio-
nib. doctorũ, hoc loco non curandũ: quia pactũ appoſitũ in cõ-
tractu ſoluit iſtam quæſtionem, vt ibi. Sequitur videre, ſi non ap
3 paret † de caſu, qui debuit probari infra certum tempus conuẽ
tũ, vtrum poſſit peti executio in ipſo capitali, & vr̃ ꝙ non: quia
non eſt liquidũ, niſi poſito calculo, & viſa rõne, vt l. cũ ſeruus. ꝺ
condi. & dem. cum ſi. Contrarium eſt verũ: q̃a iſtr̃m habet in ſe
tres caſus. ſ. dãni. & iſte caſus probandus eſt à reo, cui ꝑmittit̃ ex-
cipere de caſu lucri. & certe ĩ capitali eſt tunc liquidũ, ſed lucrũ
eſt liq̃dandũ, ab actore, & ẽt ꝑ codicẽ rõnũ. Eſt & tertius caſus,
qñ non emerſit lucrũ, nec damnũ. & adhuc inſtr̃m iſto caſu eſt
exequendum. aut ergo reus probat damnum: & tunc inſtrumẽ-
tũ non dẽt exequi, niſi pro parte dimidia, in qua inſtr̃m eſt liqui
dũ in omnem euentum, vt ſupra dixi in primo paſſu. aut reus nil
probat, & tũc in totũ fit executio: quia ſcriptura dicit, quos flo.
oẽs cũ medietate lucri &c. nam hæc ſcriptura duas partes hẽt. ſ.
de ſorte certa, & de lucro incerto. vnde id, quod eſt certum, exe
qui dẽt, de ſtatulibe. ſtatuli. l. rõnem. de probat. l. quinquaginta.
Exequi dẽt dico ſtatuto termino reo ad ſe defendendũ, & non
ꝓbata per reũ defenſione. Iſte eſt ergo rectus modus, ꝙ petat̃
executio in quantitate prædicta, & ꝙ citetur reus, ꝙ opponat,
& ſtatuatur terminus ad probandũ, & reo nil ꝓbante fiat execu
tio promiſſionis certæ quantitatis ſpecificatæ in ꝓmiſſione prę
dicta. nec ignorat iudex illud, vnde forma iuriſdictionis naſcit̃,
imo ſcit ex lectione inſtrumenti. nec requiritur alia ꝓbatio ex
parte actoris, licet ꝑ negationẽ, & exceptionẽ retro poſſit fieri
res dubia. ff. de tranſa. l. poſt rem. Exceptio aũt ſi eſſet ꝓbata, nõ
excludit̃ à ſtatuto: q̃a naſcitur ex tenore ĩſtr̃i, vt leg. & no. de ſen.
l. cũ eorũ. Sequitur videre, an caſus non fuerit probatus. & cer-
te iſte caſus non fuit probatus, quia contigit in ipſo corpore nũ
morũ, ſed iuſſus eſt reus probare, ꝙ cõtigit in mercib. emptis,
& in illis nũmis. Certe ego iã cõſului, ꝙ nõ apparebat mihi hoc
ꝓbatũ: q̃a ꝙ ex illa pecunia illæ merces eſſent emptæ, nullus ꝑ
ſenſum corporis atteſtatur, nec poſſet atteſtari aliq̃s, niſi inter-
fuiſſet numerationi pecuniæ, & emptioni, vidẽs illam pecuniã
in illud conuerti, q̃ probatio eſt difficillima, & pene impoſſibi-
lis, niſi probaretur ꝑ confeſſionẽ partiũ, vel ꝑ legitimos & ĩdubi
tatos codices rõnũ. Cũ hoc igit̃ nõ ſit de neceſſitate probatũ cõ
4 cludenter, ſupeſt † vt videamus, quid præſumatur de iure. & br̃
caſus eſt legis, ſi incontinenti fuerint emptæ, p̃ſumit̃ ex illa pe-
cunia, aliter non, cũ aliunde potuiſſet ab eis, tex. eſt no. ff. de pri-
uileg. credi. l. ſi ventri. §. fi. & C. pro ſoc. l. 2. ver. ſane. ſed iſtud non
eſt hic probatũ, ergo &c. ſed certe iſtæ merces non fuerunt em-
ptæ de vento, l. fi. C. vbi pupi. educa. debe. & p̃ſumũt̃ emptæ cõi
noĩe propter p̃cedentẽ contractũ ſocietatis, de admi. tuto. l. qui
negociationẽ. & ſocius, quia ponit iſtas meres in communi, nõ
tenetur de ſuo ſoluere, ſed de communi, ergo ſaltem eſt tantum
probatum, quod damnum debet eſſe cõmune. Sed certe inter
vniuerſalem geſtorem, & particularem ac limitatum ſocium
multum intereſt, ex particulari enim ſocietate ponamus ducen
torum non præſumitur communi nomine empta quæcunque
emuntur. Ideoque non poteſt p̃ſumi ſocius ducentorum com-
muni nomine emiſſe omnia, nec ẽt hoc, vel illud propter incer
titudinẽ facti non determinati ad aliquid. quid etiã ſi ementur
mille milia, & ſocietatis pecuniæ, & operæ eſſent circa 10. tm̃.
In adminiſtratione vniuerſali poteſt præſumi, quod quid &c. nõ
in ſocio generali, qui eſt ad vnam quantitatem, ſicut nec in eo,
qui ad vnam ſpeciem mercatur in eo, ꝙ poteſt ſe habere ad plu-
res ſpecies: puta ſi eſt ſocius pãnorũ, & emit lanam ad finẽ pãno
rũ, & venit in ſocietate, vel ad finẽ reuendendi ipſam lanã, & nõ
venit, in dubio incũbit probatio ei, qui dicit emptũ ad finẽ pan
norum. Duplici ergo exiſtente patrimonio. ſ. ſociali, & proprio,
præſumitur in dubio ex ſociali, vt. C. arbitriũ tutelæ. l. q̃cquid. ꝺ
teſtamen. c. cum in offi. ꝑ Inn. facit de peti. hære. l. ſed ſi l. §. ꝙ au-
tem. ff. ad Tre. l. Titius. C. eo auth. contra rogatus. quia magis af
fectat quis habere proprium, quam commune. l. 2. C. quando,
& quib. quarta pars debetur. lib. 10. facit. ff. de ſol. le. & magis. &
ꝙ no. C. de bo. q̃ libe. l. cum oportet. in prin. facit ff. de pecul. le.
hinc quæritur. §. põt. Præterea lex expreſſe dicit, ꝙ id, ꝙ ſocius
emit ſimpliciter, ipſius ſit: ſed iudicio ſocietatis cogit̃ cõicare.
ergo ſi tenetur cõicare, emit de cõi, alias non teneretur cõmu-
nicare. & cũ hoc conſtat, ꝙ ſuo noĩe videat̃ emiſſe, tex. eſt. ff. pro
ſoc. le. ſi quis ſocius ſocietatẽ contraxerit, ꝙ emit, ipſius ſit non
cõe &c. nã ſiue ſuo noĩe, ſiue ſimpliciter emat, non intelligitur
perſona extrinſecus. facit de ver. ob. l. ſi ita ſti. §. Griſo. in fi. ergo
nec eſt ẽt verũ: quia ſola voluntate ementis redigatur de ꝓprio
in cõe, ſed voluntas, & actus neceſſaria ſunt, vt ff. de pecu. l. non
ſtatim. & l. fi. ff. ſi pars hære. petatur. ff. ſi cer. pet. l. ſi ſoci. ver. ꝙ ſi
cõem. apparet, ꝙ nõ ſit ꝓbatũ, ꝙ pecunia fuerit cõuerſa in mer-
ces, ꝙ nõ debet̃ quantitas reſpectiue ad ſpem, ſed ſimpliciter, vt
5 l. incẽdiũ. cũ ſi. ſi cer. † Sequitur videre poſito, ꝙ caſus eſſet pro-
batus lucidiſſime, puta ꝑ cõfeſſionem partis, an cum iſte fuerit
ſpoliatus occaſione particularis dom. Cathalani, iſtud dãnum
ſit proprium ſpoliati, vel cõe. dicit ille conſultor, ꝙ dãnum eſt
cõe, quia vis p̃donũ dr̃ caſus fortuitus. vt ff. pro ſocio. le. cũ duo-
bus §. damna. in ver. latrocinio. & non ſolum in re cõi, ſed etiam
in re propria, ſi occaſione ſocietatis cõe damnum datum eſt, ea-
dem. l. §. quidam ſagariam. & l. ſecundum Iul. eo. tit. Contrariũ
eſt ipſa veritas: quia iſtæ partialitates inſtar monopolij videntur
hr̃e, quod eſt à iure damnatum, & prohibitũ. C. de monopoli. l.
1. & ſic culpa p̃cedit caſum. Et iõ ad culpabilem totũ periculum
pertinet



pertinet, ff. pro ſo. l. cum duob. §. fin. quia iſti partiales ponunt
ſe in rixa, & damni cauſam præſtant. Præterea cũ inimicitia pri-
uata eſt cauſa damni, tale damnum culpæ annumeratur loca. l.
ſi merces. §. culpæ. ſol. ma. l. in his. Et quod inimicitiarum cauſa
fuerit cauſa damni, ex ipſa partialitate apparet. aut igitur dam-
num infertur ratione rerum, aut ratione perſonæ, aut miſtim
ratione inimicitiæ, & rerum, ſeu perſonæ, & rerum. primo ca-
ſu damnum eſt commune. ſecundo & tertio caſu eſt proprium
paſſi. C. de fideic. l. ex repudiatione. in ratione literæ. Et dico,
ꝙ in tertio caſu inſpicitur id, quod nocet. ff. quib. ex cau. in poſ.
eatur. l. Fulcinius. §. quid ergo ſi duas. Et ſi per ordinem vadit
conſilium amici mei à principio vſque ad finem, in omnib. pun-
ctis eſt iuri manifeſte contrarium, ſalua ſua pace. hoc dico quã-
tum ad ſubſtantialia puncta q̃ſtionis: tñ in quibuſdã aliis ꝓbabi-
liter, & copioſe loquutus eſt. quod patet ad rumbum, quod e-
go iam conſului, veriſſimum eſt, & nunc illud idem reconſulo,
& aſſero plenam veritatem ſortiri, ſcilicet ꝙ reus eſt in caſu cõ-
demnationis, ſeu exequutionis, & quod non iuuatur ex proba-
tio, non concludentibus vllam ſubſtantiam defenſionis ſuæ. &
facit, quod no. in Spe. de fideic. §. fin. ver. ſi autem. & ibi patet, ſi
ille, qui ponit operam ſolum, non vult teneri de caſu pecuniæ,
ſed debet hoc ſpecialiter paciſci. Vltimò ſciendum eſt, quod ca-
ſus pecuniæ non præſumitur, niſi probetur: quia datis hincinde
dilationibus, & diſcuſſio de hoc, non eſt probatum, vnde re-
manet quantitas pura, & liquida. & ſic dicere, vt dicit ille, quod
nihil apparet in reliquis, non eſt verum: quia nulla diminutio
apparet nullo caſu probato. leges ſunt notæ lippis, & tonſori-
bus, & vltra leges vulgares optime facit. C. de iure delibe. l. ſi de
bonis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXCIIII.

1 *Vſufructuaria debet præſtare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*
2 *Mater excluditur per ſubſtitutos impuberi pupillariter.*

1 Poſt mortem † Iuuenalis d. D. Cather. donec vi-
uit, debet habere vſumf. omnium
bonorum dicti ſer Matthæi præſtando cautionem de vtendo
fruendo arbitrio boni viri. & de reſtituendo finito vſufr. vt ple-
ne leg. & not. in l. Titia. §. fi. de leg. 2. per doc. maxime per Bart.
Nec obſt. ꝙ fuit relictum ſibi vnà cum liberis: quia mortuis li-
beris portio liberorum. i. ipſius Iuuenalis accreſcit matri, vt ff.
de vſufr. accreſ. l. ſi mulieri cum liberis. Item nec ob. quod dixi
cõmunicando cum eis dotem in vita filij. nam iſta clauſula ad fi-
lium relata nõ eſt ad ſubſtitutos filio, & ideo mortuo filio libe-
re debet habere vſumfr. toto tempore vitæ ſuæ. C. de leg. l. 1. &
hoc de primo puncto. Et quò ad bona ſer Matthæi tantum ha-
bet iſtam naturam de eo, quod obuenit ad Iuuenalem de bonis
2 paternis, ꝙ mater nullum debet habere vſumfr. † Super ſecun-
do puncto dicendum eſt, ꝙ mater iſta filio impuberi non ſuc-
cedit in aliquo, nec in bonis ſer Matthæi, nec in bonis relictis
impuberi à patruo: quia iſta omnia bona vndecunque quæſita
pertinẽt ad Ioannem, & ſer Angelum pupillariter ſubſtitutos
impuberi. C. de impub. & aliis ſubſt. l. precibus. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXCV.

1 *Poteſtas arbitri, vel arbitratoris quanto tempore finiatur,*
2 *Dictio, ſecundum, quid ſignificet.*

Præſuppoſita valitura compromiſſi, & electio-
nis tertij, vtrum poſt duos men-
1 ſes à ſtatuto præfixos potuerit laudari, nec ne. † ſuper hoc er-
go quæritur à me, vtrum ratione temporis laudum ſit nullum,
quia fuit latum poſt annum. Super quo puncto ſciendum eſt, ꝙ
de iure communi poteſtas arbitri non finitur anno. ff. de arbi. l.
ſed ſi compromiſſum. ſed eſt in poteſtate arbitratoris. Dicit Bar.
ꝙ finitur anno, vt not. per Bar. in l. ſi quis arbitratu. de verb. obl.
Ego tenui, & teneo, ꝙ ſi compromittitur ſuper lite, vel contro-
uerſia decidenda, ꝙ compromiſſum in arbitratorem non finia-
tur anno, vt C. de temp. appella. auth. ſi tamen in medio. & in c.
quamdiu. de appel. in cle. & ideo dictum laudum valeret latum
poſt annum, & maxime ex poteſtate arbitrij, non ſolum arbi-
tramenti. Non obſtant illa verba, ſecundum formam ſtatuto-
rum. nam illa verba veniunt ad determinationem illorum ver-
borum, de iure, & de facto. non ad alicuius temporis deſigna-
tionem. ff. de bonis auth. iud. poſ. l. in venditione. §. de tempore.
& quia iſtud ſtatutum loquitur in cõpromiſſo neceſſario, quod
differt à voluntario, vt C. de iudi. l. pe. in fi. Et q̃a non proprie dr̃
ſtatutum Gualdi, ſed ſtatutũ, quod facit pr̃ filio, & dñs ſubdito,
2 vt in c. licet. de ſepul. lib. 6. † & quia dictio. ſecundùm, requirit
extremum, ad quod proprie referatur, aliàs nil operatur, in ca.
Abbate. extra, de verb. ſign. Meta etiam temporis per ſtatutum
non eſt impoſita ad compromiſſum finiendum, ſed arbitrum
negligentem puniendum, conſtita tñ negligentia eius, & non
aliter. & ideo ſi aliud non obſtat, dictum laudum debet exequu-
tioni mandari.

CONSILIVM CCCCXCVI.

1 *Stante ſtatuto, quod quilibet conductor molendini apti ad faciendum oleum ſoluat 10. communi pro gabella: an conducens molendinum tale ab eccleſia teneatur ſoluere gabellam.*
2 *Non ſolum ſtatuta, quæ ſiunt contra liberta. eccl. directo non valent, ſed etiam ea, quæ in aliquo derogant libertati eccl.*
3 *Sicut laici nõ tollunt libertatem eccle. ita nec clerici libertatem laicorum.*
4 *Statutum laicorum quando dicatur concernere clericos, vt non valeat, diſtinguit.*

Punctus quæſtionis talis eſt. Statuto ciuitatis Mõtis
falco. nouiter facto ſuper facto gabellæ no-
uiter factæ, iam eſt annus. cauetur, ꝙ pro quolibet molendino
apto ad faciendum oleum ſoluatur communi dictæ ciuitatis ꝓ
quolibet anno 30. ſol. Et ꝙ quilibet contrahens cũ aliqua per-
ſona exempta, vel alio qui non poſſit conueniri, ꝙ talis contra-
hens teneatur ſoluere gabellam ꝓ vtraq; parte tam ꝓ ſe cõtra-
hente, q̃ ꝓ eo, cum quo contraxit. Modò quidam ciuis laicus
cõtraxit cum decano, canonicis, & capitulo eccleſiæ Montis-
falco. conducẽdo. ſ. ab eis quoddã molẽdinum aptum ad faciẽ-
dum oleum, vt s̃ ꝓ certa annua penſione. & dicti decanus, cano-
nici, & capitulum ꝓmiſerunt eidẽ. ſ. conductori dictum molen-
dinum defendere ab omni moleſta perſona, ſecundum quod in
inſtrumẽto locationis apparet. Nuper dictus. ſ. cõductor com-
pellit̃, & aſtringitur per cõmune, & officium dictæ ciuit. ad ſol-
uendũ ipſi cõmuni dictos 30. ſol. p̃textu dicti ſtatuti. Opponitur
per decanum, canonicos, & capitulũ prædictos, & aſſeritur di-
ctum. ſ. conductorem de iure non teneri ad ſoluendum dictos
30. ſol. & ꝑ conſequens non debet cõpelli, nec aſtringi ꝑ ipſum
commune ad ſoluendum, & maxime q̃a dictum molendinum
ſic cõductum eſt eccleſiæ, & ipſorum decani, canonicorum, &
capituli, & perſonæ eccleſiaſticæ: ac ipſorum bona non tenen-
tur de iure ad talia perſoluenda: cum dictæ perſonæ eccleſiaſti-
cæ, & ipſorum bona non ſint ſub poteſtate laicorum, nec ſta-
tutum laicorum extenditur ad clericos, nec eorum bona: imò
factum contra libertatem eccleſiaſticam, & ſic tales ſtatuentes
incurrunt pœnam canonis. & nil ſpectat ad laicos de his, quæ
fori ſunt. Si dicitur, ꝙ tale ſtatutum concernit perſonã contra-
hentis, non rem contractã, hoc non eſt verum: q̃a ratione rei, de
qua agitur, hoc eſt ipſius molẽdini, conuenit̃ conductor. Et ꝓ
ipſo molendino, q̃d eſt quid eccleſiaſticum, cõpellitur ſoluere,
& res eccleſiaſtica non tenetur, ergo, &c. Nam ſublato molen-
dino ſublata eſt gabella, & ſic ratione rei, de qua, &c. non ratio-
ne perſonæ contrahẽtis, quare, &c. Replicat̃ ꝓ parte cõmunis,
ꝙ Eccleſia Romana habebat, ſiue habet ſalinas in Romãdiola,
quas annuatim locat, ſiue vendit ſecularib. mercatorib. qui fa-
ciunt ſal portari ad vendendum in certis prouinciis. ciuitates,
& aliæ cõmunitates, ꝑ quarum territoria dictũ ſal defertur, pe-
tunt paſſagium, & gabellã ꝓ dicto ſale. allegatur ꝓ parte mer-
catorum, & defendentium, ꝙ Eccleſia Romana non tenet̃ ſol-
uere pedagium, nec gabellã, nec ꝑ conſequẽs emptores, & cõ-
ductores dictarũ ſalinarum, ſuper quib. dictũ cõmune dicit cõ-
1 ſuluiſſe. † demumque dicit ꝙ conductores tenebantur ſoluere
gabellam, & paſſagium. Item dicit ipſe communem hanc opini
tenere dñm Bar. & Iac. de Are. nõ alleg. dictũ cõmune leges, ſu-
per quib. p̃dicti conſultores fundant ſe. Modò viſis dicto ſtatu-
to, puncto, iurib. & allegationib. vtriuſq; partis, quæritur à cõ-
2 ſultore, quid iuris. † Non ſolum ſtatuta, quę fuerint cõtra liber-
tatem eccleſiaſticam directo, ſed etiam ea, quæ in aliquo dero-
gãt eccleſiaſticæ libertati. ea etiam, per quę fit fraus de perſona
ad perſonam, non valent, tamen per hoc non impediuntur lai-
ci vti eorum commodis, & vtilitatibus contra ſuos conducen-
tes ab eccleſiis, vel ementes ab eis poſſeſſiones, vel redditus:
3 † quia ſicut laici non poſſunt tollere libertatem clericorũ: Ita
nec clerici libertatem, & iuriſdictionem laicorũ in ſubditos lai-
cos, nec minus Reſpublica, quam habet priuatus, qui poteſt
mandare famulo ſuo, & dicere volo, ꝙ labores vineam meam,

& non ſacerdotis. nec poteſt eccleſia laico imperare contrariũ,
niſi laicus maligne id faciat, inde nullum prouentum ſentiens,
ſed ſolum damnum clericis, vel eccleſiis incutiens: qa tunc non
liceret propter malã, & fraudulentam intẽtionem, vt hoc pro-
batur in c. dos. de immu. eccl. lib. 6. & c. quanquam. de cenſi. ea-
dem compila. & c. ſi. de immu. eccle. in cle. & ff. de cond. & dem.
l. hæres meus. §. in fraudẽ. & in auth. caſſa, & irrita. C. de ſacroſ.
eccl. cũ ſua materia. Et ideo dicta ſtatuta nõ ſunt odioſa, qa non
principaliter continent odium, ſed fauorem rei fiſcalis contra
ſubditos tantum. ff. de damn. infe. l. Proculus. C. de ſerui. l. ſi ma-
nifeſte. Et quia mundus ita approbat, non audeo damnare: quia
ſicut ait ſapiens, iudicium populi vniuerſi vide, ne deſpexeris,
& ideo tripudium ſequor, quod autem alij doct. pro iſta parte
allegare poſſunt, ad hoc eſt. ff. de pub. l. licitatio. §. mercatores.
& ibi per Dy. & cum Dy. concor. Spe. de cenſi. §. nunc dicẽdum.
tam Speculator, quàm Io. And. ibidem, facit. ff. de verb. obli. l. ſi
4 ita quis. §. ea lege. & de iure dot. l. ꝓmittendo. in prin. † Ponde-
randi autẽ ſunt tres caſus. nã aut ſtatutũ dirigit verba in nõ ſub-
iectos, & non cõprehendunt clerici, vel eccleſiæ: qa eſſet dire-
cto cõtra libertatẽ eccleſiæ, q̃ libera eſt ab iſtis munerib. extra-
ordinariis. C. de ſacroſ. eccl. l. placet. de immuni. eccl. c. non mi-
nus. & c. aduerſus. de ſen. excõ. c. nouerit. per In. de cõd. inſti. l. ſi
quis ſub cond. per Bar. Interdũ ſtatutum expreſſe dicit ſic, qui-
cunq; cõtraxerit cum clerico, teneatur vterq; ſoluere gabellã,
& pro clerico poſſit cogi laicus, & tũc nõ valet quò ad clericũ,
nec quo ad laicũ ꝓ parte clerici: qa obligatio laici ponit in con-
ſequentiam obligationis, quæ nulla eſt, vt quarum rerum actio
non datur. l. 1. §. exceptiones. Interdum ſtatutum nõ grauat cle-
ricum in aliquo, ſed laicum grauat dupliciter, ita ꝙ portio laici
eſt grauata inſolidum, portio vero clerici in nihilũ: tũc non in-
fringitur libertas clericorum, licet per indirectum aliquod cõ-
modum ſibi auferatur, ſ. quia cõductor propter iſtud onus nol-
let concedere, niſi pro minori mercede, vt ff. de ſer. expor. l. ſi
venditor. §. ſi. tamen Reſpublica, quæ æquiparatur eccleſiæ, vt
C. de ſacroſ. eccl. l. vt inter diuinum. non tenetur pro alienis cõ-
modis ſuas inuenire difficultates: quia in alpibus ille perit, &c.
& ita practicatur vbicunque locorum. hæc tamen opinio ali-
qualiter me remordet: quia intentio ſtatuentium eſt implicata
ad propria commoda, & eccleſiarum damna. ſed hoc eſt natu-
rale, ꝙ generatio vnius ſit corrruptio alterius. & tamen de pri-
ma intẽtione naturæ eſt generare, & non corrumpere. & facit,
quod no. ff. de auth. tu. l. 1. in fi. & ff. de via publica. l. ædiles. & ff.
de priui. cre. l. Antioch.

### CONSILIVM CCCCXCVII.

1 *Donatio an propter ingratitudinem reuocetur ipſo facto, vel ſit opus facto iudicis.*

1 Si quæratur, † vtrum per l. pen. & ſi. C. de reuocã.
donatio. propter ingratitudinem ve-
ram, & in iudicio probatam res donatæ reuertantur ad donan-
tem ipſo iure, an vero officio iudicis agatur. & dicit ibi Petr. &
Cy. ꝙ officio iudicis agitur. ſed in caſu noſtro: quia donatarius
conſenſit reuocationi, & iura ceſſa conceſſit, non eſt opus Præ-
tore, & ideo quæ geſta ſunt valent. & per diſtractum iura con-
tractus amiſſa ſunt: quia licet nõ interuenerit retraditio, inter-
uenit ceſſio ex iuſta cauſa. facit, quod not. ff. de pac. l. ab empto-
re. C. quando lice. ab emp. diſcedere. l. 1. ff. de dona. l. 1. in magna
lg. & l. ſi. C. de hær. vel act. ven. & ff. de no. ope. nun. l. 1. §. idem
quæritur. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXCVIII.

1 *Extantibus matre, & auia quando incipiat currere annus auiæ ad petendum tutorem.*
2 *Expenſæ quando videantur factæ cauſa pietatis, vel animo repetendi.*

1 Opinio † domini Bart. hæc eſt, ꝙ elapſo primo anno
matri, incipiat ſecundus labi auiæ, & lapſo ſe-
cundo anno auiæ incipiat tertius annus labi fratri vterino, vel
ſimilibus, qui poſt vocantur. vnde in hoc themate omnes iſti,
de quibus quæritur, eſſent excluſi à ſucceſſione. & ſic matrem
tuetur potius poſſeſſio rerum, q̃ ipſum ius hæreditarium. & ita
tenet in l. 2. qui petant tutores. ff. & C. eo. l. nepotibus. ſed glo.
dicit ibi primum excludit, ſed non ſequentes, vnde ſecundum
gl. ſuccederet auia. & hoc per legem tertiam. §. videndum. ff. ad
Tertullia. Ego ſic dico, ꝙ ſi quidem mater excluditur à ſucceſ-
ſione, & à tutela, puta per tranſitum ad ſecunda vota, quia effi-
citur ſuſpecta, tunc auiæ incumbit ſolicitudo. & ex tunc ſi ne-
gligit per annum, auia priuatur ſucceſſione, ſi autem mater ex-
cluditur à ſpe ſucceſſionis, ſed non à ſpe tutelæ: nam etiam poſt
annum mater poteſt gerere tutelam, & excludit auiam à tutela.
In iſto caſu non punitur auia. & ratio hæc eſt: quia ſi pupillus ha
bet tutorem legitimum, non debet puniri mulier, vt not. C. ad
Tertul. l. matres. ſed hic habet matrem, quæ eſt legitima tutrix,
aliàs quaſi legitima, ergo non punitur auia. ſed ſi mater renun-
tiaſſet tutelæ, vel trãſiſſet ad ſecunda vota, tunc ceſſaret iſta ra-
tio, & puniretur auia. & ita ſæpe cõſului, & de hoc dixi in l. pre-
2 cibus. C. de impuber. Super ſecundo puncto dicendum eſt, † ꝙ
expenſæ intelliguntur factæ cauſa pietatis, ſi fuerunt circa per-
ſonam impuberis, & ſunt paruæ expenſæ. ſi autem fiant circa
res, intelliguntur factæ animo repetendi. C. de neg. geſt. l. 1. per
gl. & doc. ff. eo. l. Neſennius Appollinaris.

Sequitur conſtitutio domini Egidij Cardinalis Spo-
letani, & legati domini Papæ. Et quia com-
mune ciuitatis prædictæ fore nouimus expenſis grauibus one-
ratum, volumus, & mandamus, ꝙ communitates, & incolæ, ac
habitatores caſtrorum, terrarum, & locorũ omnium diſtrictus
prædicti infirmantiis cum ipſo cõmuni contribuere teneatur.

### CONSILIVM CCCCXCIX.

1 *Iure communi caſtra, nec ciuitates habent gladij poteſtatem.*
2 *Soli præſides prouinciarum, & non inferiores eis habent gladij imperium, vnde poteſtates ciuitatum, & caſtrorum non habent de iure communi gladij imperium.*
3 *Caſtra, ad quæ ciuitas mittit poteſtates, qui non cognoſcunt niſi de cauſis ciuilibus, & criminalibus, in quibus venit imponenda pœna pecuniaria, non dicuntur de diſtrictu dictæ ciuitatis.*
4 *Dicitur illud propriè tale, quod eſt ſimpliciter tale, non autem ſit tale ſecundum quid.*
5 *Reperitur diſtrictus triplex.*
6 *Inferior à principe an poßit in diſtrictualibus imponere noua onera.*

Proponitur, ꝙ iſta caſtra recipiunt poteſtates miſ-
ſos per commune Spoleti ad regimẽ
ipſorum caſtrorum, qui tamen poteſtates habent iuriſdictionẽ
in ciuilibus, & cauſis criminalibus pro quibus imminent con-
demnationes pecuniariæ. vbi vero pœna ſanguinis ingeritur,
dicti poteſtates, vel commune Spoleti nullam habent pote-
ſtatem, ſed rector ducatus duntaxat, de pœnis pecuniariis di-
cti poteſtatis debet habere certam partem. Quæritur ergo,
nunquid dicta caſtra dicantur eſſe de diſtrictu ciuitatis Spole.
ita quod includantur ſub dicta conſtitutione domini Egidij, ex
eo ꝙ dictum eſt. vel etiam quia tenetur facere hoſtem, & caual-
catam, & dant cereum, & tenentur habere amicos pro amicis,
& inimicos pro inimicis. Secundo nunquid dictus Do. Cardi-
nalis potuerit dictam conſtitutionem facere, & obligare dicta
caſtra in plus q̃ ex pactis ſint obligata communi Spoleti. Ter-
tiò quæritur, cum dicta conſtitutio non fuerit adhuc in vſu, v-
trum ſit ſublata. Quartò quæritur, an dicta conſtitutio ex natu-
1 ra ſui ſit ꝑpetua. † Et circa primum ſciendũ eſt, ꝙ ciuitates, ne-
2 dum caſtra de iure communi non habẽt gladij poteſtatem. † Et
ideo poteſtates ciuitatum, vel caſtrorum, de iure communi nõ
habent gladij imperium, ſed ſoli præſides prouinciarum, & nõ
inferiores eis. ff. de off. preſi. l. illicitas. §. qui vniuerſas. & in auth.
de defen. ciui. §. audient. & no. in Spe. de iuriſ. om. iud. §. expedi-
to. ver. quod poteſtates. & per Rofr. in ti. qui poſ. iud. ad ſi. Et ta-
men conſtat, ꝙ ciuitates habent territorium, pertinentias, &
diſtrictum. de reſ. ſpo. c. cum ad ſedem. de elec. c. vbi periculum.
lib. 6. & c. cum Romani. de elect. in cle. de epiſc. & cleri. c. nulli.
16. quæſt. 5. c. 1. & no. C. vbi de poſſ. agi oportet. l. 1. vnde non eſt
bona conſequentia, non habet in ipſa caſtrum gladij poteſtatẽ.
3 ergo non eſt caſtrum de diſtrictu. † ſic igitur videtur, ꝙ dicta
caſtra ſunt de diſtrictu Spoleti. In contrarium videtur, † nam
4 illud ꝓprie dicitur tale, quod eſt ſimpliciter tale, non ſecũdum
quid. ff. de leg. 3. l. hoc legatum. ſed iſta caſtra diſtinguuntur ſe-
cundum quid. ergo non ſunt ꝓprie de diſtrictu. Circa ſecundũ
5 ſciendum † eſt, ꝙ triplex eſt diſtrictus. i. conuentionalis, qñ ca-
ſtrum per ſe regitur, & ſe ſubmittit ſimpliciter alicui ciuitati ob
tutelam ſui corporis ſine prẹiudicio Principis. ff. de iuriſ. om. iu.
l. eſt receptum. Priuilegiatus, qñ Princeps conceſſit alicui ciui-
tati caſtrũ ac diſtrictum. C. de legib. l. nam humanũ. Et præſcri-
bitur, qñ iuriſdictio, & imperium præſcribuntur in ipſum ca-
ſtrũ. C. de diuer. off. l. viros. lib. 12. & de for. comp. c. cũ cõtingat.
Nunc



Nũc ſumus in primo membro. ſ. diſtrictus conuentionalis, & ſe-
6 cundum quid. † Quæritur, vtrum per ſuperiorem infra Prin-
cipem poſſit in grauiorem ſeruitutem adduci, quàm conuen-
tum ſit. & videtur ꝙ ſic: quia immunitas alicui conceſſa infrin-
gitur propter caſus inopinatos, vt no. in l. 1. de iure immuni. per
dominum Dy. In contrarium videtur, qui vltra pacta grauatur,
habet negatoriam vel officium iudicis, vnde per ambitioſum
iudicis decretũ tolli non poteſt. l. ambitioſa. de decret. ab ord.
fac. Item quia tacite videtur conuentum, ne vltra grauentur de
neg. geſt. l. qui alie. §. libertos. & reſcripta, vel ſtatuta nõ poſſunt
tollere iura naturalia pactorum. Item quia mandatum domino
legato per Papam datum ad hoc non ſe extendit, vt l. ſi pater. q̃
in frau. cred. Io. And. in Spe. de cenſi. recitat Dy. & no. firmat, ſed
certe multum refert inter immunitatem gratuitam, de qua di-
cit Dy. nam iſta eſt quædam donatio. & ſi donator vergit in pe-
riculum, nimirum ſi propter publicam vtilitatem poteſt hoc,
& inter extraneorũ pactionẽ, & iſta nullo modo violari poteſt,
vt no. Rofr. in Rubricella de re commenda. Præterea de dicto
pacto non fit mentio in conſtitutione domini legati, & ideo pa
ctum non tollitur per ipſam. C. de teſta. auth. hoc inter liberos.
Præterea legatus non poſſet imponere ſeruitutem prædiis libe
ris. ergo multo minus perſonis liberis. Hoc enim vix Princeps
poteſt. C. nou. vec. l. 1. & optime facit. ff. quod vi aut clam. l. pro-
hibere. §. plane. & C. de reſci. vend. l. ratas. parum enim valeret
humanorum actuum firmitudo, ſi reſcriptis tolleret. & ad hoc
multæ leges & rationes, quinimmo clamores veritatis legum
immortalium poſſunt induci, & quia hęc eſt ipſa veritas, nõ po-
teſt defunctus aliis præſentialiter concertare. Ego Baldus.

### CONSILIVM D.

1 *Canonica portio eſt duplex. ſ. parochialis, & epiſcopalis.*
2 *Minoribus, prædicatoribus, heremitis quando relinquitur, non ſimpliciter, ſed ad vſum & cultum diuinum perpetuum, an locum habet cano. parochialis, vel epiſcopalis.*
3 *Eccleſia, in qua eſt electa ſepultura, tamen caſu ſepultus eſt alibi, an teneatur curator eccleſiæ parochialis ad cano portio. ac ſi eſſet ſepultus ibi, vbi ſepultura eſt electa.*
4 *Sepultus ſi quis ſit caſu fortuito in eccleſia, cui legauerat, tamen non elegerat ibi ſepulturam, an eccleſia parochia, habebit cano. portionem.*

Punctus quæſtionis vertentis inter D. Barth. Blaſij Vi-
carium, & gubernatorem eccleſiæ ſancti Se-
ueri de Per. quæ eſt eccleſia parochialis ex vna parte agentes, &
capitulum, & conuentus S. Mariæ nouæ eorum ſyndicum ex
parte altera defendẽtes, talis eſt, videlicet, Dña Genola Cecholi
Ioannelli de Caſtro An. & vxor tunc Bart. Monoli portæ ſolis,
& portæ S. Seuer. ſub anno Dñi 1362. die 2. menſis Nouembr.
ſuum condidit teſtamentum in hunc modum, videlicet: quia
primo iuſſit corpus ſuum ſepeliri apud eccleſiam S. Mariæ no-
uæ de Peru. Item reliquit, & iuſſit expendi de bonis ſuis ſu-
per funere ſui corporis tempore ſuæ ſepulturæ 4. flor. au. Item
reliquit fratribus S. Mariæ nouæ pro anima ſua 25. lib. denar. In
omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus & immobilibus. Io.
& Antonium eius filios, & poſthumũ naſciturum ex ea, ſi per-
uenerit ad lucem, ſibi hæredes vniuerſales inſtituit æquali por-
tione, ſi infra tẽpus 25. an. omnes dicti ſui filij tam nati, q̃ naſci-
turi, tã maſculi, q̃ fœminæ decederẽt ſine filiis legiti. Et reliquit
bona ſua loco fratrum S. Auguſtini ꝓ tertia parte, loco fratrum
S. Fran. pro alia tertia, loco fratrum S. Mariæ nouæ pro alia ter-
tia parte. Et in prædicto caſu dicta loca ſibi hæredes vniuerſales
inſtituit, & ſubſtituit. tandem dicta D. Genola deceſſit durante
& exiſtente matrimonio inter ipſum, & dictum Bar. ſuperuiuẽ-
tibus ſibi dicto Bar. ſuo marito & dictis filiis ſuis legitimis, & di-
ctus Barr. deceſſerunt in comitatu, videlicet in caſtro Andriæ,
quod diſtat per 5. milliaria à ciuitate Peruſij, & dicta eccleſia S.
Seueri. & ſepulta fuit apud eccleſiam dicti caſtri, in qua erat ſe-
pultura ſuorum maiorum, electione ſepulturæ non mutata, &
non apud eccleſiam Sanctæ Mariæ nouæ. tandem deceſſerunt
dicti filij, & infra tempus 25. annorum ſine filiis legitimis. & ſic
venit caſus ſubſtitutionis dictorum legatorum, videlicet S. Au-
guſtini, S. Franciſci, & S. Mariæ nouæ. Modo quæritur de duo-
bus, primò cum dicta Do. Genola cum dicto ſuo marito habi-
tauerit in porta S. Seueri, an dicta eccleſia S. Seueri cum ſit ec-
cleſia præfatæ de parte dictæ hæreditatis do. Genolæ contin-
gentis dicto loco fratrum S. Mariæ, & etiam de dictis 25. lib. de-
na. quartam partem, videlicet canonicam portionem non obſt.
ꝙ extra dictã parochiã deceſſerit, videlicet in dicto caſtro An-
driæ, & apud eccleſiam dicti caſtri fuerit ſepulta. Secundò quæ-
ritur, an locus fratrum S. Frãciſci, ſit capax dictæ ſubſt. & inſt. ꝓ
tertia parte, & ſic locus S. Marię apud quem d. D. Genola elegit
ſepulturã, ſuccedat in tertia parte hęreditatis p̃dictæ. & ſic dicta
eccleſia parochialis debeat habere canonicã de tertia parte di-
ctæ hæreditatis, & dictarum 25. lib. dena. an eo caſu, quo dictus
locus S. Seueri nõ ſit capax, an tota dicta hęreditas de dicta par-
te dictorum filiorũ iure pertineat, & pertinere debeat iure ac-
creſcendi ad dicta loca fratrum S. Auguſtini, & S. Mariæ nouæ,
videlicet ad quemlibet pro dimidia. & ſic de tali dimidietate di-
ctæ hæreditatis contingentis loco S. Mariæ nouæ, dicta eccle-
ſia, ſiue locus S. Mariæ nouæ dictæ eccleſiæ parochiali S. Seueri
1 teneatur ſoluere canonicã portionem. † Duplex eſt canonica.
ſ. epiſcopalis, & parochialis. epiſcopalis debetur epiſcopo pro-
pter onus epiſcopale, quod ei incumbit, quod conſiſtit in cele-
brando ſolennniter, ordines conferendo, confirmando, criſma
conficiendo, benedicendo oleum ſanctum, &c. Parochialis de-
betur curato eccleſiæ parochialis ꝓpter onus parochiale, quod
conſiſtit in celebrando, &c. hæc tamen eſt differentia in natu-
ra iſtarum canonicarũ: quia quandoq; debet canonica epiſco-
po, & non debetur curato eccleſiæ parochialis: qñq; debetur
curato, & nõ epiſcopo ſecundum vnã opi. qñq; debet curato, &
epiſcopo. & hoc dupliciter, vel quia debetur epiſcopo quarta
quartæ, vel quia detrahuntur duæ quartæ, vna per vnum, alia ꝑ
alium. Hoſt. in ſumma de ſepul. §. & vtrum canonica portio.
Exemplum, quãdo debetur epiſcopalis, & non parochialis, eſt,
qñ parochialis non exigitur, niſi ab eccleſia, in qua moriens e-
legit ſepulturam: epiſcopalis vero ab omnibus piis locis, qui-
bus eſt relictum ſimpliciter, etiam ſi ibi teſtator ſepultus non
ſit, de ſepult. c. cum liberum. & c. in noſtra. & in c. abolendæ. de
de ver. ſig. c. ex parte. lib. 6, ſecundum Hoſt. & omnes doc. poſt
2 eum. † Exemplũ de ſecũdo puncto, qñ relinquitur minoribus,
prẹdicatoribus, heremitis, & carmelitis. ſ. non ſimpliciter, ſed
ad vſum, & cultum diuinum perpetuum, &c. vbi non habet lo-
cum canonica epiſcopalis d. c. ſi. ſed parochialis ſic, vt in c. dudũ.
§. verum. de ſepul. in cle. & dicunt quidam, ꝙ epiſcopus hoc ca-
ſu nil habebit, ita ꝙ eccleſia parochialis non tenetur epiſcopo
ad quartam quartæ: quia libera eſt ab epiſcopo. vñ dici poteſt,
quantum ad te pertinet, liberas ædes habeo, vt l. loci corpus. §.
competit. ff. ſi ſeru. vend. ſed contrariũ eſt verũ, vt not. per dñm
Fede. in opere ſuo conſi. 6. quod incipit, teſtator elegit. ſed illud
dictum habet ſcrupulum, nam qua ratione poſſet petere quar-
tam quartæ à curatoribus, eadem ratione cauſa vitandi circui-
tus poſſet petere ab hæred. teſtatoris, d. §. verum gl. per hoc di-
cebat, ꝙ eſt contra text. dicti. §. verum. hoc in legatis priuilegia-
tis, ſed in non priuilegiatis non eſt dubium, ꝙ epiſcopus debet
habere à curatis quartam quartæ. Sed ſi vera eſſet opinio Hoſt.
epiſcopi haberent primò ſuam quartam integram, deinde ab
eccleſia, cui eſt relictum, & deinde haberent quartam quartæ à
curato ecclesię, vbi habet domiciliũ, & in alia negatiua ſepultũ,
& haberet epiſcopus cum ſuis eccleſiis ſocietatem leoninam,
& prædoninam, & valde extenuantem pias deſcendentiũ con-
ſiderationes, & voluntates. Et ideo dicẽdũ eſt, ꝙ aut eſt caſus, in
quo ſoli epiſcopo debetur quarta, & tunc debetur ei integr. de
teſta. c. requiſiſti. §. ſecus. aut eſt caſus, in quo eccleſię parochia-
li debetur quarta, & tunc epiſcopo non debetur niſi quarta il-
lius quartæ. ff. ſi cui pluſquam per l. Fal. l. 1. §. interdum. alio quin
pone, quod de conſuetudine canonic. ſit dimidia, ſi epiſcopus
habet dimidiam, & curatus dimidiam, nil remanebit eccleſiæ,
vbi eſt electa ſepultura, vel ſi remanebit, erit dimidia dimidiæ,
& vltra epiſcopus de dimidia dimidiæ habebit à curato dimi-
diam, quod falſum eſt. & Hoſt. hic habuit malam ſcientiam, &
peiorem conſcientiam. eccleſia enim, quam teſtator ſuo iu-
dicio liberali dignam æſtimauit, minus haberet, quam epiſco-
pus, de quo teſtator non cõgitauit, & vt ita dixerim, plus habe-
ret præteritus, vel exhæredatus, quàm inſtitutus, & honoratus,
contra l. maximum vitium. C. de liber. præte. & de leg. præſtan.
3 l. Saluius Ariſto. Iſtis præmiſſis talis ſequitur quæſtio, † an ec-
cleſia, in qua eſt electa ſepultura, tamen caſu ſepultus eſt alibi,
teneatur curator eccleſiæ parochialis ad canonicã portionem,
ac ſi eſſet ſepultus ibi, vbi ſepultura eſt electa. Et videtur pri-
mò, quod totum legatũ ſit inutile, quaſi deficiente cauſa finali,
vt ff. de

vt ff. de adi.leg. l. alumnæ. §. Seia.ſed certe hæc ſubſtitutio fuit facta ſimpliciter non ob.ſepultura,&ideo videndum eſt,vtrum eccleſiæ parochiali debeatur canonica, ac ſi ſepulta eſſet teſtatrix ibi,vbi ſepulturam elegit.&ſuper hoc ſunt opi.expreſſe cõtrariæ. quidam dicunt expectari euentum, quidam teſtatoris conſilium. primam partem tenet dominus Federi. de Senis in conſiliis ſuis,conſilio 10.quod incipit, caſus talis eſt. quia cum quarta debeatur eccleſiæ parochiali in recompenſationem cuiuſdam iniuriæ,quæ committitur ſepeliendo alibi ab illa eccleſia dicitur recipere iniuriam, vbi ſepelitur, quia vbi iacet corpus cum funeralibus, ibi dicitur committi iniuria. ſepultura enim factum requirit, non ſolum hominis deſtinationem. ff. de relig.l.2.§.ſepulchrum.& l.oſſa.& l.cum in diuerſis. Alij dicunt contrarium, ne ſit in poteſtate conſanguineorum ſepeliendo alibi auferre eccleſiæ parochiali quartam,ar. ff. de arb. l. nec in poteſtatem.ff.de iuriſ.om.iud.l.ſi quis id,quod.ff.de iur.& fact. igno.l. iniquiſſimum.& hoc tenet Pau.de Eleaza. & Inno.videtur hoc tenere extra,de ſepul.c.in noſtra.Et quod non attendamus caſualem euentum,ſed ſolum euentum, qui ſequi debuit, patet ex legibus dicentibus, ꝙ non inſpicitur quod factum eſt, ſed quid fieri debuit.ff.de offi.præſi.l.ſed licet.non debet eccleſia, quæ non eſt functa munere ſepulturæ, plus habere, quàm ſi iudicio defuncti paruiſſet in ſepultura.ff.de cond. & demonſtr. l.mulieri,& Titio.& l.Titiæ ſi non nupſerit. Item iſta quarta licet non ſit ex iudicio teſtatoris, tamẽ eſt executiua iudicij eius, & inde formam,& originem capit,vnde caſus, nõ modus iſtius obligationis tollendæ,vel inducẽdæ,ſed teſtatoris ſimul, ac iuris diſpoſitio conſideratur. & quodammodo iudicio teſtatoris punitur tanquam ingrata,vt d.§.verum. Præterea & ſi dicamus euentum ſpectari,intelligitur de euentu damni,non de euentu
4 ſepulturæ.ff.ſi quid in frau.patro.l.1.§.1. † Quid ergo econuerſo, ſi ſepultus fuit caſu fortuito in eccleſia, cui legauerat:tñ non elegerat ibi ſepulturam. certe eccleſia parochialis debet habere canonicam ſecundum opi.Feder.de Senis.aliàs non. Quid ſi caſu,nec ibi ſepultus apparet,puta,quia deceſſit in mari, an eccleſia parochialis fraudabitur canonica ſua. certe neq; hoc dicendum videtur. ſpectemus igitur conſilium,& non caſum,iuxta illud Ouidij.

*Careat ſucceſſibus opto,*
*Quiſquis ab euentu facta notanda putet.*

ff.de neg.ge.l.ſed an vltro.§.fi.So. aut loquimur de funeralibus, annexis funeri, & de iſtis relictis eccleſia parochialis debet ſimpliciter habere quartam ab eccleſia, vbi ſepeliri deſtinauerat. nam deſtinatio teſtatoris ius facit.ff.de hær.inſti.l.ex facto.§.rerum autem Italicarum.ff.de mortuo inferendo.l.1.de religio.& ſump.fu.l.ſi qs.n.ff.de leg.1.l.cætera.§.fi.& ff.de act.emp.l. fundi nihil.§.vlt.& l. agraria.in fi.& maxime hoc eſt verum, ſi ſtat ꝑ eccleſiam legatariã, quominus corpus petat. nam hoc ius petẽdi habetur ꝓ corpore iam petito,& conſequuto.ff.de contrah. emp.l.Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. Ex prædictis apparet clara,& dilucida ſolutio quæſtionis, ſalua ſententia potiori, vt l.Claudius fœlix. Ego Baldus.

*D. Baldi de Peruſio Conſiliorum Voluminis IIII. Finis.*